


Sir Fred.k Evelyn Bar.t

G. 5. 21.

# EDOARDI VVOTTONI OXONIENSIS DE DIFFERENTIIS ANIMALIVM LIBRI DECEM.

AD SERENISS. ANGLIAE REGEM EDOARDVM VI.

Cum ampliſſimis indicibus, in quibus primùm authorum nomina, unde quæquæ deſumpta ſunt, ſingulis capitibus ſunt notata & deſignata: deinde omnium animalium nomenclaturæ, itémque ſingulæ eorum partes recenſentur, tam græcè, quàm latinè.

LVTETIAE PARISIORVM
APVD VASCOSANVM.
M. D. LII.

Cum priuilegio Regis.

# IN LIBRVM DE ANIMALIVM DIFFERENtiis, Edoardi Vvottoni Oxonienſis præfatio, Ad ſereniſſimum Angliæ regem Edoardum, eius nominis ſextum.

QVONIAM uel temeritate quadã inductus, uel ingenij confidentia ad hoc inflammatus uideri poſſum, Edoarde Rex illuſtriſſime, ut de animalium differẽtiis ſcriberem: hac præfatione apud tuam Maieſtatem, qua ſtudiorum meorum conatus aduerſus illius culpæ iniuriam defenderem, ac tuerer, utendum eſſe iudicaui. Quod equidem eò libentius faciendum putaui, quod alius nemo occurreret, cui iuſtius otij mei rationem redderem: quem & natura mihi principem, uitæque rectorem, & uoluntas mearum actionum moderatorem conſtituerunt. Simúlque etiam expetebat animus hoc modo literarum ſtudioſis hominibus cognitum & perſpectum eſſe, primùm quis fuerit huius laboris initio conatus meus: deinde, quæ cauſæ me huius ingenij tenuitatis non inſcium ad hoc opus ſuſcipiendum impulerint: denique quidnam id ſit, quod in hac re præſtare, & perficere uoluerim. Id uniuerſum quicquid ſit, ſi minus, quàm pro dignitate tantæ rei effectum eſſe uidebitur: ſpero bonos uiros, non uoluntatem mihi, ſed uires defuiſſe cogituros. Quo nomine maiorem in illis iudiciorum æquitatem mihi promitto, ſi quid forte in iſtis uel erratum, uel non ſatis accurate tractatum inuenerint, rei in qua operam ſtudiúmque poſuimus difficultate perſpecta, & uoluntate communia ſtudia iuuandi conſiderata.

Equidem cùm ante multos annos, quoſcunque nanciſci licuit authores, qua tum legendi & ſtudendi mira auiditate tenebar, antiquiſſimos optimóſque euoluiſſem, quicunque eam doctrinæ partem ſcriptis illuſtraſſent, quæ ad rem medicam pertinerent, præclarè quidem omnia à pleriſque deſcripta & exculta animaduerti, eius tamen generis eſſe uidebantur, quæ lectorem requirerent attentum, literarum meditationi uehementer deditum, in omni ſcriptorum uarietate uerſatum, præſtanti quadam memoriæ ui, naturæque bonitate ſingulari præditum: ſi cuncta illa parata ac præſentia habere uellet, quæ uſui forent, præſertim quũ illa non uno loco, aut intra unius ſcriptoris operum ſepta, ſed paſſim & uelut in medio poſita, maxime uero in latiſſimis illis philoſophorum & hiſtoricorum campis inuenirentur. Hæc res uſqueadeo animum meum commouit, ut commentarios quoſdam ſubſeciuis operis mihi cõficiendos proponerem, quorum ueluti indicio ad authores ipſos, ſi uſus poſtularet, in re dubia conſilij capiendi gratia facile deduci poſſem. Qua in re quum diu multúmque laboraſſem, & nonnihil aſſecutus mihi uide-

rer, poſteaquam doctiſſimorum uirorum commentaria Ioãnis primùm Ruellij, deinde Georgij Agricolæ amici quõdam & familiaris mei ſcripta & in lucem edita uidiſſem: maxima tandem me laboris parte leuatum ſanè intelligebam. Nam hic de iis omnibus, quæ intra terræ uiſcera naſci, animáque carere natura uoluit, cuiuſmodi ſunt metallici terrarum lapides, atque id genus alia. Ille de iis quæ ſuper terram aluntur, quales ſunt ſtirpes omnes, déque earum rerũ natura uniuerſa, (quæ omnem ferè medicam materiam in ſe complectuntur) ueterum in hoc genere ſcriptis adiuti, tanta eruditione, iudicio, copia, & orationis luce ſcripſerunt, ut fruſtra in iis poſtea operam ſtudiúmque ponendum exiſtimauerim. Illam itaque Venerem tam feliciter exorſam, & egregiè perfectam probandam & ſuſpiciendam, non aliqua noua audacia attingendam eſſe cenſui. Vnum tamen hoc reſtare uidebatur, quòd nimirum intellexerim, quæ de natura eorũ, quæ in aëre, aut ſub aquis uitam agãt, hoc eſt de animalium generibus uariè & fuſè à ueteribus ſcripta fuere, qui collegerit adhuc extitiſſe neminem. Quamobrem in huius operis meditationem, ſi quando per negotia licebat, & quidpiam ſubſeciui temporis incidebat, omni cura & conatu incumbendum eſſe duxi. Res uerò tandem eò perducta eſt, ut cùm ipſe mihi ſatisfeciſſem, & hanc ſtudiorum meorum partem eum quem animo finem conſtitueram aſſecutam uidiſſem: uehementer à me contenderint ex amicis doctiſſimi quidam uiri, quibus labores meos communicaueram, ut quod mihi in hac re ſtudiorum ueluti compendium paraſſem, id ſtudioſis omnibus publicarem. Hic hæſiſſe me fateor, mihíque ipſe iam omni conſilio deſtitutus uidebar. Nam neque amicorum flagitationi, ne ingratus: neque publico commodo, ne ingratiſſimus exiſtimarer, deeſſe potui. Cum uero mecum cogitarem, quàm ab eo alienum eſſet uitæ meæ inſtitutum, & omnis ſtudiorum ratio, ut editis aliquando libris iudicium orbis ſubire uellem, quàm nihil temporis ſcriptioni, nihil humanioribus literis, quibus ſtyli uirtus dignitáſque aliqua parari poſſet, dediſſem: contrà quàm omne tempus in eorum ſcriptis, qui philoſophiam, aut medicinam ingeniorum monumentis græcis aut latinis iuuerunt conſumpſiſſem, nec alium laboris mei finem mihi propoſuiſſem, quàm ut ea ſolùm intelligerem: inclinatam ferè uoluntatem reuocaui, nec illi animi mei inductioni locum dare uolui, ſenex in eam arenam ut deſcenderem. Verum enimuero magnæ iſtæ cauſæ non erant, erant tamen, ſed ad amicorum ſtudia non erant magnæ ſatis. Itaque quid iſtuc inquam? Si iſthunc animum induxiſtis ueſtrum eſſe utile: nolo reip. ullum cõmodum in me claudier. Ergo ne amicorum uoluntates contemnere tam ardentes, néue publicum commodum morari uideremur, publicãda hæc noſtra recepimus, non tamen quoquo modo, ſed quæ inter nos conuenerunt, ea ſi ſeruarentur. Sunt autem illa huiuſcemodi, Ioannes eſt Maſonus, amicus meus ſingularis & patronus, uir præter fortunæ ſplendorem, quo

uirtus illum extulit, omnibus cum naturæ, tum induſtriæ adiumentis
eximiè ornatus. Is tuo iuſſu ac uoluntate in Galliam proficiſcẽs, ut apud
Henricum regem legatione fungeretur, accepto à me libro, uel extorto
potius, pactus eſt curaturum ſe, ſi facta legendi copia excellenti illic do-
ctrina ac iudicio præditis hominibus probaretur, & eum allaturus fru-
ctum uideretur, qui hic à pleriſque ſperabatur, eum ut typographo da-
ret, ſin aliter eueniret, mihi meum redderet, ipſe ne hoc amplius expo-
ſceret. Quibus rebus ad exitum huius cõſilij non omnino temerarij, aut
arrogantis adductus ſum, habes illuſtriſſime Rex. Quid uerò in hoc ge-
nere effecerim, atque utinam aliquid effeciſſem: ſed quid efficere uolue-
rim, nunc accipies. Cùm in animo mihi eſſet animalium rationem quo
potiſſimum modo dignoſci poſſent, excutere atque explicare: cùm alios
nonnullos, tum uel maxime Ariſtotelem proponẽdum putaui, quem in
ea re imitarer, ſcriptorem certè in omni doctrinarum genere excellen-
tem, & propè ſingularem, quo uel Cicerone teſte, nihil acutius, nihil po-
litius. Hoc igitur ceu itineris duce uſus, (explicata tamen prius & decla-
rata ratione qua animalium differentiæ inueniri poſſint) initium paulò
altius ab ipſo Animali repetere inſtitui, & ita repetere, ut ſi quæ non il-
lius propria, ſed ſuperiorum generum communia occurrerint, ea ipſa
ſuo, hoc eſt primo loco, plana fecerim. Multa enim in pluribus etiam ge-
nere diuerſis eadem reperiuntur. In ſequentibus deinde, ſi quæ ſpecies
ſub ſe non multum inter ſe differẽtes, ſed in eodem genere poſitas com-
plectebantur: ea ita tractaui, ut communis ipſorum natura poſtulabat.
Poſt hęc ſpecies ipſas ad ſua quaſque genera reduxi, quæque propria ip-
ſarum eſſent, eáſque ab aliis rebus omnibus ſepararent, ea ſtatim adiun-
xi. Sic etenim probaturum me omnibus hanc docendi uiam arbitrabar,
ſi ea quæ generis natura ad ſpecies pertinebãt, in ſpeciebus nõ reperiren-
tur, ſed ita orationem formarem, ut neque rebus obſcura fieret, neque
uerbis ſuperuacaneis redundaret. Iam σχόλια ad marginem & in fine ca-
pitum appoſui, earum rerum, quas, quòd ſcitu dignæ erãt, impeditas re-
linquere conſultum non fuit: neque tamen contextui ea inſerere uolui,
quòd uerebar ne tædium lectori, non uoluptatem eſſent allatura. Quid,
quòd multa ex iis ne inſeri quidem poſſent? niſi forte quibus de rebus
uariæ ſunt authorum ſentẽtiæ, uariæ codicũ lectiones, eas res à propoſiti
ſerie non putes ſeiungendas. Quid, quòd ſæpe ſola certorũ animalium
nomina inueniuntur, ſæpe, licet præter nomina uim eorum propriam
deſcriptam uideris, ignorabis tamen, quo pertineant, aut ferãtur. Omit-
to græcæ linguæ phraſes, quæ ſubinde tales ſunt, ut latina eas lingua
non aſſequatur. Omitto uerſiones hominum doctiſſimorum, in quibus
uel primas tenebat Theodorus Gaza, quæ ſi quando à græcorum au-
thorum mente aberrabant, in uiam ut redirent curaui. Neque uerò un-
quam cuiuſquam errores diſſimulandos, ſed ſemper & ſine conuitij ſu-
ſpicione prodendos, & ſine oſtentatione ingenij corrigendos eſſe iudi-

caui. Cum igitur latina græcæ lectionis ope ſarta tecta præſtarentur, ſi græca ipſa uitio afficiebantur, nec occurreret ulla ratio corrigendi, coniectura apta & idonea utendum cenſui, quod à nobis factum eſt, cùm in aliis quibuſdam, tum etiam in Athenæo & Oribaſio, quòd horum authorum exemplaria minus multa ſuppetebant. Atque ut noſtræ coniecturæ intra ſententiarum contextum locum habere non debebant: ſic ſi quæ breuiter à nobis ideóque obſcure tractata fuere, (quoniam ut breuitatis ſtudioſi fuimus, ita & obſcuritatem quantum licuit, uitauimus) eadem fuſius & maiore luce ab aliis explicata cognouimus, id indicauimus in uoluminum marginibus magna diligentia adnotãdum. Poſtremo ſi quid forte occurrebat, quod uel propter rei obſcuritatẽ intelligi non poterat, uel propter meam inſcitiam à me intellectum non erat, id à me non eſt diſſimulatum, ſed in marginum quoque ſpaciis aſcriptum, quod alij cum in ea loca inciderint, facilius per otium quid ſit, uniuerſum poterunt inueſtigare. Atque hæc quidem hactenus. Illud ab omnibus uehementer peto, cum pleriſque non minor, bonis certe maior etiã exiſtimationis, quàm uitæ cura ſit: ſi quæ ſint in hoc opere, cuiuſmodi multa eſſe ſcio, non ea circunſcriptione cõcluſa, qua debẽt: ſi ſermo minus elegans, & politus, ſi dicendi genus ſcabrum & inæquabile cuiquam uideatur: ut hanc à me inſtitutam fuiſſe commentandi rationem perpendat: ut quæ in ſingulis authoribus repererim, ea uerbis non meis, ſed ipſorum reddiderim, ſi quidem latinè fuiſſent ſcripta. Nam è græcis, quæ fuerunt tranſlata, in iis interpretum uerba aſſumere uolui, ea quæ à græcis non diſcrepare animaduerti. Neque hic fere quicquã inuenies, quod è meo capite natum ſtatuatur. Veterum ſcriptorum ſententias in unum quaſi cumulum coaceruaui, de meo nihil addidi. Atque illis ipſis ueteribus, ne in furti crimen fortè uocarer, ſingulis ſua reddidi, deſcriptis ad finem huius præfationis non ſolùm authorũ nominibus, unde quæque deſumpta ſunt, uerunetiam cuique capiti præfixis. Iam ne uniuerſa tibi euoluere neceſſe ſit, in aliis ſtudiis occupatiſſimo, cum pauca fortaſſis deſiderentur, indices quoſdam rerum omniũ, qui non modo quid in quoque libro, ſed etiam quid in ſingulis cuiuſque libri capitibus tractetur, admoneant, conficiendos, & uniuerſo operi præponendos putaui. Quo fiet ut & temporis rationi in his legendis conſulatur, & ad id quod quæſierit aliquis, ueluti manu quadam ductus in eo ſolo legendi laborẽ ponat. Qua in re ſi unius labor, multorum otio conſuluit, non eſt hoc committendum, ut multorum otium unius laboris conuitium faciat.

Tuæ itaque Maieſtati, princeps optime, hoc quicquid eſt laboris dicare idcirco æquiſſimum putaui, quandoquidem ſi qui fructus ex his percipi poſſe uideantur, eorum primitias tibi offerẽdas iure exiſtimauerim, cui uni me meáque dedo, prout omnia debeo. Chriſtus ſeruet tuam ſerenitatem diutiſſime incolumem Londini. XXII. Octobris M. D. LI.

## ΕἸΣ ΤῸΝ ΣΟΦῸΝ ΚΑῚ ΠΕΡΙΦΑΝῆ Ἐδουάρδον Ὀθονόν, τὸν τὴν περὶ ζώων βίβλον συγγράψαντα, Ἰακώβου Γωπύλου ἰατροῦ.

Ἡ βίβλος τίνος ἐστί; τί δὲ φράσον ἔνδοθι κεῦθεις;
   Οὐ γάρ μοι δοκέεις ἠλέματόν τι φέρειν.
Ἄνθεσι παντοδαποῖσιν ἐγὼ βίβλος κομόωσα
   Εἰμὶ Ἐδουάρδου ἐλλογίμου θυγάτηρ.
Κεῖνος γὰρ σοφίῃ τ' ἀρετῇ πεπυκασμένος ἀνὴρ,
   Οὐ παράπαν χαλεποῦ φειδόμενος καμάτου,
Πολλέων τε ξυναθροίσας, οἷα μέλισσα φιλεργὸς,
   Τεῦξε μὲ ἐκ σελίδων, πᾶσιν ἐϋφρονέων.
Χρῆμα δὲ τιμαλφέστατον ἐν στήθεσιν ἐμοῖσι,
   Καὶ τοῖς σπουδαίοις χρήσιμον ἂν κατέχω.
Τετραπόδων κεύθω ὑψιπετέων τε πετηνῶν
   Καὶ ὑδατοτροφέων ὄνομα τῶν νεπόδων.
Πολλὰ δὲ νωχελίῃ εἰκῆ τ' ἐρριμμένα δέλτοις,
   Καὶ πολλοῖς ἀφανῆ ἐς φανερὸν προφέρω.
Πάντα δὲ ταῦτα ἔοργε καλὸς καὶ μέρμερος ἥρως
   Κλεινὸς Ἰωάννης, κῦδος ἔχων σοφίης.
Οὗτος Ἰωάννης γὰρ ὁ Μασσόνιος φιλόμουσος
   Ὢν, καὶ αἰχμητὴς, ἔργ' ἀρετῆς ποθέει.
Τῷ, κυδαίνων μουσοπόλους κλέος ὅσσον ἀνάπτει
   Βρεττανίῃ λαμπρᾷ τῇ ἰδίῃ πατρίδι.
Πολλή σοι χάρις ὦ βίβλε ποικιλόμορφε ἀγαυή,
   Ταῦτα μοὶ εἰρομένῳ σεμνὰ μετερχομένῃ.
Καί γε σὲ τῷ τεύξαντι Ἐδουάρδῳ θεὸς αὐτὸς
   Δοίη εὖχος ἀεὶ, ταῦτα πονησαμένῳ.
Μασσονίῳ δὲ ἀπειρέσιον καὶ ἄφθονον αἶνον
   Προξενέοντι σοφοῖς ἔργα τὰ ἀθάνατα.

## PRIVILEGII SENTENTIA.

CAVTVM eſt authoritate regia, ne quis alius præter Vaſcoſanum, hos decem libros Edoardi Vvottoni philoſophi & medici clariſſimi, De differentiis animalium, ante ſexennium in hoc Francorum regno imprimat, néue uendat. Qui ſecus fecerit, libris & pœna in ſanctione æſtimata, mulctabitur. Datum Lutetiæ Pariſiorum IIII Nonas Ianuarij M. D. LII.

Guyot.

# SVMMATIM HÆC INSVNT LIBRIS SINGVLIS, ATQVE EX IIS AVTHORIBVS EXCERPTA.

## In primo libro generatim explicatur, quibus modis conſtituuntur animalium Differentiæ: & præterea animalium partes recenſentur.

ANIMAL quid ſit, & quo differat ab iis quæ non ſunt animalia. Ex authoribus. Platone in Timæo. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animaliũ. De generatione animalium. De Anima. De ſenſu & ſenſ. De Iuuent. & ſeneƈt. De ſomno & uigil. De Reſpiratione. Et Plinio. Cap.1. Fol.1

Quibus modis conſtitui debeant animaliũ Differẽtiæ. Ex Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. De partib. animaliũ. De ſenſu & ſenſ. ca.ii. fo.1.b

Animalium genera ampliſſima. Ex Ariſtotele in hiſtoria animaliũ. cap.iii. fol.2.b

De partibus animalium. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partb. animaliũ. Galenus in li. De placitis Hippocratis & Platonis. In Methodo medẽdi. De inæquali intemperie. De facultatibus naturalibus. De uſu partium. cap.iiii. fol.3

De partibus exterioribus diſſimilaribus. Author Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animalium. cap.v. ibid.

De capite & eius partibus. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtoria animaliũ. De partibus animaliũ. Cicerone De natura Deorũ. Cornel. Celſo. Plinio. Galeno De oſſibus. De Alimẽtorũ facultatibus. De compoſitione medicamẽtorũ per loca. In Cõmẽtariis in Aphoriſmos. Ex libro qui Introductorius inſcribitur. Ex Iulio Polluce. cap.vi. fol.3.b

De Collo & eius partibus. Ex Ariſtotele in animalium hiſtoria. De partibus animaliũ. Ex Galeno De Sanitate tuenda. In Anatomicis. De uſu partium. De locis affectis. De uenarum ſectione. Ex Cornel. Celſo. Plinio. & Iulio Polluce. cap.vii. fol.5

De Thorace & eius partibus. Authores. Ariſtoteles in animaliũ hiſtoria. De partibus animalium. De Generatione animalium. Galenus in lib. Anatomicis. De uſu partium. In Methodo medendi. De Motu muſculorum. De oſſibus. In Commentariis de fracturis. Et iis qui inſcribũtur κατ' ἰητρεῖον. Hippocrates in Aphoriſmis. Et Galenus in eundem librum. cap. viii. fol.5.b

De Brachiis & eorum partibus. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Galeno de motu muſculorum. De oſſibus. De uſu partium. In Commentario κατ' ἰητρεῖον. Ex lib. qui Introductorius inſcribitur. Cornel. Celſo. Plinio. Feſto Põpeio. Iulio Polluce. cap. ix. fol.6.b

De Cruribus & eorum partibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animaliũ. Galenus De uſu partium. De oſſibus. In Commentariis κατ' ἰητρεῖον. Lib. qui Introductorius inſcribitur. Cornel. Celſus. Iulius Pollux. Feſt. Pompeius. cap. x. fol.7

De Situ partium uario. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. De partibus animaliũ. De Animalium inceſſu. De Cælo & mũdo. Plato in Timæo. Corn. Celſus. cap.xi. fo.7.b

De Capitis partibus interioribus. ſ. De Cerebro & eius partibus. Authores. Ariſtoteles in animalium hiſtoria. De partibus animaliũ. De Somno & Vigil. Galenus in Anatomicis. De neruorum diſſectione. De olfactus inſtrumẽto. Lib. Introductorius. Iul. Pollux. ca.xii. fo.8

De Oculi partibus interioribus. Authores. Galenus De neruorum diſſectione. De uſu partium. De Placitis Hippocratis & Platonis. In Methodo medẽdi. Author libelli qui De Anatomia oculorum inſcribitur, Galeno adſcripti. Iul. Pollux. cap. xiii. fol.8.b

De Colli & Pectoris partibus interioribus. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animaliũ. De partibus animalium. Galeno De uſu partium. Iulio Polluce. cap. xiiii. fol.9.b

De uiſceribus & Septo tranſuerſo. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animaliũ. Galeno in Anatomicis. De uſu partium. De Temperamẽtis. De pla-

citis Hippocratis & Platonis. De uenarũ ſectione. Iul.Polluce.Plinio. cap.xv. fol.10
De uentris partibus interioribus. Authores. Ariſtoteles in animalium hiſtoria. De partibus animalium. Cornel. Celſus. Galenus in Anatomicis. De uenarum ſectione. De uſu partiũ. De oſſibus. In Cõmentariis in libros Aphoriſm. Iul. Pollux. Plinius. cap.xvi. fol.11
De partibus ſimilaribus. Ex Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. cap.xvii. fol.11.b
De Sanguine. Venis, & Arteriis: & quæ his proportione reſpõdent. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animaliũ. Galeno in libris quibus eſt inſcriptio, Quòd animi mores temperaturam corporis ſequuntur. An ſanguis natura contineatur in uenis. De placitis Hippocratis & Platonis. De uenarum ſectione. De fœtus formatione. De uſu partiũ. De Atra bile. c.xviii. f.12
De Neruis. Ligamentis. & Tendinibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. Galenus. In Methodo medendi. De uſu partium. De placitis Hippocratis & Platonis. De Neruorum diſſectione. De Motu muſculorum. In Anatomic. De oſſibus. Plinius. c.xix. f.12.b
De Fibris. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. Galeno De temperamentis. cap.xx. fol.13
De Oſſibus. Authores. Ariſtoteles in animaliũ hiſtoria. De Generatione animaliũ. De Partibus animalium. Galenus De Temperamẽtis. De oſſibus. De uſu partium. In Anatomicis. De uenarum ſectione. De motu muſculorum. Lib. Introductorum. Cornel. Celſus. Plinius. Iul. Pollux. cap.xxi. ibid.
De Chartilagine. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animaliũ. Galeno De Temperamentis. Iulio Polluce. cap.xxii. fol.16
De Vnguibus. Vngulis. Chelis. Cornibus. & Roſtris. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partibus animalium. Plinius. cap.xxiii. fol.16.b
De Pilis & cute, & quæ iis proportione reſpondent. S. Cortice. Squama. Teſta. Cruſta. Ex authoribus, Ariſtotele in hiſtoria animaliũ. De partibus animalium. Galeno in Anatomicis. De uſu partium. De Temperamentis. In Methodo medendi. In Commentariis in Aphoriſm. Hippocratis. cap.xxiiii. ibidem
De Membranis. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Galeno in Anatomicis. De uſu partium. De Motu muſculorum. De diſſectione uulnæ. De Semine. In Commẽtariis in Aphoriſm. Hippocratis. Ex lib. Introductor. Corn. Celſo. Plinio. Aetio. Iul. Polluce. cap.xxv. fol.17
De Carne. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. Galenus De Temperamentis. De Alimentorum facultatibus. In Anatomicis. Iul. Pollux. c.xxvi. fol.18.
De Glandulis. Authores. Galenus in Anatomicis. De uſu partium. De ſemine. De Alimentorum facultatibus. In Commentariis in Aphoriſm. Hippocratis. De Definitionibus. Plinius. cap.xxvii. fol.18.b
De Adipe & Sebo. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Galenus De Alimẽtorum uiribus. De Temperamentis. De uſu partium. De ſimplicium medicamẽtorũ facultatibus. cap.xxviii. ibid.
De Medulla. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Galeno De Motu muſculorum. De Alimentis. Plinio. cap.xxix. fol.19.
De Lacte & Coagulo. Authores. Ariſtoteles in animalium hiſtoria. De partibus animaliũ. De generatione animalium. Galenus De Alimentis. De ſimplicium medicamentorum facultatibus. De locis affectis. Oribaſius. Plinius. cap.xxx. fol.19.b
De Semine. Ex Ariſtotele in animalium hiſtoria. cap.xxxi. fol.20
De Excrementis. Authores. Ariſtoteles De partibus animalium. De Generatione animaliũ. Galenus De Sanitate tuẽda. De Naturalibus facultatibus. De locis affectis. De Atra bile. De ſimplicibus medicamentis. Iul. Pollux. cap.xxxii. ibid.

## Liber ſecundus ea ſpeciatim docet à quibus colligi debent animalium differentiæ.

PER quæ inueniri conſtituíque poſſint animalium differentiæ, Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animaliũ. De ſenſu & ſenſibus. Galenus De uſu partium. cap.xxxiii. fol.20.b
De Differentiis animalium quæ à partium diſcrimine oriuntur. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animalium. De animalium inceſſu. Plinius. cap.xxxiiii. fol.21
De Differentiis quæ ab animalium actionibus oriũtur. ut Loci mutatione. latitatione atq;

id

id genus aliis. Author Ariſtoteles in animalium hiſtoria. cap.xxxv. fo.21.b

Ab animalium inceſſu quæ conſtituantur differentiæ. Ex Ariſtotele in animalium hiſtoria. & lib. De animalium inceſſu. ca.xxxvi.fo.22

A Generatione quæ oriantur differentiæ. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtoria animalium. De Generatione animalium. Plinio. cap. xxxvii. fo. 22.b

A locis in quibus gignũtur animalia, & in quibus degunt, colliguntur differentiæ. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De lõgitudine & breuitate uitæ. Porphyrio. Corn.Celſo.Plinio. cap.xxxviii.fo.24.b

De Differentiis ſexuum, maſculini ſcilicet & fœminini. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. De Generatione animaliũ. & Oppiano De uenatione. cap.xxxix. fol.25.

A Victus ratione diuerſa, oriuntur animalium diſcrimina. Ex Ariſtotele in animaliũ hiſtoria. cap.xl. fol.25.b

De Differẽtiis quæ à ſenſibus in animalibus colliguntur. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. Alexander Aphrodiſęus in problemat Plinius. Cicero de Natura Deorum. & in Quæſtionib. Academic. cap.xli. fol.26.b

A Reſpiratione & uoce animalium differentię. Ex Ariſtotele in hiſtor.animalium. De Generatione animalium. cap.xlii. fol.27.

Quę à Somno & uigilia oriuntur animaliũ diſcrimina, aut ab ętate, Iuuenta ſcilicet & Senecta: aut à uitæ prolixitate & breuitate. Ex Ariſtotele in animaliũ hiſtor. De ſenſu & ſenſ. De longitudine & breuitate uitæ. cap. xliii. ibidem.

Differentię quæ à moribus conſtituuntur. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. Plinius. cap.xliiii.fol.27.b

Ab Affectuũ quorũdam immutatione quæ oriantur animalium diſcrimina. Ex Ariſtotele in hiſtoria animalium. cap.xlv. fol.28.b

A Valetudine proſpera aut aduerſa differentiæ. Author Ariſtoteles in hiſtoria animalium. cap.xlvi. fol.29.

Animalium diſcrimina eò quòd commoda magis minúſue aut incommoda nobis ſint. Ex authoribus. L.Columella.M. Varrone. Plinio.Galeno De Alimentis. De ſimplic. medicament.facult. cap.xlvii.ibidem

Ab alimentis quæ ex animalibus nobis ſuppeditantur, differentiæ quibus modis conſtituantur. Authores.Galenus De Alimentis. De cibo.bo.malíque ſucci. De tenui uictus ratione. In Methodo medẽdi. Oribaſius. Corn. Celſus. cap.xlviii.fol.29.b

Alia quædam ab alimentis quæ nobis pręſtant animalium diſcrimina. Ex iiſdem authoribus. Et pręterea Ex Ariſtotele in Lib. Meteorolog. Aetio. Athenęo. & Plinio. cap.xlix. fol.30.

A medicamentis quæ nobis pręſtant animalia, quibus modis conſtituantur animalium differentiæ. Authores. Galenus De ſimplic.medic.facultatib. Dioſcorides. Plinius. Oribaſius. Aetius. & Ariſtoteles in hiſtoria animalium. cap.l. fol.31.b

## Liber tertius continet animalium ſanguine præditorum differentias.

Partiũ exteriorum differentiæ in animalibus ſanguine præditis. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partib. animalium. De Generatione animalium. Plinius. Ouidius in Metamorph. Saluſtius. Et ex Theocriti Scholiaſte nonnulla. cap.li. fol.32.

Interiorum partium diſcrimina in animalibus quæ ſanguine prædita ſunt. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De Partibus animalium. De Generatione animalium. De Iuuent.& Senect. De Reſpiratione. Galenus in Anatomic. De formatione fœtus. De uuluæ diſſectione. Solinus. cap.lii. fol.34.b.

Similarium partium differentiæ in animalibus ſanguineis. Ex authoribus. Ariſtotele in animalium hiſtor. De Generatione animalium. Galeno De Temperamentis. Plinio. cap.liii. fol.36.b

Eorum quæ ad generationem pertinent diſcrimina in iis quæ ſanguine prædita ſunt animalibus. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De Generatione animalium. Galeno de uenarum & arteriarum diſſectione. De uuluæ diſſectione. cap.liiii. fol.38.

Morum actionúmque & affectionum quarundam aliarũ differentiæ. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De Generatione animalium. Theophraſtus De cauſis ſtirpium. Lucretius. cap.lv. fol.39

Eorum quæ in huiuſce generis animalibus alimenti aut medicamenti rationem obtinent diſcrimina. Ex authoribus. Galeno De Ali-

mentis. De cib.bo. maliſque ſucci. In Metho do medendi.De ſimplic.medicament. facultate.Oribaſio. cap.lvi. ibid.

Ex animalium ſanguineorum partibus, alimẽtorum medicaminúmque uires diuerſæ.Authores. Galenus De Alimentis. De cib. bo. maliſque ſucci. De tenui uictus ratione. De ſimplic. medic. facultatib. Dioſcorides. Plinius. Oribaſius. Aetius. Paulus Aegineta. cap.lvii. fol.39.b

De Excremẽtorum quæ in animalibus ſanguineis reperiuntur differentiis. Authores. Galenus De ſimplic. medic. facultatib. De locis affectis. Dioſcorides.Plinius. Oribaſius. Aetius. cap.lviii. fol.40.b

De Lacte & iis quæ ex lacte fiunt.ut Caſeo. Butyro.& aliis.Ex authoribus. Galeno De Alimẽtorum facultat. De cib.bo.maliſque ſucci. De Sanitate tuẽda. In Methodo medendi. De ſimplic. medic. Dioſcoride. Plinio. Oribaſio.Aetio.Paulo Aegineta.Athenęo. Conſtantino Cæſare. Columella. Hippocrates. cap. lix. fol.41

## Liber quartus continet Hominis differentias.

De Homine. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium.De partibus animaliũ. De Generatione animalium. De Iuuentute & Senect.De Memoria & Reminiſcentia.De Reſpiratione. De animalium inceſſu. De Anima.De Senſu & Senſ.Plato. Solinus. Iul. Pollux. Cicero De natura Deorum. De Academicis Quæſtionibus. cap.lx.fol.36.b

De partibus Hominis exterioribus.Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animalium. De Generatione animaliũ. De animaliũ inceſſu. De Somno & Vigilia. Galenus De Sanitate tuenda. In arte parua. In Commẽtariis in ſextum librum De morbis uulgaribus.lib.qui Introductorius inſcribitur.Et De Definitionibus.Plinius.Solinus. Aetius.Iul.Pollux. cap.lxi. ibidem

De partibus Hominis interioribus, & ſimilaribus.Ex authoribus Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. De Generatione animalium. Galeno De Temperamentis.In Anatomicis. De uſu partium. De oſſibus.De Alimento.facultatib.De ſanitate tuenda.Plinio.Theophilo. cap.lxii. fol.46

De uoce Hominis & Somno.Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ.Plin. ca.lxiii.fo.47

De Hominis Generatione & Partu: atque de iis quæ ad hæc pertineant. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. In problematis.Galeno De Homine.Plin.Solino.c.lxiiii.f.47.b

De Hominis Vita, Aetatibus,& Statura.Authores. Ariſtoteles De Generatione animalium. In problematibus. Mar.Varro. Plinius.Solinus. cap.lxv. fol. 49.b

Multiformes Hominum effigies. & mira quædam de Hominibus alia.Ex authoribus.Herodoto. Plinio. Solino. Pauſania. Aeliano. cap.lxvi. ibid.

Homini quæ ex Homine aut eius partibus oriuntur commoda. Authores. Dioſcorides. Plinius.Galenus De ſimplic.medic. facultat. Aetius.Solinus. cap.lxvii.fol.50.b

## Liber quintus continet animalium quadrupedum uiuiparum differentias.

De Quadrupedum uiuiperarum partibus exterioribus.Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium.De partibus animaliũ. De Generatione animalium. Galenus in Anatomicis.Plinius. cap.lxviii. fol.52

Interiorum quarundam partium diſcrimina in quadrupedibus uiuiperis. Ex Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animaliũ. & Galeno in Anatomicis. cap.lxix.fol.53.b

Pilorum colorúmque diſcrimina & uocum in Quadrupedibus uiuiperis. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium.Plinio. cap.lxx. fo.54.b

De Coitu Partúque & aliis quæ ad generatione pertinẽt in quadrupedibus uiuiperis. Authores.Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. De Generatione animalium.Plin. ca.lxxi. ibid.

De Quadrupedum uictu & ętate.Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. Plinius. L. Columella. cap.lxxii.fo.55

De Quadrupedũ ruminatione. Latitatione & aliis quibuſdam actionibus affectibúſque.Ex Animalium hiſtoria Ariſtotelis. & Plinio. cap.lxxiii. fo.55

Alimenta ex quadrupedibus & earum partibus uaria. Authores.Ariſtoteles in hiſtoria animalium.Galenus De Alimentis. De cib. boni maliq; ſucc. Oribaſius.Plin.ca.lxxiiii.ibid.

### MVLTIFIDA.

De Quadrupedibus Multifidis.Et primo De Elephanto.Ex authoribus.Ariſtotele in hiſtoria

ria

ria animalium. De partibus animalium. De Generatione animaliũ. Galeno De uſu partium. In Anatomic. Plinio. Solino. Dioſcoride. Strabone. Pauſania. Philoſtrato. Oppiano De Venation. Aeliano. c.lxxv. fo.56.b
De Simiarum generibus. Ex Ariſtotele in hiſtoria animalium. Plinio. Solino. Galeno in Anatomicis. Oppiano De Venatione. Ouidio in Metamorp. Strabone. Aeliano. Arrhiano in rubri maris nauigatione. Diodoro Siculo. cap. lxxvi. fo. 57.b
De Canibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De Partibus animalium. De Generatione animalium. Galenus in Anatomicis. De ſimplic. medic. facultatibus. Dioſcorides. Alexāder Aphrodiſæus in problemat. Plinius. Oppianus de piſc. & De uenatione. Iul. Pollux. M. Varro. L. Columella. Gratius poëta. M. Aurelius Olympius. Vergilius in Georgic. cap.lxxvii. fo.58.b
De Lupis. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Plinius. Solinus. Oppianus De uenatione. Galenus De cōpoſitione medic. per loca. Aetius. Gratius. Vergilius in Georg. Iul. Pollux. Aelianus. cap.lxxviii. fo.62
De Hyæna & Crocuta. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. Oppiano De Venatione. Plinio. Solino. Galeno De ſimplic. medic. facultat. Aetio. cap. lxxix. fo.63
De Leonibus. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animaliũ. De Generatione animaliũ. Oppiano De Venatione. Ouidio in Metamorph. Strabone. Herodoto. Solino. Galeno De uſu partium. De ſimplicibus medic. cap.lxxx. fo.63.b
De Tigride. Authores. Plinius. Solinus. Oppianus De Venatione. Strabo. Arrhianus. cap.lxxxi. fo.65
De Panthera. Pardo. & Cepo. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Plinius. Pauſanias. Solinus. Oppianus De Venatione. cap. lxxxii. ibid.
De Vrſo. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Oppiano De Venatione. Ouidio in Metamorph. Plinio. Solino. Galeno De ſimplic. medic. facultat. Dioſcoride. cap.lxxxiii. fo.65.b
De Hyſtrice. Erinaceo, & Scyuro. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De Generatione animalium. Plinius. Solinus. Plutarchus in libello cui titulus eſt, Solertiorāne ſint animalia aquatilia an terreſtria. Oppianus De Venatione. Galenus De ſimpl. medi. facultat. Dioſcorides. cap.lxxxiiii. fo.66
De Vulpe & Leporibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. De partibus animaliũ. De Generatione animaliũ. Plinius. Oppianus De Venatione. Galenus De ſimplicibus medicamentis. De Alimentorum facultatibus. De tenui uictus ratione. Aetius. Paulus Aegineta. Dioſcorides. Athenæus. M. Varro. Herodotus. Xenophon De Venati. Strabo. Moſes in Leuitic. cap.lxxxv. fo.66.b
De Viuerris. Muſtelarũ generibus. & De Fele. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. De partibus animalium. De Generatione animalium. Plinius. M. Varro. Strabo. Galenus De ſimplicibus medicamētorũ facultat. Dioſcorides. Aetius. Oppianus De Venatione. Aelianus. Ouidius in Metamorph. M. Aurelius. Martialis. cap.lxxxvi. fol.67.b
De Mure & Murium generibus. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Plinio. Dioſcoride. Galeno De Aliment. De ſimplic. medic. Ouidio in Metamorph. Herodoto. Oppiano De Venatione. M. Varrone. L. Columella. Aetio. Nicādro. Aeliano. D. Hieron. ca.lxxxvii. f.68.b
De Quadrupedibus aquaticis. Vt De Fibro. Lutra. & quibuſdam aliis. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. Plinius. Solinus. Strabo. Dioſcorides. Galenus De ſimplic. medic. Nicander in Theriac. Aelianus. M. Aurelius. cap.lxxxviii. fo. 70
De Vitulo marino. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partibus animalium. Plinius. Dioſcorides. Oppianus De piſc. Galenus de ſimplic. medic. cap.lxxxix. fo.70.b
De Talpa & Veſpertilione. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. De animaliũ inceſſu. Plinio. Strabone. Iul. Polluce. Herodoto. Ouidio in Metamorph. cap.xc. fo.71
De Monſtroſis quibuſdam aliis animalibus in India aut Aethiopia prognatis. Authores Ariſtoteles in hiſtoria animalium. Plinius. Solinus. Strabo. Aelianus. cap.xci. fo. 71.b

## BISVLCA.

De Quadrupedibus Biſulcis. & primo De Boue, & Boum generibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. De partibus animalium M. Varro. L. Columella. Palladius. Strabo. Plinius. Solinus. Oppianus De Venatione. Cæſar in Commentariis. Pauſanias. Herodotus. Athenæus. Galenus De Alimēt. De ſanitate tuēda. De cib. bo. malíque ſucci.

De ſimplic.medic.facultat.Dioſcorides. Paulus Aeginetes. cap.xcii. fol.72.
De Ouibus.Authores.Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. Plinius. M. Varro.Columella.Palladius.Galenus de Alimentor.facultat. De conſtitutione artis. De cib.bo.maliquе ſucci.De ſanitate tuenda.De ſimplic.medic.Dioſcorides. Oribaſius.Aetius.Paulus Aeginetes. Michael Sethus. Oppianus De uenat.Herodotus.Atheneus.Aelianus. cap.xciii. fol.75.
De Capris.Ex authoribus.Ariſtotele in hiſtoria animalium.M.Varrone. Plinio. Columella. Dioſcoride.Palladio. Galeno De alimēt. De tenui uictus ratione.De cib.bo. maliq; ſucci. De Sanitate tuenda.De ſimplic. medic. Oribaſio.Aetio. Oppiano De uenatione. Herodoto.Aeliano.Ex Lib.Regũ. ca.xciiii.f.77.b
De Ceruis. Authores.Ariſtoteles in hiſtoria animalium.De partib.animalium.Plinius. Solinus.Ouidius in Metamorph.Iul.Pollux.Galenus De alimēt.De tenui uictus ratione. De Sanitate tuenda. De ſimplic.medic. Dioſcorides.Herodotus.Nicander. Pauſanias. Strabo.Gratius.Aelianus. cap.xcv. fol.79.b
De Tragelapho. Tarando.Ophio.Leucocruta. & Colo.Ex authoribus. Solino.Plinio. Strabone. cap.xcvi. fol.81.
De Hippelapho.Hippardio.Hippagro. Hippopotamo.& Eale.Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliũ. Plinius. Solinus.Oppianus De uenatione. Herodotus. Pauſanias. Dioſcorides. cap.xcvii. fol.81.b
De Camelo & Camelopardali. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor.animalium.De partib.animalium.De Generatione animalium. Plinio.Herodoto. Heliodoro. Strabone. Moſe in Leuitico. cap.xcviii. ibidem
De Suibus.Authores.Ariſtoteles in hiſtoria animalium. Plinius. Ouidius in Metamorph. Galenus in Anatomic. De uteri diſſect. De cib.bo.malique ſucci. De tenui uictus ratione.De Sanitate tuẽda.M.Varro. Columella. Palladius. Oribaſius.Dioſcorides.Aelianus. cap.xcix. fol.82.b

SOLIPEDES.

De Solipedibus. Plinio authore. cap.c.fo.84.b
De Equo. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium.De Generatione animaliũ. Plinius. Solinus. M.Varro. L.Columella. Palladius. Galenus De uſu partiũ. Abſyrtus. Vergilius in Georgic.Oppianus De uenatione.Iul.Pollux.Vegetius De re ueterinaria. Herodotus. Strabo. Aelianus. Cæſar in Commentariis. cap.ci. fol. 84.
De Aſino.Authores. Ariſtoteles ĩ hiſtor.animaliũ.De partib.animaliũ. De Generat. animaliũ.M.Varro.Columella. Palladius. Plinius. Galenus De alimẽtor.facultat.De cib.bo.maliquе ſucci.In Methodo medẽdi. De ſimplic. medic.Dioſcorides. Abſyrtus.Aelianus.Oppianus De uenat. cap.cii. fol.87.
De Mulis.Authores.Ariſtoteles ĩ hiſtor.animaliũ.De Generatione animaliũ.M.Varro.Columella.Palladius.Plinius. cap.ciii. fo.88.b

Liber ſextus continet ea quæ cortice integũtur φολιδωτὰ à Græcis dicta, Quadrupedes ſcilicet ouiparas, & ſerpẽtes.

De Quadrupedibus ouiparis.Author Ariſtoteles ĩ hiſtor.animaliũ. De partibus animalium.De animaliũ inceſſu.De Generatiõe animaliũ.De Reſpiratiõe. c.ciiii.f.89.b
De Crocodilis & Scinco.Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animaliũ.De partibus animaliũ.De animalium inceſſu.Herodotus.Dioſcorides. Plinius.Pauſanias.Aelianus. cap.cv. fol.90.
De Teſtudinũ generibus.Ex authoribus.Ariſtotele in hiſto.animaliũ.De partibus animaliũ. De animaliũ inceſſu.De Iuuẽt.& Seneſt.Plinio. Solino. Strabone.Oppiano De piſc.Paulo Aegineta.Arrhiano.Martiale. c.cvi.fo.91.
De Ranarũ generibus.Ex authoribus.Ariſtotele in hiſtor.animaliũ.De partib.animaliũ.Plinio.Dioſcoride.Nicãdro. Galeno De ſimpli. medicam. Paulo Aegineta. Aetio. Aeliano. cap.cvii. fol.92.b
De Lacertis.Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animaliũ.De partib.animaliũ.Plinio. Dioſcoride.Strabone. Galeno De ſimplic. medic. facult. cap.cviii.fo.93.b
De Salamandra & Sepe quadrupede. Ex authoribus.Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. Dioſcoride.Plinio.Galeno De Tẽperamẽt. De ſimpli.medic. Aetio.Nicãdro.Lucano.c.cix.f.94
De Stellione. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium.Plinius.Nicander.Aetius. Paulus Aegineta. Ouidius in Metamorph. Galenus De ſimplic.medic. facultat. cap.cx. fol.94.b
De Chameleone.Authores.Ariſtoteles ĩ hiſtor. animalium.De partibus animalium.Plinius. Solinus.Dioſcorides. cap.cxi.fol.95.

SERPENTES.

De Serpẽtibus. Authores.Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. De animalium

malium inceſſu. De Generatione animaliū. De lōgitudine & uitæ breuitate. Cornel. Celſus. Plinius. Galenus De Theriaca ad Piſonē. De Aliment. D. Baſilius magnus. Oppianus De piſc. Dioſcorides, Pauſanias. ca.cxii.f.95.b

De Hydro. & aliis quibuſdam ſerpētibus aquatilibus. Authores. Ariſtoteles ī hiſtor. animalium. Plinius. Nicander. Aetius. Solinus. Vergilius in Georgic. Dioſcorides. Pauſanias. Arrhianus. Galenus de Theriaca ad Piſonē. Paulus AEginetes. AElianus. cap.cxiii.fol.97.b

De Serpentibus terreſtribus. Et primo de Aſpidū generibus. Authores Ariſtoteles in hiſto. animalium. Solinus. Aetius. Nicander. Lucanus. Plinius. Strabo. Dioſcorides. Galenus De Theriaca ad Piſonem. Paulus AEgineta. cap.cxiiii. fol.98.b

De Vipera, Dipſade, Ceraſte, & Hammodyte. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animaliū. De partib. animalium. De Generatione animalium. Nicander. Aetius. Strabo. Plinius. Solinus. Lucanus. AElianus. Dioſcorides. Galenus de Alimentis. De ſimplic. medicamēt. De Theriaca ad Piſonem. In Antidotis. Paulus AEginetes. Suidas. cap.cxv.fol.99

De Hæmorrho. Sepedone. Sepe. Cēchri. & Cēchrite. Authores. Nicander. Aetius. Galenus De Theriac. ad Piſonem. Dioſcorides. Paulus Aeginetes. Aelianus. Pauſanias. Lucanus. cap.cxvi.fol.100.b

De Baſiliſco. & aliis quibuſdā ſerpentibus, quorum uenenum remedio caret. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Plinius. Solinus. Galenus De Theriac. ad Piſonē. Nicander. Dioſcorides. Diodorus Siculus. Aelianus. cap.cxvii.fol.101.

De Dracone. Amphiſbena. & aliis quibuſdā ſerpentibus, quorum morſus minus affert periculi. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Plinius. Solinus. Nicander. Pauſanias. Strabo. Aetius. Lucanus. Herodotus. Philoſtratus in uita Apollonii Tyranei. Aelianus. cap.cxviii.fol.101.b

## Liber ſeptimus continet auium differentias.

DE Partibus Auium exterioribus. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. De inceſſu animaliū. Plinius. cap.cxix.fol.103.

De Partibus Auium interioribus. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partibus animalium. De Generatione animalium. De Reſpiratione. Galenus De uſu partium. cap.cxx. fol.104

De Coitu Auium, & aliis quæ ad earum generationem pertinent. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partibus animalium. De Generat. animaliū. Plinius. ca.cxxi.f.105.

De uictu Auium & loci mutatione. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. & Plinius. cap.cxxii. fol.106.b

De uocis diſcriminibus & coloris in Auibus. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. Et de partib. animalium. cap.cxxiii.fol.107.b

Ex ingreſſu auium & uolatu differentię: Atque ex ualetudine moribúſque. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. Plinius. cap.cxxiiii.ibidem.

Eorum quę in auibus alimenti medicamentíue rationem obtinent, diſcrimina. Ex authoribus Galeno De aliment. De tenui uictus ratione. De cib. bo. malíque ſucci. De Sanitate tuenda. De ſimplic. medic. De ratione uictus in morb. acutis. In methodo medendi. Dioſcoride. Plinio. Paulo Aegineta. c.cxxv.f.108

### FIDIPEDES.

De auium generibus quę fiſſos habent pedes. Et primo de Gallinaceo genere. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. De generatione animaliū. Plinius. Columella. M. Varro. Palladius. Dioſcorides. Galenus De aliment. De cib. bo. malíque ſucci. De ſimplic. medic. facultat. Oribaſius. Aetius. cap.cxxvi.fol.109.b

De Gallinis Ruſticis. Africanis. Meleagride, & Pauone. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De animalium inceſſu. M. Varro. Columella. Plinius. Athenæus. Palladius. Oppianus de Venatione. Galenus De alimēto. facultat. Aelianus. cap.cxxvii.fol.112.

De Columbaceo genere. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partibus animaliū. De generat. animaliū. L. Columella. M. Varro. Palladius. Plinius. Athenæus. Dioſcorides. Galenus De tenui uictus ratione. De cib. bo. malíque ſucci. De ſimplic. medic. De atra bile. cap.cxxviii. fol.113.

De Palumbe. Oenade. Peliade. & Turture. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtor. animalium. De generatione animaliū. Alexandro Myndio. Athenæo. Dioſcoride. Plinio. Galeno. De aliment. De tenui uictus ratione. Oribaſio. Aeliano. Martiale. cap.cxxix. fol.114.

De Phaſiana. Tetrace. Erythrotaone. Otide. & Oto. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. anima-

lium. Plinius. Atheneus. Strabo. Galenus De alimentis. & De tenui uictus ratione. cap.cxxx. fol.115.

De Coturnice. Perdice. Galerita, & aliis id genus quibuſdam terrenis grauioribúſue. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. Plinio. Atheneo. M. Varrone. Ouidio in Metamorph. Solino. Strabone. Dioſcoride. Galeno De aliment. De cib. bo. maliq; ſucci. De tenui uictus ratione. De ſimplic. medic. Oribaſio. Aetio. Iul. Polluce. Aeliano. Vergilio in Georgic. Suida. cap.cxxxi. fol.116.

De Turdorum Merularúmq; generibus, & aliis quibuſdam quę cum iis ſimilitudine quadam iunguntur. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animaliũ. M. Varro. Columella. Plinius. Athenæus. Dioſcorides. Galenus De alimẽt. De tenui uictus rati. De ſimplic. medic. Pauſanias. Aelianus. cap.cxxxii. fol.117.b

AVES CARNIVORAE.

De Aquilarum generibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De Generatione animalium. Plinius. Aelianus. Galenus De uſu partium. De ſimplic. medic. facultat. Pauſanias. cap.c.xxxiii. fol.118.b

De Accipitrum generibus. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De Partibus animalium. De Generatione animaliũ. Ouidio in Metamorph. Plinio. Strabone. Galeno De uſu partium. De ſimplic. medic. Oppiano De uenatione. Columella. cap.cxxxiiii. fol.120.

De Cuculo. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De Generatione animalium. Plinius. cap.cxxxv. fol.121.

De Nocturnis Auibus, quę uniũgues ſunt. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Plinius. Ariſtophanes. Ouidius in Metamorph. Athenæus. Aelianus cxxxvi. fol.122.

De Hirundinum generibus. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. De Generatione animalium. Plinio. Ouidio in Metamorph. Columella. Vergil. in Georgic. Aeliano. Galeno De ſimplic. medic. De cõpoſitione medicamentorũ per loca. Paulo Aegineta. Aetio. cap.cxxxvii. fol.123.

De Coruino genere. ſ. Coruo. Cornice. & Monedula. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partib. animalium. De Generatione animalium. De admirando auditu. Plinius. Apuleius. Atheneus. Lucretius. Ouidius in Faſtis. & in Metamorph. Oppianus de Venatione Vergilius in Georgic. Cicero de Diuinatio e. Heſichius. Suidas. ca.cxxxviii. fol.124.

De Pico Martio. Pſittaco. Pica. & quibuſdam id genus aliis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. Plinius. Solinus. Aelianus. Ouidius in Metamorph. cap.cxxxix. fol.125.

De aliis quibuſdam auibus, quæ uictus cauſa arbores & ligna feriunt contundúntque. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. Aeliano & Plinio. cap.cxl. fol.126.

Ακανθοφάγα, id eſt quę ſpinis uictitãt. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. Plinio. & Aeliano. cap.cxli. fol.126.b

De iis auiculis quę maxima ex parte uermiculis aliíſque id genus animalculis uiuunt σκωληκοφάγα dicuntur. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De longitudine & breuitate uitę. Plinio. Aetio. Atheneo. c.cxlii. ib.

AQVATICAE VOLACES.

De Auibus quę circa aquam uictitãt. Primo De uolacibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. Plinius. Athenæus. Herodotus. Aetius. Galenus De ſimplic. medic. Ariſtophanes. Aelianus. cap.cxliii. fol.128.

De Laro. Charadrio. Fulica. Aethya & Cataracta. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partibus animalium. Plinio. Atheneo. Ariſtophane. Heliodoro. Cicerone De Diuinatione. Arato. Vergilio. Nicãdro. Lucretio. Ouidio in Metamorph. Suida. cap.cxliiii. fol.129.b

De Elorio. Crece. Ortigometra & Glottide. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Plinius. Atheneus. Ariſtophanes. Herodotus. Suidas. cap.cxlv. fol.130.b

De Ardeolarũ generibus. De Porphyrione, & Hęmatopode. Ex Authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De animaliũ inceſſu. Plinio. Ouidio in Metamorphoſ. Arato. Athenæo. Aeliano. cap.cxlvi. ibid.

De Grue. Platea. Ciconia. & Ibide. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Plinius. Cicero De natura Deorum. Ariſtophanes. Galenus De Alimẽt. facult. Solinus. Strabo. Herodotus. Aelian. cap.cxlvii. fol.131

Aquaticæ aues grauiores.

De Aquaticis grauioribus, quę omnes palmipedes ſunt. De Anſerum generibus. De Olore & Onocrotalo. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. Plinio. Columella. M. Varrone. Galeno De Aliment. De cib. bo. maliq; ſucci. De ſimpli. medic. Dioſcoride. Michaele Setho.

le Setho . Aeliano. Ouidio in Metamorpho. D . Hieronymo in Sophoniam . Solino. cap.cxlviii. fo.132.

De Anatino genere.& aliis quæ Anatibus ſimiles ſunt. Ex authoribus . Ariſtotele in hiſtor. animalium. Plinio. Athenæo. Galeno De ali mēt. M. Varrone & Columel. ca.cxlix. f.133.b

De Coruis aquatilibus. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. & Plinio. c.cl.fol.134.

De Brintho & Vpupa. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. Plinio. Ouidio in Metamorph. Pauſania. Aeliano. cap.cli.ibid.

De Auibus partim peregrinis, partim mōſtroſis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animaliū. Plinius. Solinus . Galenus De locis affectis. Plutarchus . D Ambroſius in Hexahemer. Ouidius in Faſtis . & in Metamorph . Claudianus . Aelianus . Pauſanias . Lactantius . cap.clii. ibidem.

De Struthiocamelo. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partib. animalium. De Generatione animalium. Diodoro Siculo. Plinio. Strabone. Galeno De aliment. De cib.bo. maliq́ue ſucci. Aetio. c.cliii.fo.136.

Liber octauus continet quæ in ſanguine præditis ſunt aquatilia : quæ ſcilicet in aqua uictum quærunt & in aqua quoque pariunt: uidelicet piſciū & Cetorum genera.

DE Piſcibus & eorum partibus exterioribus. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. De Generatione animalium . De animaliū inceſſu . De Reſpiratione. Plinio . Galeno De uſu partium. cap.cliiii.fo.136.b

De Piſcium interioribus partibus. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partibus animalium. De Generatione animalium. De Reſpiratione. Oppiano De piſc. cap.clv.fo.137.b

De Sexus diſcrimine in piſcibus . Déq; eorum coitu & aliis quæ ad generationē pertinent. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partibus animaliū . De Generatione animaliū. Plinio. Oppiano De piſcip. cap.clvi.fo.138.b

De Ratione uictus piſcium . Author Ariſtoteles in hiſtoria animalium . De partibus animalium. cap.clvii.fo.140.

Quod loca mutent piſces uarie atque latitent. Ex Ariſtotele in hiſtoria animalium. & Plinio. cap.clviii.fo.140.b

De Coloris mutatione in piſcibus uocéque & ſomno . Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium cap.clix. ibidem.

De Valetudinis piſcium Differentiis, tum ex locis, tum ex temporibus . Ex authoribus Ariſtotele in hiſtor. animalium. Columella. & Plinio. cap.clx.fo.141.

In Alimenti medicamentíque ratione piſcium diſcrimina . Authores. Galenus Lib. De aliment. De cib.bo. malíque ſucci. In Methodo medēdi. Oribaſius. Paulus Aegineta. Aetius. Athenæus. cap.clxi.fo.141.b

Charti laginei Piſces. & Plani.

De Chartilagineis piſcib. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium . De partib. animalium. De Generatione animalium . Plinius. Galenus De. aliment. facultatib. De tenui uictus ratione. De Sanitate tuenda. Athenæus. cap.clxii. fo.143.

De Planis piſcibus Chartilagineis . Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. De Generatione animaliū. Plinius. Athenęus. Galenus De aliment. De tenui uictus ratione. De ſimplic. medicament. Oppianus De piſcib. Dioſcorides. Nicander in Theriac. Paulus Aeginetes. Aelianus. Ouidius in Halieuticis. cap.clxiii.fo.144.

De Chartilagineis oblongis . ut de Galeis ex iis quæ γαλεοειδεῖς dicuntur. Authores . Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Plinius. Oppianus de piſcib. Athenęus. Strabo. Galenus. De alimentor. facultat. Oribaſius . Theophraſtus in plantarum hiſtoria. Pauſanias . Aelianus. Herodotus. Columel . Apuleius. Auſonius. cap.clxiiii. fo.146.

De Piſcib. Longis . Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. cap.clxv.fo.147.

De Murena. Anguilla. & aliis quibuſdam longis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor . animalium. De partib. animalium. De animalium inceſſu. Plinius. Athenæus . Ouidius in Halieutic. Oppianus De piſcib. Galenus De Aliment. De cib.bo. malique ſucci. De tenui uictus ratione. Columella . Nicander in Theriac . Macrobius . Oribaſius . Aelianus. cap.clxvi. fo.147.b

De planis piſcib . qui ψηττοειδεῖς dicuntur, id eſt qui paſſerina ſunt ſpecie. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De animalium inceſſu. Plinius . Columella. Athenæus. Galenus De alimēt. De tenui uictus ratione. De cib.bo. malíque ſucci. Oribaſius . Oppianus De piſcib. Aelianus . Ouidius in Halieutic. cap.clxvii. fo.150.

SAXATILES.

De piſcibus quibuſdã litoralibus ſaxatilibúſque. De Scaro. Ex authoribus Ariſtotele in hiſto. animaliũ. De partib. animaliũ. Plinio. Galeno De aliment. Oribaſio. Athenæo. Oppiano de piſcib. Columella. cap.clxviii.fo.151.
De Mullo. Coccyge. & aliis quibuſdã ſimilibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animaliũ. De Generatione animaliũ. Oppianus De piſcib. Athenæus. Plinius. Dioſcorides. Ouidius in Halieutic. Columella. Galenus De aliment. Oribaſius. Strabo. Aelianus. ca.clxix.fo.151.b
De Synodõte: Synagri. Charace. Chromi. & Cãtharo. Ex authorib. Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. Plinio. Athenæo. Galeno De potẽtiis Naturalib. De alimẽt. Oribaſio. Oppiano De piſc. Aeliano. Ouidio ĩ Halieuti.c.clxx.f.153.b
De Anthiarũ generibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animaliũ. Oppianus De piſcib. Athenæus. Plinius. Ouidius in Halieutic. Galenus De uſu partiũ. Oribaſius. Paulus Aegineta. Columel. Heſychi⁹. Aelian⁹.c.clxxi.f.154.
De Lupo & Aſellis. Ex authorib. Ariſtotele in hiſtor.animalium. Plinio. Columella. Athenęo. Oppiano De piſc. Ouidio in Halieutic. Plutarcho. Galeno De alimẽt. De cib.bo. malíque ſucci. De tenui uict⁹ ratione. Oribaſio. Aeliano. Apuleio ĩ Apolog. Varrone De lingua Latina. cap.clxxii.fo.155.
De Vmbra. & Glauco. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animaliũ. Plinius. Athenęus. Galenus De aliment. Oribaſius. Oppianus De piſcib. Auſonius. Ouidius ĩ Halieutic.c.clxxiii.f.156
De Sparo. & Aurata. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animaliũ. Plinius. Oribaſius. Athenæus. Oppian⁹ De piſc. Columella.c.clxxiiii.f.156.b
De Turdo. Merula. & aliis quibuſdã ſaxatilib⁹. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animaliũ. Galenus De aliment. De potẽtiis Naturalib. Plinius. Athenæus. Ouidius in Halieutic. Oppianus De piſcib. Oribaſius. Columella. Auſonius. cap.clxxv.ibid.
De Melanuro. Coracino. & aliis quibuſdã. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animaliũ. Columella. Plinius. Oppianus De piſc. Athenæus. Galenus De alimẽt. Oribaſi⁹.c.clxxvi.f.157.b
De Exocœto & Cordulo. Authores. Ariſtoteles in hiſto.animaliũ. De partib.animalium. De Reſpiratione. Plinius. Athenæus. Oppianus De piſcib. cap.clxxvii.fo.158.
De Dracone marino. & Scorpione. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animaliũ. Plinius. Oppianus De piſcib. Aelianus. Dioſcorides. Athenæus. Galenus De aliment. De tenui uictus ratione. Oribaſius. Paulus Aegineta. cap.clxxviii. fo.158.b
De Mugilum generibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium. De partib.animalium. De Generatione animalium. De animalium inceſſu. Oppianus De piſcib. Athenæus. Plinius. Strabo. Oribaſius. Galenus De aliment. De cib. bo. malíque ſucci. Pauſanias. Auſonius. cap.clxxix.fo.159.
De Daſquillo. Salpa. & quibuſdam aliis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animaliũ. Plinius. Oppianus De piſcib. Athenæus. Oribaſius. Columella. cap.clxxx.fo.160.b
De Gobione. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium. Oppianus De piſcib. Athenæus. Ouidius in Halieutic. Galenus De aliment. De cib.bo.malíque ſucci. Aelianus. Dioſcorides. Plinius. cap.clxxxi.ibid.
De Apuarũ generibus. & ſimilibus quibuſdã aliis. Authores. Ariſtoteles in hiſto.animaliũ. Plinius. Athenęus. Oppianus De piſc. Oribaſius. Iul. Pollux. Aelianus. cap.clxxxii.fo.161.
De Trichide. Thriſſa. & ſimilibus quibuſdã aliis. Authores. Ariſtoteles in hiſto.animaliũ. De Generatione animalium. Plinius. Athenæus. Oppianus De piſc. Strabo. Apuleius in Apolog. Columella. Galenus De aliment. Suidas. cap.clxxxiii.fo.162.
De Halecula. Męna. Smaride. & Boce. Authores. Ariſtoteles in hiſto.animalium. Plinius. Athenęus. Columella. Oppianus De piſcib. Dioſcorides. Galenus De ſimplic. medic. Oribaſius. cap.clxxxiiii.fo.162.b
De aliis quibuſdam piſcibus qui uocales dicuntur. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Plinius. Pauſanias. Athenęus. Strabo. cap.clxxxv. fo.163.
De Thynno. Thymnide. Pelamide. & huiuſce generis aliis. Ex authorib. Ariſtotele ĩ hiſtor. animalium. Plinio. Athenæo. Oribaſio. Oppiano De piſc. Strabone. Ouidio ĩ Halieutic. Galeno De Sanitate tuenda. De aliment. De cibo.bo.malíque ſucci. De ſimplic. medica. Dioſcoride. cap.clxxxvi.fo.163.b
De Salſamẽtis. Ex authoribus. Plinio. Columella. Dioſcoride. Galeno De aliment. De ſimplic. medic. Athenæus. Oribaſius. Aetius. cap.clxxxvii. fo.165.b
De Scombro. Colia. Amia. & aliis quibuſdã qui ſale ſeruantur. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor.animaliũ. Plinio. Galeno De alimẽt. Oribaſio. Aetio. Athenęo. Oppiano De piſcib. Aeliano. Columella. Cornel. Celſo. cap.clxxxviii. fo.166.b
De prægrandibus aliis quibuſdam piſcib. quorum

rũ nõnullos etiã κητώδεις, id eſt cetaceos uocãt quidã. Ex authorib. Ariſtotele in hiſto. animaliũ. Strabone. Plinio. Plutarcho. Oppiano De piſc. Atheneo. Oribaſio. Auſonio. Dioſcoride. Galeno De ſimpli. medic. Paulo Aegineta. Herodoto. Aeliano. ca. clxxxix. f. 167.

De aliis quibuſdã fluuiatilibus & lacuſtribus piſcib. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. De partib. animalium. Plinio. Plutarcho De fluminibus. Auſonio. Aeliano. Athenæo. Oppiano De piſcib. cap. cxc. fol. 169.

De Niloticis piſcib. & aliis quibuſdam ignotis. Ex authoribus. Ariſtotele ĩ hiſtor. animaliũ. Plinio. Strabone. Atheneo. Oppiano De piſcib. Ouidio in Halieutic. Paulo Aegineta. Iul. Polluce. Aeliano. cap. cxci. fo. 170.

De Piſcibus mira. Ex authoribus. Ariſtotele De Reſpiratione. Theophraſto De piſcibus. Plinio. Atheneo. Columella. Philoſtrato in uita Apollonij. Aeliano. cap. cxcii. fo. 170. b

## CETE.

De Cetis. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partib animalium. De Reſpiratione. Plinio. Oppiano De piſcib. Galeno De Alimẽt. De Sanitate tuẽda. c. cxciii. f. 171.

De Delphino & Phocæna. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partibus animalium. De Generatione animalium. Plinius. Solinus. Oppianus De piſcib. Ouidius in Metamorph. Aelianus. cap. cxciiii. fo. 171. b

De Balena. Orca. & Phyſetere. Ex authoribus. Plinio. Oppiano De Piſc. Strabone. Feſto Põpeio. Solino. cap. cxcv. fo. 172. b

De Aliis quibuſdã marinis beluis. Ex authorib. Ariſtotele ĩ hiſto. animaliũ. Plinio. Oppiano De piſc. Ouidio in Metamorpho. Pauſania. Aeliano. Vergilio in Aeneide. c. cxcvi. f. 173.

## Liber nonus cõtinet animalium Exanguium Differentias: & priuatim, inſectorum.

DE Animalibus Exanguibus. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partib. animalium. De animalium ingreſſu. & Columella. cap. cxcvii. fo. 173. b

De inſectis & eorum partibus exterioribus. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partib. animalium. De animalium ingreſſu. De ſenſu & ſenſ. Plinio. cap. cxcviii. fol. 175.

De Partibus Inſectorũ interioribus. Ex Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. De Partibus animalium. De Generatione animalium. & Plinio. cap. cxcix. fol. 175. b

De Inſectorum generatione & interitu. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. & De Generatione animalium. cap. cc. fo. 176.

De Victu Inſectorum. Voce. Valetudinéque. & aliis quibuſdam affectibus. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. & De partib. animalium. cap. cci.. fo. 177

De Inſectorum generibus quæ fauos ſibi extruunt. ut De Apibus, atque id genus aliis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De Generatione animalium. Plinius. M. Varro. Columella. Vergilius ĩ Georg. c. ccii. f. 177. b

Ratio operis & uita Apũ. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animaliũ. Plinius. M. Varro. Dioſcorides. Columella. cap. cciii. fo. 179.

De Generatione Apum. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. De Generatione animalium & Plinio. cap. cciiii. fo. 180. b

De Morbis Apum & iis quæ aliàs inimica ſunt apibus. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtor. animalium. Plinio. Columella. Vergilio in Georgic. cap. ccv. fo. 181.

De Melle. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. Plinio. Seneca. in Lib. Epiſtol. Dioſcoride. Galeno De Naturalib. potẽtiis. De aliment. De ſanitat. tuenda. In Methodo Medendi. De Antidot. M. Varrone. L. Columella. Palladio. cap. ccvi. fo. 181.

De Cera & Propoli. Ex authorib. Plinio. Dioſcoride. & Galeno. De ſimplic. medic. facultat. cap. ccvii. fo. 183

De Veſpis. Crabronibus. & Teuthredone. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De Generatione animalium. Plinius. M. Varro. cap. ccviii. fo. 183.

De Sirene. Bombylio. & Bombycio. Authores Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Nicãder in Theriac. Plinius. c. ccix. fo. 184.

De Formicis & Scorpionibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partib. animalium. De Generatione animalium. De ſenſu & ſenſ. Plinius. Solinus. Galenus De ſimplic. medic. Nicander. Ouidius in Metamorph. Pauſanias. Strabo. Dioſcorides. Suidas. Aelianus. cap. ccx. fo. 185

De Araneis & Phalangiis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De Generatione animalium. Plinius. Ouidius in Metamorph. Aetius. Paulus Aeginetes. Nicander in Theriac. Dioſcorides. cap. ccxi. fo. 186.

De Scolopẽdra, & aliis quæ multipedæ dicãtur. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animaliũ. De partibus animaliũ. De Reſpiratione. Nicãdro in Theriac. Plinio. Dioſcoride. Oppiano. De piſc. Paulo Aegineta. Galeno De

ſimplic.medic.Aelianus. cap.ccxii.fo.188
De iis quę promuſcidem & ueluti aculeum in ore gerũt. Vt de Muſcis & Culicibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium. De partib. animalium. De Generatione animaliũ. Plinius. Columella. Vergilius in Georg. Strabo. Theophraſtus in plantarum hiſtor. Suidas. Ariſtophanes. Aelianus. cap.ccxiii. f.189
De Cicadis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium. De Reſpiratione. Plinius. Dioſcorides. Galenus De ſimplic.medic. Athenęus. Aelianus. cap.ccxiiii. fo.190
De Locuſtis. Ex authoribus. Ariſtotele In hiſtoria animalium. De partib. animaliũ. De Generatione animalium. Plinio. Aeliano. Dioſcoride. Moſe in Leuitic. cap.ccxv.fo.190
De Vaginipennibus, quę græci κολεόπτερα uocant. Ex Ariſtotele in hiſtor.animalium. De partib. animalium. De Generatione animalium. de animaliũ ingreſſu. De Reſpiratione. Theophraſto De cauſis plantarum. Plinio. Dioſcoride. Galeno De ſimplic. medicam. Nicandro. cap.ccxvi.fo.191
De Erucis, & iis quę ex iis gignũtur, ut papilionum generibus. Et de pennatis quibuſdã aliis quę ex uermibus gignuntur. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtor.animalium. De partib. animaliũ. De Generatione animalium. Plinio. Ouidio in Metamorphoſi. Dioſcoride. Nicandro in Theriac. cap.ccxvii.fo.193
De Beſtiolis quibuſdam quę in lignis aut arboribus naſcuntur. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium. Theophraſtus in Plantarũ hiſtor. De cauſis plantarum. Plinius. Plautus in Ciſtellaria. Columella. Strabo. Suetonius in Sergio Galba. cap.ccxviii. fo.193
De nõnullis quę in aliis ſtirpibus aut fructibus creãtur beſtiolis. Authores. Theophraſtus in hiſtor.plantarum. De Cauſis plantarum. Plinius. M. Varro. Palladius. Pauſanias. Phociõ Grammaticus. cap.ccxix. fo.194
De Beſtiolis quibuſdam quæ in igne, niue, aut terra ipſa gignuntur. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor.animalium. De animalium inceſſu. De Generatione animalium. Plinio. Dioſcoride. Galeno De ſimplic.medic. Athenęo. Aeliano. cap.ccxx.fo.195
De Beſtiolis quibuſdam quæ intra aut eorum partes generantur. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor.animalium. Plinio. Galeno in Cõmentariis in Aphoriſm. In Methodo medendi. Ex lib. qui Introductorius inſcribitur. Aetio. Paulo Aegineta. Columella. cap.ccxxi. fo.195
De iis quę carnis uiuę humore aluntur. Vt Pulice. Pediculo. Ricino, & ſimilibus. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animaliũ. De partibus animalium. De Generatione animalium. Plinio. Q. Sereno. Galeno De compoſitione medic. per loca. De ſimplic. medica. Dioſcoride. Paulo Aegineta. c.ccxxii.fo.196
De Blattis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium. Plinius. Dioſcorides. Galenus De ſimplic.medic. cap.ccxxiii.fo.197

## Liber decimus continet Exanguium Aquatilium Differentias, ſcilicet Mollium, Cruſtaceorũ, & Teſtatorũ quæ Zoophyta appellantur: quæ & à nõnullis piſces uocantur.

### MOLLIA.

DE iis quę Mollia dicuntur. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium. De partib. animalium. De Generatione animaliũ. De Reſpiratione. Galenus De Aliment. De cib.bo.malíque ſucci. Oribaſius. Athenæus. cap.ccxxiiii. fo.198
De Polypo. Ex authorib. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partib.animalium. De Generatione animalium. Plinio. Oppiano De piſcib. & de Venatione. Athenæo. Iul. Polluce. & Oribaſio. cap.ccxxv. fo.199
De Sepia. Ex Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partibus animalium. De Generatione animaliũ. Plinio. Athenęo. Dioſcoride. Galeno De ſimplic.medic.facultat. Paul. Aegineta. cap.ccxxvi.fo.201
De Lolligine & Lollio. Authores. Ariſtoteles in hiſtor.animalium. De partib.animalium. Plinius. Oppianus De piſc. Atehnæus. cap.ccxxvii. fo.202.
Ds Lepore marino. Ex authoribus. Dioſcoride. Galeno De ſimplic. medic. facultat. Aetio. Plinio. Nicandro in Alexipharmac. Apuleio in Apolog. Athenęo. Aeliano. cap. ccxxviii. fo.202.

### CRVSTATA.

De Cruſtatis. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partib.animalium. De Generatione animalium. De Reſpiratione. Galeno De Alimẽt. Plinio. Athenęo. Oribaſio. Aetio. cap.ccxxix. fo.203
De Locuſtis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib.animalium. De animalium inceſſu. De Generatione animalium.
Athenæus

Athenæus. Plinius. Oppianus De piſci. cap.ccxxx. fol.204

De Aſtaco ſiue Cammaro. Ex Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partib. animalium. cap.ccxxxi. fol.205

De Cancrorum generibus. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De partib. animalium. De animalium ingreſſu. Plinius. Oppianus de piſcib. Athenæus. Dioſcorides. Galenus De cib.bo. maliſque ſucci. De ſimplic. medic. Paulus Aegineta. Aetius. Aelianus. cap.ccxxxii. fol.205.b

De Squillarum generibus. Et Cāmaro. Leone. & Arcto. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partibus animalium. Plinio. Athenæo. Aeliano. cap.ccxxxiii. fol.206.b


## TESTATA.

De Teſtaceis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animaliū. De partib. animalium. De animalium ingreſſu. De Generatione animalium. Galenus De Alimentis. De cib. bo. maliſque ſucci. De tenui uictus ratione. De ſanitate tuenda. Oribaſius. Plinius. Athenæus. cap.ccxxxiiii. fol.207.b

De Turbinatis. Author Ariſtoteles in hiſtor. animaliū. De partib. animaliū. c.ccxxxv. f.210

De Cochleis. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. De partibus animalium. De Generatione animalium. Plinio. Dioſcoride. Oribaſio. Athenæo. M. Varrone. Galeno De cib.bo. maliſque ſucci. De Alimēt. De ſimplic. medic. De compoſitione medic. per loca. Aetio. Paulo Aegineta. Cornelio. Celſo. Cicerone De Diuinatione. Strabone. ca.ccxxxvi. fol.210.

De Muricum generibus. ut Purpura. Buccino. & reliquis. Authores. Ariſtoteles in hiſtoria animalium. De Generatione animalium. Plinius. Athenæus. Dioſcorides. Strabo. Galenus De Aliment. De cib.bo. maliſque ſucci. De ſimplic. medic. Oribaſius. Paulus Aeginetes. Ouidius ī Metamorph. ca.ccxxxvii. f.212

De Strabelo. & Nerite. Ex authoribus. Ariſtotele ī hiſtor. animaliū. De partib. animaliū. Plinio. Aeliano & Athenæo. ca.ccxxxviii. f.213

De Echinis. Ex authoribus Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partib. animalium. De Generatione animalium. Plinio. Dioſcoride. Galeno De Aliment. De ſimplic. medicamen. cap.ccxxxix. fol.213

De Balano. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Plinius. Athenæus. Galenus. De Aliment. Oribaſius. cap.ccxl. fo.214.

De Vniualuibus. ut De Lepade. & Aure marina. Ex authorib. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partib. animalium. Athenæo. Oribaſio. cap.ccxli. fol.214

De Biualuibus. Et primo De Oſtreis. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De Generatione animalium. Plinius. Athenæus. Oribaſius. Corn. Celſus. Galenus De Aliment. De cib.bo. maliſque ſucci. De ſimplic. medic. Paulus Aegineta. cap.ccxlii. fo.214.b

De Chamis ſeu Conchis. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animalium. Dioſcoride. Plinio. Oribaſio. Athenæo. Pomponio. Mela. cap.ccxliii. fol.215

De Mitulis ſiue Muſculis & Tellinis. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De Generatione animalium. Corn. Celſo. Plauto. Plinio. Dioſcoride. Athenæo. Oribaſio. Galeno De ſimplic. Medic. cap.ccxliiii. fol.215.b

De Pinna. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtoria animaliū. Plinio. Cicerone De natura Deorum. Athenæo. Oribaſio. Theophraſto De Lapidibus. Solino. cap.ccxlv. fol.216

De Pectūculo. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De Generatione animaliū. Plinius. Atheneus. Oribaſius. ca.ccxlvi. fo.216.b

De Dactylis ſiue unguibus & pernis. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animaliū. Plinio. Atheneo. Oribaſio. cap.ccxlvii. fol.217.


## ZOOPHYTA.

De Zoophytis. Et primo De Tethyis Vertibuliſue. Authores. Ariſtoteles ī hiſtor. animaliū. De partib. animalium. De Generatione animalium. Athenæus. Oribaſius. Plinius. cap.ccxlviii. fol.217.b

De Holothurio. Stella. & Pulmone marino. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. De partib. animalium. Plinius. Dioſcorides. Oppianus De piſc. cap.ccxlix. fol.218

De Vrtica. Ex authoribus. Ariſtotele in hiſtor. animalium. De partib. animalium. Plinio. Atheneo. Galeno De ſimplic. medic. Oribaſio. cap.ccl. fol.218.

De Spongia. Authores. Ariſtoteles in hiſtor. animalium. Dioſcorides. Plinius. Oppianus De piſcib. Galenus De ſimplic. medic. facultat. Paulus Aegineta. cap.ccli. fol.218.b

Epilogus, ſeu caput ultimum. Ex authoribus. Ariſtotele in Hiſtor. animalium. Plinio. Alexandro Aphrodiſieo in problemat. Iul. Polluce. Galeno De Naturalib. facultat. cap.cclii. fol.219.b


FINIS.

# LOCORVM, QVAE IN HOC OPERE AB Edoardo Vuottono uel citantur uel exponuntur, catalogus.


Æliani. 57.h.55.g.72.g.75.b.77.h.81.b.g.88.g.99.c.102.f.115.c.120.d.e.129.d.131.b.134.d.150.c.h.153.a.155.b.157.b.161.a.167.d.169.a.b.170.d.172.e.h.195.f.202.f.20.b.d.
Aetij.78.h.93.c.f.99.g.100.a.c.e.g.101.c.f.109.f.117.g.127.h.187.e.g.188.a.c.d
Agatharſidis. 83.e.
Acharnis. 160.e
Aeſchyli. 11.g.e.133.c
Aldi Manutij. 118.g
Alex. Aphrodiſiei. 59.b
Alex. Myndij.77.f.115.d.116.a.125.a.127.e.131.a.133.e
D. Ambroſij. 120.e.169.a.b
Amyntæ. 68.h.69.h
Andreæ. 147.g.148.a.206.c
Andromachi. 124.b
Androſtenis. 216.f
Antigoni. 128.f.214.d
Antonij Muſæ. 99.h 197.e
Appellis. 91.c
Apicij. 129.b
Apollodori. 102.f.151.a.185.f..186.a
Apollonidis. 95.d
Appionis. 154.h.163.e
Apſyrti. 85.e.88.g
Apuleij. 87.c.125.a.129.f.147.d.151.g.156.e.162.f.202.g
Arati. 124.a.129.g.h.130.g.133.h
Arati ſcholiaſtæ. 124.a
Archeſtratij. 144.e.146.e.h.150.e.153.a.155.h.156.c.d.157.h.160.f.g.162.a.167.d.168.h.205.a.
Archelai. 50.h.78.d
Ariſtotelis fol. 4.g.5.d.6.a.c.e.g.h.8.c.11.a.13.a.18.c.19.c.g.22.g.26.f.27.e.31.f.34.e.g.35.d.36.h.38.f.45.g.46.a.d.f.49.d.e.f.50.b.52.e.54.a.57.c.h.58.g.59.c.63.g.64.e.67.a.b.73.b.d.79.d.h.80.b.81.a.b.82.b.84.g.85.d.g.86.g.87.b.c.e.91.d.g.2.c.e.94.a.95.c.97.e.99.d.f.100.d.e.101.d.103.b.106.g.h.112.a.g.114.d.g.115.h.116.f.g.117.g.118.g.h.120.d.e.h.121.e.123.a.124.a.b.126.d.e.127.e.h.128.f.129.d.130.d.132.b.c.133.e.135.d.136.a.g.138.e.139.g.140.c.142.d.143.a.c.144.c.g.145.b.h.146.a.147.d.f.g.148.f.h.150.a.f.151.a.b.d.e.g.152.h.153.a.e.154.b.e.155.a.b.d.g.156.c.157.e.158.a.f.g.159.a.b.e.160.d.161.a.f.162.b.f.163.e.g.h.164.a.165.c.e.167.a.c.h.168.d.169.b.170.f.171.e.h.173.a.e.175.h.176.c.177.d.h.178.b.c.e.g.179.d.f.h.180.d.e.h.181.d.184.f.g.h.185.a.c.187.b.188.a.189.a.g.190.a.g.191.b.c.e.h.193.c.199.d.g.200.f.201.b.202.e.203.b.f.204.b.h.205.e.206.h.208.h.211.h.212.c.213.e.214.d.215.e.216.g.217.h.218.b.d.220.a.
Ariſtotelis interpretis Arabici. 127.e
Ariſtotel. ueteris interpret. 98.d.112.a.117.g.126.e.151.c.
Ariſtobuli. 162.d
Ariſtophanis. 111.h.126.e.130.d.133.h.134.d.158.c.190.a.200.e
Ariſtophanis interpretis. 125.c.131.c.133.e.191.f
Ariſtophanis Byzantij. 163.b
Arriani. 65.c.92.d.e.98.d.f.130.d.134.a
Aniani. 153.a
Artemidori. 102.a.159.f.162.b
Aſclepiadis. 9.g.124.b
Athenæi. 113.b.114.d.h.115.h.117.f.g.123.a.124.h.126.h.128.a.130.d.131.c.145.h.150.a.h.151.b.c.g.152.a.e.153.e.154.b.c.g.156.a.c.157.e.f.158.b.c.f.159.a.160.d.g.162.f.163.f.g.164.e.165.c.d.e.167.f.g.h.169.a.b.170.b.d.190.g.199.d.201.b.205.e.207.b.d.211.f.h.212.a.203.a.c.214.b.d.e.f.215.h.216.b.g.
Attali. 164.f
Auſonij. 147.a.156.d.157.d.160.c.h.162.d.168.d.169.b.d.e.g.

B

D. Baſili Magni. 97.f
Blondi. 115.c.117.f.157.b
Boetij. 119.e

C

Calliphanis. 50.b
Callimachi. 124.d
Catonis. 166.f
Charis Mitylenæi. 216.f
Chryſippi. 161.h.219.g
Claudiani. 136.a
Clearchi. 124.h.162.a
Clytarchi. 131.c.135.b.191.e
Clyti. 112.d.e
Columellæ. 41.c.44.b.c.55.d.59.c.60.d.61.h.69.g.h.76.b.d.79.d.181.c.189.b.194.b.g.196.c.197.c.d.205.e.207.d.214.b.215.f
Cornelij Celſi. 4.f.g.5.a.b.d.6.d.f.h.7.a.d.e.11.g.12.f.16.a.b.c.e.29.f.30.b.c.e.99.e.f.112.a.129.d.158.b.167.f.d
Cornelij Nepotis. 131.f.155.c.

Ciceronis. 5.d.11.g.18.c.26.h.24.h.28.a.124.g.129.g.185.d.194.b.212.a.215.f
Conſtantini Cæſaris. 44.b.125.c
Cratis Pergamenſis. 72.a
Cremutij. 134.e
Cteſiæ Gnidij. 50.b.70.h.83.e.88.f.98.f.149.g.171.a

D

Democriti. 48.e.187.a.195.e.
Dinonis. 135.h
Diocli s. 36.f.62.g.153.b.161.b.166.f.199.d
Diodori Siculi. 58.g.101.f.196.e.197.f.
Dionyſij. 89.a
Dioſcoridis. 20.a.40.c.g.41.c.g.42.c.43.f.h.44.a.b.c.d.56.d.57.g.61.g.69.b.70.c.75.c.77.a.c.80.f.84.f.91.a.b.93.f.g.h.94.c.e.99.g.h.100.e.109.f.111.e.112.b.117.d.124.b.130.a.145.a.152.c.h.164.h.166.f.199.c.179.e.182.h.183.c.d.187.b.188.d.h.189.a.f.190.f.192.c.f.h.195.e.196.a.197.e.201.h.202.b.f.h.211.f.112.g.215.e.h.216.c.219.a.c.f.220.a.
Diphili. 142.d.144.c.145.d.148.e.149.a.150.b.e.152.b.154.f.156.b.e.f.157.c.e.160.d.g.161.b.d.164.b.f.165.a.b.d.h.166.a.b.g.167.a.200.h.201.a.h.202.d.h.203.b.205.a.215.c.d.216.f.218.f.
Dorionis. 147.f.151.a.154.e.g.155.h.156.c.160.d.161.f.162.b.e.165.a.d.167.e.169.g.170.b.

E

Ennij. 147.d.151.g.155.e.162.f.
Epæneti. 115.d
Epicharmi. 127.e.152.f.153.c.f.156.b.158.c.h.161.c.220.a.
Ephippi. 159.a
Eraſiſtrati. 10.b.18.d.101.b.e
Eſaiæ proph. interp. lat. 82.f
Eudemi. 306.f
Eudoxi. 50.e.148.f.
Euphemi. 50.c.
Euphorionis. 219.h
Euphranij. 129.f.
Euthydemi. 155.h.156.c.159.c.160.d.167.e

Feſti. 7.f.172.b.

G

Galeni. 5.a.d.6.c.g.h.7.a.e.8.c.f.9.g.11.a.12.f.13.a.16.a.b.c.17.b.18.c.h.19.b.f.g.30.c.31.f.44.g.35.d.39.g.38.b.f.40.c.d.g.42.c.e.43.f.44.a.b.45.g.46.c.f.51.e.54.a.55.h.56.c.7.b.61.f.67.a.69.g.h.70.c.77.a.c.e.g.80.e.97.e.98.e.99.f.h.100.e.101.g.106.g.109.f.111.c.e.112.b.114.c.d.115.g.h.117.d.g.124.b.127.h.128.h.129.a.130.a.131.f.132.h.143.e.145.c.145.c.h.148.h.150.a.c.d.e.f.g.151.b.152.c.153.b.c.155.d.f.156.a.h.157.a.f.159.h.160.b.161.a.162.g.164.f.h.165.b.h.166.d.f.167.d.f.169.c.182.b.d.g.183.b.185.e.188.b.h.189.a.182.e.h.194.f.197.a.d.e.202.a.h.203.b.206.f.209.f.211.c.h.213.h.214.b.215.b.220.a.


A.

# CATALOGVS.


A. Gellij. 11.g.120.d.
Gillij. 63. a. 65.g. 70.h.75. c.d. 81. b. g. 207.d.
Gratij. 60.f.h.71.h.87.c.

H

Hegeſandri. 153.b.
Heliodori. 82.f.129.d.
Hermolai Barbari. 63.a.69.h.70.g.81. a.89.c.91.g.93.g.100.c.d.e.103.a.112 a.113.b. 117.g.h. 120.e. 124. b.136.b. 151.b.153.b.155.b 156. c.f.162.b.163. c.d. 165. e.166.f.167.f.184. g.187.f. 188.c.191.e.f.197.c.g.111.h.112. a.213 a.h.216.c.220.a.
Herodoti Halicarnaſſæi.50.a.64.a.e.91 d.132.b.136.a.168.h.169.b.c.
Herodoti Heracleotæ. 63.g.81.h.90 h. 213.d.
Herophili. 8.f.11.c.46.e.
Heſychij. 130.a.134.a.191.f.
Heſiodi. 47.g.49.e.81.a.211.h.
D. Hieronymi. 69.g.
Hippocratis. 6.h.12.b.f.14. b.15.b.43.f. 117.a.182.e.f.192.f.h.193.b.
Homeri. 5 d.6.e.11.g.16.a.14.f.49.g. 119.e.121.a.122.h.
Horatij Flacci. 108.g.109.f.153.c.163.c.

I

Io.Claymondi. 75.d.95.f.112. b.130.d. 180.e.181.d.
Iceſij.145.c.146.d.148.b.e.156.b.f.158. h.159.c. 161.b.h.165.d.166.a.167.a. d.f.215.c.
Iouij. 15.b
Iphicratis. 75.h.
Iſichij. 69.h.
Iſogoni. 49.g.50.c.
Iubæ. 71.h.100.h.133.c.171.e.215.g.
Iulij Cæſaris. 75.a.77.a
Iulij Pollucis. 4.g.5.a.b.6.c.d.e.h.8.h.9. e.g.11.g.16.a.b.e.18.h.44. h.63.a.67. c.115. h.126.h.128.a.131.f.161.f.151.c. 200.e.
Iuuenalis. 129.d.207.d.

L

Labeonis. 135.
Laberij. 155.c.
Lactantij. 9.h.134.h.135.a.
Leoniceni. 100.e.
Leonidis Byſantij. 170.h.171.a.196.b.
Licinij Mutiani. 153.c.
Lippij. 158.c.
T. Liuij. 82.f.
Lucani. 97.e.98.e.99.c.100.e.103. a. 18.c.192.h.
Lucretij. 9.c.113.b.114.c.124.e.130.b.
Lyncei Samij. 162.b.

M

L.Macri. 147.f.202.h.
Magonis. 89.a.
Manilij. 134.f.g.
Marcelli Virgilij. 191.f.g.
Martialis. 68.e.75.d.84.g.92.g.114.h. 115.h.117.a.c.128.b.128.a.129.b.150 a.f.155.b.156.g.153.c.d.205.e.207.d.
Maſſarij.145.h.146.a.147.c.d.150.b.151 b.153.d.
Maſſurij. 40.e.120.c.
Martionis Smyrnei. 51.d.
Megaſthenis. 50.a.b.e.58.d.65.c.96.e. 186.b.
Menecratis. 177.h.
Mnaſei Pratenſis. 163.e.
Mneſithei Athenienſis. 142. a.168. a. 209.h.
Muſæi. 119.a
Mutiani. 214.f.

N

Neoclis. 93.e.
Nicandri. 69.f.h.93. c.f.g.h.98.a. 99.f. 101.b.c.102.g.h.103. a.130.d. 146. e. 184.g.h.185.g.186.a. 187.d.g. 188 c. 189.a.191.e.192.f.193.c.h.220.a.
Nicandri Thæteræni. 151.f.
Nicandri interpretis. 94.f.100.e.
P. Nigidij. 69.a.122.c.135 e.190. a.g. 192.b.
Nonij Marcelli. 136.b.163.e.
Numenij. 152.f.158.f.58.f.166.f.170.b. 195.f.

O

Oniſicriti. 49 g.
Oppiani. 57.h.58.g.65.g.66.e.69.h.70 h.75.b.c.79.d.81.b.97. f.100.d. 115. c.136.d.138.e.144.g.145 b.f. 146. a. 147. c. d.148.f.149. a. b.149.a. b.d. 130.b.151.e.f.153.c.d.c.154.a.b.d.154. e.155.b.h.156.c.d.h.157.a.b.e.f.158.f. 159. e. 160. g.161.h.162. c. 163. d.g. 164.e.165.c.e.166. f.167.e.f.h. 169. a.b.g.173.a.e.f.188.f.199.g.200.d.h 201. a.202. b.205. a.206.f.218.c.h. 219.f.
Oribaſij. 109.f.117.g.150.c.153.e.156.b. 161.h.211.f.h.212.g.215.e.
Ophilij. 51.d.
Ouidij.7.a.68.h.97.g.109.f.117.g.120. e.122.e.123.a.b.125.b.h.126.a.128.g. 130. b.f.133. d.134. f.135. g.h.136. a. 147.e.f.h.151.a.b.c.f.153. b.g.154.a.b d. g.155. b.e.156.a. b.h. 157. f. 158. f. 160.c.163. g.164.e. 165.c.171. f.172. e.173.f.185.h.193.h.200.c.

P

Palladij.75.c.83. b.85.a.c.d. 86.d.87.h. 112.b.116.a.166.g.183.a.194.h.
Pamphili. 165.a.d.
Parmenonis Rhodij. 157.h.
Pauli Aeginetæ. 45.g.69.h.93. h. 99.g. 100.e.127.h.169.c.183.b.191.e.
Pauſaniæ.50.c.57.h.72.f.75.d.81.a.90. h.98.f.100.h.101.h.103.a.126.a.135. g.160.b.163.e.f.169.a. b.173.d. 191. f.211.h.
Pelopis. 92.f.
Periandri. 98.f.213.c.
Phauorini. 162.f.
Philoſtephani Cyrenenſis. 163.e.
Philoſtrati. 57.h.88.e.103.a
Philotimi.36.f.142.c.145.h.148.h.166.f
Phocionis. 130.d.195.b.
Phomonoes. 119.e.
Pictonis. 197.e.
Piſandri.Camirei. 135.f.
Pithiæ. 154.d.
Platonis. 1.b.12.f.44.f.145.c.
Plauti. 123.a.151.b.194.b.219.g.
Plinij.4.e.f.5.a.d.6.a.c.e.h.11 g.12. f.13. a.16.a.c.d.17.d.16 c.19.c.h.20.a.26 h.34.e.f.37.d.38.b.40.c g 41.c.d. 42 c.d. 43.f.44.c.45. e.46. a. c. e.48. b. 49. d.f.g. h. 50. d. c.56.d. f. 57. a. b. c.f. g. h. 58. g.19. f 61. g. 62.e. g.64. a.b.65.e.f.g.67.a.c.68.a.c. 69.g.h. 70.h.72.a. b.73.b.d.74.c.75 c.f.g. 77.g.78.a.d.79.d.h.80.a b.d. 81.g. h 82.b.83.a.84.b.g.85.e.86.g.87.b. c.88.g. 89.c.91.a.d.92.c. e. f. 93. d.f. 94.d.96.f.h.97.d.e.f.g.98.b.f.g.99 b.f.100.e. 101.b.f.h.102. h.103. a.b. 105.e.106.b.h.108.f. 109.d.f.110. d. g.111. c.d. e. h.112. a.b.d.g.113.b.d.e. 114.f.115.c.a.117.d.e.h.118.c.g.119. e. h.120.d.e.g.h.121.e.122.d. h.123.b.c. h. 124.b. 125.d.e.126.a.c. h.127. e.f. 128.a.d.f.h.129.a.c.d.f.g.130.a.d.131 a.132.d. 133.e.135.d.e.h. 136.a. 138. e. 140.h.142.e 145.a.f.146. a.147.c.d. f.148. a.149. b.e.150.a.b. c. 150. f.g. 151.b.d.e.g.152.c.h.153.b.c.d.e.h.154. d.h.155.a.b.e.g.156.b.c.f.g.h.157.a.g 158.a.b.c.159.a.160.c.e.161.c.162 a. b. 163.a. c.g.h. 164.a. b.g.165. c.d.e. 166.e.f.g.167.a.e.h. 168.c.d.f.g.169. b.c.171.a.172.a.e.g.h.173. e.f. 175. f. 176.a.178.a.b.c.d.f.179.d. g.h.180. d.g.h.181.a.c.g.182.a.h.183.a.b.c.d.e 184.b.d.e.f.h.185.a.c.h.186.e. 187.c. g.188.a.b.c.g.189.d.190.a.f.g.191.b. h.192.a.c.e.f.h.193.a.c.e.g.h.194.c.f. h.195.c.g.197.a.b.c.d.199.b.d. 200. a. e. f. g.h. 201.a. b.202. b.f. 203. b. 204. b.h.205.a.e.206.e. h. 207.c.d. 209.b.c.210.a.g.211.f.g.h.212.c.213. a.c.e.f.h.214.b.f.215.a.e.h.216.b.c.g. 217. b.c. d.h.218.a.c. d.g.219. a.d.f. 220.a.
Plutarchi 97.g.115.e.131.c.
Polemonis. 131 b
Polybij. 163.f.
Praxagoræ. 36.f.
Praxonij. 44.c.
Pſeuſippi. 152.f.g.163.a.167.g.190 f.
Pythagoræ. 72.a.

R

Raſij. 114.d.
Ruellij. 191.e.
Ruffij. 31.f.40.c.78.f.

S

Santræ. 135.e.
Senecæ. 153.c.181.f.
Sereni. 196.d.
Sergij. 214.g.
Seruij. 93.g.
Seſtij. 70.b.86.f.91.c.94.d.

# CATALOGVS.


*Sethi.* 109.f.

*Solini.* 36.f.49.d f.50.c.56.h.57.b.c.f.58.g.64.a.65.g.72.b.74.e.75.c.91.f.97.e.99.c.101.f.103.a.125.g.126.a. 133. d. 136.a.b.150.c.171.e.172.e.186.c.216.g

*Sophoclis.* 4.h.

*Sophronis.* 145.h.152.b.

*Sorani.* 196.g

*Sornatij.* 149.g

*Soſtrati.* 163.h

*Statij Seboſi.* 149.g

*Strabonis.* 50. f.57.h.58.e.g.70. h. 87.c. 99. d 115. e.122.h.132.a.136. d. 146. a. 149. d. 156. b.164.a. 167.e.f.168. h.169.a.b.172.h. 194.b. 210.f.

*Suetonij.* 129.d.

*Suidæ.* 121.e.125.c.126.h.130.a.134.a. 186.h.

T

*Tauronis.* 50.e.

*Telephi Cretenſis.* 185.d.

*Terpſiclis.* 127.a.

*Teucri.* 212.a.

*Theocriti.* 79.d.87.b.124.a.

*Theocriti interpretis.* 75.b.94.b.97.f. 124.a.125.a.

*Theodori Gazæ.* 5.a.6.c.d.h.38. b.46.f. 47.a.54.b.57.d.68.e.75.c.81.b.h.84 g.98.g.100 e.103.b.104.d.112.a.114 d.117.f g.h.118.a.g.120.e. 121.e. 123. a.b.g.124.b.126.a.d.e.h. 127. h.128. a.c.129.c.d.130.d.136.a.b.137.f.140 c f.147.c.d.150.a.b.d.151.b.c.g.153.c. d.154.b.155.b.156.b.158.b.c.156.c.d. 162.a.b.f.162.g.163.c.d.h.165.c. 167 f.169.a.b.170.b.172.e.173.e. 174. h. 175.g.179.b.180.d.184.g 185.a.186. c. 188. a b.189.h.190.a. f.g 191. a.h. 193.h.194.e.f.197. c.g.199.d. 205. e. 206.h.207.c.d.211.f.g.h.214.d.216. g.217.h.218.c

*Theonis interpretis Arati.* 130.d.189.a

*Theophanis.* 195.d.

*Theophili.* 46.e.

*Theophraſti.* 44.b.62.g.89.a.94.g.103. b.120.c.145.b.146.e.170.e.171.d.191 h.194.c.f.216.e.

*Theopompi.* 124.d.

*Timæi.* 93.e.

*Trebij Nigri.* 125.e.149.b.d. 152.h. 167. h.200.c.

*Trogi.* 48.d.67.c.

V

*Valerij Maximi.* 120.d.

*Vegetij.* 87.c.

*Varronis.* 49.e.59.d.e.60.d.67.d. 68.e. 70.h.73.b.g.75.c.f.76.e.g.77.g.78. e.79.d.83.a.b.84. f.85.g.86.a. 89.a. 99. b. 110. h.111.h.112. b.c.d.113.b.c. 117.f.125.b.128.a.132.d.133. h.151. b. 156.b.160.c.177.h.178.f.179.e.179. e.g.180.d.182.a.184.f.g.210.f.

*Virgilij.* 76.b.77.h.86.d 93.g. 97.h.93. b. e.124.g.126. h.129.h.130.b.173.a. d.178.h.179.a.180.h.189.e.195.c.

*Vitruuij.* 12.f.

*Vlpiani.* 72.g.

*Vmbreij.* 120.c

X

*Xenocratis.* 50.h.142.c.f.143.a.c.146.d. 148.h.149.a.150.e.f.g.151.g.152.b.h. 153. b.g.154. f.h.155. e. f.156.a.d. e.f. 157.e.g.158.b.160.e.f.164.e.g.165.a. d.166.a.f.g.167.a.194.b.201.a. 210 a.214.b.216.h.218.f.

Z

*Zenotini.* 62.h.

*Zoroaſtis.* 43.


FINIS

# Edoardi Vuottoni Oxonienſis

## DE DIFFERENTIIS ANIMA- LIVM LIBER I.

Ad ſereniſſimum regem Angliæ Edoardum eius nominis ſextum.

### Animal quid ſit, & quo differat ab iis quæ non ſunt animalia. Caput I.

B ANimal undique abſolutum atq; ἔννουν, id eſt mente præditum eſſe mundum, cuius circunflexu teguntur cũcta, Plato nobis author eſt: idemque quatuor in eo animalium genera contineri prodidit. Vnum ſcilicet deorum cæleſtium, & igneum hoc quidem atque rotundum: alterum πτηνὸν καὶ ἀερόπορον, id eſt uolucre & aëriuagum: ἔνυδρον, tertium, hoc eſt aquatile: quartum πεζὸν καὶ χερσαῖον, id eſt terreſtre, aut in terra uictitans. Verum cũ ſubſtantiæ, quæ natura conſtant, partim ingenitæ immortaleſque ſeculis o-
C mnibus à ſapiẽtię profeſſoribus putentur, partim ortus participes atque interitus intelligantur: nos partem illam nobilem ac diuinam minus cõtemplari propterea poſſumus, quòd admodum pauca ſenſui patent, quorũ ope de iis, quæ in illis rebus noſſe cupimus, facultas nobis cogitãdi, indagandíque ſuppeditetur. Reliqua autem illa animantium genera, quæ nos quoque animalia appellamus, quòd eas nobis ſocias familiaréſque habemus, noſſe uberius poſſumus. De harum itaque differentiis diſſeramus, nullum genus pro uiribus omittentes, uel uilius uel nobilius: cum nulla res ſit naturæ, quanuis uel uiliſſima appareat, in qua non mirandum aliquid habeatur. In animantium genere uniuerſo, primum genus plantarum eſt: earúmque alia ab alia differt, eò quòd perfectioris uitæ particeps eſſe uide-
D tur. Vniuerſum autem earum genus, ſi ad cætera reſpicias, quæ anima uacant, ipſum quaſi animal eſt: at reſpectu animalis, inanime eſſe uidetur.

Sed enim digreſſus hinc ad animalia cõtinuus procedit. Natura enim cõtinue ab inanimatis ad animalia tranſit, per ea quę uiuant quidem, ſed non ſunt animalia: ita ut parum admodum alterum ab altero differre uideatur, propter ſuam propinquitatem. Viuunt enim principio, & quæ in ouis, & quæ in animalibus gignuntur uita plantæ. adhærendo enim capiunt primum & incrementum & alimentum. Sunt item in mari nonnulla quæ ambigas animál ne ſint an planta. Spongiæ enim natura ſimillima plantis eſt. Cæterum paruo quodam diſcrimine ſubinde alia præ aliis iam adipiſci uitam ſenſumque uidentur. Quin & ſentiendi uim ita habent nonnulla, ut

leuiter & perobſcure ſentire uideantur. Quandoquidem itaque anima- E
lia ab iis quæ uiuunt tantum, parte animę ſenſuali, ſentiendíue facultate o-
mnino ſeparari conſtet, eò præcipue quòd ſenſum habeat, definietur ani-
*Animal.* mal. Erit itaque animal corpus animatum, quod ſenſu præditum eſt. Non
tamen in omnibus animalibus par ineſt ſentiendi uis: ſed aliis ſenſus om-
nes, aliis pauciores dedit natura. Sunt enim quinque numero: uiſus ſcilicet,
auditus, olfactus, guſtus, & tactus. Quorum tactus omnibus animantibus
adeo neceſſarius cenſetur, ut niſi hunc habeat ſenſum, non poterit animal
quæ iuuant, nocéntue, hęc quidem uitare, illa uero amplecti. Eſt uero & gu
ſtus tactus quidam, qui & alimenti cauſa non minus neceſſarius habetur.
his igitur ſi priuetur, ut animal ſeruetur, uiuátque, minime erit poſſibile.

Omnibus itaque quæ animalis nomine cenſentur, tactus ineſt & guſtus, F
& maxima etiam ex parte olfactus: niſi quod forte imperfectū animal fue-
rit. Horum enim quibuſdam ſolum tactus ineſt: reliqui autem ſenſus non
ex neceſſitate, ſed ſalutis potius gratia dati ſunt. Neque enim omnibus ne-
*πορευτικά.* ceſſario inſunt, ſed iis tantum quæ locum mutare nata ſunt, πορευτικὰ uocāt:
hoc nanque genus non tangendo ſolum, ſed eminus etiam ſentire oportet,
ſi permanere animal debeat. Quando igitur ſentiendi facultate conue-
niunt omnia, quo pacto unumquodque ab alio diſcrepet, explicādum iam
nobis eſt.

## Quibus modis conſtitui debeant animalium differentiæ. Cap. II.

NOn ſenſus ſolum, ſed & alia nōnulla ſunt, quæ partim multis, partim G
omnibus animalibus inſunt cōmunia: uiuendi nimirum ratio, mo-
res animalium, aliíque affectus actionéſque, & præterea partes. Actiones
autem & affectus intelligi uolo, inceſſum, generationem, incrementum,
coitum uenereum, uitámque ac mortem, uigiliam & ſomnum, reſpiratio-
nem, iuuentam & ſenectam, ualetudinem proſperam aduerſámue, ſexum
maſculinum aut fœmineum, atque uocem, & quęcunque id genus alia poſ
ſunt generi animalium tribui. Per hæc potiſſimum & quæcunque huiuſ-
modi alia, differentias animalium conſtitui dignum eſt. Quibus de rebus
primum ueluti formula quadam agendum: deinde generatim diſcuſſionē
*A partibus.* diligentiore diſſerendum cenſemus. Profecto differentiæ quæ in partiū,
morum, aliorúmque affectuum, & uictuum actionúmque ratione uerſan- H
tur, colligi debent: partium quidem, eò quòd animalium alia ſanguinē ha-
bent, ut homo, equus: alia exanguia ſunt, ut apes, ueſpæ. Item aliis pedes na
tura dedit, aliis negauit. Et quæ obtinent pedes, aut binos habent, ut homi-
nes atque aues, duo hæc tantummodo genera: aut quaternos, ut lacerti, ut
*A uictus rat.* canes: aut plures, ut centipedes & apes. Per uictus rationem differunt ani
*σαρκοφάγα.* malia, eò quòd alia carne ueſcuntur, alia frugibus: alia omnia attingunt, ut
*καρποφάγα.* cornices, alia cibo ſui generis proprio utuntur, ut apes, melle, & paucis qui-
*παμφάγα.* buſdam aliis aluntur. aranei uenatu muſcarum uiuunt. Differunt præter-
*ἰδιότροφα.*
*Ab affectibus* ea & moribus animantes: aliiſq; affectionibus: ut aliæ feræ, aliæ cicures in-
*A moribus.* ueniantur. Atque harum utriuſque, alię perpetuo cicures, ut homo, mulus:
aliæ

A aliæ perpetuo feræ, ut panthera, lupus: aliæ cũ ſint feræ, facile manſueſcunt, ut elephantus. Item aliæ mites ſunt, animóque remiſſæ minimeque peruicaces repugnantéſue, ut boues: aliæ animoſæ, peruicaces, & omnino indociles, ut ſus ſylueſtris: aliæ ingenioſæ ac timidæ, ut cerui, lepores, cuniculi: aliæ illiberales, perfidæ, inſidioſæque, ut ſerpentes: aliæ liberales, fortes, nobiles, ut leones: aliæ feroces & inſidioſæ, ut lupi: aliæ aſtutæ, malitioſæ, callidæ, ut uulpes: aliæ animoſæ, amatrices & aſſentatrices, ut canes: aliæ mites, & manſuetudini addictæ, ut elephantes: aliæ uerecũdæ & cautæ, ut anſeres: aliæ inuidæ, & ornatus, polituræque ſtudioſæ, ut pauones. Colore etiam differũt animalia: alia nãque unicolora ſunt (appello unicolora, quo- *A colore.* μονόχροα.
rum genus totum unum habet colorẽ: quomodo leones fului ſunt omnes:
B idéque in auibus & piſcibus & reliquis animalibus intelligi uolo: alia uerſicolora ſunt: ſed toticolora (ea autem dico toticolora, quorum corpus totum quidem eundem habet colorem, ſed non omnium eiuſdem generis corpora eundem, ut bos totus albus eſt, aut totus eſt niger:) alia uaria ſunt, idq; dupliciter: aut enim genere toto, ut panthera, ut pauo, & piſciũ nonnulli, ut quæ thraſſæ uocantur: aut non genere toto, ſed parte, ut boues, ut capre: interdum uariæ generantur: in auium etiam genere, columbæ, & alia pleraque. Sunt uero & per actiones animalium differentiæ, ut alia locum per tempora mutant, alia iuuamen in cõſuetis ſibi locis comperiunt. πολύχροα. ὁλόχροα. ποικίλα. *Ab actiõibus.* *A motu.*

Item animaliũ alia uolatilia ſunt, ut aues, apes: alia greſſilia, ut quadrupedes: alia natant, ut piſces: alia reptilia ſunt, ut angues: alia tractilia, ut hirun-
C dines. His uero modis uariæ colliguntur & aliæ animalium differentiæ: ut animalium alia aquatilia ſunt, alia terreſtria. Et aquatiliũ ordo triplex: alia enim in aqua degunt, uictúmque petunt ex humore, quæ etiam per uices recipiunt & reddunt, nec uiuere poſſunt niſi uerſentur in humore, ut piſces. Alia degunt quidem in fluido, uictúmque inde emoliuntur: ſed aerẽ non humorẽ recipiunt, id eſt ſpirant, & foris parere ſolent. Complura huius generis ſunt, partim greſſilia, ut lutris, latax, crocodilus: partim uolucres, ut mergi & urinatrices: partim etiam quæ nullis pedibus innitantur, ut natrix: nonnulla cum uictũ in humore exerceãt, nec foris uiuere queãt, nihil uel aeris uel humoris recipiunt, ut urticæ, oſtrea. Aquatilium item aliis nandi uis tributa eſt, ut piſcibus: quædam ambulare poſſunt, ut can- ἑρπυστικά. εἰλητικά.
D crorum genus. Sunt & quæ ſede ſtabili degunt: ut quæ ſaxis affixa omnem uitam traducunt, ut concharum genera nonnulla. Aquatilis item generis, alia marina, alia fluuialia, alia lacuſtria, alia paluſtria, ut ranę. Terreſtriũ uero animantium, alia ſpirant, ut homo, & quæcunque terreſtria habent pulmonem: alia quanuis non ſpirant, tamen ſedem in terra perpetuo tenent, & uictum inde capiunt, ut ueſpæ, apes. Terreſtrium etiam alia uolucres ſunt, ut aues, ut apes: alia pedeſtria, quorum alia greſſilia, alia tractilia ſunt. Animal autem quod uolucre tantum ſit, ut piſcis, natatile ſolummodo eſt, nullum nouimus. Necnon differentias illas uitę, actionéſq; animantium continent. Sunt enim aliæ gregales, aliæ ſolitariæ, aliæ uitam ancipitem degunt: ut eædem modo ſocietate, modo ſolitudinẽ gaudeant: tũ

uolucres,tum nantes,tum etiam pedeſtres. Item aliæ ciuiles,aliæ inciuiles. E

*Ciuiles animantes, πολιτικὰ ζῷα.*

Ciuiles appello animantes,quæ labori communicant: id eſt, quarum opus communi efficitur opera,muníſque idem omni eſt,quod nō omnibus gregalibus competit.Ciuilis generis eſt homo,apis,ueſpa,formica, grus: quarum aliæ ſub duce degunt, ut apes:aliæ nulli ſubditæ imperio ſunt, ut formicæ. Sunt item tam ex gregalibus quàm ex ſolitariis aliæ quæ ſedem nunquam mutent, nec peregrinentur: aliæ quæ mutare ſtatuto tēpore ſoleant. Et aliæ uim habent uenandi,aut ingenio recondendi ſibi dotatæ ſunt: aliæ nec ad uenandum aptæ,nec ad recondendum. Item aliæ domicilia ſibi parant,ut talpa,mus,formica,apis: aliæ nullis ſe includere caſis patiuntur, ut plures tā inſecti generis, quàm quadrupedis. Quinetiam locis diſcrimen aliud exiſtit: quippe cum aliæ cauernas ſubeant, ut lacerti, ſerpentes: aliæ F per ſumma telluris degant, ut canis, ut equus, ac alia foramina ſibi excauant:aliæ nunquam eo munere funguntur.Et aliæ noctu ſibi uictum quærunt,ut noctua,ueſpertilio:aliæ interdiu tantum. Item aliæ mutæ omnino ſunt:aliæ ſtrepitum tantum elidunt:aliæ uocem etiam formant. Quarum aliæ loqui poſſunt:aliæ uocem ſolam nullis exprimendam literis reddunt. atque aliæ loquaces, aliæ taciturnæ: aliæ oſcines, aliæ non canunt. Aliæ præterea camporum incolæ ſunt,ut palumbes:aliæ montis, ut upupæ:aliæ cum hominibus degere ſolent,ut columbi. Item aliæ copia libidinis gaudent, ut perdicum genus, & gallinaceorum: aliæ minus uenere ualent, ut quæ coruinam ſpeciem gerunt:quippe quæ raro ſoleant coire. Adhæc aliis data eſt uis dimicandi:aliis ingenium cauendi & cuitandi. Præterea quæ G natant,alia pedibus carent:& hæc aut pinnis natant,ut piſces,aut etiam abſque pinnis,ſed ita mari utuntur,ut terra ſerpentes, modóque ſimili repunt in humore:aut ſua ipſa latitudine natant, ut cartilaginei generis,quæ plana ſunt,& caudam habent, ut raia, paſtinaca: alia uero quæ pedes habere uidentur,ut mollia,tum.pedibus ipſis,tum pinnis natant.Quæ cruſta intecta ſunt,ſuis caudis natant, celerriméque retrorſum, pinnarum caudæ adiunctarum beneficio.Cordulus etiam pedibus natat & cauda. Volucrum autem aliç penna uolāt,ut aquila,accipiter:aliæ mēbrana ſicca,ut apes,ſcarabei:aliæ cute,ut ueſpertilio. Sunt porro quæ uel pēnis uel cute uolāt,omnia bipeda aut apéda. Angues enim circa Aethiopiā tales uolare narrātur.

*A ſtrepitu & uoce.*

## Animalium genera ampliſſima. Cap. III.

H

AMpliſſima uero animalium genera,in quæ alia digerantur redigantúrque animalia,quæ ſaltem nominibus diſtincta reperiuntur, hæc ſunt, auis,piſcis,cetus:quæ quidem omnia habent ſanguinem. Et terreſtre quod ſanguinem habet & pedibus caret,genus ſerpentum eſt. Adhæc genus teſta intectū eſt,ὀστρακόδερμον Græci uocant, & ὄστρεον:nos oſtreum ſiue cōcham. Et cruſta incluſum aliud,μαλακόστρακον uocant:nec aliud nomen habet commune,ut locuſtarum & cancrorū genera. Aliud item μαλάκιον, id eſt molle, ut lolligines,ſepiæ. Adde iis inſectorum genus, quæ omnia genera ſanguine carent. Reliquorum animantium genera nulla præterea ampla numerantur:

A rantur: unum enim quod plura genera contineat nullum eſt: ſed aut ſim-
plex eſt, nullis ipſum ſpecificis euarians diſcriminibus, ut homo: aut diui-
di quidem in alia genera poteſt, ſed nullis nominibus diſtincta. Quæ enim
in genere quadrupede non pennato continentur, ſanguinem quidem o-
mnia habent: ſed alia animal pariunt, alia ouũ: dixerim hæc ᾠοτόκα, id eſt
ouipara, illa ζωοτόκα, id eſt uiuipara. Hæc ita impreſentiarum formula expo-
ſuiſſe quadam prægustandi gratia placuit. Reliquum iam eſt ut ad alia trã-
ſeamus.

## De partibus animalium. Cap. IIII.

ANte omnia partes animalium ex quibus conſtant, explicandæ ſunt.
B iis enim potiſſimum, atque in primis, tota quoque ipſa inter ſe diffe-
runt. Sunt porro animaliũ partes, aut ſimilares, aut organicę ſiue inſtrumẽ
tales. Similares Græci ὁμοιομερῆς uocant, quòd undique in ſimiles diuidan-
tur particulas, id eſt quòd omnes earum partes tum ſibi mutuo, tum toti
ſimiles habeantur: quæ & ſimplices etiam, & primæ, & incompoſitæ non-
nunquam appellantur: quandoquidem ex illis conſtitutæ ſunt particulæ,
quæ organicæ ſiue inſtrumentales, atque etiam officiales uocantur. Simi-
lares autẽ numerantur hæ, os, cartilago, uena, arteria, neruus, ligamẽtum,
tẽdo, membrana, caro, adeps, unguis, cutis: his adduntur humores, ut ſan-
guis, & qui in oculo ſunt, criſtallinus & uitreus humor. Inſtrumentales ue-
C ro partes ſunt, quæ aptæ ſecari in partes, ipſi toti diſſimiles ſunt: ut manus,
non in manus ſecatur, aut facies in facies, aut pes in pedes: quapropter &
diſſimilares etiam uocantur. Ex hoc partium genere ſunt, quæ non modo
partes particulæ'ue, græce μέρη ἢ μόρια, (pars enim cuiuſpiam dicitur quic-
quid totum complet atque integrat) uerum etiam μέλη, id eſt membra ap-
pellantur: uidelicet quæ cum ipſę totius integritate deſcribantur, habeant
tamen in ſe partes diuerſas, ut caput, ut pes, ut manus, ut totum brachium,
aut pectus: quippe quæ & ipſæ partes ſint totæ, & ex partibus conſtent di-
uerſis diſſimilaribúſque. Has uero partes totas uoco, & integras: quemad-
modum animal aut totũ aliud quoduis, unum eſſe dicitur, & totum quod-
dam integrúmue, eò quòd ſuis conſpiciatur finibus circunſcriptum, nec
ulla ſui parte alij coniunctum: ita & ipſius pars, cuiuſmodi eſt oculus, lin-
D gua, naſus, una eſſe dicitur: totáque & integra, eò quòd appareat ſuis qui-
buſdam finibus contineri: quòd ſi non eſſet ulla ex parte reliquo corpori
annexa, ſed omnino ſeparata perſiſteret, tũc ſane neque pars, neque mem-
brum diceretur omnino, ſed abſolute unum & totum integrúmque.

## De partibus exterioribus diſſimilaribus. Cap. V.

VT uero nummos ad id quod ſibi quiſque certum exploratúmque ha-
beat probare ſolet, ita & in animalium partibus agendum nobis eſt.
Homo itaq; cum ſit omnium maxime animalium nobis familiare, & ex-
teriorum partium eius forma per uſum quotidianum ſit notiſſima, reli-
quorum proinde animalium exteriores partes, tam ſimilares, quàm inſtru

mentales ita dignoſcendæ ſunt, eò quòd humanis partim eaſdem habent, E
partim ſimiles, diſſimiléſue ſint, ſed proportione conueniant. At uero interiores contra. ſunt enim hominum in primis incertæ atque incognitæ. Quamobrem ad cæterorum animalium parteis, quarum ſimiles ſunt humanæ, referentes eas, contemplari debemus. Hominis autem partes, & ſi ſenſu facile percipi poſſint, deſcribendæ tamen ſunt: ut & ſenſum ratio comitetur, atque etiam ut ſeries commentandi ſeruetur perpetua, dum ordinem perſequimur omnium: quò minus lateant ea quæ non eodem modo quo homines, cætera animalia poſſident. Partes itaque primum enumerabimus officiales, quæ externæ ſunt, utpote quæ ſunt per uſum quotidianũ præcipue nobis notę: deinde interiorum ordinem proſequemur: poſtremo F
quæ ſimilares ſunt, explicare conabimur.

## De capite & eius partibus. Cap. VI.

MAximæ igitur partes, in quas primas diuiditur corpus, hæ ſunt, caput, collũ, thorax, brachium duplex, crus duplex. Caput in animalibus omnibus ſuperiorẽ obtinet ſitum, corporis ſuiratione. Capitis autem pars quæ capillis intecta eſt, calua appellatur: cuius pars prior ſinciput, poſterior occiput eſt. Quod uero inter ſinciput & occiput eſt, ϛεφάνιω dicunt, id eſt coronam. Extremus etiam capillorum ambitus ϛεφάνη uocatur. Caluę medium illud diſcrimen & æquamẽtum capillorum, uerticem uocamus, Græci κορυφὼ dicũt, unde & δικόρυφοι, id eſt biuertices dicti, quibus diſcrimẽ G
illud geminum eſt: uerum non oſſe, ſed æquamento. Faciem partem eam nominamus duntaxat in homine, quæ in priore parte caluæ ſubiacet. Pars faciei frons, quæ ſub ſincipite poſita, inter idipſum & oculos eſt: huic quæ prætenditur cutis, προμετωπίδιον dicitur: in qua rugæ, σολίδες dictæ. Ab utraque frontis parte, tempora ſita ſunt. Supercilia ſub fronte bipartito diſtincta. inter ea quod medium eſt, μεσόφρυον: at eorum partes quæ naribus proximæ ſunt, ὀφρύων κεφαλαί, id eſt ſuperciliorum capita dicuntur: & οὖραι, id eſt caudę, quæ ad tempora accedunt. pilos uero ipſos medici nõnulli τύλους uocarunt. Superciliis oculi ſubiacent duo: quorum partes ſuperius inferiúſq; oculos tegẽtes, palpebræ appellantur. Pilos, qui extremo palpebrarum ambitui adhærent, cilia nominamus. extremus uero palpebrarum ambitus, unde excreſcũt cilia, ταρσὸς uocatur. Humor oculi quo uidemus, pars uidelicet illa quę in medio eſt, pupilla, quod eam ambit, nigrũ oculi dicitur: quod H
poſtremo nigrũ circũdat, cãdidũ oculi uocatur. Pars etiã cõmunis ſuperioris inferioriſq; palpebrę angulus eſt, quẽ duplicẽ uterq; oculus habet: alterũ iuxta nares, alterum iuxta tempora. Auris pars capitis qua audimus eſt. huius pars exterior, quæ plana patuláque manet, Latinis auricula, Græcis πτερύγωμα eſt, (quaſi alam dixeris aut pinnã) quæ ſolum chartilagine & cute conſtat. Qua uero parte ſui extrema ab anteriore in poſterius uertitur, &
*κυβοειδής. quaſi reflectitur, *κυρτοειδές dicitur. ſub hoc, quod ueluti dimidiũ circuli eſt, ad rotũditatẽ uergens, & in mucronẽ exurgens, ξυστήρ appellatur. quod uero huius acumini ſubeſt concauũ, κογχίον. rotũdũ quod in medio eſt foramen,

meatus

A meatus auditorius uocatur. Suprema autem pars pinna dicitur: inferior fibra. Pars illa interior anfractui cochleæ ſimilis, deſinit in os quod auriculã plane imitatur. Partem inter utrunlibet oculum, & aurem, & uerticem poſitam, tempora appellamus. Item pars faciei inter oculos ſita, naſus eſt: cuius partes concauæ utrinq; poſitæ, nares dicuntur, græce μυκτῆρες, quæ meatum præbent ſpiritui. his nanque aërem reddimus, & accipimus. Olfactus quoque, id eſt ſenſus odoris, hac eadem parte ſumminiſtratur. Mobiles eſſe nares natura uoluit, nec ſicut aures ſua compage immobiles. Pars naſi chartilaginea quę nares diſcriminat, interſeptũ uocatur: externas uero nariũ partes, πτερύγια. In utraq; naſi parte, loca illa quæ ſub oculis caua cernũtur, priuatim etiã κοῖλα, id eſt caua dicũtur: quæ ex morbo aut aliàs interB dũ ex cruditate laborãtibus facile attollũtur. Quæ uero ſub iis inter naſum & aures ueluti margines leuiter eminent, oculóſq; ab inferiore parte tutãtur, malę & genę dicũtur. Sub iis laxiores partes, quæ iratis, aut ſpiritu à pulmone reuocato cõpreſſis adhoc labiis inflãtur, buccę ſunt, hilaritaté riſúmque indicãtes, ut inquit Plinius. Eſt deinde maxilla duplex: cuius pars prior (quæ ſcilicet labro ſubiacet inferiori, atq; in rotundũ quoddã acumen tendit) mentum, poſterior mãdibula eſt. Labra mox à naſo habentur, caro permobilis. Quod ſupra labra eſt, & infra nares, μύσταξ dicitur, & ὑπήνη, id eſt muſtax. Quod autem ſub mento eſt carneum, ἀνθερεὼν uocatur. Quod autem intra labra & maxillas deſcribitur, os eſt, quo ſcilicet cibus recipitur: cuius partes, palatum, & fauces ſiue guttur. Fauces autem & guttur appello partẽ C illam oris uniuerſam, quæ gulæ prætenditur. Ineſt & pars ſentiens ſaporẽ, lingua: cuius pars prior quæ acuta eſt, προγλωσσὶς dicitur: caro uero qua inferiorem attingit maxillam, ὑπογλωσσίς. Ea linguæ pars quę ad fauces eſt, & quæ (ut nonnullis uidetur) guſtus ſenſum habet acutiorem, κῦσις nominatur, & κιφαλλώνη. utroſque uero linguæ cauos ſinus, χέράμυς uocant. carne rara & fungoſa lingua conſtat: eius pars quædam ligula eſt, quæ pluribus infra explicabitur. Quod in ore bifidum cernitur, tonſillæ: multifidum uero, gingiuæ appellantur. Carne hæ conſtant, intuſque dentes oſſei cohærent, utraq; maxilla ſexdecim, in homine ſaltem. primores quaterni lati & acuti, eò quòd ſecant, τομεῖς appellantur: ij omnes ſingulis radicibus innituntur. Hos utrinque ſequuntur qui κυνόδοντες, id eſt canini uocantur: quibus ſingulæ quoque radices inſunt, ij partim acuti ſunt, partim lati: quippe qui inD fra latiuſculi, ſupra arctiuſculi ſunt. ultra hos ſunt maxillares, qui & molares dicuntur, quini ab utroque latere: nonnullis uero non quini, ſed quaterni ſeníue oriuntur. Ex his, qui in intimo ore ſunt, σωφρονιστῆρες appellantur: quibus utrinque iunguntur qui ὀψίγονοι, id eſt ſerotini uocantur, poſt uiceſimum demum annum excreſcentes: nonnullis etiam ſeneſcẽtibus prodierunt: multis & octogeſimo. Molares, qui maxillæ ſuperiori inſunt, ternis fere, qui inferiori binis radicibus adhæreſcunt, nonnullis tamen exceptis, qui ſupra ſæpe cum quaternis, infra cum ternis radicibus depræhẽduntur: præſertim duo primi interiores, qui & intimi. Totus uero dentiũ ordo φραγμὸς dicitur, id eſt dentiũ acies. Parte autem oris penitiore, parti-

cula pendet carnea, columella nomine: quæ ſi immodice humecta intu- E
meſcat inflammetúrque, uuæ nomine uocatur.

F. Caput, græce κεφαλὴ dicitur, πόλος, κρανίον, κόγχος, σκαφίον. poëtæ κώδειαν uocant, à papaueris capite hoc nomen deriuantes. Calua, quæ & caluaria, κρανίον. Sinciput, βρέγμα, βρεχμός. Occiput & occipitium, ἰνίον. στεφάνη pro extremo capillorum ambitu, etiam περίδρομος dicitur. Vertex capitis, κορυφή. Orpheus μεσόκρανον uocauit. G. Faciem, & πρόσωπον eam partem nominamus, inquit Ariſtoteles, duntaxat in homine. Nam piſcis aut bouis πρόσωπον faciémue dicere non ſolemus, ſed προτομὴν Græci dicunt: ut in auibus ῥάμφος, & ῥύγχος. πρόσωπον in homine, à reipſa nomen accepiſſe uidetur: quòd enim unus animalium homo erectus eſt, ſolus proſpicit ante uerſus, uocémque ante uerſus mittit. Frons, μέτωπον ἢ μετώπιον. μεσόφρυον etiam dixere quidam. Tempora, κρόταφοι. Supercilia, ὀφρύες, ἀμαρυγαὶ, σκυνία. Oculi, ὀφθαλμοὶ, ὄμματα. Palpebræ, βλέφαρα. Plinius genas dixit. Cilia βλεφαρίδες. Celſus ferè pilos palpebra- F
rum uocauit: eoſdem Plinius palpebras dixit. H. Extremum ambitum genæ ſuperioris, inquit Plinius, antiqui cilium uocauere, unde & ſupercilia. ταρσοὶ dicuntur & ἔλυτρα, ἐνσφυχώματα, ὄρχοι. Pupilla, κόρη. Nigrum oculi, τὸ μέλαν καὶ ἶρις. Candidum oculi totum (quidam albuginem uocant) τὸ λευκόν: σφενδόνη etiam dicitur & λογάς. Angulus oculi κανθός. Oculorum pars illa, quæ in medio eſt, quam pupillam uocant, κόρη eſt, uti modo diximus. Ambiens autem hanc circulus, ἶρις uocatur. Huius uero partes, quæ pupillæ proximæ ſunt nigræ, πασαί. Circulus qui candido proximus eſt, ἅλως. Quæ ultima pars candidi totius eſt, πρέμνον uocatur. Totus oculorum ambitus, κύων. Angulorum oculi radices, ἐγκανθίδες, ἢ ἐπικανθίδες. Quarum quæ naſo proximæ ſunt, ῥαντῆρες dicuntur & πηγαί: quæ uero tempora ſpectant, παρωπίαι. Concauæ altitudines quibus oculi continentur, quæ palpebras circundant, κόγχοι appellantur, & γλῆναι à nonnullis. Auris, οὖς, ἀκοὴ, ἄκουσμα. Auriculam, Celſus etiam aurem uocat, πτερύγωμα, πτερύγιον. Meatus auditorius, ἀκουστικὸς πόρος. Pinna, ἀντιλόβιον. Fibra λόβος. Ariſtotelis ætate, inquit Pollux, omnes auriculæ partes præterquã λόβος, id eſt fibra, G
nomine carebant: uerum medici poſtea hæc impoſuere uocabula. Auricularum ipſarum exterior ambitus, κεχλίας, interior uero σκάφος eſt. Pars quæ ad tempora uergit, πτερύγιον, inferior autẽ λόβος. i. fibra uocatur: & interior κυψέλη, unde & auriũ ſordibus idem nomen quod concauũ eſt, ἀστακός, quod ueluti fundamentũ eſt aut pauimentum, κρότων. Ipſius autẽ cõcaui ſinus, quod in ea parte eſt quæ ad tempora uergit, & ad auris interiora reflectitur, φάρυγξ: oppoſita uero pars ἀντιφάρυγξ dicitur: ſicuti & eius partis, quæ fibra dicta eſt, quod prominet, προλόβιον: quod κυψέλῃ proximũ eſt, πτέρυξ: quod ſuper hanc eſt acutũ in ſuperiore fibræ ambitu, ἀντιλόβιον. Eius autẽ partis quæ φάρυγξ dicebatur, quod tẽpora ſpectat ἀκοὴ dicitur. Cõcauũ uero quod iuxta κυψέλην eſt, ἰχνίσκος: quod ad foramẽ eſt, καμάρα: quod autẽ intus eſt, χόαρ uocatur. quod deinde ad auriculę radicẽ eſt fibrę ſubiectũ, μήκων dicitur. Illius autẽ auriculæ partis, quæ ſub eo quod πτερύγιον dictũ eſt, habetur, ἕλιξ: & huic oppoſita pars ἀνθέλιξ: quódq; ſub hac eſt, κόγχη nũcupatur. A. Tẽpora, κρόταφοι. nõnulli & κόῤῥας uocarũt, & κόρσας. Naſus, ῥίς. Nares, μυκτῆ- H
ρες, μυξωτῆρες. Totũ etiã mẽbrũ à medicis quãdoq; μυκτὴρ uocatur, & μυκτῆρες, & ῥώθωνες. Et nares Sophocles etiã μύξας appellauit. Et foramina ipſa quidã θαλάμους dixere, & ὀχετεύματα. Interſeptum, κίων. Quidã uero ita diuidũt. Naſi ea pars quæ ſuperciliis proxime ſubiacet, ἠθμός, per quem ſcilicet ſpiritus tranſmittitur. media uero χόνδρος, id eſt cartilago, uocatur. Partes uero quæ utrinque genas ſpectant oſſeæ, ῥινὸς ῥάχις, id eſt naſi ſpina. At ea quæ nares diuidit, κίων διάφραγμα, στῦλις, uel ut aliis placet, quod intus meatus ipſos diuidit, διάφραγμα ῥινὸς uocant, id eſt ſeptum narium. Quæ uero ſuper eam partem eſt caro ad labra uergens κίονα, & totam naſi ſummitatem, σφαιρίον. Quæ autem extrinſecus ex utraq; ſphærij parte ſunt, ὑπλῶαι ἢ πτερύγια: intrinſecus autem μύξαι ἢ θαλάμαι: & quod illis tanquam fundamentum ſubeſt, λινοὶ ἢ λινός. Malæ & genæ, μῆλα dicuntur, & παρειαὶ, & γνάθοι, uerum παρειαὶ & γνάθοι buccę potius dicuntur. Maxilla σιαγὼν, γένυς, γαμφήλη. Mẽtum, γένειον, ὀξυγένης. Mandibula, γένυς. Labra, χείλη,

uceteres

A ueteres comici χωλίωνας uocarunt. Ανθερεὼν etiã λευκανία dicitur. C. Os, στόμα, à nonnullis etiam λόγειον dicitur, & μύσταξ. Palatũ dicitur & cælum oris, ὑπερῴα, οὐρανὸς, οὐρανίσκος. Fauces Celſus lib. 4. Fauces, & ſpiritum & cibum capiunt, græce φάρυγξ, φαρύγετρον etiam à quibuſdam & ἰσθμὸς, ob loci anguſtiam. Significat & φάρυγξ gulæ ſummam partem atque initium, ſicuti λάρυγξ aſperæ arteriæ. uerum Plinius partem hanc quam Celſus & Theodorus fauces uocant, guttur appellat: fauces uero ſummam gulæ partem, ſicuti poſtremam ſtomachum dixit. Lingua γλῶττα, ἢ γλῶσσα, a nonnullis γεῦσις uocatur, aut πλῆκτρον γεύσεως: & totum membrum ſignificat & membri partem, ut dictum eſt. Sed quod hic diximus (Pollucis authoritate) guſtus ſenſum acutiorem illi linguæ parti ineſſe quæ ad fauces eſt: contra Ariſtoteles eam, ſentiendi iſtam uim præcipue obtinere ſcribit, parte ſui primore. Nam ſi interiore tangatur, minus eam ſentire exiſtimat. Ligula, à Plinio minor lingua uocatur: Græci ἐπιγλωττίδα uocant. Tonſillæ παρίσθμια & ἀντιάδες dicuntur. Galenus παρίσθμια inflammationem earum,
B quæ prope tonſillas ſunt, partium, & ἀντιάδας priuatim tonſillarum ipſarum inflammationem eſſe ait. At Celſus ἀντιάδας, tonſillas, quæ poſt inflammationes induruere, à Græcis uocari ſcribit. Tonſillæ in intimo ore quatuor cõſpiciũtur: binæ ad linguę radicem, ſingulæ utrinque conſpicuæ: & binæ penitiores, quas Pollux μῆλα uocari tradit. Gingiuæ οὖλα: ut uero Polluci placet, carnes quæ dentes continent, quæ quidem externæ ſunt, οὖλα: quæ uero internæ, ἔνουλα: & quæ inter dentes ipſos continentur, ἁρμοὶ dicuntur. Dentes, ὀδόντες, τομεῖς. Dentes primores acuti, etiam διχαστῆρες dicuntur, & κτένες, & γελάσινοι. D. Maxillares, γόμφιοι. Molares, μύλαι, ὀψίγονοι etiã, κραντῆρες, & latine genuini. Columella, κίων, ἢ κιονὶς, ἢ γαργαρεών. Vua σταφυλή.

## De collo & eius partibus. Cap. VII.

COllum deinde id appellamus quod inter caput & armos humerós ue interiacet. Quantum uero colli ipſius cartilagineum, priorem obti-
C nens ſitum, uocem tranſmittit & halitum, id arteria, & aſpera arteria nominatum eſt. Hæc autem accipiendi reddendíque tantummodo ſpiritus officio fungitur. Nihil enim aliud nec ſiccum uel humidum pati ipſa uidetur: ſed ubi in eam tale quid deerrauerit, tandiu torquetur, dum excutiat quod dilapſum eſt. At uero quãtum interius carneum ſpinæ præiacet, gula dicitur: qua cibus atque potus deuoratur. Ipſius autem aſperæ arterię pars ſumma, quæ uocis inſtrumẽtum eſt primum ac pręcipuum, larinx dicitur: apparétque in collo tangenti durum: & inter tranſglutiendum ſus deq; moueri cernitur. Vltima autẽ colli anterioris pars, cui proxime ſubeſt iugulum, ὑποδειρὶς dicitur. Pars uero poſterior colli, extima ceruix appellata eſt. Partes thorace tenus diſpoſitæ hæ ſunt.

D B. Collum, idem & ceruix, græce αὐχὴν, τράχηλος, (utrunque ſimul poſuit Ariſtoteles 4. de partibus animalium, καὶ τὰ περὶ τὸ καλούμενον αὐχένα καὶ τράχηλον) dicitur & δειρή: hinc ultima colli anterioris pars, ὑποδειρὶς dicta eſt. Plinius ceruicem à collo diſtinguit. C. Ceruix, inquit, nulli niſi quibus utraque hæc arteria & gula, cæteris collum, quibus tantum gula. Ceruix flexilis eſt ad circunſpectum. Arteria, & aſpera arteria, ἀρτηρία, καὶ τραχεῖα ἀρτηρία, & βρόγχος quoque dicitur. Gula, στόμαχος, οἰσόφαγος, λαιμὸς, & λευκανίη Homero. ſtomachum etiam uocant Latini, ut Cicero 2 De natura deorum, & Celſus lib. 4. Plinius tamen ſtomacho abutitur pro ore uentriculi. Galenus utrunque ſignificare tradit, gulam ſcilicet & os uentriculi, quod καρδίαν, id eſt cor ueteres nominare ſolebant. Larynx, λάρυγξ, quandoque etiam φάρυγξ & βρόγχου κεφαλή. Extima ceruix, ἐπωμὶς: dicitur & hæc colli pars τένων. Ἐπωμὶς Galeno eſt muſculus ſuperiorem humeri partem occupans, & præterea ea dorſi pars quæ humeri articulo proxima eſt.

## De Thorace & eius partibus. Cap. VIII. E

THoracem eam partem appellamus, quę à collo ad pudenda uſque trũ-
ca pertendit. Finem enim thoracis faciunt partes quæ oſtium excre-
menti tum humidi tum ſicci continent. Thorax ipſe parte priore poſterio-
réque conſtat. In priore huius parte, mox à collo communis colli & pecto-
ris pars, iugulũ eſt, quod oſſibus continetur, quæ & iuguli dicũtur, & κλεῖδες.
Deinde pectus, priorem thoracis obtinet ſitum: cuius media pars στηθύνιον
uocatur, quaſi pectuſculum dixeris, & στέρνον. Pectus ipſum bipartitum eſt,
in mammam parte ſui utraque extuberans. Mammis laxior cõtextus cor-
poris eſt. Iuncta illis papilla, per quam lac tranſmiſſum elicitur. Qui papil-
las ambit circulus ſubniger, φῶς dicitur. Quod ſub mammillis eſt, προκάρδιον,
ac ſi præcordia dicas. Communis pars coſtæ, brachij, & humeri, ala eſt, quæ F
& axilla, & ſubalis latera. Venter infra pectus eſt parte corporis priore:
totum ſcilicet quod ab ea parte eſt, quæ στέρνον uocatur, ad pudẽda uſque, una
etiam connumeratis iliis. Huius pars tota exterior muſculoſa, quæ inter-
na obtegit, abdomen eſt: cuius ueluti radix umbilicus eſt. Huic radici pars
ſubiecta in latus utrunque ilia dicitur: quæ autem recte ſubiungitur, aqua-
liculus: cuius poſtremum, pubes eſt: qua ſcilicet pili naſcuntur. Sed ſuper
umbilicum, ſub ore uentriculi, hypochondrium eſt. Cauum autem com-
mune hypochondrij, & ilium cholago eſt. Pudenda his proxima ſunt.
Pars fœminę propria, uterus aut uulua eſt: maris penis coliſue, foras poſtre
mo thorace propẽdens, parte ſui prima carne propemodũ conſtans, æqua-
bili facie turbinata: nomen à glande pars hæc mutuata eſt, glans dicta. Hãc G
glandem quę tegit cutis, ποσθὴ dicitur: & totum quod ex ea cute glandéque
conſtat, præputium eſt. Reliqua pars cartilaginea eſt, & augeri ampliter
poteſt. Huius membri quod minime dependet, ὑπόσημα: foramen uero quà
humor excernitur, οὐρῆθρα dicitur: & id quo cuticula cum glande adnecti-
tur, κυνοδέσμιον. Quod in inferiore penis parte, ſuturæ ſimile eſt, per ſcrotum
ad podicem uſque pertẽdens, περίναιον eſt. Subiacẽt membro genitali teſtes
gemini, cute obducti, quod ſcortum & ſcrotum nominamus. Mulieris au-
tem genitale contra quàm uiri formatum eſt. Cauum enim ſubditum pu-
bi eſt, non ſicut maris propenſum ac prominens: cuius pars interior, loci,
& uterus appellatur. Oſtium uero & ceruix, matrix eſt: quæ ab utero effer-
tur, acceſſum prolifico maris ſemini præbens, & exitum humido ex-
cremento. Fœmoris & imi uentris pars communis eſt inguen. Pars H
item interior fœmoris & natis communis, coles: exterior, ſubnatale:
pars uero excretoria, podex eſt. Huic quod ſubditum quaſi ſtragulum
eſt, nates appellant: in quo autem fœmur uerſatur, coxa & acetabu-
lum. Thoracis iam partes omnes primores diximus. Dorſum item ſub
ceruice, ſed pone pectus eſt: cuius pars, quæ collo proxime ſubiacet,
gibba, χελώνιον: quæ autem utrinque ſitæ prominent, ſcapulæ humeríue:
ſummi uertices ἀκρόμια dicuntur. Ab iis in anteriora protendunt κλεῖδες, iu-
guli ſcilicet oſſa, inter quæ iugulum ſitum eſt. Quæ uero ab ſcapulis ad
ſpinam tendunt, ὠμοπλάτας Græci, noſtri ſcoptula uocãt: inter quæ μετάφρενον
ſitum

A ſitum eſt ad medium uſque dorſum, ubi ſepti tranſuerſi locus eſt. Infráque è regione uentris, lumbi habentur, uſque ad os ſacrum: cui utrinque adiacent clunes, partes quidem carnoſæ: & in his, quæ prominent, nates aplantur. Totius uero dorſi media pars ſuperne ad os uſque ſacrum, ſpina, & dorſi ſpina uocatur. Et thoracis quidem partes ita ſe habent.

E. Thoracem, θώρακα (qui & ὁλκὸς dicitur) totam eam partem corporis quæ à collo ad crura uſque pertendit, uocat Ariſtoteles, & alij quoque. Quanquam medici eam ſolū partem thoracē dicunt, quæ collo proxima eſt, & utrinque coſtis clauditur: priore ſcilicet parte & poſteriore ad ſpinā uſque: inferiore uero ad præcordia terminatur: iugulū, & iugulus (Pli. lib. 11. iuguli, nulli præter hominem) σφαγή: à nōnullis σφαγὴ, κλεῖδες & κατακλεῖδες. harum pars quæ utrinque ſcapulis proxima eſt, ἐπωμὶς, quæ
B uero pectori & collo, παρασφαγὶς dicitur: atque hoc loco, quod cauum eſt, σφαγὴ, id eſt iugulus, appellatur. Pectus, στῆθος. στέρνον, pectoris media pars eſt, à ſummo ad cartilaginem uſque illam, cui nomen eſt ξυφοειδὲς: ſignificat & στέρνον os ipſum pectoris medium, cui adnectuntur coſtæ. Mamma μαστός: dicitur & τιτθὸς & τιτθίον. Papilla, θηλὴ, τιτθὸς κάρδιον. dicitur & cauum illud quod ſub pectore eſt, carneum molléque ad os uentris: quæ quidem pars & σφαγὴ quoque & ἀντικάρδιον uocatur. F. Ala & axilla, μασχάλη. Latera, πλευρά. πλευραὶ uero coſtæ, id eſt lateris oſſa dicuntur. uenter γαστὴρ, unde προγάστωρ, id eſt uentricoſus dicitur & κοιλία. Abdomen, ἐπιγάστριον, quandoque & ὑποχόνδριον hoc totum ſignificat: & contra, ἐπιγάστριον nonnunquam pro ὑποχονδρίῳ: quandoque etiam uiſcera ipſa hypochondria dicuntur. Vmbilicus, ὀμφαλὸς, ἢ μεσομφάλιον, concauum illud eſt, quod in uentris medio eſt. Qui circa hunc cernitur quaſi neruorum quidam contextus, γαστακών: medium autem umbilici, ἀκρομφάλιον: quod uero ſuper ipſum eſt, ἐπομφάλιον. At cutis ipſa quæ circa umbilicum eſt, γραῖα uocatur, (quaſi uetulam dixeris) eò quòd cum rugas contraxerit, ſenectam iam aduentare ſi-
C gnificat. Ilia λαγὼν, κενεών. κενεῶνα uocant, inquit Galenus, locum qui inter coxarum oſſa, & coſtas nothas interiacet, eò quòd ſit κενὸς, id eſt inanis & oſsium expers. Aqualiculus, ἦτρον. Theodorus hanc partem ſumen uocat, atque abdomen & imum uentrē: uerum ſumen quid ſignificet, infra explicabitur ex Plinio. ἦτρον quod & ὑπογάστριον dicitur, ut Pollux author eſt, eam duntaxat partem ſignificat, quæ ab umbilico ad pubem pertingit. Pubes, ἥβη, quæ & ἐφήβαιον: dicitur & ἐπίσειον, uel ἐπίσιον. Cholago, χολάς. Pudenda, αἰδοῖον. Vterus aut uulua, ὑστέρα. Penis, αἰδοῖον, καυλὸς, σῆμα. Αἰδοῖον Ariſtoteli penem tantum ſignificat: ut uero Polluci placet, penem continet unà cum ſcroto & teſticulis, τύλος etiam à quibuſdam uocatur: καυλὸς Ariſtoteli fere ceruicem ſignificat, ueſicę ſcilicet, & penis. G. Glans, βάλανος. præputiū, ἀκροποσθία: uerū Polluci ἀκροποσθία & ἀκροπόσθιον ſignificat prępútij cuticulæ partem prominentem. ὑπόστημα dicitur & κύστεως τράχηλος, uiſicæ ceruix: προδόναιον, τραμὶς etiā dicitur & ὄρρος: ταῦρος quoque a nōnullis. teſtes, ὄρχις, δίδυμοι. Scortū & ſcrotū, ὀσχεύς, ὄσχεον, ἢ ὄσχεος, ἢ ὄσχη. Loci & uterus, totius nomine pars uocatur, ὑστέρα καὶ δελφὺς: unde fratres uterini ἀδελφοὶ uocātur. Matrix, μήτρα.
D Pudendi muliebris totus ipſe ſinus κτεὶς uocatur: & latine (opinor) cunnus. Extremæ eius margines carnoſæ πτερυγώματα & μυρτοχλίδες, κρημνοί. in harū medio ſuborta ueluti carūcula, νύμφη, μυρτὸν, ἐπιδερὶς, κλειτορὶς: uterus etiā matrix dicitur, & μήτρα καὶ γονή. H. Inguen βουβών. Coles, προλίνεος, ſubnatale ὑπογλουτὶς, pars ſcilicet carnea illa, quæ ſub natibus deorſum uerſus ad fœmur pertēdit. Podex δακτύλιος, πρωκτὸς, ἀρχὸς, ἕδρα. Nates, γλουτοὶ, πυγαί. Partes carnoſæ quæ proxime lumbis, utrinque prominent, ἰσχία dicuntur, id eſt clunes. ab his uero partes prominentes, γλουτοὶ, & ἐφίδρανα, id eſt nates. ἰσχία uero dicūtur etiam partes carnoſæ ex utroq; ſacri oſsis latere, uocātur & σκαφίχ, clunes (uti arbitror) latine. ἰσχίον itē ligamētū ipſum ſignificat, quo fœmur coxēdicis acetabulo colligatur. articulus etiā ipſe ἰσχίον nōnūq̃ appellatur. Coxa & acetabulū, κοτυληδών: uerū Pollux κοτύλας uocari prodit cauas illas oſsiū foſſulas, in quibus fœmorū capita uerſantur, quas & coxas Celſus uocat, & ipſa fœmorū capita, κοτυληδόνας. Dorſum, νῶτον. Scapulæ humeríue, ὦμος: ſcapulas enim uocat Celſus humeri articulos: Theodorus

uero ſcapulas uocat, quas Gręci ὠμοπλάτας dicũt, & Celſus ſcoptula, (ſcoptula operta E legunt nonnulli apud Celſum.) A. Humerus etiã in hoc ſignificato pro articulo ipſo apud Pliniũ cũ aliàs, tum apertiſsime lib. 11. ſed apud Celſum pro ea brachij parte accipitur, quam lacertum uocamus. ὦμος item apud Ariſtotelem fere pro humeri articulo accipitur. Lumbi ὀσφὺς ἢ ἰξὺς ἢ περίτμησις. ψόαι dicuntur lumborum muſculi interni: qui & νευρομῆτραι & ἀλώπεκες etiam à quibuſdam uocantur. Quanquam ſunt & qui externos ſpinæ muſculos, ψόας uocent. Clunes ἰσχία: quæ & σκαφία uocantur, ut ante dictum eſt. Harum partes ſunt, nates, quas Græci γλουτοὺς uocant & ἰφίδρανα: & ὑπογλουτίδες, quæ carnes ſunt infra nates, ad fœmora uergentes. Spina ῥάχις, κλόνις νώτης. Spinæ partem mediam illam quæ inter metaphrenum & lumbos eſt, Homerus ἄχνισιν uocauit: uerum ἄχνισις, ut tradit Pollux, proprie in ſolis quadrupedibus eſt.

## De Brachiis & eorum partibus. Cap. IX.

Membri uero ſuperioris bipartitam compactionem à thorace dependentem, brachium ſiue ulnam uocamus: cuius partes ſunt, ſcapula, humerúſue, lacertus (qui & humerus Celſo) gibber, cubitus (Celſus brachiũ uocat) & manus. Lacertus totius brachij pars maxima eſt, terminos habens, inferne quidem gibberum, ſuperne autem humeri articulum: gibberum uocamus cui innitimur. eſt autem ea pars qua totum brachium flectitur. Altera brachij pars non minima, imo ſecundum lacertum maxima, quam cubitum uocamus, inter gibberũ ſita eſt, & articulum, quo cũ cubito manus iungitur, κάρπον Græci uocãt, nos brachiale. Cubiti pars ſuperior, ὠλέκρανον, inferior, ἀγκὼν dicitur. Manus partes, palma, & digiti quinque. In manu prima palmæ pars, quæ ex multis minutíſque oſſibus conſtat, καρπὸς græce dicitur: altera quam μετακάρπιον uocant, pars manus lata G eſt, quæ ex rectis quinque oſſibus conſtat ad digitos tendentibus, à quibus digiti oriuntur. Digiti quinque numero: quorum qui maximus eſt, pollex uocatur, à latere metacarpij adiunctus, breuis craſſiúſque: huic proximus eſt index: medius deinde, qui longiſſimus omnium eſt: illum ſequitur qui medicinæ dicatus eſt, παράμεσος dictus: poſtremus omnium minimus eſt. Hæret ſummis digitis unguis. Digiti pars qua inflectitur, nodus ſiue articulus eſt: quæ rigida conſtat, internodium dicitur. Pars interior manus, quæ carnoſa eſt, & ſciſſuris uitæ indicibus diſtinguitur, uola eſt. Exterior uero manus pars neruoſa eſt, ὀπισθέναρ à Græcis dicta.

*Aliter ſentit Galenus uti infra uidebitur, in oſsibus.*

F. Membri ſuperioris. κῶλον Ariſtoteli & Galeno membra ſignificat exteriora (ni fallor) à thorace ſeparata, & quaſi dependentia, ut brachia & crura: uerum, ut ſentit H Pollux, κῶλον, quod & κώλυμα dicitur, ex fœmore tantum & crure conſtat. Brachium βραχίων ἢ χείρ: totum hoc mẽbrum Ariſtoteles βραχίονα, Galenus χεῖρα uocat, nonnunquam & βραχίονα, Celſus brachium, Theodorus brachium ſiue ulnam: ita forſitan & Plinius, lib. 11. uni homini ulnæ. Scapula, humerúſue, ὦμος, de quibus ſupra. Lacertus, hanc partem Ariſtoteles ἀγκῶνα uocat, Galenus βραχίονα, Celſus humerum: alij lacertum, Theodorus, niſi codices ſint mendoſi, lacertum agilem. Gibberum, ὠλέκρανον: articulum hunc totum ubi cubitus lacerto iungitur, ἀγκῶνα uocant alij: huius quod ab exteriore parte prominet, ὠλέκρανον. Galenus in oſſe, inquit, brachij, quod cubitus appellatur, in extremo eius fine, illo qui cum lacerto iungitur, duo extant tubercula, alterum maius quod & poſterius, & inferius eſt: alterum minus, quod ſuperius eſt & in parte anteriore. hos proceſſus ſiue tubercula uulgo κορώνας uocat: ſed proprie illum, qui maior & poſterior eſt, Attici ὠλέκρανον, Hippocrates ἀγκῶνα uocat. hæc Galenus.

Cubitus

A Cubitus, πῆχυς ἢ ὠλένη. Celſus hanc partem brachium uocat, eodem ſcilicet cum toto nomine. Manus χεὶρ ἢ ἄκρα χείρ. ita enim fere uocat Galenus: nam χεὶρ apud illum totum brachium ſignificat. Nomina iſta brachij non inconcinne expreſsit Ouidius lib. 1 Metamorph. Laudat digitóſque, manúſque, Brachiaque & nudos media plus parte lacertos. Palma θέναρ: partes habet palma (ex Ariſtotele & Celſo) κάρπον & μετακάρπιον. Celſus has partes nominibus propriis non appellat, ſed tantum primã palmæ partem, & alteram palmæ partem. Tertiã palmæ partẽ addit Pollux προκάρπιον, quod ante carpũ eſt. G. Digiti, δάκτυλοι. Pollex ἀντίχειρ ἢ μέγας. index, λίχανος. medius, μέσος. minimus, μικρός. Nodus ſiue articulus κόνδυλος. Internodiũ, φάλαγξ ἢ σκυταλίς. Vola, θέναρ, ut utrunque ſignificet θέναρ Ariſtoteli, totum ſcilicet & partem: uola etiam pedis pars concaua dicitur ex Plinio & Feſt. Põp. Manus partes uarie ab aliis explicantur: nam quibuſdam θέναρ ea pars dicitur carnoſa, quæ in parte manus ſupina iuxta pollicem aſſurgit, & ad indicem uſque: quæ uero illi oppoſita eſt in eadem manus parte, ἀποθέναρ: pars uero exterior, ὀπισθέναρ: quæ uero pars digitis proxime ſubeſt, στῆθος
B χειρὸς dicitur, à nonnullis hæc pars ὑποθέναρ uocatur, & στῆθος χειρὸς (quod & ἄνθηρον quoque dicitur) ea pars nominatur, quæ poſt cauam manus partẽ ante metacarpium iacet: concauam uero manus partem κοῖλον χειρός uocant: alij κοτύλην, quæ ſcilicet inter θέναρ & στῆθος χειρὸς ſita eſt. Alij uero manum ita diuidunt· Totam uolam, id eſt partem manus internam, θέναρ uocant, authoritate freti Hippocratis atque Homeri: externam uero, ὀπισθέναρ, ἢ κτένας, ἢ προκάρπια, ἢ δῶρα: partem uero quæ iuxta carpũ ſita στῆθος χειρός dicunt: quæ uero ſub digitis, ταρσόν, κράτος.

## De cruribus & earum partibus. Cap. X.

Inferioris autem membri quod κῶλον uocant, bipartita compactio, utrinque à coxa dependens, crus eſt. Huius quod inter coxam & genu interiacet, fœmur & fœmen. Commune deinde fœmori & tibię, quod articu-
C lum conſtituit genu eſt: cuius pars poſterior, poples uocatur. Quod foris orbiculatum adiectum eſt, contegens eam quæ ad genu eſt commiſſuram, patella uocatur & mola: tibia, quod gemino oſſe ſubiacet, cuius pars prior quæ carnis expers eſt, crea, poſterior ſura appellatur: quæ caro eſt neruoſa. Poſtremum tibiæ, quod utrinque extat, malleolus geminus in utroque crure eſt. Quod deinde multiplici oſſe conſtat, pes eſt: cuius pars poſterior, calx: prior diſcreta in digitos quinque eſt: media, plantæ nomine explicatur. Reliquæ partes ad earum quæ in manu ſunt ſimilitudinem inſtructæ ſunt: plantæ ſcilicet palmæ, digiti digitis, ungues unguibus reſpondent. Partes exteriores hæ ſunt.

C. Crus, σκέλος: ita uocatur hoc totum, quod ex fœmore, genu, tibia, malleolis & pe-
D de conſtat. Fœmur fœmen uocat Celſus, μηρός: unde fœmoris internæ partes παραμήρια dicuntur: & quæ inter fœmora ſunt μεσομήρια. Genu γόνυ. Poples, καμπὴ, ἢ ἰγνύη, ἢ ἀγκύλη. Patella μύλη: alii ἐπιγουνίδα, ἢ ἐπιγονατίδα dicunt, uocatur & μυλακρὶς, ἢ ἐπιμυλὶς, ἢ κίστη ἢ κόγχος. Ἐπιγονὶς etiam muſculum ſignificat qui in genu reperitur. Tibia (crus uocatur à Celſo) κνήμη, eodem ſcilicet cum toto membro nomine. Crea, ἀντικνήμιον. tibiã uocat hanc partẽ Celſus. Sura, γαστροκνημία, γαστροκνήμιον: quidã priorẽ partẽ κνήμην, poſteriorẽ ἀντικνήμιον uocãt. Malleolus, σφυρός. ἀστραγάλους quidã uocant, & latine talos. Sunt autẽ ἀστράγαλοι nõ partes illę extantes, ſed qui intus à malleolis occultãtur, ut inter oſſa dicimus. Pes, πούς, βάσις. Quod poſt malleolos & talũ eſt, id totũ pes uocatur. Calx πτέρνα. Pedis partes uariè diſtinguuntur: etenim ut quibuſdã placet, prior pedis pars à malleolis ad digitos uſque ταρσὸς uocatur: interiora malleolis ad magnum uſque digitum pedibus ſeſe quaſi aſpicientibus πέδιον: quod ſub hoc ſtatim in imi pedis medio habetur, κοῖλον ποδὸς, id eſt pedis cõcauum dicitur, latine uola. Infimum autem, quo terram

contingimus & calcamus, πέλμα eſt. Pars uero ea quæ poſt cauum pedis iuxta digitos attollitur, στῆθος ποδὸς, ἢ προστῆθις dicitur. Sequuntur deinde δάκτυλοι, id eſt digiti pedis quinque numero. Alij uero ſuperiorem pedis partem totã, quæ ante digitos eſt, quæ ſcilicet ex neruis & oſſibus conſtat, πεδίον uocant: ἢ ὄρθος, ἢ πολυόστεον, cuius priorem partem, quæ digitis proxima eſt, ταρσὸν uocant: poſteriorem pedis partem πτέρναν, id eſt calcem: inferior pars tota, τυλῶμα, id eſt ueſtigium, quod ſcilicet carnoſum eſt & inferius ſolum attingit. Galenus uero ταρσὸν eam pedis partem uocat, quæ malleolis proxima eſt: quæ ex ſeptem oſſibus conſtat, uti infra apertius explicabitur: inter oſſa & illi manus parti reſpondet, quæ καρπὸς dicitur: πεδίον uero, quæ illi proxima eſt, quæ ex quinque oſſibus conſtructa eſt: quibus adiunguntur pedis digiti, & metacarpio in manu reſpondet. Itaque conſtat à Celſo plantam uocari, quæ ex utraque hac parte conſtat: ſicut in manu palmam, quæ & κάρπον continet, & μετακάρπιον, ut modo dictũ eſt. E

## De ſitu partium uario. Cap. XI. F

HAbet ſane homo (ſicuti & cætera fere animalia) ſuas parteis ita diſpoſitas, ut & in eo ſuperius ſit & inferius: & prius & poſterius: & dextrũ & ſiniſtrum. Et dextrum quidem & ſiniſtrum ex ſimilibus fere conſtat partibus, niſi quòd ſiniſtra omnia imbecilliora. At poſteriora prioribus, & ſuperiora inferioribus diſcrepant: præterquam quòd inferiora ſimilitudinẽ ſuperiorum pręferre ea dixerim ratione, qua uenter imus reſpondere aſſolet faciei in corpulentia uel gracilitate: & crura cum brachiis communem ineunt rationem. Ita quibus lacerti breues, iis etiã fœmora magna ex parte breuia ſunt. Et quibus pedes exigui, iis manus quoque paruæ habentur.

*De ſex iſtis differentiis ſitus plura uideas libro de animaliũ greſſu Ariſtotelis.*

Partium itaque ſitus, quemadmodum ad ſuperius & inferius, prius poſterius, ſiniſtrum dextrum ſe habeat, paucis explicandus eſt: ſex nanque hiſce differentiis moueri hominem liquido apparet. Superius autem intelligi uolo in animalibus, non ut idem ſit quod in orbis uniuerſi ſitu, ſed quẽadmodum ſupremam partem in omnibus eam eſſe dicimus, non animalibus tantum, ſed quęcunque uita prædita ſunt, per quam cibus recipitur. infimam autem ad quam poſtremo accedit. Partẽ quoque priorem eam uoco, in qua ſenſus præcipue comprehenduntur, & unde ſenſus emanant exordia: oppoſita uero illi pars poſterior eſt. Dextrum autem, (quemadmodũ & in uniuerſo eſt) unde primus motus orditur. Ergo ſuperiora inferioraque hominem omnium maxime animalium habere ad rationem differentiamque locorum naturalium intelligimus: eius etenim partes tam ſuperiores quàm inferiores, ad ſitum orbis uniuerſi ſuperiorem inferiorémque diſpoſitæ ſunt. Itidémque priores poſterioréſque, atque etiam dextræ ſiniſtræque habentur: cum cæterorum animalium genus, uel reſpectu huiuſmodi careat, uel confuſius habeat. Caput itaque cum in cæteris etiam omnibus animalibus ſuperiorem obtinet ſitum, corporis ſui ratione: at homo potiſſimum, quoniam ſolus (ut modo diximus) ad uniuerſi orbis habitum inſtitutus eſt: (ſolus enim animalium erectus uiuit) idcirco partẽ etiã iſtam habet reſpondentem parti ſublimi uniuerſi. Caput collum excipit, tum pectus & dorſum: alterum prius, alterum poſterius eſt. Subiacent iis uenter & lumbi, genitale & nates: mox fœmur & tibia: poſtremo pedes. Crura uero ante flectunt, eodem ſcilicet quo & incedunt. Calx è tergo poſitus

G H

A ſitus eſt. Malleoli ſitum imitantur aurium: quippe qui latera teneant imi cruris, quomodo aures iunctæ lateribus capitis habentur. Brachia è latere corporis dextro ſiniſtróque dependent, atque ſe intro flectunt: ita ut homini potiſſimum crurum & brachiorum deuexa, (κυρτὰ Græci uocant) aduerſa inter ſe ſint. Et brachiorum prior ea pars ſit, quæ à pectore eſt: poſterior uero, quæ ab ſcapulis: ſicuti interior quæ ad latus tendit: exterior quæ ab eo recedit: quod ad omnes articulos pertinere etiam patet. Senſuum autem partes ſenſorias, oculos dico, nares & linguam, eodem ſcilicet in priorem partem ſpectantes habemus. Auditus uero ſenſoriam partem, id eſt aures, à latere, eodem in orbe quo oculos. Ita partes exteriores collocatæ atque diſpoſitæ ſunt, nominantúrque præcipuæ: & cognitæ per uſum ſitúmque B euidentiorem habentur.

## De partibus interioribus, & primo de capitis partibus. Cap. XII.

NVnc interiorum ordinem perſequemur. Primùm igitur cerebrū capitis priorem obtinet partem: non modo in homine, uerum in cæteris etiam animalibus, quibus ea pars data eſt: omnibus autem in iis eſt, quę ſanguinem obtinēt, & ob eam rem ἔναιμα, id eſt ſanguinea appellantur: ex cæteris fere nullum habet, niſi per proportionem, ut ęa quæ μαλάκια, id eſt mollia nomine ſpeciali nuncupantur: ipſum ambiūt membranæ duæ quas μήνιγγας Græci dicūt: altera craſſior & ſolidior, oſſi caluæ adhærens, quam σκληρὰν, id eſt duram uocāt: altera λεπτοειδής dicta, quæ interior eſt: & cerebrū C ipſum attingens, infirmior & rubicundior. Bipartitum omnium animalium cerebrum eſt, poſtremúmq; iungitur, quod cerebellū uocatur, quod ſpinali medullæ continuum eſt: duriuſculū, hoc eſt & colore ſufflauo. Cerebrum omnibus priuatum ſanguine eſt, nec uenam intra ſe ullam continet: omniumq; corporis partium frigidiſſimum ſentitur, uel ad tactum, ait Ariſtoteles, Galenus pernegat: cute tamen frigidius ipſum aſſerit, quæ omnium animalis partium, quod ad caloris frigoriſq; ſenſum attinet, ueluti norma eſt. Ex cerebro ipſo paria neruorum oriuntur ſeptem, quas συζυγίας uocant, qui in ſecādi arte periti ſunt. (iis quę ad nares feruntur minime cōnumeratis: neque enim hæc neruorum more producuntur, nec extra caluā exeunt.) Et primi quidem paris nerui prodeunt, unus dextra, & alter ſiniD ſtra, craſſitudine notatu digna, & fere omnium neruorū molliſſimi. Hi ueluti radices quædam oculorum uidentur: uterque enim ex priore cerebri parte prodiens, atq, in aduerſum ſibi oculū ſubiens, in latum ſeſe explicat: ipſumq; qui in oculo eſt, uitreum humorē in orbem ſphære modo ambit: membranamq; (ſiue tunicam dicere malis) efficit, quę ἀμφιβληστροειδής dicitur, id eſt retiformis. Solis hiſce neruis antequam in oculos inſerātur, ſenſibilis quidam meatus ineſt: unde ipſos quidā, non neruos, ſed πόρους, id eſt meatus appellarunt, alij neruos opticos, quaſi dixeris uiſiuos. Alterum poſt hoc neruorum par eſt, in muſculos qui oculos mouēt diſtributum: puriores multo ſunt hi, tenuioreſq; iis quos modo memorauimus. His adiacet tertium par. hos autem neruos molles uocant: molliores enim ſunt, tum

*Cerebrum ἐγκέφαλος.*

*σκληρὰ, παχεῖα etiā dicitur, id eſt craſſa, & δερματώδης.*

*Cerebellum, παρεγκεφαλὶς, ἢ ἐγκράνιον, ἢ ἔγκρανον, ἢ ἐγκρανίς.*

ſecũdi paris neruis, de quibus modo diximus, tum uero eius quod mox ſequetur, quarti, & item aliorum. oritur autem hoc neruorum par, ubi pars cerebri anterior cum poſteriore connectitur. Quarti uero paris nerui, his poſterius paulo ſiti ſunt, à cerebri baſi emergentes. Quinti quoq; paris nerui proximi iis oriuntur, ſed ad capitis latera magis, ad oſſa quæ λιθοειδῆ, id eſt lapidea dicuntur, uergentes. Hi uero cum ſtatim bifidi fiant, in ipſo ſcilicet per oſſa tranſitu, utrinque deinde prodeunt, altera quidem pars (ἀκουστικὸν, id eſt auditorium neruum uocãt) in priorem magis partem ad auditus meatum: altera in partem magis auerſam, in oſſis eius quod λιθοειδὲς dicitur, foramen quoddam, quod τυφλὸν appellatur: id enim ueteres anatomici nomen illi indidêre, cum utique penitus anfractum illum perforare non potuiſſent, per quem neruus poſt aures foras emergit. Sextum neruorum par à cerebri baſi producitur per foramẽ quoddam, quod ad inferiorem illius commiſſuræ partem, quam λαμβδοειδῆ uocãt, à λ literæ ſimilitudine, conſpicitur. Nec dum etiam nerui iſti duri apparent: prædictis tamẽ omnibus eò duriores ſunt, quo iã ſpinali medullæ ſunt propinquiores. hæc nanq; corũ qui duri ſunt, neruorum, principium eſt. Vbi autem cerebrum deſinit, illic oritur ſeptimum neruorum par: quòd unà cum ſexto pari è caluaria ſe exerit. Habet in ſe cerebrum, pleriſque omnibus, cauum quoddam exiguum ueluti lacunam ληνὸν ab Herophilo dictum, id eſt torcular. habet & uẽtriculos (κοιλίας uocant) in priore quidem parte, hoc eſt in cerebro ipſo, binos: in poſteriore uero, quod cerebellum uocatur, unum. Et præterea à prioribus in poſteriorem meatus quidam tranſire cernitur, quem ſane quartum totius cerebri uentriculum nonnulli anatomici uocant. A prioribus illis utrinque exoritur proceſſus quidam oblõgus & concauus, in narium uſq; principium protenſus, à uentriculorum illorum natura nihil prope mutatus: olfactus inſtrumentũ primum hoc eſſe medici tradunt. Et cerebri quidem partes, & quæ ex his oriuntur, hoc ſe habere modo cernuntur: quæ uero in oculis ſunt partes, iam explicandæ à nobis ſunt.

E F G

*Quot quibúſq; modis à capite ſpergãtur nerui in alias corporis partes, fuſius oſtẽdit Galenus lib. De diſſect. neruorum. & lib. 9 De uſu part.*

*ληνὸν & ληνεῖον dicitur*

## De oculi partibus interioribus. Cap. XIII.

Molles illi, quos primi paris neruos, & à priore itẽ cerebri parte oriri diximus, cum primum è caluaria egreſſi ad oculos peruenerint, in latum ſeſe (ut modo expoſitum eſt) explicãtes in orbem ſphæræ modo, uitreum humorem, quem ὑαλοειδῆ uocant, amplectuntur: efficiuntq; mẽbranam illam, ſiue tunicã, quæ ἀμφιβληστροειδὴς dicitur, eò quòd ἀμφιβλήστρῳ, id eſt reti ſimilis ſit. Quæ tamen tunicam membranámue neq; colore, neq; ſubſtantia refert penitus: ſed ſi exemptã ab oculo eam ſeponas, atque in unum colligas, apparebit plane ceu cerebri portio quædam. Inſeritur autẽ hæc in humorẽ oculi, qui κρυσταλλοειδὴς dicitur, id eſt cryſtallinus aut glacialis, quod primum uiſus eſt inſtrumentum, eſtq; affectuum cryſtallini certus ad cerebrum nuntius. Sunt autem in oculo intus ſub tunicis humores orbiculares duo: mollis alter perinde ac uitrum, quod modice ſolutum ac fuſum ſit: alter ita durus, ut glaciem mediocriter concretam imitetur: nec corporis

H

*Κεγχροειδῆ quoq; hanc uocat Iulius Pollux libro 2.*

habitu

A habitu ſolum,ſed colore etiam tum uitrum tum glaciem referunt: uocan-
turq; à medicis,hic quidem qui mollior eſt, ὑαλοειδής, id eſt uitreus:ille uero
durior,κρυσταλλοειδής. Eſt autẽ cryſtallinus,candidus,ſplendeſcens,perſpicuus,
& ut dictum eſt,duriuſculus,figura globuli leuiter cõpreſſi: at uitreus (qui
in hoc à natura inſtitutus eſt, ut ſit cryſtallino familiare alimentum)liqui-
dus eſt inſtar uitri ab igne liquefacti:albi uero coloris tantum habet,quan-
tum ſi intellexeris exiguum nigrum multo albo permiſtum, ut ſit albedi-
nis perfectio adulterata. Tunicam ἀμφιβληστροειδῆ continet alia χοροειδής di-
cta, (quæ re uera tunica eſt, & corporibus ſubiectis operculum) orta à te-
nuiore cerebri membrana illi cognomine. Vaſa hæc plurima,arterias ſcili-
cet & uenas in ſe habere conſpicitur,quæ & alimentum ἀμφιβληστροειδεῖ præ-
B ſtent:& uincula illi ſeu ſuſtentacula fiant. Cærulea hæc multis in partibus
eſt, tum fuſca, tum etiam nigra. Circundat hanc,& tuetur tertia quædam
membrana durior,& quæ ſubiectam ſibi tunicam ab oſſium duritie tueri
poſſit. A craſſiore cerebri membrana hæc producta eſt,& apud iridis circu
lum alteri membranæ inferiori coniuncta. Porro iridis circulus ita ſe ha-
bet. Cryſtallinus ille humor(quem primum uidendi inſtrumẽtum eſſe di-
ximus)in uitreum humorem inſeritur:& medius in ipſo,quaſi in aqua ue-
hitur,eodem prope modo quo ſphæra globúſue, cuius dimidiũ extra aquã
promineat. Hæc humorum connexio in cryſtallini medio hemiſphęrio,in
utroque humore circulum unum efficit. Locus hic terminus eſt,finiſq; ἀμ-
φιβληστροειδεῖ tunicæ atque χοροειδεῖ: efficitq; eodem loco ſuum utraque circu-
C lum. Ad eundem hunc circulorum locum prope accedunt aliunde mem-
branæ præterea duæ,altera ἀπονεύρωσις,finíſue eſt muſculorũ oculos mouen-
tium,in duriorem illam tunicam inſerta:altera à membrana caluariã am-
biente (περικράνιον Græci uocãt) producta eſt. Hęc colore alba eſt,& totum
oculum cum oſſibus contegit: deſinit autem ad circulum eundem, ubi &
reliquæ oculi membranæ:& ubi nigro oculi iungitur album. Locus hic ſi
probe omnia diſſecueris, diligentérque omnia perſpexeris,circulos oſten-
det plures(nempe ſeptem)ſibi mutuo cohærentes,& craſſitudine,& colore
uarios:ut appoſitiſſime à ueteribus harum rerum peritis, iridis nomen da-
tum illi ſit. nonnulli autem & στέφανον, id eſt coronam uocarunt. At tunica
illa tertia duriore, quam à craſſa cerebri membrana oriri diximus,& quæ
D χοροειδῆ tunicam proxime circundat, ex iridis circulo producitur membra-
na alia,quæ & dura eſt,ut ſit cryſtallino humori operimentum, & ueluti
propugnaculum aduerſus ea quæ extrinſecus occurſura ſint: & prætenuis
ſimul atque alba,ne ullo pacto uiſum impediat:denſa adeo ac tenuis,(præ-
ſertim in media ſui parte)ut non aliter quàm cornu prætenue, & quamac-
curatiſſime deraſum,ſplendorẽ tranſmittere poſſit:unde & nomen illi im-
poſitum eſt κερατοειδής, id eſt cornea. Eſt uero hæc membrana quauis aranea
tenuior candidiorq;,& quouis ſpeculo leuior magiſq; pellucida pariter ac
dura. Quæ proxima illi ſubeſt mollis eſt,uenoſa,nigricãs, & in medio per-
tuſa. Oritur hæc una cũ cornea ex iridis circulis,à tenuiore illa tunica,quæ
χοροειδής dicta eſt:corneamq; ſibi uicinam alit, ac eãdem ne in cryſtallinum

humorem concidat, prohibet. Membrana hæc intus qua uitreo humori proxima eſt, aſperitatem quãdam habet: extra uero qua corneum attingit, denſior eſt: in medio autem ſui qua pupilla eſt, perforatur. Atque hoc in loco, ubi ſcilicet foramen eſt, nulla tunica inter corneam & cryſtallinum humorem media eſt: ſed ueluti pertenue admodum & album cornu, ſplendor internus cum externo cõmunicat, & commiſcetur. Cæruleam hanc tunicam in medio perforatam, ab acini uuæ ſimilitudine quadã (quòd ſcilicet intus aſpera non aliter ſit, foris leuis) ῥαγοειδῆ uocarunt. Cuius ſubſtantia, ea parte qua humori cryſtallino coniungitur, ſpongiæ madidæ ſimilis eſt. Et cornea tunica qua quidem parte unà cum ea quæ ῥαγοειδὴς dicitur, ab iride exoritur, humori cryſtallino propinqua eſt. membranæ enim oculi omnes pariter atque humores, eo in loco cohærent. Exterius uero magis magiſque à cryſtallino abſcedit: adeo ut qua pupillę locus eſt, plurimũ ab eo diſtet. Porro hoc ipſo interuallo quod eſt inter humorẽ cryſtallinũ & ῥαγοειδῆ, humor quidam prætenuis reperitur & limpidus, ouorum albumini haudquaquam diſſimilis, quo unà cum ſpiritu quodam aereo ſplendido prohibetur cornea, ne eo in loco cryſtallinum humorem comprimat aut contingat. Si enim pertundatur pungatúrue cornea, confeſtim & humor ille per uulnus effluere cernitur: oculúſque rugoſus efficitur, contractus atque laxus. Inter hunc humorem & cryſtallinum, membranula quædam, in modũ cepæ corticis aut araneæ prætenuis eſt, quo cryſtallinus humor ab rhagoide membrana ſeparatur. Quod autem reliquum in oculo eſt, pupillam ambiens, (exceptis qui oculum mouent muſculis) non in homine ſolum, ſed omnibus animalibus quibus oculi duri non ſunt, ſebi naturam imitatur. Et oculi quidem partes, tot numerantur: quanquam cryſtallinus humor primum uiſus inſtrumentum eſt, ut ſæpius iam dictũ eſt: reliquæ uero eius cauſa factæ ſunt.

*ῥαγοειδὴς, uel ῥογοειδὴς, ut uult Pollux.*

E F G

E. Nulla tunica, nullam forſitan tunicam conſpicuam intellexit Galenus. Nam ἀραχνοειδὴς membranula quonammodo prætenditur cryſtallino humori, ſtatim explicabitur ex eodem Galeno. F. Humor prætenuis, humorem aqueum uocauit hũc Aſclepiades: hìc in ſuffuſionibus coagulatur. Membranula, hanc membranulam tenuem adeo ut ægre conſpici poſſit, ex ἀμφιβληστροειδῆ natã, non diſtinxit Pollux (ut arbitror) ab illa, ſed quaſi eandem membranam duplici nomine inſigniuit, ut antea notauimus, ſcilicet ἀμφιβληστροειδὴς, & ἀραχνοειδὴς.

H

## De colli & pectoris partibus interioribus, Cap. XIIII.

COllum capiti ſubiacet proximũ, ut ante dictũ eſt. Intra collũ gula eſt, cui comes aſpera arteria iungitur, priorẽ obtinẽs ſitum in omnibus iis quæ eam habent: habent autẽ omnia quibus pulmo eſt. Huius ſumma pars larinx dicitur, ut ante diximus: in cuius meatu particula quædam linguæ quæ in fiſtulis eſt, non abſimilis cernitur, cui in uoce formanda primæ partes tribuuntur, nomine γλωττίς (quaſi lingulam dicas) & γλῶττα λάρυγγος, id eſt lingua laringis. Iungitur poſtremæ linguæ parti minor lingua, quæ ἐπιγλωττίς, & ligula nominata eſt, poſita inter principia gulæ & laringis, cartilaginea

*Aſperam arteriá Lactantius gurgulionem uocat, & ſpiritale fiſtulam.*

*Larinx, λάρυγξ.*

A laginea,prætenuis,forma hederæ folio perſimili:cuius pars latior ad ipſam linguã:mucro uero ad interiores oris partes uergit, uidelicet apta quæ per uices arteriæ foramentum quod ad os ſpectat,operiat. reſpirantibus enim erecta eſt,at deglutientibus prona. Arteria ipſa multis cartilaginibus conſtat: & altero ſui extremo cum lingua ima coniungitur:altero ad pulmoné deſcendit:tum in utrãque finditur pulmonis partem. eſſe nanque bipartitus pulmo omnium cõſueuit. Hinc arteriæ partes illæ binæ in multos ueluti ramos ſparguntur, σύριγγας uocant. Gula ab ore & ipſa dependet,continua tum ſpinæ tum aſperæ arteriæ,nexu fibrarum,& per ſeptum tranſuerſum deſcendens,in os uentriculi finit,neruo carneq; cõſtans: & pariter diſtendi in longum latumq; habilis. Quæ intra pectus continẽtur omnia, ἐν-
B τοσθίδια dicuntur. Spatium uero ipſum pectoris totum, κενὰ θώρακος.

## De uiſceribus & ſepto tranſuerſo. Cap. XV.

SEquitur ut de uiſceribus doceamus. Naturã habent omnia uiſcera, carneam quidem,ſed ſibi conſimilem,cæteris diſſimilẽ. Sunt enim carnoſi generis ſpecies plures: primo quidem quæ proprie caro appellatur,deinde cuiuſque uiſcerum propria ſubſtantia eſt. Eam Eraſiſtratus parẽchyma uocauit: quandoquidem poſita ſit ad meatus uenarum, & intercapedines: proinde quaſi fex aquæ profluentis,ita ſanguinis per uenas fluentis,uiſcera illa,ueluti προχύματα, id eſt profuſiones conſiſtunt. Sunt autem uiſcerum, quædam ſupra ſeptum tranſuerſum, quædam infra. Cor ſitum in pectore
C eſt opertum inuolucro pingui & corpulento,quà uenæ maiori annectitur, & arteriæ quæ aorta nominatur. & cæteris quidem animalibus in medio pectore ſitum eſt,homini tantum paulo uergit ad leuam. Extremum eius (πυθμένα Grȩci uocãt)turbinatur in mucronem curuoſum & firmiſſimum, & omnino parti corporis priori commiſſum eſt: at parti ſui ampliore ſuperiora corporis ſpectat,præterquam in piſcibus. ſolis enim iis cordis mucro ad caput ſpectat. Cordis pars illa amplior qua membranæ connectitur, κεφαλὴ καρδίας uocatur. Neruulos quoſdam ſuis in cauis continet: ſed cor ſine oſſe eſt omnium quæ nos nouerimus,præterquam maximorũ quorundam animalium:oſſi tamen quiddã ſimile omnibus ineſt:cuius ſubſtantia nõ in omnibus æque dura eſt. in minutis enim animalibus, ad cartilaginis
D duritiem prope accedit. quod enim in iis naſcitur, non omnino cartilaginis, ſed corporis ex neruo & cartilagine conflati naturam habet. In maiuſculis perfecta cartilago eſt: in iis uero quæ grandiora ſunt, cartilago oſſea eſt:at in maximis animalibus, os cartilagineum potius dicẽdum eſt. Quo nãque uaſtiore corpore fuerit animalis genus,eo propius ad oſſis duritiem accedit cartilago illa. In corde,uentriculi ſiue ſinus fere bini inueniuntur,unus in latere cordis dextro,in ſiniſtro alter. Non tamen idem in omnibus eſt uentriculorum numerus. quibus enim pulmo deeſt, hæc neq; dextrum cordis uentriculum habent. Inter utrunque cordis uentriculum, medium quoddam eſt quaſi ſeptum. Auriculas item habet cor binas,uentriculis adhærentes,quæ concauæ ſunt, & ſubſtantia conſtant cutanea, au-

riculas eas dixere ueteres, ob ſimilitudinem quandam earum quę in capite E
ſunt: utrinque enim cordi, ſicuti aures capiti adhærent. Sed de corde hacte
nus: reliqua etiam uiſcerum iam conſideranda ſunt. Pulmo ſpirandi offi-
cina eſt, attrahens ac reddens animam: idcirco ſpongioſus ac fiſtulis inani-
bus cauus. Bifidus conſueuit eſſe omnium pulmo, quanquam partium diſ-
tinctio in omnibus nō æque cernitur. Eſt enim hominis pulmo ſimplicior,
atque à ſingulari arteria partes in utrunque latus duę dependēt: uenæ quo-
que maiori, atque arteriæ, quæ aorta ab Ariſtotele uocatur, pulmo con-
nectitur. Sub pulmone ſeptum pectoris eſt, quę præcordia & ſeptū tranſ-
uerſum appellant: diſterminat enim hoc à reliquis pulmonem & cor. Co-
ſtis hoc & hypochondriis & ſpinæ, parte ſui carnoſiore, ualidioréque an-
nexum eſt: parte uero media tenue eſt, membranceáque exilitate contextū. F

Iecur ſub ſepto poſitum, à dextro latere eſt: Lien à lęuo in omnibus, quæ
membra iſta diſpoſita habent per naturam non prodigioſe. Iam enim le-
gitimum illum locum in nonnullis quadrupedum, lienem cum iecinore
permutaſſe uiſum eſt. Iecinoris pars, quæ ad ſeptum tranſuerſum & peri-
tonęum eſt, conuexa uel gibba: quæ autem inferne uentriculum tangit, ca-
ua uocatur. In iis animalibus quę lienen habere neceſſe eſt, lien ipſe quaſi
iecur adulteratum eſſe uidetur: adeo ut Plato lienem iecinoris ἐκμαγεῖον, id
eſt effigiem dixerit. Quæ autem lienem non habere neceſſe eſt, ſed exiguus
admodum lien ueluti notæ gratia habetur, iis iecur bipartitum aperte eſt:
& pars altera ad dextram, altera (quæ minor eſt) ad ſiniſtram ſitum habere
ſolet. Et in nonnullis adeo diuiſum patet, ut locis quibuſdam lepores bina G
iecinora habere uideantur: quemadmodum in genere piſcium, tum alij, tū
cartilaginei iecur duplicatum habere uidentur. Fibras habet iecur, λόβοι,
ἡπάτιαι græce uocantur. eſt enim iecur, aliis multifidum, aliis ſimplicius.

Iecur magna ex parte maximóq; animalium numero, felle caret: uerum
in nonnullis id habere in ueſica ſibi adnexum cernitur. Quæ enim ſangui-
nem habent animalium, maior pars fel habet, aut iecori aut inteſtinis an-
nexum: ut piſcium plurimi, necnon ſerpentum maxima pars. Renes poſt
*In iliis, κατὰ τοὺς λαγῶνας.* hæc iuxta ſpinam ipſam adhærent in iliis: ex uiſceribus ij maxime pingue-
ſcunt: & quanuis uehementer fuerint pingues, mediis tamen fere aliquid
deeſt. Dexter in omnibus quibus ſunt renes animalibus, ſuperiorem obti-
net locum, (nonnunquam iecoris fibram aliquā attingens) minúſque pin- H
gui obducitur, & ſqualidior eſt, quod uel in omnibus æque liquidò mani-
feſtatur. Porro à ſpinæ uaſis, arteria ſcilicet & uena magna, inſeruntur in
eos haud exiguæ magnitudinis uaſa: aliis utrinque ſingula, aliis quibuſdā
bina. Figura iis ſima fere eſt, qua parte arteria & uena ipſis inſeruntur, &
qua ſe mutuo reſpiciunt: oppoſita uero parte, gibba. In omnium fere re-
nibus ſinus ineſt concauus, (quibuſdam amplior, ut in maioribus animan-
tibus, quibuſdam uero arctior, ut minoribus) corpore quodam membra-
neo circundatus. Ex hoc utrinque ſinu haud procul à locis quibus inſerū-
οὐρητῆρες, ἢ ὀ-χναι. tur, quæ diximus uaſa, meatus duo inſignes concaui atque prælongi, ad ue
ſicam feruntur ſinguli ex ſingulis renibus, οὐρητῆρες à Græcis dicti. Et de ui-
ſceribus

A ſceribus quidem, hoc eſt de pulmone, corde, iecore, liene & renibus, dictum iam eſt.

B. Viſcera, σπλάγχνα. Intercapedines, διαλήψεις, uetus Ariſtotelis interpres uacuitates dixit. C. Cor, καρδία. D. Ventriculi ſiue ſinus, κοιλίαι, ἢ κόλποι. tres in maiorũ animalium corde eſſe uentriculos ſentit Ariſtoteles: uerum tertiam illam cauernam partem eſſe dextri uentriculi aſſerit Galenus. Auriculæ, ὦτα. E. Pulmo, πνεύμων, ἢ πλεύμων. Septum pectoris, φρένες, ἢ διάφραγμα, præcordia appellantur, quia cordi prętendũtur: aliàs præcordia uocamus uno nomine, exta in homine. F. Iecur, ἧπαρ. Lien, ὁ σπλήν. Conuexa, κυρτή. Caua, σιμή. G. Fel, χολή: nomen hoc commune eſt, & humori ipſi, & ueſiculæ humorem continenti. Renes, νεφροί.

De uentris partibus interioribus. Cap. XVI.

B VEntriculum appellamus eam partem, in quam cibus deuoratur: uentriculi os ſub media pectoris cartilagine, quæ ξιφοειδὴς dicitur: reliqua pars infra ſub ſepto tranſuerſo ſita eſt. fundum habet uentriculus ampliorem, & in homine certe ad dextram potius inclinatum: pars uero ſuperior, quæ ad gulam tendit, arctior eſt. In aliis fere animalibus, in anteriora ad hypochondrium tendit uentriculus. huius oſtium inferius, quo cibo exitus patet, in inteſtinum, ad dextram prope iecur ſitum eſt: πύλωρον hanc partem Græci uocant, quoniam portæ modo in inferiores partes ea quæ excreturi ſumus, emittit. Pyloron inteſtina excipiũt, flexuoſis orbibus conuoluta: quorum natura, quatenus inteſtina ſunt, eadem in omnibus animalibus eſt: magnitudine autem, & anfractuum (quas ἕλικας dicunt) numero, diſcrimen habetur. In his ab egreſſu ipſo ex pyloro, eſt quod ἔκφυσις δωδεκαδάκτυλος ab Herophilo (quòd duodecim digitorum longitudinẽ habeat) dictum eſt. Hoc principium eſt inteſtini, prius quàm in anfractus orbéſq; conuoluatur. Quod autem ſequitur flexuoſis orbibus conuolutum, nõ ita tamen implicitum, ieiunum inteſtinum uocatur: cui tale uocabulum eſt, quia nunquã quod accipit, continet, ſed protinus in inferiores partes tranſmittit. Inde tenuius inteſtinum eſt, in ſinus uehemẽter implicitum: orbes uero eius in dexteriorem partem conuerſi, & è regione dexterioris coxę finiti, ſuperiores tamen partes magis complent. Deinde id inteſtinum cum craſſiore altero tranſuerſo cõmittitur, quod à dextra parte incipiens, in ſiniſteriorẽ peruium eſt, in dexteriorem non eſt: ideóq; cæcum nominatur,
D tumidum quoddam exiſtẽs. Ad id quod peruium eſt, κῶλον appellatum, late fuſum atque ſinuatum, ab utraque parte huc atque illuc uolutum, magis tamen ſiniſteriores inferioresq; partes tenens, contingit iecur, atque uẽtriculum: deinde cum quibuſdam membranulis à ſiniſtro rene uenientibus iungitur: atque hinc dextra recuruatum, ad exitum uſque excrementi rectum pertẽdit: ideoq; id ibi rectum inteſtinum nominatur: breue id, corpulentumq;. huius finis eſt muſculus, σφιγκτῆρα Græci dicunt: quo cohibẽtur alui excremẽta, ne inuitis nobis effluant. Contegit uero uniuerſa hęc omẽtum, quod non niſi membrana præpinguis eſt, Græci ἐπίπλοον dicũt. oritur id de medio uentre, ſtatimq; à ſepto tranſuerſo dependet. Quod autem lactes uocant, membrana & ipſum eſt duplex pertendẽs continua de inteſti-

nis ipſis ad uenam uſque maiorem, quæ in iecinoris porta eſt,atque illi ad- E
iunctam arteriam,plena uenarum multarum,quibus alimentum iam pro-
be in uentriculo concoctū perfertur ad iecoris portas,Græci πύλας uocant.
Venis ipſis atque arteriis quæ prope iecoris portā in ramos finduntur, ſub-
ſternitur caro quædam glanduloſa πάγκρεας aut καλλίκρεας à Græcis nomina-
ta.Veſica ultimo uentris loco,ſub oſſibus latis,quæ ilium oſſa dicuntur, po
ſita eſt, meatibus annexa illis, qui οὐρητῆρες dicti ſunt,porrectis à renibus ad
ueſicam:& ipſa quidem neruoſa, tenuis atq; exanguis eſt, collū uero habet
carnoſum.Genitale huic ceruici ueſicæ adnectitur,foramine uno foras di-
recto(quod οὐρήθραν nominari diximus)peruiā, ſed quod hoc loco bifariam
diuiſum ſit:quorum foraminum alterum ad teſtes,alterum ad ueſicam tē-
dit. Teſtes ex genitali maribus pendent.Atque hæc eodē modo uel in ſexu F
fœmineo omnia natura cōformauit,atque diſpoſuit : nulla enim parte in-
teriore ſexus inter ſe differunt,niſi utero:cuius forma qualíſnam ſit,ex cō-
ſectionum deſcriptione petendum expectandumq; eſt : ſitus eius ſuper in-
teſtina,& infra ueſicam eſt. Oſtium autem uteri, quaſi ceruix carnoſa ad-
modum,cartilagineaq;,parti animantium plurimę auctiſſimęq; tributum
eſt,diciturq; μῆτρα, id eſt matrix.Pars uero interior,ſiue ſpatium internum,
loci &uterus appellātur in homine:hoc in reliquis animalibus uulua.Pro-
minent utrinque ad ſuperiores eius partes, exortus, alij κεραίας dicunt, alij
πλεκτάνας, quaſi cornicula dixeris,& flagella cirróſue . Sed de uteris generū
omnium diſſerendū poſtea eſt:neque enim ſimiles dati omnibus ſunt, nec
forma ſimili conſtituti.Partes animalium diſſimilares interiores exterio- G
réſque hunc in modum haberi cognitum eſt.

B Ventriculus,κοιλία,ἢ γαστὴρ, ἢ ἡ ἄνω κοιλία: aluum dixit Cic lib.2.de natura deorū.
Inteſtina,ἔντερα.ἕλικας. de his ita prodit Plinius. Ab hoc uētriculo lactes in homine
& oue per quas labitur cibus : in cæteris ilæ à quibus capaciora inteſtina, hominiq;
flexuoſiſſimis orbibus ad aluum.De inteſtinis lege Pollucē lib.2. C Ieiunum inſti-
tenum,νῆστις. Tenuius inteſtinū, λεπτὸν ἔντερον,ἢ ἀπλοῦν. Cæcum, τυφλόν. D κῶλον, ἢ
κάτω κοιλία, νηδύς Homero:Celſus etiam inteſtinum plenius uocat, & aluum : & Pli-
nius quoque aluum: & Gellius aluum colon uocari tradit.Rectum inteſtinum, ἀπευ-
θυσμένον,ἢ ἀρχός. σφιγκτῆρα,σφιγκτὴρ, ἢ δακτύλιος,ἢ στεφάνη, ἢ πρωκτός. Lactes,μεσαραῖον, ἢ
μεσεντέριον.hoc Cicero,ni fallor,medium inteſtinum uocauit.lib.2,de nat.deorū. La-
ctes Plinio aliud ſignificāt,ut modo dictum eſt. Veſica,κύστις. Collum ueſicæ, καυλός,
τοῦ κύστεως τράχηλος, ueſicæ ceruix. Oſtium uteri,τὸ στόμα τῆς ὑστέρας.μῆτρα,καὶ ὁ καυλός, καὶ στό- H
μα τῆς ὑστέρας,id eſt ceruix,& oſtium uteri,αὐχὴν ἢ τράχηλος. Loci & uterus,ὑστέρα καὶ δελ-
φύς, καὶ γυναικεῖος κόλπος.

## De partibus ſimilaribus. Cap. XVII.

Similarium autem aliæ molles & humidę ſunt,aliæ ſiccę & ſolidę.Mol-
les inquam uel omnino,uel quandiu ſecūdum naturā manent,id eſt in
ſede & cōcoctione naturali,ut ſanguis,ſanies,adeps,ſebum,medulla, ſemē
genitale,fel,lac,caro,& quæ iis proportione reſpondent.Non enim omnia
animalia partes has obtinent:ſed ſunt quę ad proportionem nonnullarum
ex his conſtēt. item excrementa omnia ſimilaria uidētur: pituitam dico &
bilem,tum flauam,tum etiam atram,& ſedimēta alui atque ueſicæ. Siccas
ac ſolidas

A ac ſolidas intelligi uolo neruum, cutem, membranam, uenam, pilum, os:
item & quod uice fungitur oſſis: ut ſpinam, ἄκανθαν Græci dicunt, & carti-
laginem, unguem, cornu: item quæ iis proportione reſpondent.

De ſanguine, uenis atque arteriis: & quæ iis pro-
portione reſpondent. Cap. XVIII.

ESimilarium numero humorem quẽdam genus unumquodq; anima-
lium continet, quo ſi aut per uim, aut per naturam ipſam priuetur, in
perniciem agatur neceſſe eſt: habet etiam diuerſum quoddã, id ſcilicet in
quo humor ille cõtineatur. Sunt hæc in aliis ſanguis & uena: aliis quod iis
proportione reſpondeat, ut fibra & ſanies. Hinc ſane animalia alia ἔναιμα
B dicuntur, id eſt ſanguine prædita & ſanguinea, alia ἄναιμα, id eſt exanguia.
Et ſanguineis quidem omnibus, ſimilarium ſanguis potiſſimum commu-
nis eſt: nec minus communis ea pars eſt, qua ſanguis continetur, quæ uena
dicitur: exanguibus autem, proportione illis reſpondẽt, ſanies & fibra. Cũ
itaque natura ſanguineæ uenarumq; corporis principiũ eſſe uideatur, pri-
mum de iis diſſerendum eſt. Sedenim natura uenarum ita ſe habet. Duæ
intra thoracem uenæ continentur: uenarum enim nomine etiam uaſa illa
pulſantia, quas modo arterias uocamus, à uetuſtiſſimis, tum medicis, tum
philoſophis appellari uideo: altera earũ maior, quàm uenam cauam ob in-
ſignem eius cauitatem uocant. Hippocrates ἡπατῖτιν, id eſt iecorariã dixit.
Altera minor quàm aortam uocant nõnulli, arteriam medici poſteriores:
C eodem etiam nomine uaſa ſingula, quæ pulſum habeant nuncupantes. Sũt
etenim arteriæ ſpirituum ſemitæ, quarum certe pulſus in cacumine mem-
brorum euidens eſt. Vtraque ueluti caudex eſt, ſeu truncus omnium quæ
per totum corpus ſparguntur uaſorum: uenarum altera, quam ſcilicet ca-
uam uocari diximus: altera uero, quæ & arteria dicta eſt, arteriarum. Neq;
uenæ fere deeſt arteria: & quacunque corporis parte arteriam uideris, eadẽ
& uena conſpicietur, paucis quibuſdam exceptis uenis. Quanquam qui ab
arteria oriuntur rami, minores multo ſunt, quàm qui à uena maiori profi-
ciſcuntur. Sed qui diligẽtius noſſe uelit, quemadmodum uenæ arteriæque
inter ſe habeant, ſpectare id tum per diſſectionem, tum etiam per commen
tationem, hoc eſt hiſtoriã animalium debet. In iis uaſis qui continetur
D humor, qualiſcunque is ſit, una ſanguinis appellatione cenſetur. Sanguis ſi
integer ſit, rubet & dulcis ſaporis eſt: ſalſum nanque ſanguinem, ſicuti &
ſalſam pituitam, morboſos humores eſſe perſpicuum eſt. Verũ qui in arte-
riis reperitur, tenuior ſimul & calidior, magiſq; flauus eſt, quàm qui in ue-
nis atque purior: ut qui ſpiritui animali nutrimentum præſtet. Et qui in ſi-
niſtro cordis uentriculo reperitur, fere tenuior eſt, atq; magis flauus, quàm
qui in dextro: quanquam nonnũquam etiam craſſior atque atrior, uerum
ſemper calidior. Qui uero in dextro ſinu eſt, eandẽ ſpeciem habet cum eo,
qui in iecore, & in omnibus totius corporis uenis reperitur. Solus omniũ
humorum ſparſus per totum corpus animalium ſanguis eſt: effluitq; ſan-
guis quancunque partem incideris carnis uiuæ atque incorruptæ. Venæq;

ipſæ in prætenues poſtremo fibras ſubter totam cutẽ diſperſæ, adeo in an- E
guſtam ſubtilitatem tenuantur, ut penetrare ſanguis nõ poſſit, aliúdue quã
exilis humor ab illo, qui cacuminibus innumeris ſudor appellatur. Sãguis
in primis neceſſarius communisq; omnibus animalibus ſanguineis eſt. eſt
enim his ultimum alimentum. Atque deficit ſanguis quoties cibus nõ in-
geritur: quoties uero ingeritur, augetur: et ſi alimenta bona aſſumuntur,
ſanguis integer eſt, ſi praua uitioſus. Liquidus & calidus ſemper eſt, quan-
diu in animalis corpore continetur: at ubi effluxerit, cõcreſcit fere omniũ
ſanguis, niſi fibræ, quibus refertus eſt, eximantur: ſi uero fibras detraxeris,
ſanguis non cogetur. Sanguis incoctus ſanies eſt: incoctus autem, aut quia
concoctus nondũ eſt, aut quia in ſerum degenerauerit. Fit enim per conco
ctionem ex ſanie ſanguis. F

A Sanguis, αἷμα. uena, φλέψ: fibrę, ἶνες: ſanies, ἰχώρ. B Hippocrates in libro Ἐπι-
δημιῶν 2. ait, Cum naſcitur infans cui uena quæ in cubito eſt, pulſauerit, furioſus ille &
iracundus euadet: cui ſenſim mota fuerit, lẽtus. Plato etiã in Timæo: cor uero ſimul &
uenarum fontem, & eius ſanguinis, qui per omne corpus cũ impetu fertur, &c. Celſus
quoque in procemio, Neque quid uenas moueat, inquit, ſed quid quæque genera mo-
tus ſignificent, &c. Plinius lib. 32. Nullo uino æque uenæ excitantur. & aliis item ple-
riſque locis. Vitruuius lib. 1. rithmos uenarũ appellauit. C. Arteria. Quemadmodũ
à maximis hiſce caudicibus exeuntes radices atque rami, id eſt uenæ arteriæq; mino-
res paſſi per uniuerſum ſparguntur corpus, accurate docuit Galenus, cum in aliis, tum
uero breuiſſime ſimul ac apertiſſime in eo libro, quem de Diſſectione uenarũ & arte-
riarum inſcripſit. D. Sanguis, αἷμα. E. Sudor, ἱδρώς. Sanies, ἰχώρ, ſignificat etiã id
quod in exanguibus uicem ſanguinis præſtat: ſicuti & in quibuſdã ἰὸς, id eſt uirus. G

## De neruis, ligamentis, & tendinibus. Cap. XIX.

NEruorum mox ordinẽ perſequemur. His ceu canalibus quibuſdã trãſ
mittitur ſenſus, & motus à cerebro in uniuerſas animalis partes. Aut
enim à cerebro manifeſte oriuntur, aut per mediã dorſi medullam tranſ-
*Alias octo & quinquaginta.* mittuntur: ex qua prodeunt circiter ſexaginta. Nullus à cerebro aut ſpinali
medulla producitur neruus, ἄζυγής, id eſt non coniugatus, ſed ſemper alter
ad dextram, ad ſiniſtram alter: eadẽ prorſus utrinque magnitudine, ſitum
obtinent. Nerui omnes ſua ſubſtãtia cerebro ſunt duriores: uerum qui ſen-
ſum oculis præſtant, denſiores omnino conſpiciuntur, haud magnopere ta
men duriores: atque hi omnium ſoli ſenſibiles meatus in ſe habere cernun H
tur. Sunt nerui alij molles, alij duriores: molles nerui, ſenſus ſunt inſtru-
menta, quemadmodum duri, motionis. Ex parte cerebri poſteriore mollis
neruus penitus nullus producitur: ex anteriore autem duros quoſdam ner-
uos oriri fuit neceſſe: in quibus, opinor, ſunt ij quibus oculi mouentur.
Quicunque uero neruorum molliores ſunt, ij nihil à medulla ſpinali dif-
ferre uidebuntur, quod ſcilicet ad mollitiem attinet. Nerui non ſolidantur
inciſi: mirúmq; uulneratis ſummus dolor, pręſectis nullus. E neruorum
genere cenſentur ligamenta & tendines: ligamentum proprie & non com
muniter appellatum corpus eſt neruoſum, album, exangue, ſolidum, ſine
ſenſu, ſimilitérque neruo concauitatis expers: ex oſſe quidem omnino or-
tum

A tum habens:inſertum autem in os aut muſculum:ut ſcilicet os oſſi, aut mu
ſculum oſſi coniungat, & tanquam uinculũ contineat. Muſculorum ἀπο-
νευρώσεις tendines nominantur, in quos ſcilicet muſculi deſinunt:miſta autẽ
eorũ natura eſt, & media inter ligamentũ & neruum. Horũ quidam adeo
efficiuntur tenues,ut mẽbranę potius uideantur.Facile autẽ dignoſcuntur:
nã ſi hos clara luce penitius inſpicias, fibras quaſdã intercurrẽtes oſtendẽt.

G Neruus, νεῦρον. horum ſectionem in uniuerſa corporis membra oſtendit accuratiſſime Galenus lib.de uſu parrium,& de neruorum diſſectione. Notat Ariſtoteles è cerebro exoriri meatus duos neruoſos ualidos,qui per ipſas oculorum ſedes, pertendentes in ſuperiores χαυλιόδοντας finiunt:cum alioqui ſentiat neruorũ originem à corde, non à cerebro duci. H Ligamentum,σύνδεσμος:hæc uel neruorum nomine uocant Ariſtoteles & Plinius. Sunt & alij ligamentorum uſus, ut uidere eſt apud Gale-
B num libro Anatomices primo. A Tendines,τένοντες, ἢ ἀπονευρώσεις, tendones.

## De fibris. Cap. XX.

FIbræ inter neruum & uenam ſuam habent naturam: & nonnullæ hu- *Fibræ,ἶνες.*
morem, ſaniem appellatum continent. tendunt à neruis ad uenas, ac
inde ad neruos.In corde item fibræ ſunt,quales in muſculis cernimus,qui-
bus caro circumhæret: cæterum non eſt idem fibrarum genus, ſed quæ in
muſculis habentur,neruorum ac ligamentorũ ſunt particulæ.Cordis pro-
pria quædam eſt fibrarum ſpecies, æque ſcilicet ac uenarum tunicæ atque
arteriarum:itémque inteſtinorum,uentriculi, uteri, & ueſicæ utriuſque:li
cet enim in iis membris, propriam quandam uidere carnem ſuis ipſorum
C fibris circumnaſcentem. Aliud item genus fibrarum eſt,quod conſiſtere in
ſanguine ſolet,quanquam non cuiuſque animalis: ſpiſſari autem ſanguis
non poteſt,ſi id genus fibrarum detrahatur, ut dictum eſt:ſpiſſatur uero ſi
non detrahatur. Genus id ergo fibrarum, tametſi maiore ex parte in ſan-
guine animalium ineſt,tamen cerui,procis & bubali, & aliorum quorun-
dam ſanguini deeſt:quocirca eorum ſanguis nõ ſimiliter atque cęterorum
concreſcit,ſed ceruorum perinde ut leporũ ſolet ſpiſſari:uidelicet non co-
itu firmiore,ut cæterorũ,ſed fluido, quale lac eſt quod iniecto coagulo co-
ierit.Sanguis,uena, arteria,neruus, ligamentũ,tẽdo & fibra,ita ſe habẽt.

## De oſſibus. Cap. XXI.

D OSſa omnium animalis partium ſunt duriſſima, maximéq; terreſtria. *Os,ὀστοῦν.*
Hæc tanquam fundamẽtum quoddam ad uniuerſi corporis molem
ſuſtentandam ſubiiciuntur:iis nanque membra omnia firmantur: magni-
tudinis quoque animalium meta atque terminus iis deſcribitur. Oſſium
quædam grandia & ampliter concaua ſunt ac medulloſa: quædam mino-
ra,ſolida,ac ſine medulla.In iis quæ imbecilliora ſunt animalibus,oſſa ſunt
laxiora ac caua magis:fortioribus uero denſiora ac conferta magis: ac pro-
inde canis,lupus,panthera,reliquáque omnia,quę muſculis ac neruis ſunt
robuſtioribus,denſiorem multo ac duriorem habẽt oſſium compaginem,
quàm oues, capræ, & id genus alia: quin & leo qui omnium eſt ferociſſi-
mus, oſſa in cæteris quidem membris omnia habet medullæ expertia: in
fœmoribus uero & ſi quis alius id genus artus, admodum exiguam ac te-

nuem. hominis uero oſſa, quæ in ipſo uel maxima ſunt, caua & laxa inue- E
niuntur: ut qui leone muſculos habeat longe imbecilliores. Atque hæc
quidem in omni animalium genere adeo ſeruat natura, ut nõ modo greſ-
ſile nullum, ſed ne uolucre quidem aut aquatile aliter habeat. quandoqui-
dem aquilis dẽſiſſima ac duriſſima ſunt oſſa: deinceps & accipitrum fero-
cioribus, circo, palumbario & ſimilibus: gallinaceo uero, anatibus atque
anſeribus, laxa ſimul ac caua, leuiſq; oſſium eſt ſubſtantia. Oſſa uni tanquã
principio ſunt connexa, & omnia inter ſe aptata, unam continuãt ſeriem,
modo uenarum: nec eſt ullum os, (quod effatu dignum ſit) quod ſeorſum
ipſum per ſe maneat. Initiũ uero omnibus ſpina eſt: quæ compacta ex uer-
tebris, à capite ad coxas porrigitur. Extat huic continuum capitis os rarum
& rotũdum, ſummis ſuperimpoſitum uertebris: quod calua dicitur & cal- F
uaria, ex interiore parte concaua, extrinſecus gibba, utrinque leuis: cuius
pars prior ſinciput eſt, tenuiſſimum, infirmiſſimumq; omnium capitis oſ-
ſium, nouiſſimeq; conſiſtere ſolitum. Omnium enim oſſium corporis, ul-
timum id concreſcit & induratur, in homine duntaxat: cum tamen in cæ-
teris animalibus diſcrimen oſſium nullum ſit, ſed omnia perfecta iam in-
de à natiuitate proueniant. Caluaria ipſa nõ ſimili modo in quoquo gene-
re animalium habetur: aliis enim oſſe continuo calua perficitur, μονόστεον di-
cunt, ut cani: aliis compacto, ut homini. ſex enim numerantur caluariæ oſ-
ſa, excepto etiam illo quod à cunei ſimilitudine σφηνοειδὴς dicitur. Sunt autẽ
hæc ab exterioribus partibus dura, ab interioribus, quibus inter ſe conne-
ctuntur, mollia. Caluariæ pars ſerrata, ſuturæ nomine ſignificatur. Inue- G
niuntur autem ſuturæ in pleriſque quinque: prima ad ſinciput, στεφανιαῖα
dicta: altera per uerticem, ὀβελιαῖα: tertia per occipitium, λαβδοειδὴς: quæ ma-
gna ex parte coniunguntur. Duæ quas κροταφῖτας nominãt, in utroque tem-
porum ſingulæ: hæ ſuper aures, tempora à ſuperiore capitis parte diſcer-
nunt. quæ λαμβδοειδὴς dicitur, ad inferiora per uerticem tendens, occipitium
à ſummo capite diducit. ὀβελιαῖα uero ab eodem uertice per medium ca-
put ad frontem procedit: eaque modo ſub imo capillo deſinit, modo fron-
tem ipſam ſecans, inter ſupercilia finitur. Os deinde eſt, cuius poſterior
pars cum caluariæ oſſe, quod iuxta aurem habetur, anterior cum parte ſu-
percilij extrema ad paruum oculi angulum coniungitur: iugale appellari
poteſt, Græci ζυγοειδὴς dicunt. Inter caluariam, & ea quæ ſuperiorẽ maxillam H
conſtituunt, os eſt quod à cunei ſimilitudine σφηνοειδὴς uocatur, & ueluti cu
neus inſeritur. hoc ſi inter ſuperioris maxillæ oſſa numerabimus, quinde-
cim numero erunt: uel ut aliis placet, octo: inter quę cẽſentur, & genarum
& narium oſſa. Duodecim faciei oſſa numerant alij. Maxillæ inferioris nõ
eſt os ſimplex: in ſummo nanque menti acumine, ſi coquitur, laxatur. Ma-
xillis dentium genus inhæret, os partim cauum, partim ſolidũ & adeo fir-
mum, ut ſolum inter oſſa ferri aciem reſpuat: neque eandem penitus natu-
ram quam cætera oſſa habet. Cætera nanq; in prima corporis conſtitutio-
ne omnia gignuntur, neque eſt quod poſt oriatur: at dentes poſt enaſcun-
tur. quo fit, ut cum deciderint, denuo poſſint oriri: ſoliq; dentes inter oſſa,
tota

*Septem numerantur in libello, qui εἰσαγωγὴ inſcribitur: πολυμόρφων in priore caluariæ parte.*

A tota uita creſcunt. Dētes omnes in ſuorum oſſium concauis infiguntur. Et oſſa ipſa quibus continentur dentes, φάτνια: quæ ſubeunt foramina, βόθεια dicuntur. & capitis oſſa ita ſe habent. Spina longitudinē & rectitudinem continet animalium: hæc ex uertebris quatuor & uiginti conſtat (excepto oſſe ſacro) in homine ſcilicet: nā in reliquis, ex pluribus compacta eſt. Harū tota compago in ceruicis uertebras, & dorſi, & lumborū, & os ſacrū (quod & os latum uocatur à nōnullis) diuiditur. Dorſi eam partem intelligimus, cui cum pectore eſt æqualis lōgitudo: quod ſubeſt reliquum, lumbi appellantur: quorum pars ultima ſacro oſſe finitur, in homine inquam. homo enim cauda uacat. In collo ſeptē uertebræ ſunt: duodecim ad coſtas, ad lūbos quinque. Earum quæ in collo ſunt, ſupremæ uertebræ in utroque eius

*Spina, ῥάχις, γύης. Vertebræ σπόνδυλοι, ἢ κύβοι.*

*Lūbi, ὀσφύς.*

B latere ſinus ineſt, in quos ingredi conſpiciūtur proceſſus oſſis caluæ ſub inferiore cerebelli parte egreſſi, quæ κορῶναι dicuntur. Ex ſecunda colli uertebra ſurſum uerſus, in primæ uertebræ ſinus quoſdam (quos ab oculorū ſinus ſimilitudine γληνοειδεῖς appellant) prioribus minores, proceſſus duo inſeruntur, qui à figura turbinata πυρηνοειδεῖς dicuntur: Hippocrates à figuræ ſimilitudine ὀδοντοειδεῖς uocauit: & totam quoque uertebrā ὀδόντα, id eſt dentem inde nominauit. Vltima uero colli uertebra ἄτλας uocatur. Sub atlante proxima, & prima dorſi uertebra λοφία dicitur: & quæ illi ſubeſt, μαυχαλιστήρ: quæ deinde ſequuntur, πλευρῖται. Duodecima uero dorſi uertebra, διαζωστήρ. E lumborum uertebris, prima νεφρίτης dicitur: poſtrema ἀσφαλίτης. Os ſacrum ex tribus particulis tanquam ex propriis quibuſdam uertebris

*Prima dorſi uertebra, λοφιὰ, ἢ λοφαδία*

*Os ſacrum, ἱερὸν ὀστοῦν.*

C compactum eſt: quarum extremæ os aliud quartum quod coccix nominatur, additum eſt: cuius pars quæ podici proxima inflectitur, κερυφὴ uocatur. Vertebræ omnes breues teretesq́; ſunt: proceſſus tamen quoſdā exigunt, ἀποφύσεις Græci uocant. Ex mediis enim omnium (præter primā) partibus poſtremis, exeunt oſſei quidam proceſſus: qui tanquam uallū ſpinam ab ea parte defendunt, ἄκανθα Græcis nomen eſt. Sunt & ab utroque uertebrarum latere proceſſus: & à ſuperiore etiam parte atq; inferiore omnibus, exceptis tribus ſummis. Omnium ſpinæ oſſium, infimum (quod os ſacrum dicitur) maximum eſt, quod ueluti fundamentum quoddam omnes ſuſtinet uertebras. Secundum uero locū in magnitudine occupat, quæ illi proxima uertebra eſt: quæ inter eius quæ in lūbis ſunt, quinta numeratur. Re-

*Coccix, ἢ σπονδύλιον, ἢ ὀρροπύγιον.*

D liquæ uero, quò longius ab infima recedunt, eò etiā fere magnitudine deficiunt. Primę itaque ceruicis uertebræ, minimę ſunt omnium, & ob foraminis amplitudinē tenues: uertebræ nanq; omnes foramine medio ſibi iunguntur, quod σωλὴν dicitur, quo ſpinę medulla à cerebro deſcendit. Rurſus à ceruice duo lata oſſa utrinque ad ſcapulas tēdunt: noſtri ſcoptula, ὠμοπλάτας Græci nominant: ea ſummis uerticibus, qui ad ſcapulas ſunt, ſinuata, ab iis triangula, paulatimq́; lateſcentia ad ſpinam tendunt. Hæc parte ſui poſteriore cartilaginoſa ſunt, ſed in imo maxime: ibiq́; ualidis muſculis neruiſq́; conſtricta ſunt, nulliq́; niſi in ſummo, oſſi cohęreſcunt. Inęqualia undiq́; ſunt hæc oſſa, atq; omni ex parte diſſimilia: gibba quidē exteriore ex parte, intrinſecus ſima: & ſumma in parte craſſa, in imo uero tenuia ſunt:

*Σωλὴν, καὶ ἱερὰ σύριγξ, καὶ χείσις.*

paulatimque pleniora euadunt, donec ad eam partem peruenerint, quam E
ſcoptuli ceruicem nominant. Is in extremo in acetabulum deſinẽs (ut modo
dximus) eius oſſis caput in ſe excipit, qui humerus dicitur, efficitque

*Humeri artic.* ἡ κατ' ὦμον ἄρθρον,

humeri articulum. In utriuſque ſcoptulorum parte gibba, ῥάχις, id eſt ſpina huic parti propria addita à natura eſt: quæ paulatim ſuperiore ſui parte, qua ſcoptulorũ ceruicẽ attingit, altius ſeſe attollens, oſſi alligatur, quod iugulũ dicitur: idq; efficit hic oſſium nexus, quod ἀκρώμιον à Græcis uocatur: quòd ſimul eſſet & humeri articulo operimentũ, ac propugnaculũ: & prohiberet, ne humeri oſſis caput ſurſum uerſus, articulo excederet. Eſt & in ſcoptulò utroq;, in inferiore capitis eius parte exiguus acutúſq; proceſſus: qui cum anchoræ aut coruini roſtri ſimilitudinẽ referat, ἀγκυροειδὴς à nõnullis, ab aliis κορακοειδὴς nuncupatur: quandoquidem extrema eius pars uti cor- F
uinum roſtrum extenditur. Hæc oſſa in hominibus quidem longius diſtãt à pectoris oſſibus, & huic parti quaſi innatant. Quin & humerorum articuli à reliquis pectoris oſſibus altius prominent: at in quadrupedibus, ſcoptula reliquis pectoris oſſibus fere coniuncta ſunt: ac proinde homini ſoli ſunt humeri, cæteris armi. Lato huic ſcapularum oſſi, quà deſinit pars illa, quam ῥάχιν, id eſt ſpinam uocauimus, adnectitur iugulum, non inter duriſſima oſſa numerandum: (fiſtuloſum enim eſt) altero eius capite in eo quod poſui, altero in exiguo ſinu oſſis pectoralis (quod στέρνον dicitur) inſidet. Pars eius inferior qua pectoris oſſi alligatur, craſſior cæteris rotundiorque eſt: quæ huic ſuccedit, longe gracilior: procedens uero, quo propius lato ſcapularum oſſi ſit, eo plenius latiúſque & in exteriora curuatum eſt. Coſtæ ab G
utroque latere ſunt duodenæ: rariſſime nanque decimatertia coſta in homine uiſitur, atque hoc rarius undecim tantum. Hæ primis partibus rotundæ & leniter quaſi capitulatæ, uertebrarum trãſuerſis proceſſibus, ibi quoque paulum inſinuatis inhærent. Inde pateſcunt, & in exteriorem partem recurrente, paulatim in cartilaginem degenerant: eáque parte rurſus in interiora leniter flexæ, committuntur: ſeptem quidem cũ oſſe pectoris, quod στέρνον dicitur: octaua uero cum cartilaginis radice, quæ ξιφοειδὴς uocatur. reliquæ autem quatuor in pectoris latera ad ſeptum tranſuerſum deſinunt, quæ cæteris etiam breuiores ſunt. Quinque iſtæ poſtremæ nothæ appellantur, ſuntque cartilagineæ omnes: atque adeo ipſarum finis, exquiſita cartilago eſt. Coſtis non una eſt, ſimplexque figura. nam in prioribus illis H
quicquid cum pectoris oſſe committitur: non os eſt, ſed in cartilaginẽ degenerat: & ſuprema coſta, ea parte conſpicitur maxima, qua ſpinę adnectitur: reliquæ in medio, & ubi ad pectoris latus acceſſerint, latiores ſunt, quæ earum partes πλάται dicuntur: anguſtiores autem, qua ſpinæ coniungũtur, & κωπία uocantur. Pectoris os, στέρνον à Græcis nominatum, à iugulo ſtatim incipit, & per medium pectoris protenſum ad præcordia ipſa molli cartilagine terminatur: (quæ quidem cartilago triangula eſt, & à nonnullis ξιφοειδὴς appellatur.) non unum os hoc eſt, ſed ex pluribus oſſibus conſtat: ſunt autem numero ſeptem, ſicuti coſtæ utrinque ſeptenæ, quæ cum ipſis alligantur. Brachij oſſa ſunt, primum humerus: hic extremis utrinque capi-

tibus

A tibus tumidus: mollis, ſine medulla, cartilaginoſus: medius, teres, durus,
medulloſus, & in priorem, & exteriorem partem leniter gibbus. maximũ
omnium hoc os eſt, fœmore excepto. Summa eius pars grandiuſculum ha-
bet caput, & in eo tuberculum quoddam adnatum rotundum, quod ſcapu
larum oſſi inſeritur: pars autem inferior in tubercula duo deſinit inæqua-
lia, inter quæ ſinus eſt: circa hunc cubitus mouetur. conſtat hic ex oſſibus
duobus. Radius quẽ κερκίδα appellant, ſuperior minorque, rotundo & leni-
ter cauo capite, exiguum humeri tuberculum recipit. Cubitus alterum os
dicitur, eodem ſcilicet quo totum nomine, inferior maiorque. In huius fi
ne extremo, ubi ſcilicet cum humeri oſſe committitur, duo inueniuntur
tubercula: alterum maius, & in parte cubiti poſteriore inferioreque: alterũ
B minus, & in parte anteriore ſuperioréque: & communi quidem nomine
κορώνας uocant, & κορωνὰ: proprie uero maiorem illum & poſteriorem Atti-
ci ὠλέκρανον dicunt, Hippocrates ἀγκῶνα. Radius ſupra infráque ualidis li-
gamentis cubito alligatur: media inter ſe omnino dehiſcunt. Radius ſupe-
riore parte tenuior eſt, cubitus plenior: uerum cũ rurſus ad manũ coëunt,
modo craſſitudinis mutato, ibi radius plenior, cubitus admodũ tenuis eſt.
Vtrunque adnatum tuberculum iuxta carpi partes habet, ex interiore par-
te cauum, extra uero gibbum. In ſinum eiuſmodi ſeſe inſinuat καρπὸς, quã
primam palmæ partem diximus, eique adnectitur. ineſt autem cubito &
proceſſus quidam, quem à columnæ ſimilitudine στυλοειδῆ appellant: & hic
quoque carpo annectitur. Cubitus minimo digito, radius pollici è directo
C reſpondet. In manu prima palmæ pars, quæ græce καρπὸς dicitur, ex mul- *Totius manus*
tis minutíſque oſſibus conſtat: quorum numerus incertus eſt: quidam ta- *oſſa numero*
men octo numerant. dura omnia, nec medulloſa multiplicíſq; figuræ ſunt: *ſunt uiginti &*
nam partim gibba, partim ſima, partim recta, partim orbiculata: ſed oblon *ſex, ut author*
ga omnia & triangula. Recta deinde quatuor oſſa ad digitos tendentia pal *eſt Clearchus.*
mam explent. Ab iis digiti ipſi, preter pollicem, omnes oriũtur: qui ex oſ-
ſibus ternis conſtant, quæ φάλαγγες dicuntur, id eſt internodia & σκυταλίδες: o-
mniúmque eadem ratio eſt. pollicis tantum primum internodiũ, ex tranſ-
uerſo illi palmæ parti, quam metacarpium diximus, annexum eſt. Compa
ctus ita & pollex ex triplici oſſe eſt: primumque eius internodium cum po
ſteriore palmæ parte minime connumerandum cenſet Galenus. Ac ſupe-
D riorum quidem partium oſſa ſic ordinata ſunt. Ad imã uero ſpinam ab
utroque ſacri oſſis latere, coxarum os, & quod ἰσχίον dicunt, utrinque adne- ἰσχίον, ἢ σκα-
xum eſt: quod tranſuerſum longeque ualentiſſimum, uuluam, ueſicam, re- φίον.
ctum inteſtinum tuetur. Atque iis quidem oſſibus quæ ex utroque oſſis ſa
cri latere cernuntur, integris nullum eſt nomen unum inditum: nam par-
tes eorum latæ ſuperiores, ilium oſſa nuncupantur: inferiores exterioréſq;,
coxæ & coxarum oſſa. In quorum utroque ſinus prægrandis eſt, qui reci-
pit rotundum fœminis caput, acetabulũ uocant: Græci κοτύλην. Ab iis quæ
in anteriora protenſæ partes, tenuéſque, & foratæ, atque inter ſe coniunctę
ſunt, os conſtituunt, quod pecten dicitur: quod in uiris rectius eſt, recurua-
tum magis in exteriora in fœminis, ne partum prohibeat. E coxarum oſ-

ſibus fœmina oriuntur,quæ magnitudine cæteris præſtant omnibus: quo- E
rum capita rotundiora etiam quàm humerorum ſunt, cum illa ex cæteris
rotundiſſima ſint. Ad fœmoris ceruicem oriuntur proceſſus duo,τροχαντῆρες
dicti:quorum exteriorem,qui longe minor eſt, γλουτὸν uocant: infra uero le
niter pateſcens in duo tubercula à priore & à poſteriore parte deſinit,adeo
quidem grandia,ut uel capita poſſint appellari: eáque tibiæ adnectuntur.
Hæc uero commiſſura oſſe paruo,rotundo,molli,cartilaginoſo tegitur: pa
tellam uocant. Tibia,ut ante dictum eſt, ex oſſibus duobus conſtat. Ete-
nim par omnia fœmur humero: tibia cubito ſimilis eſt, adeo ut habitus
quoque & decor alterius ex altero cognoſcatur. Horum uero alterum os
ab exteriore parte ſupra poſitum eſt, quod ſura nominatur: id breuius eſt
(neque enim adeo protenditur,ut genu ipſum cõtingat)ſupraque tenuius, F
ad ipſos malleolos intumeſcit. Alterum à priore parte poſitum, cui tibiæ
nomen eſt,longius & in ſuperiore parte plenius ſolum cum fœmore com-
mittitur,ſicut cum humero cubitus: eaque parte duplicem habet ſinum,
qua fœmoris capita recipiat.Inter eos tibiæ ſinus neruoſum quoddam car
tilaginoſumq́ue eminet:quod inter fœmoris capita illa, ueluti in imã quã-
dam ſciſſuram inſeritur.Et hęc quoque oſſa infra ſupráque coniuncta,me-
dia, ut in cubito dehiſcunt. Imæ ab utroque latere tibiæ ſuræque partes,
malleoli nuncupantur:iiq́ue gibbi & carnis omnino expertes prominent:
intrinſecus uerò caui ſunt. Excipitur autem tibia infra primo pedis oſſe:
quod nos talum,Græci ἀστράγαλον uocant. à malleolis hic continetur ac con
tegitur,ut cum ne tangere quidem poſſis. Huius pars illa quam πέφωρον uo- G
cant,ſurſum uergit:poſterior uero orbiculata eſt,& ad ſuperiora potius ſpe
ctat.Prior autem pars, rotundo quidem capite, cum eo oſſe connectitur,
quod ad ſcaphæ ſimilitudinem σκαφοειδὴς nuncupatur. Huic ſubeſt os pedis
maximum,quod πτέρναν,id eſt calcem,uocãt,durum,ſine medulla: eius pars
qua ingredimur,leniter rotũda & latiuſcula eſt: poſterior quoque teretem
figuram repræſentat,in poſterioremq́ue partem proiecta, tibiæ rectitudi-
nem admodum excedit. Ex partibus eius anterioribus, quæ è regione ma-
gni digiti ſita eſt,capiti ipſius tali ſubiacet:nec cum alio oſſe copulatur.quę
uero minimo digito reſpondet,cum eo oſſe quod à teſſeræ ſimilitudine κυ-
βοειδὴς uocant,annectitur. κυβοειδὴς autem à parte exteriore iuxta σκαφοειδὴς po-
ſitum eſt. Tria deinceps oſſa paruula inferiori σκαφοειδοῦς parti adiungun- H
tur,cum quibus etiam exteriore ex parte κυβοειδὴς una porrigitur. Atque pri-
ma quidem pedis pars, quam ταρσὸν uocant, hæc ſeptem continet oſſa.Pars
inde pedis inchoatur, quam Græci πεδίον uocant: quæ ex quinque oſſibus
conſtructa eſt. Poſt hæc deinceps pedis digiti ſunt, qui ex ternis interno
diis omnes, ad eorum, quæ in manuum digitis ſunt ſimilitudinem,con-
ſtant,pollice tantum excepto: qui ſolus omnium ex duplici oſſe conſtitu-
tus eſt.Itaque pedis oſſa pleraque ad eorum quæ in manu ſunt ſimilitudi-
nem,inſtructa ſunt:plantæ,palmæ,digiti digitis,ſicuti & ungues unguibus
reſpondent. Hæc,ut arbitror,de oſſibus ueluti rudimenta diſcentibus di-
cta ſatis ſunto. Quòd ſi quod oſſiculum alibi,utpote in corde, in naſo, in
gutture,

A gutture, itémque in aliquo ex digitis, (ut quę à ſeſami ſimilitudine σησαμοειδῆ
uocantur) aliudue eius generis deprehenditur, non neceſſarium arbitror
hoc opere pertractare.

F Spina, ῥάχις. Calua, uel caluaria, κρανίον. Totum capitis os etiã κεφαλῆς κύτος dicitur. Sutura, ῥαφὴ, ἢ ῥαφής. Sunt & aliæ ſuturæ, & in faciei oſſibus, & quæ communes ſunt ſuperioris maxillæ & caluæ: ut uidere licet apud Galenũ lib. De oſſib. & Celſum, & Introduct. Galeni. Iugale, ζυγοειδὲς ἢ ζύγωμα: uerum Pollux ζυγώματα appellat poſt tempora bina obliqua: quorum connexus aures complectitur, qui κάρκινοι etiam dicuntur. ſed an idem ſit ζυγοειδὲς Galeno quod Celſo, conſideret lector. Vertebræ, Colli uertebræ etiã στροφεῖς dicuntur, ἢ στροφεῖδες, ἢ κύβοι: Homerus etiam ἀστραγάλους uocauit. Ἄτλας, Spinæ articulum, ſiue nodum (inquit Plinius) ἀτλάντιον uocant: eſt autem primus. Proceſſus, ἀποφύσεις: Pollux ἰσχύτητας uocat. Celſus, proceſſus, & exceſſus, & tubercula. Quam formam ſitumq́; habeant proceſſus iſti, luculentiſſime oſten-
B dit Galenus lib. De oſſib. & lib. de uſu part. & Celſus lib. 8. Scoptula, ὠμοπλάτας, & ὠθῖνοπλαίους, & πλάτας quidam uocant: Celſus hæc etiam ſcoptula, & lata ſcapularum oſſa nominat. Sunt qui hoc loco apud Celſum ſcoptula operta legi nolunt. Coſtæ, πλευραί. quo pacto coſtæ cum ſpinæ uertebrarũ proceſſibus connectantur, leges apud Galenum lib. Anatomices 8. & lib. De oſſib. Νόθοι, minores coſtæ dicuntur, ſicut γνήσιαι maiores. Coſtæ utrinq; duæ primæ ἀντίστροφα uocantur: quæ has ſequũtur item duæ, στερναί. Poſt has στερνοειδεῖς duę. Et deinde quæ ad pectoris cartilaginẽ deſinũt, παράχονδροι. Quæ reliquę ſunt quatuor nothæ μαλθακαὶ uocãtur, id eſt molles. Humerũ, βραχίονα uocat Galenus. Radius, κερκὶς, ἢ παραπήχιον, ἢ προπήχιον. Cubitus, πῆχυς, ἢ ὠλένη. Quatuor oſſa, Ita Galenus: uerum Pollux hanc palmæ partem (ut ſupra diximus) exceptis quinq; oſſibus ad digitos tendẽtibus conſtare, primumq́; pollicis internodium metacarpij partem eſſe ſcribit. Ilium oſſa, λαγόνος ὀστᾶ. Coxæ & coxendices, ἰσχία, κοτύλη, ἢ κοτυληδών. Pecten, ἥβης ὀστοῦν. Fœmen & fœmur, μηρός. Caput fœmoris, κεφαλὴ μηροῦ, ἢ
C κοτυληδών. Patella, mola, μύλη, ἢ ἐπιγονατὶς, ut ſupra. Tibia, κνήμη. Sura, περόνη: recentiores fibulam uocant. Tibia, κνήμη: quidam etiam κερκίδα uocant. Νευροχονδρώδης σύνδεσμος, hic eſt, de quo lib. 2. De temperamẽtis. Malleoli, σφυρά: Celſus hos etiã talos uocat: & talos item appellat os illud quod & nos, quod ſcilicet ἀστράγαλον uocauit Galenus. Talus ἀστράγαλος Ariſtot. lib. de hiſtor. animaliũ: & talus Plinio lib. 11. uidetur aliud ſignificare: de quo infra plura dicemus in quadrupedibus uiuiparis. Oſſiculum, Sub tonſillis oſſiculum eſt ὑοειδὲς dictum, eò quòd ſimile ſit Υ literæ, quod arteriæ caput amplectitur: alij παραστάτην uocant.

## De cartilagine. Cap. XXII.

EIuſdem fere naturæ cum oſſe cartilago eſt: & quemadmodum os præciſum nunquam recreſcit, ita & cartilago ablata nunquam reparatur. Differt autem ab oſſe pluris minoríſque ratione: & uidetur quidem carti-
D lago ex oſſe ligamentóque conſtare: utrique enim aliqua ex parte ſimilis naturæ eſt: uerum ligamento durior, ſicuti oſſe mollior eſt. Et partes cartilaginoſæ membrorum articulis inſeruntur, ueluti puluinar, ne attritu mutuo lædantur oſſa. Terreſtrium quæ & ſanguinẽ habẽt, & animal gignunt, cartilago nullo foramine hiſcit: nec oſſium more medullam continet. At uero aquatilium cartilagineis, quod per dorſum oſſibus proportionatum tendit, cartilago eſt humorem in medullæ ſpeciem continens: & Plinius, cartilaginea medullam in ſpina habent, inquit. Greſſilium, quæ animal gignunt, auriculæ, nares, extrema oſſium nonnulla cartilagine conſtant. Priuatim uero quæ in extrema ora eſt oſſis, quod in medio pectore στέρνον uocatur, prope os uentriculi ξιφοειδὴς cartilago dicitur, & triquetra eſt.

## De unguibus, ungulis, chelis, id eſt ungulis biſulcis, cornibus & roſtris. Cap. XXIII. E

*Vngues, ὄνυχες. ungulæ, ὁπλαί. Apud Celſum pro pedibus ipſis capiuntur ungulæ. Chelæ, χηλαί. Cornua, κέρατα. Roſtrum, ῥύγχον, ἢ ῥάμφος.*

SVnt item alia partium genera, quæ naturam nec eãdem habent, quam ea quę expoſita ſunt:nec longe ab iis remotam,ut ungues,ungulæ,chelæ,cornua: præterea roſtrum,quale datum auibus eſt : hæc enim & flexilia & fiſſilia ſunt:cum nullum os findi poſſit,ſed fragile quodq; habeatur. Colores cornuum,unguium,ungularum & chelarum, cutis pilorúmque colorem ſequuntur:etenim cutis nigræ,cornua nigra, & ungues ungulæque nigræ oriuntur.Et candidæ pari modo in colore reſpondent: mediis etiam medium eadem colorem præferunt. At dentes naturam oſſium æmulantur:quamobrem hominum nigrorum ut Aethiopum,atque ſimilium dentes,ut oſſa cãdent:ungues nigri, modo ſuæ cutis apparent. F Cornua parte plurima caua ſunt ab radice,quatenus ambiunt os,quod ortum à capite,cauo cornu inſeritur,totúmque implet: in mucronem tamen ſolidum & ſimplicem exeunt. Adhærent cornua cuti potius quàm oſſi. Ceruino generi tota ſolida & ſparſa in ramos,& omnibus annis decidua,niſi caſtrentur: cum ex cæteris cornigeris nullum cornua amittat. Cornua quibuſdam ineſſe dicimus, ſed per ſimilitudinem : cum nullum ex iis cornu officio fungatur: qualia cochleis data ſunt ad prætentandum iter: quæ enim iure cornua intelliguntur,gerunt quadrupedes uiuiparæ ad uim,aut inferendam, aut depellendam,quæ uirium ſunt officia : quod nulli ex cæteris quæ cornua habere dicuntur,contingit.

*De unguiũ exortu plura apud Pollucem.*

Vngues à neruis neruoſis ue ligamentis orti, iis G ſcilicet quæ digitorum oſſa continent,indureſcunt.Habent autem ungues quibus digiti ſunt:digiti uero iis ſunt, quibus pedes articulis formati,excepto elephanto.ungues etiam in ſenectute,& defuncto augeſcunt,durioréſque redduntur:& ungulæ quoque maiores in ſenecta redduntur: quod idẽ roſtris etiam auium euenit. Vngues præterea nonnullis animalium adeo duritate degenerant, ut præ nimia duritudine nihilo ab oſſibus differre uideantur.

## De pilis & cute,& quæ his proportione reſpondent,ſcilicet cortice,ſquama,teſta & cruſta. Cap. XXIIII.

*Cutis, δέρμα. Pilus, θρίξ. Lana, ἔριον. Cortex, φολίς. Squama, λεπίς.*

DE pilis & cute, atque de iis, quæ uicem pilorum cutíſq; ſuppetunt, ita ſe res habet:cutem omnia habẽt quibus ineſt ſanguis : pilos habent H quæ pedeſtria eademque uiuipara ſunt.nam lana etiam pilus eſt, ſed pilus proprie craſſior eſt & procerior:lana uero criſpa magis ac tenuis. Cortice autem integuntur quæ ouipara ſunt pedeſtria,appellantúrq; φολιδωτὰ:ſquama uero piſces tantum,ſicuti penna aues: & teſta ſilicea includuntur, quæ teſtacea dicuntur,ut oſtreæ : cruſta operiuntur,quæ cruſtata uocantur , ut cancri,locuſtæ.

*Pili.*

Gignuntur pili ex uaporibus fuliginoſis è cute exeũtibus, iam lori formam adeptis:quorum quod in meatibus eſt,ſtirpis radici ſimile uidetur:quod uero ex cute extat,ipſi ueluti ſtirpi. Habent autem pili ad ſuam radicem lentum quẽdam humorem, quo protinus,ubi euulſus pilus eſt,ſi qua leuiuſcula tangat,ita adhæret ut trahere poſſit. Quibuſdam ani-

malibus

A malibus nulli dati ſunt pili:aliis ſupina in parte nulli, aut pauciores quàm in prona.Iis animalibus qui molli ſunt cute,ut homo, quanto ſiccior calidiórque cutis fuerit,tanto magis pilos gignere poteſt. at neque in iis, quæ ſilicea teſta includuntur,ueluti oſtreis:nec cruſtatis,ut locuſtis,cancris: ſed nec quę corticem habent, aut ſquamas,ut ſerpentes,ut piſces,oriri pili poſſunt.Sunt enim horum quæ ſummæ cutis loco habentur, uere & in totum ſicca ritu teſtæ uel petræ.Pili præſecti augeri inferius ab radice poſſunt, ſuperne non poſſunt.Pennæ autem nec ab radice,neque ſuperne ab inciſura poſſunt,ſed cadãt neceſſe eſt.Cortex ſquamæ loco eſt,& illi ſimilis: ſed natura rigidior atque durior:quod in teſtudine & ſerpẽtibus magnis,& crocodilo fluuiatili palam fit:firmior enim oſſe euadit. Cutem,ut diximus,o-
B mnia habent,quibus eſt ſanguis:pilos non omnia,ſed ſicut diſtinctum iam eſt. Ineſt in cute omnium lentor quidam mucoſus:uerum aliis minus,aliis magis:ut in tergore bubulo,ex quo glutinum facere ſolent. ubicunque cutis per ſe ac ſine carne eſt,uulnerata nõ coit,ut in gena,præputio, palpebra. Sed neque in carnoſis etiã partibus reſtitui cutis poteſt talis omnino qualis erat quæ periit:ſed ſimile quiddam cuti,& quod eius officium ſuppleat, poteſt,non tamen plane cutis. Cõtextu perpetuo cutis in omnibus animalibus continuatur:nec alibi interpellatur, quàm ubi ſint naturales meatus: ut in ore & excrementorum exitibus,atq; etiam in unguibus.Cutis hominis proportione magnitudinis tenuiſſima eſt. Cutis quæ quidem totum corpus ambit, δέρας,id eſt excoriari poteſt à ſubiecta carne,& membrana
C eam circundante,ideoq; δέρμα Gręci uocant:manuum autem internam & infimæ plantæ cutẽ,præterea frontis & totius fere faciei, aliarumq; quarũdam partium animalis excoriari nõ contingit.Cuti ſuperiacet ſumma cuticula,quę Græcis ἐπιδερμὶς dicitur,tenue quiddã,quale eſt quod ſerpẽtis ſenectus nominatur:id quod in ſcabie,lepra,& lichenibus maxime cernitur.

*Quinq; cutis differentias enumerat Galenus lib. II De uſu part. quarum aliquæ excoriari poſſũt, aliquæ uero minime. Quo pacto autem excoriari debeat cutis à ſubiecta ſibi mẽbrana, docet idẽ Galenus li.3. Anatomices.*

De membranis. Cap. XXV.

SVnt & membranæ in ſanguineis animalibus: quæ quidem pars ſimilis cuti prætenui ſpiſſæq; eſt.Sed diuerſum genus id eſt: quandoquidẽ neque fiſſilis,neque euulſilis cutis eſt:membranę etiam omnes, cute ſicciores ſunt.Ambit ſingula,tum oſſa,tum muſculos,tum etiam uiſcera, membra-
D na tam in maiore,quàm in minore animalium genere: uerum in minore ſenſum effugit.Quæ oſſa contegit membrana, περιόστεος ὑμὴν dicitur: quo in genere eſt quod περικράνιον uocatur,membrana ſcilicet caluariam ambiens. Ligamenta per quæ muſculi oſſibus colligantur, mẽbranas circa ipſos muſculos efficiũt. Inter membranas præcipue duæ ſunt,quibus cerebrũ opertum munitur, μήνιγγες dicuntur:altera ſuperior adhæret oſſi, quæ firmior & craſſior eſt: hæc σκληρὰ dicitur, & παχεῖα,& δερματώδης, hoc eſt dura,craſſa & coriacea:altera inferior contigua eſt cerebro,quæ χοροειδὴς uocatur, quod χορίῳ membranæ ſimiliter,uenas in ſe & arterias habeat connexas:atq; hæc cerebro tanto durior eſt,quanto altera,craſſior uidelicet illa, oſſe ſit mollior.Adhærent item membranæ duæ ſepto trãſuerſo,ex utraque eius parte

*Μήνιγγες, Plinius continentes cerebrũ mẽbranas eas uocat.*

ſingulę,ſuperiore ſcilicet parte & inferiore.Superior ὑπεζωκώς,id eſt ſuccin- E
gens,inferior uero περιτόναιον nominatur:quod à renibus ortum, toti abdomini interne obtenditur,atque adhæret ad pubem uſque infimam. Vtraque ſiue membranam dicere placet, ſiue tunicam, (χιτῶνα nanque Græci dicunt) ſubſtantia omnino ſimili eſt: utraque enim araneæ modo prætenuis eſt: non ut tendines quidam, qui cum in membranarum ſpeciem tenues ſint, ſi tamen eas clara luce inſpicias, fibras quaſdam tenues intercurrentes oſtendent. At non ita peritonæum: eſt enim ſimplex, totum ſibi continuum & adamuſſim ſimilare corpus, quod inde nomen habet ἀπὸ τοῦ περιτετάσθαι, id eſt quod prætendatur omnibus, quæ inter ſeptum tranſuerſum & crura continentur. Eodem etiam modo ſuccingens coſtas membrana ſimplex eſt peritonæo ſimilis,eundemq; uſum omnibus ſpiri- F
tus inſtrumentis,quæ intra pectus ſunt præſtat,quem peritonæum iis quæ nutriendi gratia in uentre ſita ſunt. Coſtas nanque omnes intrinſecus ſuccingit: & operimentum eſt eorum quæ intra pectus continētur omniū. Verum non una eſt mēbrana quæ utriuſq; lateris coſtas ſuccingit: à dextra etenim parte una eſt, à ſiniſtra altera. Neque unum & continuum eſt totius pectoris ſpatium internum (ita enim uoco εὐρυχωρίαν) ſed membranis diſtinguitur. Ex membranis nanque illis ſuccingentibus oriūtur partes duæ, quę totum hoc pectoris ſpatium diuidunt, atque ob id διαφράττοντες uocatæ. Hæ ad iugulum uſque à dorſo aſcendentes, & per totam oſſis, quod in medio pectore eſt, longitudinem ad mucronatam uſque cartilaginem, quæ ξιφοειδὴς dicitur, porrectæ, mutuo ſibi cohærent: niſi ea tantū parte qua cor ſitum G
eſt. Hic nanque ſeparatę, cor ipſum unà cum propria quadam membrana, ſiue tunica craſſiuſcula cor ipſum ambiente (περικάρδιον uocant) inter ſe cōprehendunt. Succingentium autem baſes, ſupernis ſepti tranſuerſi partibus ſuperbiacent: quemadmodum alia quædam membrana ſimilis, infernis ſubſtrata eſt, quæ peritonęi uertex, aut principium non inepte dicitur. Hæc totam inferiorem ſepti regionem ſublinit: ac ubi ſeptum perforatum eſt, quo uaſis tranſitus pateat, ibi iis ipſis quæ permeant, undique adhæret, ferturque una per totum corpus, ut quæ iam ipſis ſimul & operimentum fiat, & quaſi firmamentum. Eodem modo & membranæ illæ ſuccingentes quæ ſupra ſeptum ſunt, uaſis ſeptum permeantibus iungūtur, & ſimul per corpus feruntur. Membranoſa præterea quædam corpora multis in locis H
præter hæc exiſtunt: quędam ex oſſibus procedentia in ipſa ligamentorum ſubſtantia, quædam ex neruoſis muſculorū finibus (ἀπονευρώσεις uocant) intēdinum ſubſtantia. At quæ uere maximeq; proprie membranæ dicūtur, eæ ſunt. Omentum quoque non niſi membrana eſt, ἐπίπλοον à Græcis dictū. hoc omnia habent animalia quæ ſanguinem, ſed alia pingue, alia macilentum. Nomen hoc à ueteribus ὡς ἐπιπλέουν ſortitū eſt, quoniam nulli inteſtinorum adhæret: ſed neque ulli alij perpetuo præterquam iis tribus, uentriculo ſcilicet (à quo oritur atque dependet) lieni & colo, quibus ſemper connexum eſt. Adnaſcitur etiam nonnunquam, ſed raro iecinoris fibræ cuipiam, aut ex nothis coſtis alicui. Eſt autem corpus ex duplici peritonęi ceu

Περιτοναῖον, ἢ περιζωναῖος ὑμὴν, ἢ περιτόναιος χιτὼν, ἢ περιζώναιον σκέπασμα.

plexu

A plexu compoſitum,in quo uenæ permultæ ſparguntur. Deſcendit uero in quibuſdam animantibus,haud multo infra quàm umbilicus eſt: at in quibuſdam ad pubis oſſa:maximum id habent inter animantia,homines & ſimiæ. Quod etiã lactes uocant, membrana & ipſum eſt duplex pertendens continua de inteſtinis ipſis ad uenam uſque,quæ in iecinoris porta eſt,uti ante dictum à nobis eſt. Veſica etiam utraque,tam ea quę urinam recipit, quæ maior eſt,quàm quæ flauam bilem,quæ minor,membranoſa eſt:quãuis maioris illius collum carnoſum ſit. Membranæ etiam quædã ſunt fœtum in utero inuoluentes:prima χορίον dicitur,quæ uuluæ adhæret: hæc nil aliud quàm uenarum,& arteriarum multarum cõtextus quidam eſt,cum interuallis quibuſdam membranoſis: altera tenuis eſt & mollior, totum
B circundans fœtum, ἄμνιον uocant: tertia duplex membrana eſt,& partibus tantum prominentibus circuniecta: capiti dico,natibus, & pedibus. hanc ἀλλαντοειδῆ dicunt, quòd ἀλλᾶντι, id eſt inteſtino crumenæúe ſimilis ſit. albæ utręque ac tenues,forma ad araneam proxime accedentes. Sunt & oculorum membranæ,de quibus ſupra pertractauimus.è membranis ſi qua pręciſa fuerit,non coit.Ergo de ſanguine & uenis,neruis,fibris,cute,membranis:atq; etiam de pilis,unguibus,ungulis,tam ſolidis quàm biſulcis,roſtro, cornibus,dentibus,cartilagine, oſſibus, eorúmque proportionalibus,ſtatuendum ad hunc modum eſt.

C Membranæ, ὑμένες. Euulſilis, πλῆγον. G Peritonæi uertex, κορυφὴ τοῦ περιτοναίου. H Omentum, ἐπίπλοον, & ἐπίπλους, & ἐπιπλόοσω. A Lactes, μεσεντέριον, ἢ μεσαραῖον: medium inteſtinũ uocauit Cicero lib.2.De natura deorũ.Lactes Plinio aliud
C ſignificant:nẽpe ieiunum inteſtinum,opinor,& quæ ἔκφυσις dicitur. Veſica κύστις.Quo conueniant,quóue differant iſtæ ueſicæ,præclare docet Galenus lib.5. de uſu part. χορίον,ſecundas uocant: de his plura legas apud Galenum in lib.de diſſect.uuluæ,& de ſcie.Ariſtoteles duas tantum enumerat,lib.de hiſt.animal.7.& mẽbranas uocat.

## De carne. Cap. XXVI.

EX animalium partibus, nulla omni animantium generi, carne magis communis eſt: nam & exanguia quoque ſuam quandam habent carnem,ut oſtrea & teſtacea reliqua.In genere animalium ſanguineo,caro,& quod carni ſimile eſt,omnibus fere inter cutem & oſſa,aut quæ oſſi proportione reſpondent,continentur:eſtq; caro ueluti molle fulcimentum & pin *Caro, σάρξ.*
D guiuſculum oſſibus impoſitum,ornandi pariter & uelandi cauſa.aboletur, & in uenas fibráſque tranſit,quoties animal extenuatur & gracileſcit: uertitur item in pingue,quoties pabuli copia ſuppetit. Sed carnis plures ſunt ſpecies:primam quidem,quæ ſyncera & abſq; fibris eſt, & proprie caro dicitur,nuſquam in corpore per ſe inuenias: ſed eſt perpetuo muſculi pars.

Muſculi autem reuera carnes ſunt, potiſſimumque partes ipſorum me- *Muſculi, μύες.* diæ:nam extremis in finibus plurimi in magnos deſinũt tendines. Eſt autẽ & carnis quoddam genus cuiuſque uiſceris propriũ, quod parenchyma ab Eraſiſtrato dictum eſt:iecinoris enim,lienis,renum & pulmonis caro,ſimplicis cuiuſdam naturę eſt,circa cuiuſque uiſceris arterias,uenas,& neruos creſcens.Cordis ſimplex carnis natura non eſt: ſed ſunt in eo ſui generis fi-

bræ,quales in muſculis cernimus,quibus caro circũhæret. Eſt & uentriculi,inteſtinorum,uteri,ueſicæ utriuſque propria quædã caro,quæ ſuis ipſorum fibris circunnaſcitur. Lingua præterea ſubſtantiam quandam habet ſibi propriam:eſt enim rarior fungoſióue eius caro, & minus habens ſanguinis,quàm ſit muſculorum. Neque enim eandem penitus formam habent hæc carnis genera. Muſculorum nanque caro rubicundior eſt ac mollior,quàm uentriculi aut uuluæ,ueſicæ'ue aut inteſtinorum: cordis autem durior,& fibris magis uaria: muſculi enim fibras habent poſitu ſimplici,& quæ neruorum ligamentorúmque ſunt particulæ,ut ſupra dictum eſt:cordis autem propria fibrarum eſt ſpecies,quæ ſitu ſunt magis uario. E

## De glandulis. Cap. XXVII. F

*Glandula, ἀδήν. ἀδὴν δέ ἐστι συστροφὴ σαρκώδης.*

CArni proxima eſt adenum ſiue glandularum natura: eſt enim ueluti caro conglomerata. quantum autem lingua differt ab ea quæ proprie caro appellatur,tantum glandulæ à linguæ ſubſtantia receſſerunt. Harum cum duplex ſit uſus, duplex quoque genus eſſe debet: alterum denſum ac ſiccius,quod uaſorum,uenarum dico & arteriarum,fulcimentum eſt in iis locis,quibus in ramos diſciſſa,periculum ſubeunt, ne in uehementioribus agitationibus diſrumpantur:alterum uero glandularũ genus, rarioris ſubſtantiæ eſt,cauernoſum fiſtuloſúmue, ac madidæ ſpongiæ in modum, humore imbutum.Hoc nanque glandularum genus humorem quendam in ſe gignit,aut ad aliorum membrorum uſum, irrigandorum ſcilicet cauſa, ne facile exſiccentur:ut quę linguæ adiacent adenes ſaliuam procreant:aut G ad generis propagationem,ut teſtes ſemen,(nam & hi è glandularum genere ſunt) aut ad conceptus nutritionem, ut quæ in mammillis ſunt glandulæ,lac generant. Huius generis adenes uenas & arterias, perſpicuas quidem,ac nonnunquam magnas,& item neruos in ſe habent:illæ uero alterę neque ſenſum habent, neque motũ,neq; neruum in ſe ullum. Sunt præterea nõnullę in quibuſdã corporis partibus adeo exiguæ, ut uulgus ipſum lateant: ueluti in lactibus,(μεσεντέριον dicunt) in quibus utriuſq; generis glãdulæ reperiuntur.Et in aliis quoque corporis partibus ſunt exiles quędam, uaſorum diuiſiones fulcientes: circa fauces autem & laringa magnæ ſunt atque conſpicuæ. Haud longe à cordis radice & pericardij membranę,ad ſeptimam ſpinæ uertebram,θυμὸς,glandula eſt,haudquaquam exigua, glãdium Latini dicunt.hæc in recens natis animantibus eſt quã maxima, creſcentibus autem minuitur. παραστάται dicuntur glandulæ,ceruici ueſicæ adiacentes,quas & ἀδενώδεις παραστάτας quandoque uocat Galenus, in maribus maiores,fœminis minores. Sunt qui renes quoque inter glandulas numerant:ij nanque etiam glanduloſum quiddam habere uidentur.Glandularũ omnium natura exanguis eſt. H

*παραστάται apud Pollucẽ, (niſi liber ſit mẽdoſus) ſunt meatus quibus defertur ſemẽ à teſtibus ad οὐρήθραν.*

## De adipe & ſebo. Cap. XXVIII.

*Adeps & ſebum(quod & ſeuum dicitur)*

ADeps quoque & ſebum ex maxime communibus ſunt inter animaliũ parteis:nam quæ rite alũtur,ſanguinea dico,ea omnia aut adipem habent,

A bent, aut ſebum. Quòd ſi uoles, licebit omnē quæ in animalis corpore eſt, oleoſam & pinguem ſubſtantiam, utrumuis appellare, ſebum ſcilicet aut adipem: utrunque enim oleoſum & pingue eſt, & utrunque ſanguis eſt concoctus per bonitatem nutrimenti. humiditate tamen & ſiccitate differunt inter ſe, cum ſebum fragile uſquequaque ſit, nec ad ignem admotum tam facile liqueſcat, & cum refrixit, concreſcat, ut ouis, ut capræ: adeps liquidior ſit, hoc eſt, ad ignem facile liqueſcens, miniméque aptus durari, oleo longa uetuſtate incraſſato ſimilis, ut equi, ut ſuis. Locis etiam diſcrepant, adeps enim inter carnem cutemque ſolet conſiſtere: ſebum in fine carnis ſemper eſt. Itaque ſi ex hominibus quempiam incidas, qui uel graciles ſint, & paruas uenas habeant, fœminam præcipue (ut quæ & frigidioris B eſt naturæ, & uitæ magis deſidioſæ) adeps excidet, quam cōſtat cuti ad internam eius membranam ſubnaſci. Omentum omnibus adipe pingueſcentibus adipeum eſt, ſebo obeſis ſebale. Quæ parte utraque dentata ſunt, adipe pingueſcunt: quæ una, ſebo. Generatur autē pinguedo omnis ex ſanguinis parte pinguiore, per tenueis uenas effuſa, circa parteis animātis mēbranoſas ac neruoſas: cui concretio ideo contingit, quòd membranis adiacet: craſſo nanque oleo eſt ſimilis, eóque congelatur, ubi cum frigidis & exanguibus particulis coniungitur. At neque circa iecur coire poteſt (inquit Galenus) neque circa arterias uenáſue aut cor: ſed nec circa ullam aliam partem calidam. Renes autem ex uiſceribus maxime pingueſcunt, uerum dexter minus ſemper quàm ſiniſter: & quanuis uehementer fuerint pin- C gues, tamen aliquid fere mediis deeſt. Quę ſebo pingueſcunt, maxima pro parte magis quàm quæ adipe in renibus opimandis luxuriant, ac omnium præcipue oues: quippe quæ renibus pingui obductis intereant, quod ubertate pabuli fit. Pleriſque animalium eſt pinguedo ſine ſenſu: quam ob cauſam ſues ſpirantes à muribus tradunt roſas. Animalia quæuis aut intra carnem, aut ſeorſum pingueſcunt. quibus autem pingue ſeparatum non eſt, ea minus per uentrem omentumque pingueſcunt, ut anguillæ: paucum eſt enim eis pingue in omento. Plurima tamen pars animalium uētre pingueſcit, & præcipue quæ parum ſe moueant: eſt nanque uitæ magis deſidioſæ eiuſmodi nota. Minus eſſe fœcunda, quæ admodum pingueſcunt, ſiue mares ſint, ſiue fœminæ notum eſt.

*πιμελὴ καὶ στέαρ.*

*Pinguetudo cōmune nomen eſt Latinis, aut pinguedo.*

*Sebum, στέαρ.*

*Adeps, πιμελή.*

*Huius cauſa redditur ab Ariſtotele lib. De part. animalium 2.*

D

### De medulla. Cap. XXIX.

Medullæ rationem iis addere debemus: nam ea quoque humidis adnumeranda generibus in nonnullis ſanguineis animalibus eſt: humida eſt enim, & propemodum fluxilis. Maxime uero mollem ipſius ſubſtantiam adſimilare pinguedini poſſis: nam cum nouellis adhuc animalibus medulla cruenta admodum ſit, ætate prouectis, ut adipe pigueſcentibus, adipi ſimilis eſt & albeſcens: ſic ſebo deputatis generibus, ſebum prę ſe fert. Quod in ſpinæ oſſibus continetur, colorem habet medullæ ſimilem, νωτιαῖον μυελὸν, id eſt ſpinalem medullam uocant. Eſt porro ſpinalis medulla cerebro cōtinua, ac eiuſdē cum eo ſubſtantiæ, niſi quòd compactior multo

*Medulla, μυελός.*

*Νοτιαῖος, μυελὸς, ἢ σπονδυλιών.*

ſit & durior, potiſſimum in infernis ſpinæ ſinibus: quanto enim ab cerebro abſcedit, tanto magis dureſcit. Eandem uero eſſe ei naturam, quam cerebro colligunt (inquit Plinius) quoniam prætenui eius membrana modo inciſa ſtatim expiretur. Quanquam medulla non niſi incluſa oſſibus eſt, (ut reliqua quoque omnia, quæ ſuapte natura humida in corpore ſunt, cõceptaculis quibuſdam tanquam uaſculis continentur: ut ſanguis in uenis, & alia in membranis, aut cutibus, aut uentribus) tamen oſſa nõ omnia medullam intra ſe cõtinent: ſed ea tantum quæ caua habentur, tametſi ne ipſa quidẽ omnia continent: oſſa enim leonis partim nullam, partim admodũ exiguam habent, ut dictum eſt. Hæc fere ſemper in animalibus natiua & congenita humidi genera habentur. E

De lacte & coagulo. Cap. XXX. F

ADnata autem poſterioraq; ſunt lac & genitura: præterea excrementa tam alui quàm ueſicæ, atque alia quædam, ſcilicet in iis quorum natura hæc obtinet: hæc enim ſimilaria uidentur, licet re uera nõ ſint omnia ſimilaria: lac etenim tametſi ſenſui quidẽ ſimilare apparet, ex tribus tamẽ naturis diuerſis eſt cõpoſitum: prima quidem craſſa, ex qua caſeus conficitur: altera pingui, ex qua butyrum: & tertia aquea, quod ſerũ nũcupamus. Plus caſei lac illud habere uidemus, quod craſſius eſt. coit lac eorum, quæ non utrinque dentata ſunt: quapropter caſeus ex iis fit, quæ inter urbana dentium ordine carent ſuperiore. Eorum autẽ quæ utrinque dentata ſunt, lac coire tam facile non poteſt, (ſicuti neque adeps) & tenue & dulce eſt: tenuiſſimum cameli eſt, mox equæ, tum aſinæ: craſſiſſimum bubulum eſt & pinguiſſimum: mediocris conſiſtentiæ eſt caprarum, craſſius hoc eſt ouium lac: ſed lactis differentias pluribus infra explicabimus. Nulli fere animalium lac fieri ſolet, antequam uterũ ferat: nec dum ferunt, utile omne eſt: lac enim fieri incipit ad ſpeciem puris ſtatim cum coire inceperint: ſed utile poſtea eſt cum pepererint. Prima autem à partu ſpongioſa denſitas lactis, coloſtra uocatur & coloſtrũ. & ex primo lacte in bobus ſemper à partu coloſtra fiunt: quæ, ni admiſceatur aqua, in pumicis modum coeunt duritia, uel perinde ut lapis dureſcunt, ut prodit Ariſtoteles. Non prægnantibus aliquando, ſed raro, eduliis quibuſdam, aliíſque artibus (ut uberum frictione) efficitur ut lacteſcant. Quæ lac habent omnia, mãmis id continent. Maribus magna ex parte nec beſtiis nec hominibus gignitur lac: fieri tamẽ poteſt, ut aliquibus interdum gignatur: uiris enim poſt pubem, exiguum nonnullis exprimitur. Cogitur lac ſucco ficulneo & coagulo. Coagulum lac etiam eſt: quippe quod in eorum uentriculo, quæ adhuc lactent, continetur. eſt ergo coagulum lac ignem habens intra ſeſe, quod cum animalis tepore concoqueretur, caſeum traxerit. Habent coagulum omnia ruminantia, & inter dẽtata utrinque daſypus. Coagulum, inquit Plinius, hinnuli, leporis, hœdi laudatum: præcipuum tamen daſypodis. Habent quibus hoc datum eſt, non in magno uentre, neque in reticulo, neque in ultimo, quod abomaſum nominatur, ſed in eo qui inter ultimum & duos primos poſitus eſt, quod omaſum uocatur. Quo uetuſtius coagulũ eſt, eò præſtantius: G H

tius:

A tius:tale profluuio alui mederi poteſt,atque etiam quod leporis eſt,ſed laudatiſſimum hinnuli,inquit Ariſtoteles.

F. Lac, γάλα. Butyrũ, βούτυρον. Serum, ὀῤῥός. Caſeus,caſeus non fit ex utrinque dentatis,inquit Plinius,quoniam eorũ lac non coit. Lac,Plinius, craſſiſſimũ eſt aſinæ lac, inquit,ut coaguli uice utantur: niſi fortaſſe menda ſit. H. Coagulum, πυτία. Eſt ergo,&c. Aliter libro ſecundo de generat.animalium,Coagulum lac eſt cõtinens calorem uitalem,qui parteis ſimiles ducit eodem, & unit atque conſtituit. Coagulum etiam uituli marini, & balenæ quoque reperitur apud Plinium & Dioſcoridem.

## De ſemine. Cap. XXXI.

GEnitura nõ eodem modo in omnibus eſt: ſed quibuſdam pro genitura, θορός,id eſt genitale uirus ſui generis habetur,ut piſcibus. σπέρμα, id B eſt ſemen genitale habent omnia quæ ſanguinem. exit profecto ſemen genitale à maribus album & craſſum,ſi integrum eſt:ſed foris tenue totũ redditur & nigriuſculum.Nunquam id gelu concreſcit: imo admodum extenuatur,& aquæ tum colorem,tum ſubſtantiam trahit : calore autem coit, & craſſeſcit.Delabitur in aqua quod fœcũdum eſt atque ſubſidit:quod autem infœcundum,diffunditur atque exoleſcit. *Genitura, γονή.*

## De excrementis. Cap. XXXII.

EXcrementum appello reliquias alimenti:cuius uariæ ſunt ſpecies. naturalibus excremẽtis omnibus fere locus præſcriptus eſt, ut ſit humo-C ris ueluti conceptaculum:uerbi gratia,alimẽti ſicci excrementis, aluus inferior,humidi ueſica,lactis mammę,ſeminalis(nam & hęc excrementa dicuntur)quæ circa uterum & genitale ſunt uaſa:in ea nanq; loca ſe colligũt, atque confluunt. Quod enim ſtercus & ſiccũ excrementum uocatur, à ſyncero nutrimento ſeparatum,paulatim impellitur per omnia inteſtina uſq; ad ſatis amplum ſpatium,quod ad illud inteſtinũ uiſitur, quod rectum uocant:poſtea uero quàm plurimum congeſtũ iam graue animali fuerit,tum foras egeritur. Seroſum uero excrementum,renes à ſanguine ſecernentes, ad ueſicam maiorem tranſmittunt:ea porro id colligit ſeruatq;, ad eũdem ferme modum,quo de ſicco excremento retulimus. Bilioſum excrementum ex iecinore attrahitur à ueſicula,quę illi ſubiicitur:alterum uero à lie-D ne. in iis collecta excernũtur,alterum in priorem tenuis inteſtini partem, alterum uero in uẽtriculum:ab iiſq; iam per omnia inteſtina unà cum ſicciore excremento permeant. Quod uero pituitam expurget,natura nullũ inſtrumentum cõdidit ſingulare: mixta enim cum cibo puro, alere poteſt, & in laborantibus in alimentum abſumitur. pituita ergo illa, quæ ad iecur unà cum ſucco perlata eſt,non uacuari deſiderat, ſed in corpore manẽs alterari: dum enim cum ſucco illo unà concoquitur, ſanguis euadit: & quod in uentriculo reliquum ex cibo eſt,& in inteſtinis, à defluẽte in ea loca bile exterſum, per inferiora egeritur. Quod uero à cerebro deſtillat (mucũ uocant,& deſtillationem, græce βλέννα καὶ κόρυζα) per palatum & nares exitum habet manifeſtũ. Ex hoc genere eſſe uidetur, & quæ quotidie expuen-

do excernitur ſaliua. Aliud excremẽtorum genus eſt, quod in ſingulis ani- E
malis naſcitur particulis, ex ipſo unde aluntur ſucco, humidum tenuéque,
cui nullus certus à natura præſcriptus meatus eſt: expellitur tamen per exi-
guos omneis corporeæ molis meatus, πόρους Græci uocant, quorum nõ mo-
do reliquum corpus uniuerſum, ſed etiã tota cutis plena eſt: partim uiolẽ-
to motu confertim erũpens (appellant uero quod ita excernitur, ſudorem,)
partim in ſpeciem halitus ab inſito calore ſolutum, quod per flatus ſenſum
latens uocatur. ueteres quidem authores hoc excrementorum genus to-
tum σύντηγμα, id eſt colliquamentũ (ni fallor) uocauere: quod enim ex cor-
poris incremento ſecernitur propter motus calorem, uim habet colliqua-
menti. In hoc inſenſibili perflatu, craſſioris excrementi nonnihil excerni-
tur: ex quo tum pilis origo eſt (natura enim commode uel excrementis ſuis F
interdum abutitur) tum uero iis quæ circa omnem cutem ſemper accruã-
tur ſordibus. In hoc genere excrementum eſt, quod Græci κυψέλη dicitur, ita
uocant aurium ſordes, quæ interdum etiam auditum multitudine ſua ob-
ſtruunt. De partibus animalium iis, quas ſimilares diſſimilareſque apella-
mus, deniq; de omnibus tam interioribus, quàm exterioribus partibus di-
ctum iam eſt: reliquum eſt, ut ad inſtituta pergamus.

κυψέλη, κυψελίς.

B Excrementum, περίττωμα. C Stercus, κόπρος. Vrina, οὖρον. Bilis, χολή. D
Atra bilis, χολὴ μέλαινα. Pituita, φλέγμα. E Saliua, σιελὸς, ἢ σύαλος, ἢ πτύελος, ἢ πτύσμα.
Sudor, ἱδρώς. quo pacto in corpore generetur, leges apud Galenum lib. 10. De ſimplic.
med. faculta. F Perflatus ſenſum latens, uel tranſpiratio ſenſum latens, uel perſpi-
ratio, græce ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοή. G

# DE ANIMALIVM
## DIFFERENTIIS LIBER II.

### Perquæ potiſſimum conſtitui, inueniríue poſſint animalium differentiæ. Cap. XXXIII.

QVemadmodum corpus totum animi gratia
conditum eſt, (organum nanq; animi corpus
cenſetur) ita & corporis partes officiorũ gra- H
tia conſtant, & operum ad quæ ſingulæ ac-
commodantur: indeq; fit, ut quorum actio-
nes officiáque plura ſint, ea plureis exerceant
motiones, pluréiſque & uarias deſiderẽt cor-
poris parteis, quæ ſint ipſarũ motionum in-
ſtrumenta: quæ uero aut immobilia ſunt,
aut parum motus adipiſcũtur, ut teſtata, eo-
rum corpus non adeo multiplex, ut ſit neceſſe eſt. Atque hæc quidem cum
ita ſe habeant, præter corporis parteis, earumq; actiones motioneſq;, tertiũ
etiam

A etiam quoddã adeſſe eſt neceſſe,nempe affectus.Porro actiones & affectus intelligi diximus,inceſſum & quanuis loci mutationem,in uictu parando ſolertiam,ortum,incremẽtum,coitum uenereum, ſenſum, ſpirationẽ,uocem,uigiliam & ſomnum:ætatem,ut iuuentutem & ſenectutem: uitã,ualetudinem proſperam & aduerſam,atque mores: & quæcũque huiuſmodi alia poſſunt generi animalium tribui. Per hæc,ut diximus, potiſſimũ, partes dico,actiones & affectus,animaliũ differentias conſtitui dignũ eſt:ſunt enim hæc animalibus partim omnibus communia, partim uero pluribus.

De differentiis animalium,quæ à partium diſcrimine oriuntur. Cap. XXXIIII.

B HAbent uero animalia partes,aut eiuſdem ſibi omnes,aut diuerſas partes:eaſdem,uel ſpecie intelligi uolo,ut hominis naſus aut oculus ſpecie cum oculo aut naſo alterius hominis conuenit,& caro cum carne,& os cum oſſe: (ut enim totũ ſe habet ad totum,ſic partes ſingulæ ſeſe ad ſingulas habeant,neceſſe eſt)uel genere,quanquam exceſſu defectúue differunt. de iis loquor,quorum idem eſt genus, uerbi gratia,auis aut piſcis: id enim utrunque differentiis cõſumitur generis:& ſpecies complures cũ piſcium, tum etiam auium habentur. Diuerſæ uero inter ſe ſunt animalium partes pene plurimæ,contraria affectuum qualitate:ut coloris & figuræ, eò quòd aliæ magis,aliæ minus affectæ iis ipſis qualitatibus ſint:multitudine etiam & paucitate,& magnitudine paruitatéque,mollitie & duritate,lęuitate & C aſperitate,& reliquis generis eiuſdem, atque omnino exceſſu defectuque diſcrepant:id eſt quod magis minúſue quicquã horũ habeãt, uerbi gratia, oris magnitudine diſcrimen exiſtere animalibus palã eſt:aliis enim os magno hiatu reſciſſum eſt,ut cani,leoni : aliis paruum,ut homini:aliis mediocre,ut generi ſuũ.Multitudine & paucitate differunt partes: ut eorum quæ pedes habent,alia bipeda ſunt,alia quadrupeda,alia multipeda. mollitia & duritate,ut inter ea quæ oculos habent:alia duris oculis ſunt, ut cancri, locuſtæ:alia humidis mollibúſque . lęuitate & aſperitate,ut concharum quibuſdam teſtæ lęues ſunt,aliis ſcabræ.præterea aliquæ longæ ſunt,quædam rotundæ,itáque in figura notatur differẽtia.item aliis cruſta, aliis teſta pro tegmine habetur: & aliis roſtrũ porrectius eſt,ut gruibus: aliis breue. Pen-D na item aliis uberius,aliis parcius data eſt.Sunt item auium aliæ longo crure,aliæ breui.Linguam etiam aliæ latiuſculam habent, aliæ anguſtam. Pectus animalia plurima humano proportionatum pectori habere uiſuntur,uerum non ſimile:homini enim pectus latum eſt,cæteris uero, ut quadrupedibus, anguſtum. ſed & in iis quoq; ratio partium nonnullarum diuerſa eſt : eò ſcilicet quòd quas alia animalia habent, alia iiſdem careant. Alia enim calcari aut aliquo armantur aculeo, alia nihil eiuſmodi habent: & aliis apex in capite eſt,aliis deeſt: & eorum,quæ loco ſe mouent animalia,quædam pedes habent: ut bipeda, quadrupeda, multipeda: (ſed omnia pedes pari numero poſſident) alia nullis fulciuntur pedibus. & oculos habentium,alia carent palpebris,alia habẽt,ut uiſus ſit exquiſitior.Partes ita-

quę animalium (prope dixerim) plurimæ aut eædē ſunt, ueluti dictum eſt, E
aut ratione contrariorum differunt, aut per exceſſum defectúmque. Non deſunt tamen quibus partes nec ſpecie ſunt eædem, neque ſecundum exceſſum defectúmue, ſed proportione conueniant: quēadmodum os cum cartilagine aut piſcium ſpina, & unguem cum ſolida ungula, & manus cum chele, id eſt forcipato pede, & pennam cum ſquama conuenire animaduertimus: quod enim penna in auium genere eſt, idem ſquama in piſcibus habetur. Proportione item conueniunt, quod aliis pulmo datus eſt: aliis pulmo quidem negatus, ſed uice pulmonis iunctum aliquid eſt, quod pulmoni reſpondeat. aliis item ſanguis ineſt, aliis ſanguinis proportionale, quod eandem in genere exangui obtinet uim, quam ſanguis in compote illo ſanguinis habet. Differentias præterea nonnullas partium ſitu atque ordine F
contemplamur: ſunt enim complura animalia quæ eaſdem habeant parteis, ſed non ſitu eodem: uerbi gratia, mammas alia in pectore habent, alia inter fœmora, ut uacca. Partes quas ſingula animalia habent, hunc in modum diuerſas eaſdémue intelligimus. Differūt autem ſuis partibus animalia: cum aliæ omnium communes ſint, aliæ uero plurimorum, aliæ quorūdam generum propriæ: ut piſcium branchiæ, ut auium pennæ. Omnium animalium communes partes ſunt, qua cibus recipitur, & in quam deuoratur: communes enim partes tam ſanguineo generi, quàm exangui ſunt os, uēter, & plurima ex parte ſtomachus & inteſtinum, aut quæ iis proportionalia habentur: plurimorum nanque animalium cōmunes partes ſunt, per quas tranſit cibus, & quibus cibi excrementū emittitur. Et cum excre- G
mentum hoc, ut antea docuimus, duplex ſit, humidum & ſiccum, quæ partem illam humidi excrementi capacem habent, hæc ſicci receptaculū continent: quæ uero hoc habent, non illud etiā habere omnia nouimus. quanobrem quæ ueſicam habent, aluum inferiorem eadem etiam obtinent: at uero quæ aluum habent, non omnia & ueſicam poſſident. Oculos item habent animalium genera omnia, præterquam talpa, (quem tamen modo quodam habere dixerim) & quæ teſta integuntur, & ſi quid imperfectum aliud eſt, ut uermes. Et per partes quidem animalium differentiæ his modis conſtitui debent.

De differentiis quæ ab animaliū actionibus oriūtur. Cap. XXXV.

ACtiones animalium plurimæ circa coitum, fœtus procreationem, at- H
que uictus ſolertiam uerſantur: necnon ad frigora & æſtus, mutationes denique temporū pertinent: ineſt enim omnibus ex natura ſenſus mutationis factæ ex frigore aut colore. Itaque ut homines alij domicilia hyeme repetunt, alij qui amplioris prouinciæ principes ſunt, ſedem pro tempore mutant, ut morā æſtate locis frigidis, hyeme tepidis trahant: ſic bruta quę loca poſſunt permutare, faciunt. Atque alia iuuamen in ipſis conſuetis ſibi locis comperiūt, alia locum mutāt: iam enim poſt autumnale æquinoctium, aliqua ex ponto locisq; frigidis fugiunt hyemem futuram: à uerno autem, ex tepida regione ad frigidam ſeſe conferunt, æſtus metu futuri: & alia

A alia de locis uicinis diſcedunt, alia de ultimis (prope dixerim,) ut grues fa-
ciunt, quæ ex Scythicis campis ad paludes Aegypto ſuperiores, unde Nilus
profluit, ueniũt. Quinetiam piſces modo eodem, alij ex ponto aut in pon-
tum tranant: alij per hyemem ex alto ad litora teporis gratia ueniunt: con-
tra, æſtate ex litore in altum uitantes æſtum diſcedunt. Aues quoque imbe
cilliores hyberno & gelido tempore diſcedunt in campos, ut tepore potiã-
tur: æſtiuo autem repetunt montes, ut æſtu careant. Idem hic affectus, fu-
giendi ſcilicet caloris frigorisq; exuperantias, euenit iis, quę tẽporibus qui-
buſdam ſe abdunt & latent: ut terreſtria quædam hyeme latebras ſubeunt,
tempore iam tepidiore exeunt. Condi autem plurima hyeme, diebus ſcili-
cet frigidiſſimis, uel eo maxime argumẽto conſtat, quòd minime cum al-
B gor eſt capiuntur. Sed piſcium nonnulli æſtate etiam latent, ut glaucus. la-
tet aliquorum genus totum: aliquorum partim latet, partim non latet. te-
ſtacea omnia latent, uerum non eodem modo: abſolutorũ enim latibulum
euidentius eſt: condunt enim ſe ſuis teſtis, ut pectines facere uiſuntur: ali-
qua leuiore tegmine ſuperimpoſito deliteſcunt, ut limaces: eorum autem
quæ adhærent, non eſt tam manifeſta latitatio. inſecta pene omnia hye-
me conduntur. Sanguinei quoq; generis multa ſe condunt: ut ea quę corti-
ce intecta ſunt, ſerpẽtes dico, laceratos, crocodilos fluuiatiles. Piſciũ etiam
complureis latêre nouimus: alios hyeme, ut coracinum, thumnũ: nõnulli
æſtate etiam latent, uti diximus, ut glauci: auium etiam complures cõdun-
tur, ut hirundines. iam enim uiſæ ſunt multæ hirundines in anguſtiis cõ-
C uallium nudæ atque omnino deplumes. Quadrupedum quoque quæ ani-
mal generant, nonnulla conduntur: ut hyſtrices, urſi: glires etiam latent in
ipſis arboribus. Nonnulla ex iis quæ conduntur, exuunt id, quod ſenectus Senectus,
uocatur, (eſt autẽ ſenectus ueluti cutis ultima, uel cortex, qui ueluti oper- γῆρας.
culum cuti eſt) ut ex ſanguineis ea quæ cortice molliori intecta ſunt, ſerpẽ-
tes ſcilicet & lacerti. inſecta etiam quædam ſenectutem exuunt, ut ſilpha
& culex: & ea quarum pennæ uagina continentur, ut Scarabei: & omnia
quidem, ubi iam factum eſt, quod gigni debuerit, exuunt. quædam etiam
inter marina ſenectutem exuunt, ut locuſtæ, gammari & cancri. Sed quæ-
nam lateant, & quo modo & tempore: atque etiam quo tempore exuant
ſenectutem dictum iam eſt.

D

## Ab animalium motu quæ cõſtituuntur differentiæ. Cap. XXXVI.

Differunt animalia inter ſe etiam ipſa motione: animalium nanque a-
lia ſede ſtabili degunt, alia mutabili & uaga. Sedes ſtabilis in humore
tantummodo eſt: terreſtrium nulla ſtatu immutabili uiuũt: at aquatilium
plura ſaxis affixa uitam omnem traducunt: ut conchæ genera complura.
Sunt itẽ quæ & adhærere ſoleant, & quoties libeat abſolui: ut genus quod-
dam quod urticam uocamus: quippe cum nonnullæ ex iis noctu abſolutæ
paſcantur. Non deſunt complura, quę cum ſint abſoluta, mouere tamen ſe
nequeant, ut oſtreæ. Omnia uero tum natantia tum ſtabilia, locis eiſdem
quibus orta ſint, aut ſimilibus degunt: ſuus enim quibuſque cibus in iis eſt:

uagantur maxime & oberrant quæ carne aluntur. Quæ loco mouentur E animalia, iis initium incedendi omnibus à dextris partibus eſt: & omnia aut quaternis notis mouentur, aut pluribus. quaternis tantum, quæ habent ſanguinem, ut homines binis manibus biniſque pedibus, quadrupedes pedibus quaternis, piſces pinnis quaternis: nam & quæ pinnis, aut non amplius binis, aut nullis, ut ſerpentes, utuntur, quaternis ea quoque notis nihilominus mouentur: flexus enim aut quaterni iis aguntur, aut bini cum pinnis binis. At quæ ſanguine uacua, pedibus ſe pluribus moueant, ſiue uolucres ſunt ſiue pedeſtres, iis certe motus per notas plureis exercetur: nam & ephemerum pedibus quatuor, penníſque totidem mouetur: quęcunque uero ambulant, omnia pedes pari numero poſſident. Animalium quoq; alia uolatilia ſunt, ut aues, apes: alia greſſilia, ut quadrupedes, multipedes: F alia natatilia, ut piſces: alia reptilia, ut angues: alia tractilia, ut hirudines. Animal quod uolucre tantum ſit, ut piſcis natatile ſolum eſt, nullum nouimus: at uero quę greſſilia eademque natatilia ſunt, complura reperiũtur.

Item eorum quæ pedibus carent, alia inceſſu undant fluctuántue, (κυμαίνοντα Græci uocant) hocque bifariam accidit: quædam nãque flexuoſis impulſibus per terram labuntur, ut angues: quædam corpus ſurſum flectentia progrediuntur, (parte enim innitentia priore, contrahunt ſeſe, adducentes poſteriorem, arcuatímque incedunt) ut erucæ quædam. alia in inceſſu ἰλυσπάσει utuntur (ac ſi per limum trahi dixeris) hoc eſt præcedẽte parte priore progrediuntur, & quod reliquum eſt corporis ad illam contrahũt: quo mouentur modo hirudines & uermes terreni. Animalium præterea quæ G loco ſe mouent, alia toto corpore id præſtant, ut ſalientia: alia per partes, ut incedentia omnia. Quæ per ſaltum ſeſe loco mouent, ut ſerpentis genus, qui iaculus dicitur, nullum pedum miniſterium ad eiuſmodi ſaltem motionem deſiderant: at quæ ſaltu utuntur, & greſſus inſuper indigent, cum illis ſaltus ſatis non ſit, iis pedibus opus eſt.

*Incedẽtia, πορευόμενα.*

E Notæ, σημεῖα partes ſignificare uidentur Ariſtoteli, per quas motio fiat: libro etenim de animalium greſſu, σημεῖα, id eſt notas uocat & alas, & brachia manusque, in auibus atque hominibus, & pedes item in reliquis.

## A generatione quæ oriantur differentiæ. Cap. XXXVII.

EX omnibus uitæ muneribus, animalium quibuſdam nihil præter gene H rationem ineſſe percipitur: quædam uero non tantum procreandi officio ſuis quodque temporibus funguntur, ſed in enutrienda etiam prole laborant. atque horum quædam cum hoc perfecerint, nullam inſuper cũ prole ſeruant ſocietatem, ſed ſibi tantum uiuunt: alia uero ciuilius agũt cũ prole. Prima igitur pars uitæ animalium, in officio procreandi conſiſtit: altera in alẽdo: in his enim duobus ſtudium omnium uitáque uerſatur. charum enim cuique ſuaueque contingit, quod per naturam habetur: ſequunturque omnia eam uoluptatem quæ ſecundum naturam eſt. Sunt autem generationes animalium multæ ac uariæ: hoc enim commune animalia cum ſtirpibus habent, quòd alia ſemine, alia ſponte naturæ oriantur, nullo cognatio-

A cognationis ſemine antecedente: quorum alia humo aut ſtirpe putreſcen-
te conſiſtunt,ut plura inſecta generantur : alia ex rore,qui frondibus inſi-
dat,ut erucæ:alia à limo,ut teſtacea:alia in animalibus ipſis excrementiſq;
partium gignuntur. Quæ uerò ex ſemine cognato procreãtur, iis omni-
bus ortus per coitum eſt,dummodo ſexus diſcrimen id habeant,quod ma-
rem & fœminam deſcribere poteſt: non enim in omnibus animalibus,ſed
in præditis ſanguine omnibus,paucis quibuſdam exceptis, alterum mas,al
terum fœmina perfectum euadit. marem appellamus,quod in alterum,fœ *Mas, ἄῤῥεν.*
minam,quod in ſeipſa ſemen illud prolificum mittit. Et quanquam diuer- *Fœmina, θῆλυς.*
ſa ſunt animalia mas & fœmina,tamen ſpecie idem ſunt: homo nanque u-
trunque eſt. In piſcium genere,nonnullæ nec mares nec fœminæ gignũ-
B tur. Exanguium etiam quædam marem & fœminam habent, ut ſobolem
eiuſdem generis procreent. Alia procreant quidem, ſed nõ ſui generis pro-
lem:ſcilicet quæ non ex coitu animalium prodeunt,ſed quæ per ſe uel in a-
nimali,uel in terra putri,uel in ſtirpe,uel etiam in eorum ipſorum partibus
uel excrementis gignuntur:quæ nanque hoc modo per ſe generantur, ſi in
mares ac fœminas deſcripta ſunt,ita generant quidem ea aliquid coitu,ſed
imperfectum & diſſimile, & ex quo nihil amplius gignatur : ſed id quod
ſunt,in nonnullis,ſordes perſiſtunt:ut uermiculi ex muſcis, ut pulicum aut
pediculorum fœtus: id nanque magis declarant naturę eorum quæ inſecta
dicuntur. Coitus nec ſimiles omnibus ſunt,nec ſimilem in modum agũ- *Auerſa, πυγηδὸν.*
tur: quæ enim ex ſanguineis pedeſtria uiuipara ſunt, & retro urinam mit-
C tunt,auerſa coeunt:ut leo,lupus,canis : cruſtacea quoque & inſecta eodem
modo. Cæterorũ, quæ ſanguinea uiuipara ſunt,magna ex parte modus co-
eundi idem eſt,fœminã ſcilicet mare ſuperingrediente : quanquam non o-
mnia ſimili modo cõiunguntur. Aliis enim coitus cõplexu mutuo ſupina-
rum partium agitur, ut ſerpẽtibus, murenis, & lacertarum generi : alia, ut
piſces omnes,exceptis planis cartilaginei generis, admotis inuicem parti-
bus ſupinis copulãtur. Aues mare fœminã ſuperueniente coëunt:quæ mol-
lia dicuntur oribus inuicem admotis,cõplexuq; mutuo brachiorũ,libidinẽ
explent. Coitum omnium animalium ad hunc modũ fieri apertũ eſt. Tem-
pora autem coitus deſcripta, & ætates certas ad uenerem ſingulis animali-
bus natura fixit & ſtatuit. Ergo plurium animantium natura uult quidem
rem uenereã per id tẽpus cũ hyemis ceſſante ſæuitia, æſtatis clementia ori-
D tur:quod ſane tẽpus ueris eſt,quo animalia,prope dixerim omnia, & uola-
tilia, & pedeſtria, & natantia ad coitum excitantur: ſed ſunt tamen quæ nõ
eo tempore coeant : uerum prout quæque alere ſuos fœtus cõmodius poſ-
ſunt,ita tempus ſibi conueniens habeant. ſunt enim quæ per autumnum
etiam & hyemem coëant & pariant:ut nonnulla tum aquatilium tum uo-
lucrum genera. ſicuti enim temporis beneficio, ita & corporis ualetudine
propenſiora ad uenerem reddũtur animalia. Homo uero atque etiam plu-
ra alia pedeſtria,quæ cum homine uiuunt,coitum nullo tempore aſpernã-
tur,(uidelicet propter teporem & pabuli ubertatẽ)ut ſus,canis, & uolucres
quædam. Genus autem auium parte plurima uere ac ineunte ęſtate coit &

parit,excepta alcyone,quæ circa brumam parere ſolita eſt : quædam etiam E
æſtate:aliq̨ à bruma ineunte uere pariunt & incubant. luſcinia æſtate parit:
inſecta hyberno quoque tẽpore coëunt.non deſunt quę omnibus anni tem
poribus pariant,ut ex piſcibus murena,& ex mollibus ſepia. Aetate etiam
ad coitum differũt animalia:primum enim magnæ eorum parti ſemen nõ
ſimul incipit,& excerni,& poſſe generare:ſed uis illa prolifica poſtea acce-
dit:nouellorum enim in omnibus animalium generibus,prima emiſſio ſe-
minis,aut infœcunda,aut ſi fœcũda ſit, imbecilliora tamen generat & mi-
nora:quod potiſſimum in hominum, & quadrupedum animal gignẽtium
genere,atque etiam auium patet : alterum enim prolem minorẽ procreat,
alterum oua edit minora. Aetas uero accommodata ad coitum cuique ſuo
in genere,plurima ex parte,fere tempus idem ſortitur,niſi quid præmatu-
ret,& aut ob aliquam rem monſtroſam,aut ex detrimento naturæ & uitio F
anticipet:ut oues & capræ anniculæ coeunt,atq; utero ferunt.mares quoq;
in ipſis generibus eodem illo tempore ineunt.Sues tum mares tum fœmi-
næ coire incipiunt menſe ſuæ ætatis octauo: ſed tamen non omnibus locis
eadem ætatis ratio eſt:iam enim ſues nonnuſquam tam mares, quàm fœ-
minæ quarto coeunt menſe:ſexto tamen ita,ut uel progenerare & educare
poſſint. Ex quadrupedibus itaque uiuiparis,aliæ anniculæ & coeunt & pa
riunt,ut oues,capræ,canes : aliæ mẽſe ſuæ ætatis octauo,ut ſues, ut iam di-
ximus:aliæ uero biennes coeunt,ut equus,aſinus,tam mas, quàm fœmina
coire incipit in trimatu:fert uentrẽ menſes duodecim.Elephãtus tam mas,
quàm fœmina incipit coire ante annum ætatis uiceſimũ: incipit enim fœ-
mina coire anno duodecimo cum celerrime,aut quintodecimo cum lẽtiſ- G
ſime:mas quinque aut ſex annos natus ſuperuenit ineũte uere: coitũ trien-
nio interpoſito repetit.Lacuſtres & paluſtres piſces,quinto ſuæ ætatis mẽſe
uterum geſtare magna ex parte incipiunt. Coeunt quandoque uel alieni-
gena,ut in Cyrenẽſi agro lupi cum canibus coeunt. Indicos etiam canes ex
tigride & cane gigni confirmant . Raro quidem id fit:ſed tamen id fieri,&
in canibus,& in uulpibus,& lupis certũ eſt: necnon in auibus ſalacioribus
idem fieri uiſum eſt,ut perdicibus & gallinis. In Africa coeunt & generãt
etiam quæ genere diuerſa ſunt,ſed quorum tempora eadem ferendi uteri
ſunt,& magnitudines non multò inter ſe diſcrepent. Obſeruatum,inquit
Plinius,è duobus diuerſis generibus nata tertij generis fieri,& neutri parẽ-
tum eſſe ſimilia:eáque ipſa quæ ita nata ſunt, non gignere in omni anima- H
lium genere:idcirco mulas non parere. Coitum animalium, quæ non niſi
coeundo progenerant,ad hunc modum ſe habere intelligimus. Generant
autem hæc,alia uermẽ, ut aranei & aliorum inſectorum quædam: alia oua

*Ouipara, ᾠοτόκα. Viuipara, ζῳοτόκα.*

(ouipara dicuntur,)ut aues,ſerpentum maxima pars, & quadrupedes oui-
paræ,& piſces plurimi:alia animal pariunt (appellanturq; uiuipara, ut ho-
mo,equus,uitulus marinus,& reliqua quæ pilis integuntur:& quæ cete di
cuntur, ut delphini: & ex piſcibus cartilaginei,& ex ſerpẽtibus,uiperæ . At
uero eorum quę animal pariunt,aut oua intra ſe prius cõficiunt,ut cartila-
ginea,aut ilico animal intra ſe formant,ut homo & equus.Ouiparorũ alia
ouum

A ouum edunt perfectũ,ut aues,& quæ quadrupes ouum pariunt,& ſerpen-
tum pars plurima: (oua enim eorum poſtquam prodierũt,nullum inſuper
capiunt incrementũ ) alia imperfectum edunt,ut piſces,& quæ cruſtata,&
quæ mollia dicuntur: nanque eorum oua poſtquam edita ſunt augentur.
Quæ ex ouo generantur,fere omnia coitu oriuntur, mare in fœmininam
emittente ſemẽ genitale. Ouum id uocâmus,quod ubi in fœtura perfectũ *Ouum, ᾠόν.*
eſt,eius ex parte principio animal conſiſtit:reliquũ uero,alimento ei quod
gignitur eſt. Continetur autem ouum ipſum,aut putamine teſtaceo,& bi-
color eſt,quale auium eſſe uidemus:aut cute molli obducitur,unicolórque
eſt,quale eſt cartilagineorum & piſcium omnium. Vermẽ id eſſe dicimus, *Vermis, σκώ-*
ex quo toto nõ ex parte aliqua animal totum per ſubiecti fœtus formatio- *ληξ.*
B nem incrementumq; gignitur. Quæ ex ouo generantur, conſtat non ſimi-
liter gigni,atque ea quæ ex uermibus:in ouo nanque oculi primũ in capite
patent grãdes:contra uero in illis euenit, ut ſcilicet pars inferior maior in-
ter initia ſit,oculi & caput poſtea augeantur. Hìc admirari naturam ſubit,
quàm bene miroq; deinceps ordine generationem reddit:alia enim & quę
perfectiora ſunt,animalia intra ſe ſtatim generant perfecta,ſed tamen quæ
foris incrementum recipiunt: alia non ſtatim animalia, ſed cum prius in-
tra ſe ouum pepererint, mox animal edunt in lucem : alia non perfectum
animal generant,ſed ouum,idq; edunt perfectum,ut aues : alia,ut quæ fri-
gidiora iis conſtent,generant quidem ouum,ſed nondum perfectum:uerũ
quod foris perficiatur, ut genus piſcium ſquamatum , cruſtata & mollia.
C quintum genus,ne ouum quidem ex ſeſe parere poteſt,niſi quòd hæc affe-
ctio foris euenit ei,uti infra docebimus: inſecta enim primo uermiculum
pariunt,qui addito tempore,ſpeciem accipit oui: quæ enim chryſalis ap-
pellatur,oui obtinet facultatẽ,tum ex eo animal naſcitur, tertia mutatione
finem accipiens generationis. Differunt etiã animalia,tum gerendi uteri
tempore,tum pariendi,tum partus etiã numero: ſemel anno pariunt quę-
dam,ut magna pars ſyluestrium animaliũ:alia bis,alia ter, alia ſæpius. Da-
ſypodes & coeunt,& pariunt quoque tempore,& ſingulis mẽſibus: & alia
uere,alia æſtate,alia autumno,alia bruma pariũt:ut inter aues halcyone,ex
piſcibus męnides: alia omni tempore, ut homo , uitulus marinus. rurſum
alia breui à coitu pariunt,ut inſecta maxima ſui parte,quæ ſolẽt coire: alia
D diutius uterum ferunt:alia denique ſingulos fœtus pariunt:alia,binos, ter-
nos,aut quaternos:alia numeroſo magis partu fœtificãt. In ouiparo genere
ſanguineo,quadrupedum ortus uerno tempore agitur: auiũ ſylueſtres ſe-
mel magna ex parte pariunt:aliquæ tamen bis,ut hirũdo:aliæ & coeunt,&
pariunt omni tempore anni,ut gallinæ: columbæ decies anno pariunt: &
columbaceum genus magna ex parte bina parit oua:turtur tamen & palũ-
bes uere,nec plus quàm bis pariunt. Piſcium alij diebus amplius tricenis
uterum ferunt,alij minus.alij item circa æquinoctium uernum pariũt:aliis
æſtas,aliis autumnale æquinoctium attribuitur: mænides bruma pariunt,
ut dictum eſt. Ex iis qui in lacubus fluuiiſq; degũt, Cyprini quinquies aut
ſexies anno pariunt:chalcis ter: reliqui ſemel edunt oua. in exangui uero

genere,tribus menſibus oua gerunt locuſtæ:quatuor menſibus ſquillæ: in- E
tra diem decimum quintũ parit ſepia . Ex uiuiparis delphini ſingulos ma-
gna ex parte edunt,interdum tamen & binos. Sues cicures uterum ferunt
mẽſes quatuor:numerus partus cum plurimum ad uicenos.Oues & capræ
magna ex parte ſingulos:aliquando binos,& ternos,& quaternos . uterum
ferunt quinque menſibus,tum oues,tum caprę.Parit canis duodecim cum
plurimum:ſed magna ex parte quinque,aut ſex: unum etiam aliquam pe-
periſſe certum eſt.Gerũt uterum canes Laconicę ſexagenis diebus,aut uno
aut altero plus minúſue. ſunt & canes, quæ quinta anni parte uterũ ferant,
*Duobus & ſeptuaginta.* hoc eſt tribus & ſeptuaginta diebus:nõnullæ quarta parte anni. Vaccæ de-
cimo menſe pariunt ſingulos,geminos uero raro.Ferunt uterũ equæ men-
ſes undecim:pariunt duodecimo menſe, magna ex parte ſingulos , ſed ge- F
mellos quoque aliquando.eodem modo aſinæ. Camelus fert uterum mẽ-
ſes decem.Elephanto ferendi uteri tempus incertum:alij annũ & ſex men-
ſes,alij biennium,alij triennium ſtatuunt . Ceruæ uterum gerunt octo mẽ-
ſes:pariunt magna ex parte unum.Vrſa fert uterum dies triginta:parit tum
unum tum duos:ſed cum plurimum quinque.Hiſtrix totidem diebus fert
utero,& reliqua facit perinde,ut urſa. Leæna ſingulis annis uere parit, &
magna ex parte geminos,ſed cum plurimos ſex catellos. Vulpes cum pluri
mos quatuor edit.Lupus fert,& parit ut canis, tum tempore, tum etiã fœ-
tus numero:parit ineunte æſtate. Felis & ichnemaones tot pariũt numero
quot canes.Thos ut canis impletur,& generat numero duos, aut tres, aut
quatuor. Murium generatio mirabilis præter cętera animalia maiorem in G
modum eſt,tum numero,tum celeritate.

## A locis in quibus gignuntur animalia,& in quibus degunt,colliguntur differentiæ. Cap. XXXVIII.

AD generationem pertinet & locus: eſt enim uel locus generationis
principium,ac proinde à diuerſitate etiam locorum differẽtia oritur:
ut enim locis nonnullis gigni omnino aliqua nequeunt,ſic aliis generãtur
quidem,ſed minora aut pauciora & uita breuiore, nec proſpera: ſerpentes
enim & lacertę corticatáque omnia,in locis calidis,& in mari rubro teſta-
ta omnia gignuntur prægrandia.In frigidis autem, ut ſeptẽtrionali plaga,
ex animalibus,quæ aut parum ſanguinis habent,aut eodẽ uacant,quędam H
omnino nõ gignuntur: quædã gignuntur quidem, ſed minora uitæq; ſunt
breuioris. Maxima in India gignuntur animalia: indicio ſunt canes gran-
diores cæteris.Plurimum autem diſcriminis ex ipſa regione oriri certum
eſt, non ad magnitudinem tantum habitúmque uegetiorem , uerum ad
coitum etiam & partum:ut eadem alibi pluries generent, alibi minus . In
*Plinius capreas dixit.* uniuerſa Africa non aper,non ceruus,nõ capra ſylueſtris eſt : & locis quo-
que uicinis diſcrimen huiuſmodi exiſtit , ut agri Mileſij locis ſibi propin-
quis cicadæ alteris gignantur,alteris non.Amnis in Cephalinia inſulam di
rimit,cuius citra alterum latus cicadarum copia eſt , ultra alterum nullæ.
Terræ Bœotiæ in Orchomenio agro talpæ habentur multę: at in Lebadico
uicino

A uicino nullæ ſunt:neque ſi aliunde portatæ eò fuerint,uolunt infodere. In-
dia quæ ſanguine carent,& quæ ſeceſſu tempore conduntur,grandiora ni-
mirum illa poſſidet, ſicuti & reliqua quoque animalia, ut modo diximus.
In Africa,magnitudo anguium mira,ſicut & fertur.In Arabia,lacerti ma-
gnitudine cubitum excedunt.In Ponto, neque mollia ſunt, neque teſtata,
niſi locis quibuſdam pauca.In mari rubro, teſtata omnia mira quadā ma-
gnitudine augentur.In Syria oues ſunt cauda lata ad cubiti menſuram: ca- *Σπιθαμῆς καὶ*
præ auriculis menſura palmari & dodrantali,ac nonnullæ demiſſis, ut ſpe- *παλαιστῆς.*
ctent terram.In Cilicia capræ tondentur, ut alibi oues. In Ægypto aliqua
maiora quàm in Græcia fiunt,ut boues & oues:aliqua minora,ut canes,lu-
pi, lepores, uulpes, cerui, accipitres: aliqua magnitudine pari, ut cornices
B & capræ:cuius rei cauſam attribuunt cibo,qui aliis large aliis parce ſit: tum
etiam cæli conditio temperaturáue cauſa eſt:ut in terra Illyrica & Thracia
& Epiro,aſini parui habentur: in Scythica & Celtica nulli aut omnino pau
ci,propter immodicum frigus.Item leones in Europa potius ſunt: panthe-
ræ in Aſia: in Europa autem nullæ. Beſtiæ denique omnes feræ efferatiores
in Aſia ſunt,fortiores in Europa,multiformiores in Africa:quo quidem lo
co etiam quæ alienigenæ ſunt,coeunt & generant, ut ante dictū eſt. Mo-
rum etiam diuerſitatem loca efficiunt, ut mōtana& aſpera ſuas beſtias red
dunt,& aſpectu efferatiores,& uiribus robuſtiores,quàm plana & mollio-
ra.Morſus etiam ferarum & ictus ex locorum diuerſitate plurimum diffe-
runt:ut in Pharo locíſque aliis quibuſdam ſcorpiones non lædunt: at aliis,
C & præcipue in Scythia multi & magni,& nocui ſunt. Anguium quoque
morſus per loca plurimum differunt. Genera enim ſerpentium peregrina
aliquanto magis peſtifera ſunt:maxime quæ æſtuoſis locis gignuntur. Ita-
lia frigidioréſque regiones minus terribiles angues edunt. Atque hæc ita
ſe habent.

De ſexuum differentiis, maſculini ſcilicet & fœminini.

Cap. XXXIX.

SExus item maſculinus fœmininúſque diſtinctus quidem, ſed non in o-
mnibus animātibus,eſt: ſunt enim quibus id deſit,ac ſimilitudine qua-
dam & parere dicuntur & ferre uterum.In iis enim animalibus quę uitam
ſtabilem uiuunt,aut omnino iis,quæ teſta integuntur,ſexus diſcrimen nul *Sunt tamē qui-*
D lum omnino eſt:in mollibus uero, cruſta opertis, & pedeſtribus omnibus, *dā qui in rhi-*
tum bipedibus tum quadrupedibus ſexus uterque eſt: atque etiam in aliis. *nocerotū ge-*
quæ animal per coitum generant,aut ouum aut uermem.At uero in gene- *nere marem*
re inſectorum & piſcium,ſunt quæ omnino ſexus hoc diſcrimen alterutrā *tantum repe-*
in partem non habeant. Nulla parte interiore ſexus inter ſe differunt, niſi *riri exiſtimēt.*
utero & teſtibus,atque iis quæ illis adiuncta ſunt.Fœminis enim omnibus
ſanguineis intus conditæ habentur hæ partes: maribus autē multiplici dif-
ferentia euariant teſtes: aliis enim nulli omnino ſunt,ut piſcibus,ſerpenti-
bus:aliis ſunt quidem,ſed intus:& iis quæ intus continent,nō etiam omni-
bus eodem modo habentur, ut infra docebimus. Maribus in quocunque
animalium genere, partes ſuperiores prioréſque ſunt potiores, ualidiores

E

& aptiores. Quæ autem dici poſſunt inferiores poſterioréſque, eas fœminæ habent robuſtiores, tum in hominibus, tum cæteris animalibus omnibus, quæ pedeſtria ſunt atque animal generant. Et fœmina fere inneruior atque infirmior eſt: à partu tamẽ fœmina in educanda ſobole fere acerbior mare eſt. In pedeſtribus ſanguineis uiuiparis, maxima ex parte maiores ſunt mares quàm fœminæ: at in iis quæ aut ouum pariunt aut uermem, ut piſcibus atque inſectis, fœminæ maiores ſuis maribus euadunt. Fœminis ſanguis nigrior & craſſior quàm maribus eſt, dummodo cætera adſint pariter, quæ uel ab ætate uel ſanitate proficiſcũtur. Et minus ſanguis per ſumma corporis fœminarum eſt, plus enim parte interiore continetur. Caro quoque humidior eſt fœminæ quàm maris: pilum etiam habet tenuiorem fœmina quàm mas: uox item fœminis omnibus tenuior & acutior, boue excepto. Partes autem quas uelut arma natura animalibus dedit, cuiuſmodi ſunt dentes exerti, cornua, calcaria, & cætera generis eiuſdem: eas certe in nonnullis generibus omnino mares habent, fœminæ non habent: uelut generis ceruini, fœmina cornuum inops mutiláque eſt: & auium nonnullarum quibus data calcaria ſunt, fœminæ omnino iis carent: pari modo ut ſues fœminæ dentibus uacant exertis. At in nonnullis generibus ſunt quidem hæc ſexui utrique, ſed maribus potiora, ut cornua tauris robuſtiora quàm uaccis.

E

F

## A uictus ratione diuerſa oriuntur animalium differentiæ. Cap. XL.

G

*Terreſtria, uel pedeſtria.* πεζά. *Aquatilia,* ἔνυδρα.

Ἐπαμφοτερί-ζον.

Degunt animalia locis diſiuncta, alia nanque terreſtria, alia aquatilia ſunt: quam differentiam trifariam intelligimus: aut enim recipiendi aeris aut aquæ ratione, altera terreſtria, altera aquatilia dicimus: aut quòd apta natura ſunt ſeruari temperamento alterutrius, quanquam aërem aquámue non recipiant: aut etiam quod cibum petant, uerſanturque utrobique diutius. Complura enim cum recipiant aerem, id eſt ſpirant, partúſque faciant in terra, cibum tamen à madidis locis petunt, uerſantúrque in humore partem maximam temporis: quę ſola ἐπαμφοτερίζειν, id eſt uitam ambiguam agere uidentur: quippe eadem & uelut pedeſtria & uelut aquatica ſtatui poſſunt. At eorum quæ humorẽ recipiũt, præter unum cordulũ, nullum uel pedeſtre uel uolatile eſt, nec cibũ ſibi ex terra petit: quanquã multa ſpirabilia pedeſtríſque generis humore gaudent: & adeo nonnulla ut ne uiuere quidem diſcluſa ab aquæ natura ualeant, ut teſtudines marinæ & lutariæ, crocodili, fluuiatiles equi, uituli marini. Hæc enim omnia niſi aliquandiu ſpirent, intereunt: & parere educaréque ſolent in ſicco. Quæ uero in cetaceo uel in reliquo aquatili genere fiſtulam gerunt in capite, ut delphinus, balena, hæc natura quadam peculiari, nec aquatilia tantum, ſed nec terreſtria facile dixeris: ſiquidẽ terreſtre quod aerem recipit, aquatile quod aquam, ſecundum naturam eſt: particeps nanque eſt hoc genus utriuſque, cum & mare accipiat, reddatque per fiſtulam, & aerem per pulmonem: habent enim hoc membrum & ſpirant, uerum in utraque diuiſionis tam cõtrariorum generum parte collocari hoc genus abſurdum eſt. Quamobrẽ aqua-

H

A aquatile genus amplius diſtinguendum uidetur: ut alia accipiant reddántque aquam, ea cauſa, qua ſpirantia aeré, quo ſcilicet refrigerentur: alia propter cibum. Cum enim in humore cibum accipiunt, fieri non poteſt, quin ſimul aliquid humoris admittatur: quod admiſſum, quo emittant, inſtrumentum habeant neceſſe eſt. Quę igitur loco aeris, qui per ſpirationem attrahitur, humore utuntur, quo ſcilicet refrigerētur, branchias habent: quibus autem cum cibo humor illabitur, iis fiſtula in ſanguineo genere data eſt. Mollibus etiam & cruſtaceis hoc idem adhibitum eſt: nam ea quoque humorem propter cibum accipere coguntur. Altero etiam modo aquatilia ſunt, (ob temperationem corporis dico & uictum) quæ accipiant quidem aerem, ſed in humore ætatem degant: aut quæ recipiant quidem hu- *Fiſtula, σωλῆνι*

B morem & branchias habeant, ſed terram petant, unde cibū accipiant: quale cordulum eſſe diximus. Sed horum omnium natura quaſi peruerſa deprauatáue uidetur: ſicut marium nonnullorum natura fœminam refert, & fœminarum marem. Cum ergo animalia triſariam in aquatile & terreſtre diuidantur, ut dictum iam eſt: aut enim recipiendi aeris aquæúe neceſſitudine, aut corporis temperatione, aut tertio cibi ratione, uictus prorſus diſcrimen pro his diuiſionum membris conſequetur: alia enim temperandi corporis gratia, & propter cibum, atque etiam recipiendi aeris aut aquę neceſſitate ita degunt: alia temperamēti uictúſque cauſa tantum. In iis, eorum quæ teſta operiuntur, quæ quidem ſua natura immobilia ſunt, plurima aluntur humore dulci & potulento, qui tenúior ex aqua ſalſa elicitur:

C quæ autē mobilia eademq́; carne ueſcētia ſunt, ζωοφαγοῦντα Græci dicunt & σαρκοφάγα, iis uictus ex piſciculis eſt, ut purpuris: alia & iis quæ in mari pullulāt ueſcuntur. Quæ cruſta integuntur, omniuora ſunt: quippe quæ & lapillos, & limū, & algā deuorent: atq; quædam etiā ſtercus, ut cancri fluuiatiles: carnes etiam nimirum appetūt. Locuſtæ uel piſces maiores cōuincere poſſunt. Mollia omnia carniuora ſunt: lolligines enim atq; ſepiæ piſces uel maiores euincunt: polypi conchulis maxime ueſcuntur. Piſces fere omnes fœturam ſuo tempore, alter etiam alterum edit, maiorúmq; minores ſunt præda: reliqua uictus ratio nō eadem omnibus eſt. In auium genere, quibus ungues aduncæ, omnes carniuoræ ſunt. In genere etiam non adunco ſunt, quæ carne ueſcuntur, ut hirundo. Sunt quæ uermiculos cum alios, tū

D qui in lignis naſcuntur, paſcant: aliæ ſpinam appetunt: aliæ frugibus uiuūt. Omnium fere auium, aliæ uictum à terra petunt: aliæ à fluuiis & lacu, ut ardeolæ: aliæ mari, ut halcedo & fulica. Genus auium omne cum potu exiguo contentum ſit, tum aduncis nullus uſus bibendi eſt, præterquam pauciſſimis quibuſdam, quæ & ipſæ raro utuntur. Auium cęteræ ſorptu bibūt: ſed quibus collum eſt longum, intermittunt, caputq́ue reſupinant. porphyrio unus morſu bibit. Genus animalium cortice intectum, ut lacerti & reliquæ huiuſcemodi quadrupedes, atque etiam ſerpentes, omniuorum eſt: nam & carnem edunt & herbam: ſed deſiderium iis quoque bibendi exiguum, & reliquis quibus pulmo fungoſus eſt. Quadrupedes quæ animal generant, ſylueſtres eædemq́ue ſerratæ dentibus, ut leo, lupus, carne omnes

ueſcuntur. urſus animal omniuorum eſt. Cornigera animalia, & quibus E
dentes ſerrati non ſunt,omnia fruge herbáque ueſcuntur, niſi uehementer
eſuriant,ſue excepto, qui minime herbę frugúmue appetens eſt,ſed radicũ
maxime ex omnibus animalibus.Sunt & inter quadrupedès feráſque,quæ
uictum ex lacu & fluuiis petunt, ut fiber,lutris,latax:at uero à mari nullum
præterquam uitulus marinus.Bibunt,quibus dentes ſerrati animalia,lam-
bendo:atque etiam nonnulla ex non ſerratis,ut mures.Quibus autem con
tinui,ſorbendo,ut equi,boues: urſus neque ſorbendo neque lambendo,ſed
morſu.Bibunt cætera quidem magis tempore æſtiuo quàm hyberno : quæ
autem in Africa degunt animalia,contra: inſuetum nãque iis eſt bibere æ-
ſtate,propterea quòd imbres per id tempus fieri non ſoleant. Inſecta ani-
malia quibus dentes omniuora ſunt:quibus autem lingua tantum,humo- F
rem undique exugendo ſua lingua ueſcũtur : quorum alia omniuora ſunt,
quibus guſtus omnium ſaporum eſt, ut muſcæ:alia ſanguiuora, ut tabani
& aſili: alia ſuccis plantarum & fructuum uiuunt. Animalium quibuſdã
ruminare in more eſt, proficiúntque ac delectantur non minus in rumi-
nando,quàm edendo.Ruminant,quæ ſuperiore dentium ordine carent,ut
boues,oues,capræ. Ex feris nullum ruminare conſtat,præterquam ea,quæ
aliquando cum hominibus exigunt,ut ceruus:hunc etenim ruminare pla-
num eſt.Sunt etiam de dentatis utrinque nonnulla quæ ruminent, ut mu-
res põtici,lepores & piſcis quidam, quem ab ea re μήρυκα, id eſt ruminalem
quidam appellarunt. Talis animantium uictus eſt.

*Vide an hoc pacto legendũ ſit apud Ariſtotelem, Et piſces quidã, & quẽ ab ea re, &c.*

## A ſenſibus quæ oriantur animalium diſcrimina. Cap. XLI. G

SEnſus quidem,ut ante dictum eſt,omnibus animalibus communis eſt:
aliis tamen omnes,aliis uero pauciores dedit natura.Quæ nanque ſan-
guine prędita ſunt omnia,omnes habent ſenſus,niſi quid lęſum mutilúm-
ue ſit,ut talpa:præterea iis quæ mollia,quæ cruſta intecta,& quę inſecta di
cuntur,prope dixerim omnibus, ſenſus omnes inſunt. Quæ autem ſiliceo
tegmine operiuntur,quãquam tactum (quem omnibus animalibus com-
munem eſſe diximus) & olfactũ guſtumq; habere conſtat,de uiſu tamen &
auditu nihil certi manifeſtiq; habemus : quædam tamen ut echini, tethya,
glandéſq; olfactum minime habere uidentur.Eorum quæ non ſpirant,alia
branchiis,alia fiſtula,alia præcincta,ut inſecta,odorẽ ſentiunt.Nec pro cõ- H
pari modo genera animalium omnia, ſenſibus prædita omnibus ſunt : ſed
olfactu canes præcellunt, uti quibuſdam placet : uiſu aquilæ:guſtu proto-
geuſtæ animalia Indica,unde & nomen acceperunt:tactu ſerpẽtes,& quæ-
dam aues:auditu anſeres. Verum Plinio authore, ex ſenſibus ante cætera
homini tactus, deinde guſtus:reliquis ſuperatur à multis.Aquilæ clarius
cernunt:ultures ſagacius odorãtur:liquidius audiunt talpæ.Cicero,omnis,
inquit,ſenſus hominum multo antecellit ſenſibus beſtiarum : quorum ita
clara iudicia & certa ſunt,ut ſi optio naturæ detur,& ab ea deus aliquis re-
quirat,contentáne ſit ſuis integris incorruptiſq; ſenſibus, an poſtulet me-
lius aliquid,non uideam quid quærat amplius.Hæc Cicero.

*Quàm ſint certa humanorum ſenſuum iudicia, plurib. explicat Cicero libr. 2. De nat. deor. et 4. Academic. quæſt.*

A reſpiratione

A A reſpiratione & uoce, animalium diſcrimina. Cap. XLII.

ANimantium alia accipiunt redduntq; aërem: quę res reſpiratio nomi-
natur, ut homo, & quæcunque terreſtria habent pulmonem: alia uero
minime, ueluti piſces & inſectorum genus omne: & his quidem neq; uo-
cis emittendæ, neque locutionis ulla facultas eſt, ſed ſonus tantum in non-
nullis: differt enim uox à ſono, & cum iis tertia res adnumeranda eſt locu-
tio: gutture (φάρυγγα dicunt) parte una, uox agitur: locutio non niſi uocis per
linguam explanatio eſt. Quamobrem quibus animantiū lingua libera ab-
ſolutaq; non eſt, neque ſermone utuntur, neque uocem emittunt, ſed ſonū
tantum. Inſectorum alia murmur edūt, ut apes: alia canere dicuntur, ut ci-
cadæ: nullum molle, nullum cruſtatum, uel uocem uel ſonum mittit natu-
B ralem. Piſces uocis quidem expertes ſunt, ſed ſonos ſtridoresq; mouēt, qui
uocales eſſe exiſtimantur: at uero, quæ & linguam habent & pulmonem, ſi
quadrupedes ouiparæ ſunt, uocem quidem emittūt, ſed exilem: & alia lon-
gum ſibilum edunt, ut ſerpentes: alia abruptum & perexiguum, ut teſtudi
nes: alia uero exilem & imbecillē uocem: rana ſuum habet ululatum, quā
ololyginem nominant. Genus auium uocem mittere poteſt: iiſq; pręcipua
facultas conficiēdæ locutionis, quibus lingua mediocriter lata uel tenuis.
Quadrupedū genus quod animal procreat, uocem uarie mittit: neque eſt
quod loqui poſſit, ſed proprium id hominis eſt: omniū uero uocaliū anima
lium communis mos eſt, ut ſui coitus tempore potiſſimum canant & bla-
terent præter hominem, ut aues tunc maxime plurimáſq; emittunt uoces
C cum coëunt. Differunt tum uoces animalium, tum locutiones tractus ra-
tione & regionis. Et uox quidem acumine grauitateq; maxime innoteſcit:
in iis tamen ſpecie nequaquam diſcrepāt, quæ generis eiuſdem ſunt. Æta-
tis quoque ratione differunt uoces: iunioribus enim quàm uetuſtioribus
fere acutior uox eſt. Magna etiam ex parte uox marium fœminarūq; dif-
fert: eo quòd mares grauius ſonant quàm fœminæ: uerū non in omni ani-
malium genere ita agitur: ſunt enim in quibus è contrario fit, ut in bubus:
nam boum fœmina grauiorem, quàm mas agit uocem: & uitulis grauior,
quàm adultis. Quamobrem caſtratis uox è contrario mutatur: tranſeunt
enim quæ caſtrantur in fœminam.

A Spiratio, ἀναπνοὴ καὶ ἀναπνεῖν. Vox, φωνή. Locutio, διάλεκτος. Sonus, ψόφος.
D B Longum ſibilum, συριγμόν. Abruptum & perexiguum ſibilum, συριγμὸς μικρός, uel
potius συριγμός. Ololygo, ὀλολυγών.

Animalium diſcrimina, quæ à ſomno & uigilia oriuntur: aut ætate, iu-
uenta ſcilicet & ſenecta, à uitę prolixitate & breuitate. Cap. XLIII.

SVnt uero hæc animalibus omnibus cōmunia, uigilia & ſomnus, iuuē-
ta & ſenectus, uita & mors: non tamen pariter omnibus eodemq; mo-
do inſunt: omnia enim animalia dormiunt quidem & uigilāt: (nullū enim
reperitur, quod uel ſemper dormiat, uigilétue ſemper) ſunt tamen quæ ſo-
mno omnino adeo exiguo contenta ſunt, ut ſæpenumero quemuis lateat,
dormiant, necne. Pedeſtria omnia & pręedita ſanguine dormire ac uigilare,

*Aquatilium, Quòd piſces et aquatilia reliqua dormiant, unde argumēta Ariſto. hiſtor. animal. lib. 4.*

*Saniē trahit, ἰχωροειδής ἐστι.*

ſenſu ipſo percipiuntur: quibus enim palpebrę adiunctæ ſunt, conniuendo E
obdormiſcūt. Aquatilium quoque ſomnus apparet, ut piſcium, mollium,
& cruſta opertorum, locuſtarum inquam, & cæterorum generis eiuſdem.
Argumentum uero, quāuis nullum deduci ab oculis poteſt, quia palpebris
carent, ipſa tamen quiete cernuntur placida, ſeu ſoporata. Inſecta etiā dor-
mire argumentum, quòd requiem capiūt, motuq; omni procul dubio ceſ-
ſant, quod præcipue patet in apibus: quieſcunt enim noctu & conticeſcūt,
ut nullus omnino bombus ſentiatur. Item ſomniare non ſolū homines, ſed
& alia quædam animalia, ut equos, canes, & boues palam eſt. Dormiētibus
ſanguinis copia partes exteriores deſerit, ſubit interiores: ita ut adacto cul-
tello non æque effluere poſſit. Ætatum etiam ratione nonnihil diſcriminis
accidit: etenim in prima ætate, & admodum iuuenili, ſanguis saniē trahit, F
& copioſior eſt: in ſenectute autem craſſus, niger & paucus, medium tenet
in media firmaq; ætate. Concreſcit etiam facile ſenum, uel in corpore ſan-
guis, qui per ſumma eſt, quod idem nunquam in iuuenibus accidit. Auge-
ſcunt animalibus pili in ſenectute, durioreſque redduntur: quod idem un-
guibus quoque euenit: piſcibus quoq; ſeneſcētibus ſquamæ duriores craſ-
ſioreſque efficiuntur. Quadrupedum etiā uilli lanæue ſenectute prolixius
augentur: quanquam rareſcant, fiantq; pauciores. & ungulæ quoque ma-
iores in ſenecta redduntur, quod idem roſtris etiam auium euenit. Pennas
gruum in ſenecta nigreſcere perſpectum eſt. Viuunt certe alia diutius, alia
uero quo nata ſunt, eodem die emoriuntur, ut ephemerus: longioris uitæ
ſunt aliis, quæ greſſilia ſunt, pariter & ſanguine prædita, ut homo & ele- G
phas: & aquatilia terreſtribus breuioris uitæ ſunt. In pedeſtribus ſangui-
neis uiuiparis maxima ex parte longioris uitæ ſunt mares quàm fœminæ:
fœminas autem piſcium maribus eſſe uiuaciores cōſtat, eò quòd fœminæ
uetuſtiores quàm mares capiantur. Quæ ſemine abūdāt, & ſalacia ſunt, ci-
tius ſeneſcunt: quæ contra, diutius uiuunt: ideoque mulus lōgiorem degit
uitam, quàm aut equus aut aſinus, ex quibus procreari ſolet. Mares, prope
dixerim omnes, diutius uiuunt, quàm fœminæ: accidit tamen uel ob ſala-
citatem, ut in paſſeribus, uel ob nimium laborem, ut in iumentis, ut mares
quidam ſuis fœminis ocyus ſeneſcant.

## Differentiæ animaliū, quæ à moribus conſtituuntur. Cap. XLIIII H

*Ciuiles, πολιτικά.*

MOribus item animalia diſtinxit natura: habere enim uim quandam
naturalem animantes in quauis animi affectione uidentur: hoc eſt
prudentia, ſtultitia, animoſitate, ignauia, clementia, atrocitate, & reliquis
habitibus generis eiuſdem. in quibuſdam etiam commune aliquid diſci-
plinæ eruditioniſque habetur: atque etiam prudētiæ imago quædam ineſt
in nonnullis: alia enim uiciſſim inter ſe, alia ab homine (quæ ſcilicet audi-
tu non carent) non modo ſtrepēdi, uerum ſignificandi differentias poſſunt
dinoſcere. Sunt etiam animātium aliæ ciuiles, aliæ inciuiles: ciuiles appel-
lo animātes, quę labori communicāt: id eſt, quarum opus communi effici-
tur opera, ut homo, apis, formica, grus. In omnibus uero generibus, in qui-
bus

A bus per marem & fœminam procreatio eſt, mores diſtinxit natura, quibus mas differt à fœmina: quod pręcipue tum in homine, tum etiam in iis, quę magnitudine præſtant, & quadrupedes uiuiparæ ſunt, percipitur. (mores nanque minorum animalium, parumq; uiuentium temporis, minus ſenſu percipiuntur: uiuaciorum euidentiores ſunt:) fœminæ enim in iis moribus ſunt mollioribus, miteſcunt celerius, & manum facilius patiuntur: diſcunt etiam, inuitanturq; ingenioſius: ut in genere canum Laconico: ſed fere minus quàm mares ſunt animoſæ, uerum malitioſiores, aſtutiores, & inſidioſiores fœminæ ſunt, atque in nutrienda prole ſolicitiores: mares cõtrà, animoſiores, ferociores, ſimpliciores, minúſque inſidioſi. Pugnant inter ſe ipſa animalia, quæ loca eadem incolunt, atque iiſdem ueſcũtur cibis: nam ſi ui-
B ctus penuria ſit, fit certe ob eam rem, ut uel eiuſdem generis animantes pugnam inter ſe conferant. Et quidam marinos uitulos eiuſdem loci pugnare inuicem aiunt, & marem cum mare, & fœminã cum fœmina, donec alter ab altero, uel occidatur, uel eiiciatur: idemq; eorũ catulos facere. Carniuora etiam (Græci ὠμοφάγα uocant) oppugnantur à cæteris omnibus: & ipſa cum cæteris pugnãt, quoniã uictus iis ab animalibus eſt. Sunt ferarum aliæ ſemper inter ſe infeſtæ: alię hominum ritu, cum res ita tulerit. Piſcium autem, alij gregatim degunt, amicique ſunt: alij non gregatim, inimicique uiuunt. Conger & muræna caudas inter ſe prærodunt. Polypum intantum locuſta pauet, ut ſi iuxta uiderit, omnino moriatur. Locuſtam cõger, rurſus polypum congri lacerant. Genus ouile amens, & moribus ſtul-
C tiſſimis eſt. Ferarum quadrupedum ceruа non minime prudentia præſtare uidetur: id quod & pariẽdo, & fœtum educando oſtendit. Omnino ratio brutorum magnam refert uitæ humanæ ſimilitudinem: magíſque in minore genere, quàm in maiore uideris intelligentiæ rationem: quod primũ in auium genere, hirundo in effingendo conſtruendóq; nido, ac pullis educandis oſtendit. Columbi cum pluribus coire nolunt, neque coniugiũ iam inde à primo ortu initum deſerunt, niſi cœlebs aut uidua. quin etiam fœminę parturienti mas adeſt, & cultu, omniq; officio fungitur. Domicilia quoque agreſtes uolucres aptiſſime ad uictum, & prolis ſalutẽ moliuntur. Sunt item aliæ parentes feliciores, & ſuorum gnatorum diligentiores: alię contra. Et aliis ingenium ad uictum acutius, aliis obtuſius eſt. Sed in marinis *Feliciores*, εὔτεκνοι.
D quoque animantibus permulta intelligi poſſunt, nõ ſine ſolerti ingenio effici ratione uitæ commodioris: rana nanque, quę piſcatrix appellatur, præterea torpedo & paſtinaca ſeſe abſcondentes piſcantur. Obruunt arena ſeſe & aſelli, & raiæ, & paſſeres, & ſquatinæ: cumque nullam ſui corporis partẽ intectam reliquerint, uerberant radiolis ſui oris, quos piſcatores uirgulas uocant, quas piſciculi cum aſpexerint, adnatãt quaſi ad algas, quibus ueſci ſoliti ſunt. Mollium aſtutiſſima ſepia eſt: maxime enim hęc ſuo utitur atramento, non modo cum metuerit, uerum etiam abſcondendi cauſa. Polypus fatuus quidem eſt, cum ad manum demiſſam hominis accedit: ſed prudens rei familiaris, cum omnia colligat, & ſuo in domicilio recondat: ſui etiam mutatione coloris uenatur piſces. Inſectorum operoſiſſimum, &

præ cæteris fere animalibus officioſiſſimum genus formicarum & apũ eſt. E Crabrones item & ueſpæ,& prope dixerim omnia huius cognata generis, & aranei quidam in uitæ muneribus ingenioſiores habentur. In moribus animantium percipi differentias licet: præcipue quidem ad fortitudinẽ & timiditatem,ad manſuetudinem quoque & feritatem,etiam in ipſo ſyluestrium genere: leo enim quanuis in edendo ferociſſimus ſit, tamen paſtus & fame iam uacans,facilis mitíſque maiorem in modum eſt: elephãtus omnium ferarum mitiſſimus & placidiſſimus eſt.E terreſtribus mures, è uolucribus hirundines indociles ſunt: cum elephanti iuſſa faciant, leones iugum ſubeant,in mari uituli, totque piſcium genera miteſcant. In marino etiam genere plurima de delphinis narrantur indicia morum placidorum ac mitium. Genera autem quæcunque placida ſunt, hæc eadẽ quoque fera F poſſunt reperiri,ut ſues,equi,homines,oues,capræ,canes,boues.

Ab affectuum quorundam immutatione, quæ oriantur animalium differentiæ. Cap. X L V.

VT quæque animalia pro ſuis affectibus agere, ſic contra,pro ſuis quoque actionibus affici immutaríq; moribus ſolent: quin & partes corporis nonnullæ ſæpenumero ratione agendi immutantur. In auium enim genere gallinæ cum mares uicerint,cucuriunt: & exemplo marium tẽtant ſuperuentu coire,criſta etiam caudaque erigitur. Cuculus etiam immutatur colore,& uocem minus explanat cum ſe abditurus eſt. Complures etiã aliæ immutantur aues per tempora,& colore & uoce:ut merula quæ ex nigra redditur ruffa,& uocem mittit diuerſam: ſtrepitat enim per hyemem, G cum per æſtatem tumultuanter cantet.mutat & turdus colorem, uoce tamen eadem eſt. Luſcinia quoque & colorem per tempora mutat & uocẽ: & quidem in terra Italia per id tempus,quo ſic immutari ſolet, alio nomine appellatur.Denique aues tunc maxime plurimáſque emittunt uoces,cũ *Aliàs fuca.* coeunt.Colorem etiam mutant & piſces,merulę & turdi.phuca etiam mutat colorem:cum enim cæteris temporibus candida ſit, uerno uaria redditur. Mutantur uero animantium aliqua,forma & moribus,nõ modo per ætates & tempora,uerum etiam caſtratione. Caſtrantur autem ea quibus ſunt teſtes. Gallinaceus ſi perfecta ætate eſt qui caſtratur, illi criſta palleſcit, & cucurire deſinit: neque coitum ueneream repetit: ſed ſi adhuc pul- H lus eſt,ne inchoari quidem ex iis quicquam poteſt cũ accreſcit. Quod idẽ in homine quoque accidere certum eſt: nam ſi puer adhuc excidatur, neq; poſt geniti pili creſcunt,neque uox immutatur, ſed ſuum ſeruat acumen: at ſi iam puber, poſt geniti defluunt pili præterquã pubis:hæc enim quanuis minuatur,tamen manet,& congeniti non defluunt: nemo enim ſpado caluefcit. Quadrupedum etiam exectorum uox omniũ in fœminam mutatur.Omnia denique ſi dum creſcunt,caſtrantur,maiora elegantioráque, quàm incaſtrata euadunt: ſed ſi poſteaquam adoleuerunt & iam incremẽto conſtiterunt caſtres, nihil præterea accedere ad magnitudinem poteſt. Cerui ſi cum per ætatem nondũ cornua gerunt,caſtrentur, non edunt cornua:

A nua:ſed ſi cornigeri exciduntur,non decidunt cornua, & magnitudine eâdem ſeruantur. Et caſtrata denique auctiora quàm incaſtrata euadunt.

### A ualetudine proſpera uel aduerſa differentiæ. Cap. XLVI.

VAletudines etiam & morbi per tempora, pro generum diuerſitate uarie accidunt,& in totum non eadem omnibus ualetudo exiſtit: uiuũt enim animalia proſpere,non eiſdem temporibus, nec omnibus æque qualitatum exuperantiis.Iam auibus proſunt ſqualores, tum ad cæteram ſanitatem,tum ad partum. At uero piſcibus (exceptis quibuſdam paucis) imbres conducunt:incommodi contra auibus anni pluuij ſunt, piſcibus ſicci. Et piſces quidam ſuos morbos habent,ut cyprinus, glanis. Teſtaceo generi B anni pluuij proſunt,præterquã purpuris.Quadrupedum, ſues uariis morbi generibus laborant,ſcilicet raucedine,dolore capitis, alui profluuio, & grandine: canes,rabie, angina & podagra. Boues gregales morbis duobus tenentur,podagra & ſtruma.Equi gregales morbo immunes ſunt, excepta podagra: at uero equi domeſtici morbis plurimis obnoxij ſunt. Aſini maxime morbo laborant,quam malidam uocant,Græci μυλίδα: elephanti morbis ex inflatione contractis:ægrotant etiam ſi comedant terram,niſi ea frequenter utantur:necnon profluuio alui tentantur, &aliis quibuſdam morbis.Inſectorum maxima pars eo tempore ualet,cum annus humidus eſt & tepidus Apibus præcipue nocent beſtiolæ quædam,quæ in alueis innaſcũtur.Diſcrimen animalium ut proſpere contráue exigant,etiam cum utero C graueſcant,exiſtere nouimus:teſta enim intecta atque etiam cruſtata,tunc optima ſunt cum grauida,ut locuſtacea: mollia etiam pręſtant cum grauida ſunt.Et piſces cum impleri incipiunt à coitu, boni omnes fere ſunt: ſed procedente uteri tempore alij præſtant,alij non.

### Animalium diſcrimina,eò quòd commoda magis minúſue, aut incommoda nobis ſint. Cap. XLVII.

HOminis cauſa uidetur natura cuncta animalia genuiſſe: alia nanque in conſortium operum nobis ueniunt, ut ea quæ iumenti nomen à re traxere:quòd noſtrum laborem, ũel onera ſubuectando uel arando iuuarent:alia uoluptatis ac redditus & cuſtodiæ cauſa parari ſolent, ut ouis,ca- D pella,ſus,canis. Ouillum nanque pecus & contra frigoris uiolentiam nos protegit,corporibusque noſtris liberaliora præbet uelamina:tum etiam caſei lactiſque abundantia,non ſolum agreſtes ſaturat,ſed etiam elegantium menſas iucundis & numeroſis dapibus exornat: quibuſdam uero nationibus frumenti expertibus, uictum commodat: ex quo Nomadum Getarúmque plurimi γαλακτοπόται dicuntur.Capra pilos miniſtrat ad uſum nauticum,& ad bellica tormenta, & fabrilia uaſa: necnon quædam nationes harum pellibus ſunt ueſtitæ,ut in Getulia & Sardinia. Canis aut cuſtodiæ paratur,propellendis ſcilicet iniuriis hominum ferarúmque: aut uenationi.Mella contrahunt apes,ſuccumque dulciſſimum ac ſaluberrimum, fauóſque conficiunt & ceras. alimenta nobis præbent & alia nonnulla, tum

ex ſuis partibus, tum ex quibuſdam, quæ in partibus ipſis continentur aut E generantur: cuius generis ſunt ſanguis, oua, lac, caſeus & butyrum. E diuerſo alia, ut ſerpentes & piſces nonnulli, mortem ilico afferre in cibis feruntur: & plurima ex animalibus morborum colliguntur remedia.

## Ab alimentis, quæ ex animalibus nobis ſuppeditantur, differentiæ quibus modis conſtituantur. Cap. XLVIII.

IN iis quæ nos alunt, ſcire oportet hæc inueniri diſcrimina. Omne animal quadrupes domeſticum, omnem grãdem feram, quales ſunt capræ, ceruus, aper, onager: omnem grandem auem, quales ſunt anſer, pauo, grus: omnes beluas marinas, ex quibus cetos eſt, quæq; his pares ſunt, alimentorum ualidiſſimi generis eſſe: id ualentiſſimum uoco, in quo plurimum ali- F menti eſt. Caro quæ durior eſt, inquit Galenus, & craſſiorũ partium, ſi probe concoquatur: alimentũ corpori præſtat copioſius, quàm quæ humidior eſt ac mollior. In media uero materia numerãtur, ex quadrupedibus lepores: & gallinaceum genus, phaſiani, perdices, attagenæ, columbæ, merulæ, turdi, auiculæ omnes à minimis (ut inquit Celſus) ad phœnicopterũ. Item piſces omnes, qui ſalem non patiuntur, ſolidíue ſaliũtur: uel ut Galeno placet, piſces omnes & litorales & pelagici: qui neq; glutinoſum habeant ſuccum, neque inſuaue quicquam, aut uiroſum referant. Imbecilliſſimã uero materiam eſſe tradunt, ex auibus, eas quæ in montibus uictitãt: ſturnos ſcilicet, turdos, merulas, columbasq; & paſſeres, qui in turribus degunt: ex piſcibus eos, qui in ſaxis uitam agunt, ut iulides, phucas, ſcaros, merulas, turdos. Sed quãuis hęc ita diſcreta ſint, tamen etiam quæ ſub eadẽ ſpecie ſunt, G magna diſcrimina recipiunt: alia nanque res, alia uel ualentior eſt, uel infirmior. Siquidem ex auibus, quæ in media ſpecie ſunt, ualẽtior ea quæ pedibus, quàm quæ uolatu magis nititur: & ex iis quæ uolatu fidunt, firmiores ſunt quę grãdiores, quàm quæ minutæ ſunt, ut ficedula & turdus. Inter domeſticas uero quadrupedes leuiſſima ſuilla eſt: grauiſſima bubula: itemque ex feris, quò maius quodque animal, eò robuſtior ex eo cibus eſt. Piſciúmque eorum, qui ex media materia ſunt, quibus maxime utimur, grauiſſimi ſunt, ex quibus ſalſamenta quoque fieri poſſunt, qualis lacertus eſt: deinde, qui quanuis teneriores, tamen duri ſunt, ut aurata, coruus, ſcarus, oculata, tum plani: poſt quos etiam leuiores, lupi mulliq;: & poſt hos ſunt omnes ſa- H xatiles. *Galenus de uictus rat.* Leuiorem cibum præſtant piſces, quàm uolucres: & hæ leuiorem quàm caro ſuilla: quæ inter domeſticas quadrupedes, ut modo diximus, leuiſſima eſt. Neque uero in generibus rerum tantummodo diſcrimẽ eſt, ſed etiam in ſpeciebus ipſis: quod & pabulo fit, & ætate, & membro, & ſolo, & *A pabulo.* cælo, & habitu affectionéue. Nam animalia omnia quibus abunde ſuppetunt idonea alimenta, longe ſeipſis euadunt in alendo præſtantiora: quem*Ab ætate.* admodum ſi deſint, multo fiunt deteriora. Et quadrupes animal omne, ſi lactens eſt, minus alimenti præſtat: item quò tenerior pullus cohortalis eſt: in piſcibus quoque media ætas, quæ nondum ſummam magnitudinẽ impleuit: nam alimentum humidius, ut diſtribuitur, ita etiam celerius diſcutitur.

A titur. Deinde ex eodem ſue, ungulæ, roſtrum, aures, cerebellum: ex eodem agno hedóue cum pectiolis totum caput, aliquanto quàm cætera membra leuiora ſunt, adeo ut in media materia poni poſſint: & ex eodem ſue pedes, quàm imum crus leuiores ſunt, & hoc quàm reliquæ partes: ex auibus colla, alæ'ue recte infirmis cibis annumerãtur. Quod ad ſolum uero pertinet, leuior piſcis inter ſaxa editus, quàm in arena: leuior in arena, quàm in limo: quò fit, ut ex ſtagno uel lacu, uel flumine eadem genera grauiora ſint, leuiorq; qui in alto, quàm qui in uado uixit. Omne etiam ferũ animal domeſtico leuius eſt, & quodcunque humido cœlo, quàm quod ſicco natum eſt: quandoquidem ea quæ in montibus uiuunt, temperamẽto ſunt ſicciore, atque eorũ caro minime pituitoſa aut lenta eſt: quæ uero in locis aquo-
B ſis & campeſtribus degunt, humidiora ſunt, & excremẽtoſa magis. Eadem omnia pinguia quàm macra: recentia quàm ſalſa: noua quàm uetuſta plus alimenti habent. Tum idem magis alit iurulẽtum, quàm aſſum, magis aſſum, quàm frixum, ut Celſus prodit. Ouum durum ualentiſſimæ materiæ eſt: molle uel ſorbile, imbecilliſſimæ. Fere uero ſequitur, quò ualẽtior quæque materia eſt, eò minus facile concoquatur: ſed ſi concocta eſt, plus alat, ut dictũ eſt. Et imbecillis hominibus, rebus infirmiſſimis opus eſt: mediocriter firmos media materia optime ſuſtinet: & robuſtis apta ualidiſſima eſt. Plus deinde aſſumere ex leuioribus poteſt: magis in iis, quæ ualentiſſima ſunt, temperare debet: uerum hæc potius ad medicinam pertinent, διαιτητικὴν ſcilicet.

*A membro.* — *A ſolo & cælo.* — *Ab habitu.*

C

A Cara humidior, ſuillam carnem tradit Galenus ualentiſſime nutrire. Cõſidera.
B Ex auibus, has aues inter ea recenſet Galenus, quæ in tenui uictus ratione conueniunt: at Celſus aues omnes à minimis ad phœnicopterum in media materia reponit.
C Suilla. Omnium ciborum, inquit Galenus, plurimũ nutrit caro ſuilla: idemque in ratione uictus analeptice, id eſt renutritoria, à piſcibus, ac deinde ab auibus ad carnes ſuillas ſtatim uictum mutat. A Et quodcunque. uide an ita legẽdum ſit apud Celſum: Et quodcunque ſicco cœlo, quàm quod humido natum eſt: ſed nihil muto.

## Alia quædam ab alimentis quæ nobis præſtant animalium diſcrimina. Cap. XLIX.

D Neque hæc ſola quæ diximus, diſcrimina ſunt, ſed etiam alia boni ſucci, alia mali ſunt, (εὔχυμα & κακόχυμα Græci uocãt) alia ſtomacho idonea ſunt, alia aliena: alia facile concoquuntur, alia difficilius: alia inflãt, alia ab hoc abſunt: alia intus facile corrumpuntur, alia minime uitiantur: alia mouent aluum, alia ſupprimunt: alia citant urinam, alia tardant: alia ſuccũ procreant craſſiorem, alia tenuiorem: alia glutinoſum, alia mediocrem: ſicut alia magis excrementoſum gignũt, alia minus. Boni ſucci ſunt, ex quibus probus gignitur ſanguis: ut aues piſcéſque fere omnes, prȩterquam qui in lacubus, paludibus, fluuiiſq; uictitãt limoſis, alióue quouis modo uiciatis. Quadrupedũ carnes, ſi bene cõcoquãtur, & in iis præcipue porcina quæ ætate media eſt: lac omnium penè aliorum ciborum optimũ procreat ſuccum. Agreſtium animalium caro ſuccum efficit meliorem, quàm domeſti

*εὔχυμα.*

corum. Boni ſucci ſunt, inquit Celſus, omnis uenatio, omnes aues, quæ ex E
media materia ſunt: ex maioribus quoq; eę, quas ſupra memorauimus. medij inter teneros duróſque piſces, ut mullus & lupus. In ſumma, omnis pinguis caro, omnis glutinoſa, omne iecur, ubera, roſtra, & aliæ partes ex-

*Extremæ partes, trunculos has uocat Celſus.*

carnes ut uenter, inteſtina, uuluæ, & omnes extremæ partes, & caudæ ſuccum gignũt, quàm carnes minus bonum. Mali uero ſucci ſunt, quæ ſanguinem efficiunt minime probum, ſed humoribus uitioſis exuberantem: ſunt

*κακόχυμα.*

autẽ & quæ frigidiora ſunt, & pituitoſa: & quæ calidiora bilioſáq;: & quæ melancholico ſucco abundant. Sunt uero inter animalia huius generis, piſces omnes, qui ex tenerrimo genere ſunt, aut ij rurſus, qui nimium duri, uiroſiq; ſunt: ut ferè quos ſtagna, lacus, limoſiúe riui ferunt, quíue in nimiã magnitudinem exceſſerunt. Mali ſucci eſt, & ouilla caro: caprina uero, & F
acrimoniam habet. Hircorum caro deterrima eſt: arietum deinde & taurorum. In omnibus autem iis, ut caſtratorum meliores, ita peſſimæ ſunt ſeniorum carnes: his nihilo meliorem ſuccum gignit ceruina caro. Lepores craſſiorem quidem ſanguinem generãt, probiorem tamen ſuccum, quàm aut bouilla caro, aut ouilla. In his ſunt, & caro domeſtica permacra: & omnis caro ſalſa, omnéque ſalſamentum, atque animalium omnium caro, quæ in lacubus, paludibus, fluminibúsue limoſis uictum habent: pręſertim ſi urbis cuiuſpiam populoſę purgamenta, ut balnearum, latrinarúmue, aut

*Εὐστόμαχα.*

culinarum, in eas aquas defluant. Stomacho idonea ſunt (inquit Celſus) omnis uenatio: atque utraq;, uel aſſa, uel elixa: ex domeſticis animalibus, bubula, ſiquid ex cæteris ſumatur, macrum potius quàm pingue: ex ſue ungulæ, roſtra, aures, uuluæ: duri ex media materia piſces, oſtrea, pectines, mu- G

*κακοστόμαχα.*

rices, purpuræ, cochleæ. Aliena à ſtomacho ſunt omnia ſalſa, omnia pinguia, cerebrum omne, & omnes medullæ. Ex his autem intelligi poteſt, nõ quicquid boni ſucci eſt, protinus ſtomacho cõuenire: neque quicquid ſto-

*Εὔπεπτα.*

macho conuenit, protinus boni ſucci eſſe. Facile in uentre concoquuntur piſces, maxime ſaxatiles: auium genera omnia, ſi cum quadrupedibus cõferas. Ex quadrupedibus, ſuilla caro faciſſime concoquitur. uitulina facilius q̃ bubula: hedina, quàm caprina: & omnium eorum carnes quæ adhuc adoleſcunt, facilius concoquuntur, quàm quæ ætate declinant: & he-

*Δύσπεπτα.*

ſternum, quàm recens necatum, facilius concoquitur. Caro caprina, bubula & ceruina difficilius concoquuntur: & ſues cum ſenuerint, & anno- H
ſa omnia: anſerum, turdorum, merularumque, & auicularum caro: quibus adhuc durior eſt turturis, palumbi & anatis caro: magiſque pauonis & turdi: raia, leuiraia, ſquatina, dracones, cuculi, trachuri, mulli, & ex piſcibus alij quidam: cochleæ, & ex cæteris teſtaceis, ea quę duriorem habent carnem, ut purpuræ, buccinæ, cruſtacea omnia, & quæ mollia uocantur.

*Ἄφυσα.*

Minima inflatio fit (inquit Celſus) ex uenatione, aucupio, piſcibus, con-

*Φυσώδη.*

chyliis, ouis, uel mollibus uel ſorbilibus. Inflant autem omnia pinguia.

*δύσφθαρτα.*

Minime intus uitiantur aues, & eæ potius duriores, aurati piſces, ſcari: neque hi ſolum, ſed etiam lolligo, locuſta, polypus. Itémque bubula, omníſque dura caro: eadémque aptior eſt, ſi macra, ſi ſalſa eſt: omniáq; ſalſamenta,

ta, cochleæ,

A ta:cochleæ,murices,purpuræ,paruulæ chaneæ,& teſtacea alia quæcunque
duram habent carnem. Dantur uero bis térue elixa iis,quibus ob humoris
cuiuſpiam uitium corrumpitur in uentre cibus. Facile autem intus cor- εὔφθαρτα.
rumpuntur lactentia omnia,teneri piſces,oſtrea,lac, caſeus, & uetus & re-
cens. Aluum mouent lac & lactentia omnia, cochleæ, oſtrea, pelorides, ὑπακτικὰ γα
echini,muſculi,& omnes fere conchulæ,maximéque ius earum:ſalſamen- στρός.
ta,omnes teneri piſces, ſepiarum atramentum: ſi qua caro aſſumitur pin-
guis,eadem uel uirulenta uel elixa,aues quæ natant. Cõtra, aſtringunt du- ἐφεκτικὰ γα-
ra oua,magíſque ſi aſſa ſunt,minutæ aues, merula, palumbus, magíſque ſi στρός.
in poſca decoctus eſt,grus:omnes aues,quę magis currunt quàm uolant:le
pus,caprea:iecur ex iis quę ſeuum habent,maximéque bubulum,ac ſeuum
B ipſum: caſeus, qui uehementior uetuſtate fit: in eadem carne, aſſa potius
quàm elixa. Vrinam autem mouẽt, ex uenatione maxime lepus, pectan- Διουρητικά.
culi,purpuræ,& quæ coriphia uocantur. Ad tenuem uictus rationẽ ido- λεπτύνοντα.
nea ſunt,piſces ſaxatiles,auiculæ montanæ:quæ enim in montibus degunt
animalia,omnia ſiccius præbent alimentum,minúſque pituitoſum ac len-
tum.E diuerſo ſanguinem craſſiorem procreant, piſces grandiores (κητώδεις παχύχυμα.
Græci uocãt,id eſt cetaceos) cuius generis ſunt thumni,anguillæ,cochleæ,
oſtrea,& teſtaceum genus omne: & quæ mollia uocantur, ut lolligines,ſe-
piæ,polypi : caro ceruina,caprina,bouilla,leporina,porcina. Lentum glu γλίσχρα.
tinoſúmue ſuccum gignunt ſuilla atque agnina caro, tendines omnes, &
quæ circa labra ſunt partes atque lingua. Scire autem oportet, quæcunque
C craſſum glutinoſúmque ſuccum procreant, ſi recte in uentre ac iecinore
concoquantur,optimum ſanguinem efficere. Medium autem inter tenuẽ
craſſúmque ſuccum gignunt,gallinarum,phaſianorum,perdicum,attage-
narum,merularum,omniúmque paruarum auium caro. E piſcibus,tam li
torales quàm pelagici,gobij, murenæ,bugloſſi,& quicunque neque lento-
rem habent neque fœtorem, neq; aliàs inſuaues ſunt. In omni autem ge-
nere,ad ſalubrem uictus rationem præferuntur animalia quàm exercitatiſ
ſima,& quæ cibo ſicciore aereque puriſſimo utuntur:iis quæ aut otioſe de-
gunt,aut humidiore alimẽto,aeréue impuro craſſóque uiuunt. Et ex piſci-
bus eliguntur,qui carnem teneram habent & friabilem : qui uero aut durã
aut lentam glutinoſámue,reiiciuntur : ſicuti & qui ex tenerrimo genere
D ſunt: & ut paucis rem abſoluam, duobus hiſce indiciis, quod ſcilicet mol-
les ſunt & friabiles, omnium animalium carnes perpenduntur : quibus e-
nim utrunque inerit,tuto uſque ad ſaturitatem eduntur : cui uero neutrũ,
ab eo penitus abſtinendum iudicãt medici. Quòd ſi cui alterum ſolum in-
ſit,hoc genus quoque fugiendum admonent : nonnunquam tamen, ob a-
liorum inopiam in uſu cibario eſſe ſolet,ſed citra ſatietatem acceptum: his
ſaltem qui ſanitati tuendæ ſtudent. In cibis quoque pituitoſum ſuccum ge
nerant alia,ut teſtacea,caro agnina:alia melancholicum,ut bouina, capri-
na, & præſertim hircina taurináque. Et nonnulla excrementoſum pro- περιττωματικά.
creant ſuccum,ut palumbi,anſeres,& alię,quæ in paludibus aut ſtagnis ui-
ctitant aues.Porcina caro & ouilla, atque omnis nouellorum & domeſti-

F

corum animalium caro, & eorum quæ otioſe uiuunt: piſcéſq;, qui in lacu- E
ἀπέριττα. bus aut fluuiis limoſis degunt, atque cetacea omnia. Nonnulla minimũ excrementi habent, ut ſylueſtrium animalium caro, & eorum quæ in ſiccioribus locis uictitant: colla animalium & caudæ & alæ. Quin & ipſa præparatione (quod ad alimenta attinet) differunt animalia: reddũtúrque nonnunquam & aliis & ſeipſis meliora deterioráue. Apparamus autẽ ea, ſicuti & alios cibos: aut apponentes quippiam, aut auferentes, aut modo quodam immutantes. Sordes eluuntur: ingrati uero ſi quid ineſt ſaporis, aut in humore macerando aufertur, ut ſalſugo, aut elixando: quæ enim uehementer amara aut auſtera ſunt, ſi in aqua elixentur, exuperantem illam qualitatem exuunt: acria uero & mordacia in aceto diluto. Aſſorum quoque & elixorum uirus fœtórue, aut ſucci ipſius malitia, ſi qua adſit, partim F
aufertur, partim uero immutatur, & ab igne, & ab iis, quæ cuique accommodata ſunt condimentis. Hæc Diocles. Differũt elixa ab aſſis, quòd hæc ſicciora, illa humidiora ſunt, ut Galeno placet atque Rufo: contra Ariſtoteli, elixa aſſis aridiora ſunt, aſſorumq́ue externæ partes internis ſicciores: cum in elixis è diuerſo, extremę humectiores ſint. Vt rite aſſentur, quæ carnoſa aut pinguia ſunt, copioſiore indigent igne, léto autem, quæ macra aut ſanguinis expertia. Non paruũ carnis diſcrimen contingit, ſi ſale maceretur: ſæpe nanque fit, ut animal quod ſua natura ſit humidum, ſalis ui reddatur alio, quod ſiccum natura ſit, aridius: & quæ edulia dura ſint, & ſua natura ſicciora, eadem ſale macerata, reddantur ob nimiam ſiccitatem cibo inepta: ſicuti contra, quæ excrementis abũdent, ſuccúmq; in ſe pituitoſum G
contineant undique permixtum, eadem ſale macerata euadant meliora. Sunt quoque eadem ſapore grata, & tenuis uictus rationi idonea, ſed à ſtomacho aliena: & ſuccum gignunt non bonum, aluúmque perturbant.

Diſcrimen quoque in iis nõ paruum uel hinc oritur, quòd alia duriorem habent carnem, alia mollem & ueluti fluidam, ſicuti mediocrem alia. Rurſum alia carnoſa ſunt, alia præpinguia, & nonnulla graciliora macráue: & quædam iamdiu, quædam uero non ita pridem ſale condita ſunt. Sed de ſalſuris plura aliàs.

## A medicamentis, quæ nobis præſtant animalia, quibus modis conſtituuntur differentiæ. Cap. L.

H

NOn alimenta ſolum uarie nobis præbent animalia, ſed & medicas uires ſuppeditant plurimas. Rerũ nanque omnium parẽs, nullum animal ad hoc tantum ut paſceretur, aut alia ſatiaret, naſci uoluit: quin artes ſalutares inſeruit & uiſceribus: quippe cum ſurdis etiam rebus inſeruerit, tum uero illa animæ auxilia præſtantiſſima, exanima alia eſſe uoluit, contemplatione ante cuncta mirabili. Exſiccant, humectant, calfaciunt, refrigerant, tum ex animalibus nonnulla, tum ex eorum partibus. Sunt præterea
μαλακτικά. quæ durities emolliant, ut adipes atque medullæ: quæ concoquant, συμ-
συμπεπτικά. πεπτικὰ Græci uocant, ut œſypus & butyrum. Pus mouent adeps uitulinus,
πυοποιητικά. porcinus & butyrum: per halitum digerunt nõnulla, ut coagulum omne,
διαφορητικά.

adeps

A adeps leoninus, pantherarum & hyænæ. Abſtergendi uim habent, teſta- ῥυπτικά.
ceorum omnium teſtæ, ſepiarum oſſa, erinaceorum uſtorum cinis, lactis
ſerum. Cauſtica uis cantharidi, bupreſti, atque pityocampæ: totis nanque καυστικά.
animalibus partim uſtis, partim uero crudis nonnunquam abutuntur me-
dici. Torpedinem integram capiti admotam eius dolores ſanare tradunt.
Terreni uermes triti, in potu ex paſſo urinam ciunt: impoſiti præciſos ner-
uos glutinant. Limaces ſi totæ cum teſtis urãtur, admiſtis galla, omphaci-
tide ac pipere albo, dyſentericis mirifice proſunt. Hippocampi cremati ci-
nis cum pice liquida aut axũgia illitus, alopecyas replet. Per hęc potiſſimũ,
& ſi quæ huiuſmodi alia poſſunt animalium generibus tribui, eorum diffe
rentias conſtituendas cenſemus.

B

# DE ANIMALIVM DIFFERENTIIS LIBER III.

## De animalibus, quæ ſanguine prædita ſunt, partium exteriorum differentiæ. Cap. LI.

QVÆ in ſingulis animalium generibus repe-
riuntur differentiæ explicandũ iam eſt. Am-
C pliſſima animaliũ genera, ut dictum eſt, hac
ratione inter ſe differunt, quòd hæc ſangui-
nea ſunt, illa exanguia. Sãguine prædita ſunt,
ut homo: quadrupedes, tũ quæ animal, tum
quæ oua pariunt (dixerim hæc ᾠοτόκα, id eſt
ouipara, illa ζωοτόκα, id eſt uiuipara) atque etiã
aues, piſces, cete: & inter terreſtria, quę pedi-
bus carent, ſerpentes. Caput habent omnia
animalia ſanguine prædita: hoc, ut dictum antea eſt, ſuperiorem in omni-
bus obtinet ſitum, corporis ſui ratione: at homo ſolus partem iſtam habet
reſpondentem parti ſublimi uniuerſi, cũ prona ſpectent reliqua fere. In ca-
D pite paucis animalium, niſi uolucribus, apices. Cornua multis quidem &
aquatilium, & marinorum, & ſerpentium, uariis data ſunt modis: ſed quæ
iure cornua intelligantur, quadrupedum tantum uiuiparorum generi. Ha
bent profecto oculos omnia præter talpam, quam modo quodam etiã ha-
bere dixerim. Et candidum oculi magna ex parte ſimile in omnibus eſt: at
quod nigrum dicitur uariat: aliis enim atrum, aliis admodum cæſium, aliis
fuluum, aliis caprinum eſt: & omnibus fere oculi in ſuo cuiuſque genere
unicolores ſunt, ut boum nigri, ouium aquini: aliorũ rufi toto genere aut
cæſij: nonnullorum caprini, ut caprarum generis: at hominũ oculos uarios
uerſicoloréſque eſſe euenit. Cæterorum animalium, equus maxime uerſi-
color eſt: aliqui enim cæſij altero oculo naſcuntur, quod nulli fere ex cæte-

ris beſtiis euenit manifeſte:ut quorum oculi recens natorũ nõ plus, quàm E
unum colorem habent ſua natura. Genus hominum, quadrupedum tam
uiuiparorum, quàm ouiparorum, & auium, oculos uiſus cuſtodiendi gra-
tia integunt, ſed uarie: quæ enim animal pariunt, geminam habent palpe-
bram, & conniuere utraque ſolent. Aues grauiores, & quadrupedes ouipa-
ræ palpebra inferiore conniuent: columbæ autem & ſimilia, utrâque. Pi-
ſces palpebrã non habent, ſicuti neque inſecta aut cruſtacea. Cilium habẽt
palpebris adiunctum omnia, quæ obtinent pilos: aues, & quæ cortice inte-
guntur carent, ut quæ pilos habeant. Auriculæ alijs ſunt, alijs deſunt: mea-
tusq́; patent quibuſdam audiendi, ut iis quæ penna aut cortice integuntur.
Quæ animal ſtatim pariũt omnia auriculas habẽt, excepto uitulo marino,
& delphino, & reliquis cetaceis: piſces uero auditus nullum continent mẽ- F
brum manifeſtum. Cętera ſuas auriculas omnia mouent, uerũ homo unus
aurem non mouet. In iis quæ ſpirant animalibus, olfactus inſtrumentum
modo quodam euariat: quæ enim uiuipara ſunt, quibus maxillæ longæ ex-
Ῥύγχος. eunt in acutum, iis nares in rictu appellato continẽtur: cæteris explanatior
Ῥίς. hæc pars habetur maxillis adiuncta: at elephãtus peculiarem hanc partem
Ῥάμφος. præ cæteris ſortitus eſt animalibus. Aues uero & ſerpentes, & quæcunq; ex
quadrupedibus ſanguinis compotes ouiparę ſunt, foramina quidẽ narium
ante os habent, ſed non ita explanata, ut nares appellari poſſint, niſi ſpirãdi
officio. Nares deſunt iis quæ non ſpirant: aërem enim hac quoq; parte red-
dimus atque accipimus: efficitúrq; ſenſus olfaciendi per ſpirationem in iis
quæ obtinent nares. Naribus labra ſubiacent iis, quæ ſimul & dentes habẽt G
& ſanguinem: auibus enim cibi armamentiq; gratia roſtrum oſſeum habe
tur, non nares. Maxilla cum duplex ſit, ut ante dictum eſt, ſuperior ſcilicet
& inferior, mouent animalia omnia maxillam inferiorem, crocodilo flu-
uiatili excepto: is enim unus ſuperiorem mouet. Homo & uiuiparæ qua-
drupedes maxillam inferiorem ſurſum deorſum, atque in latera agitant: pi
ſces uero, & aues, & ouiparæ quadrupedes ſurſum deorſumq́; tantum mo
uent. Oris officium omnibus commune cibis conficiendis eſt: robur non-
nullorum peculiare eſt: ſermo aliorum: ſpirandi etiam uſus (iis ſcilicet quę
ſpirãt) per os accidit. Fit itaque ut os aliis compreſſius, alijs amplius habea-
tur: quibuſdam enim cibi tantum conficiendi, & ſpirandi, & loquendi gra
tia os datum eſt: atque iis compreſſius eſt: aliis auxilij gratia: iis, ſi dentibus H
ſint ſerratis, reſciſſum. Cum enim tota eorum uis in mordendo ſit, hiatum
oris ampliorẽ eſſe neceſſe eſt: plenius enim morſum infigent, quò amplius
reſciſſum os ſit. Piſcium quoq; mordacibus, & carniuoris tale os eſt, ſicuti
nõ carniuoris in arctum ſe colligit. Aues, quod roſtrum uocatur, pro labris
& dentibus habent. Dentium ſerie os continetur & conſtat: horum natu-
ra communi quidem officio ad cibum conficiendum adiuncta eſt: quibuſ-
dam tamen ſeorſum roboris gratia, tum ad inuadendum, tum ad defendẽ-
dum, ut quæ ex feris natura carniuora ſunt: aliis auxilij tantum cauſa data
eſt, ſcilicet ne male ab aliis afficiãtur: quibus ſimul & auxilio & robori ſunt
Χαυλιόδοντα. dentes, hæc aut exertos habent (χαυλιόδοντα uocãt) ut ſus: aut acutos pectina-
tim

A tim ſeſe ſtipantes, unde ſerratis dicuntur eſſe dẽtibus, καρχαρόδοντα Grçci di- καρχαρόδοντα.
cunt, ut piſces fere omnes. Dentium itaque tria genera, ſerrati, aut cõtinui,
aut exerti: ſerrati pectinatim coëuntes, ne contrario occurſu atterantur, ut
ſerpentibus, piſcibus, canibus: continui, ut homini, equo: exerti, apro, hip-
popotamo, elephãto. Qui canini dicũtur, ſunt ſerratis longiſſimi. Continui χαυλιόδοντες.
aut utraque parte oris ſunt, ut equo: aut ſuperiore primores non ſunt, ut bu
bus, ouibus, omnibúſque fere quæ ruminãt. Nulli ſimul & ſerrati & exerti
ſunt dentes: nec ulli, cui cornua, exerti. piſcium omnibus ſerrati, præter ſca
rum. Maribus dentes plures, quàm fœminis, ut in genere hominum, ſuum,
ouium, caprarum patet: uerum in cęteris nondum exploratum eſt. Quibus
plures, hæc uiuaciora magna ex parte ſunt: quibus pauciores & rariores,
B hæc magna ex parte uitæ ſunt breuioris. Cæteris cum ipſis naſcuntur den-
tes: homini poſtquam natus eſt ſeptimo menſe: reliquis perpetui manent,
mutantur primores homini, leoni, iumento, cani, & ruminantibus: maxil-
lares nullum animal mutat. Cæteris ſenecta rubeſcunt: equo tantum can-
didiores fiunt. Lingua in ore palato ſubiacet: ſed terreſtribus fere omnibus
modo cõſimili, cæteris diſſimili, tum eorundem ipſorum, tum terreſtrium
comparatione. Hæc aut lata eſt, aut anguſta, aut mediocris (quæ quidem
optima & explanatiſſima eſt:) item aut abſoluta, aut conſtricta, qualis tor-
torum & balborum eſt, Græci ψέλλους καὶ τραύλους uocant. Homo linguam ha
bet abſolutam, molliſſimam & latã: quadrupedes, quæ animal pariunt, du- Καὶ οὐκ ἀπο-
ram, craſſam, nec adeo abſolutam. ſerpentes & lacerti longã habent, & bifi- λελυμένην.
C dam. piſcium generi data eſt lingua imperfecta, oſſea, nec fere abſoluta, ſed *Theod. & mi nime abſolutã.*
adhærens. Linguæ color uarius eſt: perinde nãque eam, ac partem aliquam
eſſe exteriorem putandum eſt, qualis manus aut pes eſt, quãquam ore ope-
riatur: itaque cum animantium colore uariarũ, cutis non ſit unicolor, cutis
quoque linguam ambiens uaria erit. Linguam illam minorem operiendi
miniſtram, quam ἐπιγλωττίδα Græci uocãt, quam etiam linguæ partem ali-
quam eſſe diximus, ea tantum habent, quibus pulmo, & cutis pilo intecta,
non cortex, non penna operimento eſt. Nullum enim ex iis, quæ ouum pa-
riunt, ut aues & quadrupedes, ſuperimpoſitã eam ſuæ arteriæ continet: ſed
meatum ipſum arteriæ, modo contrahunt, modo laxant, pro ſui commodi
deſiderio: atque ita efficitur, ne quid põderis in pulmonem delabatur. Col-
D lum capiti ſubiacet, iis quæ id habent animalibus: nõ enim omnia habent,
ſed ea tantũ, quibus aſpera arteria productior eſt, atque gula. Aſperam au-
tem arteriam habent omnia, quæ pulmonem: eadem quoq; & gulã habẽt.
Ea uero quæ carent collo (ut piſcium genus) gulam hæc manifeſtam nõ ha-
bent: & quidem à ſitu oris continuo uenter eſſe poteſt, pulmo non poteſt.
Collum itaque omnibus uiuiparis eſt: ouiparorum aliis eſt, aliis deeſt: quæ
enim ſpiritum extrinſecus non accipiunt, carẽt hac parte. ſerpẽtum etiam
genus collũ minime, ſed proportionale colli habere uideri poteſt. Hoc cæ-
teris animalibus flexibile, & uertebris compactum eſt: at lupo & leoni per-
petuo oſſe riget. Quæ alimẽta ſibi à terra ore ſuppeditant animalia, collum
habent longitudine cruribus æquale: at homo, & quæ illi ſimilia ſunt ani-

malia, breuius. Aues item quibus longa ſunt crura, & collum longum, & E
præterea palmipedibus nõnullis: quibus breuia crura, iis collum breue fere. Pectus homini latum, quadrupedibus arctius: auibus pectus acutum, carnoſumq; omnibus eſt. Mãma omnibus negata eſt, quæ animal nequeãt generare: nec uero uiuiparis omnibus data eſt: ſed iis tantum, quę protinus animal intra ſe formant: nec primum ouum, deinde animal. Quæ pilis integuntur, omnia mammas habent: & præterea cete in aquatili genere. At ea quæ oua pariunt, aut ouo intus concepto animal poſt in lucem excludunt, hæc & mammis carent, & lacte, ut piſces, ut aues: lac enim fit iis fœminis, quæ animal ſtatim intra ſe generãt. Mammas homo fere ſolus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantũ. Mãmas item uarie haberi certum eſt: nam & inter ſe ipſæ quadrupedes, & ab homine mammarum F
differunt ratione: aliis enim mammæ in pectoris parte priore ſunt binę, binisq; papillis: ut homini: elephanto ſub armis duæ, tam mari quàm fœminę perquam exiguæ. urſæ mammas habent quaternas. Aliis mammę inter fœmina binæ, papillæq; binæ, ut ouibus: aliis papillæ quaternæ, ut uaccis. Quibuſdam nec in pectore, nec in fœminibus mãmæ, ſed in uentre habẽtur, & quidem plures: uerum non omnes pares, ut canibus, ut ſuibus. Cum itaque cætera id genus habeant plures, pantheræ quaternas medio uentre gerunt: camelus quoq; in uentre mãmas duas cũ papillis quatuor habet, ut bos: leęna etiam duas in uentre. Vmbilicũ omnia habent, quæ uel utero uiuiparis, uel ouo ouiparis excluduntur: ſed auibus iam adultis, hic deliteſcit incertusq; eſt. Membrorũ etiã, quæ ad uenereũ coitum accõmodata habẽ- G
tur, diſcrimen plane eſt: genitale mariũ, quæ animal gignunt, aliis foris eſt, ut homini, equo, & aliis multis: aliis intus, ut delphino. Quibus foris eſt, iis aut ante habetur, ut homini, & reliquis multis: aut retro. Quinetiã iis qui ante gerunt, aut penis & teſtes abſoluti pendent, ut homini: aut aluo adhærent & penis & teſtes: & aut plus aut minus abſoluuntur: non enim pariter apro & equo penis abſoluta eſt: nec uero eodem modo ad aluum omnibus continetur, ſed aliter iis qui ex aduerſo mingunt, aliter iis qui ex auerſo. Aliis itaque, ut diximus, teſtes abſoluti pendent, ut equo: aliis non ſunt abſoluti, ut apro: elephantus non foris conſpicuos, ſed intus conditos habet.

Maris inſtrumentum alterum ab altero differt pro diſcrimine corporũ: aliis cartilaginoſum carnoſũmque eſt, ut homini: aliis neruoſum, ut camelo, ut ceruo: aliis oſſeum, ut lupo, uulpi, muſtellæ, uiuerræ. Augetur etiã & H
minuitur hoc membrũ ſine ulla ualetudinis mutatione: partim enim neruum, partim cartilaginem habet: itaque & contrahi poteſt & extendi, atq; etiam flatus capax eſt. Parte eadem utitur natura, tũ ad humidi excrementi exitum, tum ad rẽ uenereã: in ſexu tum maſculino, tum etiam fœminino, in omni uiuiparo genere. Atque hos quidem in uſus omnia id genus, tam fœminæ quàm mares genitale habent, quo & excremẽtum humidum ſecernatur: quoq; maribus genitura, & fœminis partus emittatur: parte ſcilicet priore atque ſuperiore, quàm ſit excremẽti ſicci meatus: diuerſus enim eſt in iis meatus, quo excrementum ſiccum & quo humidum exit. Omnibus

A bus autem quibus deeſt humidi excrementi ſecretio,& quæ genitali carēt,
(etiam ouiparis, quæ ueſicam habent,ut teſtudinibus) meatus idem ſicci
excrementi,qui & ſeminis coitúſque foris pertinet: intus uero alter iuxta
habetur:quæ quidem ſimiliter tam in fœminis eorum, quàm in maribus
ſunt. Caudam omnia fere non ſolum uiuipara,ſed etiam ouipara habent:
nam etſi quibuſdam magnitudine membrum id caret, tamē aliquid pro-
minet,quod caudam deſcribere poſſit. Homo unus cauda uacat: nates ha- Ἀλλὰ σμικροῦ
bet,quod nulli quadrupedū datum eſt. A collo & capite crura priora ha- γε ἕνεκεν ἔχου-
bentur: ſed homo uice pedum priorum, brachia, & quas manus dicimus, σι τινὰ στόλον.
habet,ut aues alas. Quadrupedibus autem pro brachiis & manibus, crura
priora ſubdita ſunt: poſteriora uero bina omnibus greſſilibus eſſe neceſſe
B eſt. Nullum quod pedibus conſtet, excepto homine,crura habere carnoſa
perſpectum eſt:ſed neruoſa oſſulentáque ſunt, carne autem deficiunt. Co-
xarum etiam carne exuberante in clune uacant omnia, quod in genere a-
uium conſpici apertius poteſt,at in homine contra. Homini pedes omniū
maximi proportione magnitudinis: fœminis tenuiores in omni genere.
Pedes quibuſdam digitati:quibuſdam uero ſolidi, ſicuti biſulci aliis. Ex iis
quorum pedes in digitos finduntur,nonnulla quaternos digitos habent, ut
aues:alia quinos,ut homo,elephantus. Ex quadrupedibus uero nōnullæ pe
des priores quinis diſtinctos digitis habent, poſteriores quaternis: ſed quæ
paruæ inter digitatas ſunt,in poſterioribus etiam quinos digitos obtinent.
Vngues habent omnia fere quæ digitos, uti infra explicabimus. Humeri
C armíue contra,quàm cubiti aut crura priora flectuntur omnibus, quæ ea
poſſident:coxæ etiam contra quàm ſuffragines.Flectūt autem crura priora
fere contra,atque poſteriora: ſed cætera è contrario,quàm homo membra
inflectat: quadrupedes enim, quæ animal generant, priores pedes ante ſe
flectunt:poſteriores uero in auerſum. Aues etiā ſuos inflexus ſimiles qua-
drupedibus uiuiparis agunt: at ouiparis quadrupedibus, ut crocodilo, la-
certæ,& reliquis generis eiuſdem crura,tum priora, tum etiam poſteriora
retro flectuntur, paulum in latus uergentia.Homo brachia retrorſum fle-
ctit,quanquam ita,ut paulum uergant in latera interiora: crura ante con-
trahit recte.Sed quod ante tam priora,quàm poſteriora inflectat,nullū eſt.
Homo cum ad iuſta incrementa peruenit, contrà atque cætera fere ani-
D malia,quæ ſanguine conſtent, partem ſuperiorem habet minorem,quàm *Minorem*, ἐ-
inferiorem:partem ſuperiorem intelligi uolo, quantum de capite ad eam λάττω.
pertendit partem,quà exitus patet excrementis: inferiorem autem,quan-
tum ab ea ipſa ſubſequitur reliquum corporis.Animalibus ergo quæ pedi-
bus inniti natura uoluit,crura poſteriora,partem complent inferiorē: quæ
autem pedibus carent, iis caudæ & quicquid uice caudæ ſiniléque habe-
tur,pro parte inferiore eſt.Et tales quidem perfectis iam incrementis, ani-
mantes euadunt:diſcrimen autem in creſcendo eſt. Homo enim priuſquā
adultior ſit,partem ſuperiorem corporis habet maiorem,quàm inferiorē:
& quò per ætatem amplius augetur,eò contrà euenit, ut ſcilicet inferiora
ſint ſuperioribus longiora.Sunt quæ ex proportione, incrementa partis u-

triuſque capere ſoleāt,ut canis. Nonnulla primum parte ſuperiore minora E
ſunt,poſt maiora cum creuerint,eadem parte euadunt,ut iumenta. Partes exteriores ſanguineorum animalium, quibus differentiis inter ſe diſſonēt, explicatum iam eſt.

C Sanguinea, uel ſanguine prædita, ἔναιμα. D Cæſium, γλαυκόν. Fuluum, χαροπόν. Caprinum, αἰγωπόν. Aquini, ὑδαρεῖς. Rufi, χαροποί. Varij uerſicoloréſq;, πολύχροα. F Rictus, ῥύγχος: ῥὶς homini tantum: ῥύγχος & in canibus & aliis quadrupedibus: ῥάμφος in auibus dicitur: Ariſtoteles tamen & in auibus ῥύγχος dixit. D Aſpera arteria, Plinius aliter diſtinxit· Ceruix, inquit, nulli, niſi quibus utraque hæc, ſcilicet gula atque arteria: cæteris collum, quibus tantum gula: ſed quibus ceruix è multis uertebratíſque orbiculatim oſsibus, flexilis ad circunſpectum articulorum nodis iungitur: leoni tantum & lupo & hyænæ ſingulis rectíſque oſſibus rigens. E Pectus homini tātum latum, inquit Plinius, reliquis carinatum, uolucribus magis. C Quàm F
ſuffragines, τὴν ὄπισθεν γονάτων, id eſt, quàm poplites aut ſuffragines.

## Interiorum partium diſcrimina in animalibus, quæ ſanguine prædita ſunt. Cap. LII.

EX interioribus uero, cerebrum omnibus animantibus datum eſt, quæ ſanguinem obtinent, ut ante dictum eſt: hoc ut adipe pingueſcentium pinguiuſculum eſt, uelut ſuis: ſic ſebo obeſorum ſqualidiuſculum ſentitur, ut ouis. In collo tendit arteria omnibus ad pulmonem, gula ad uentrem perfertur, tranſigens ſeptum tranſuerſum, in iis ſcilicet quæ hæc habeant: piſces enim arteriam illam aſperam non habent, & magna ex parte gula carent. Situm quoque utriuſque, gulæ ſcilicet & arteriæ, ſimilem habent o- G
mnia, ſed diſcrimē ſpecies earum partium affert. Viſcera eorum propria ſunt, quæ ſanguinem habent: nulli enim exanguium animalium uiſcus ullum eſt: & quædam certe omnia habent, quibuſdam aliqua deſunt. Cor enim & iecur omnibus animalibus ſanguine præditis neceſſaria ſunt: reliqua uero quibuſdam deſunt. Et in omnibus ſanguine præditis primum omnium membrorum gignitur cor, ut Ariſtoteles author eſt: & in eo eſt innati caloris principium, ſicuti in exanguibus, in eo quod eſt cordi proportionale. at contra Galenus cor poſterius iecore formari contendit. Statim uero cum conſiſtunt quæ ſanguinem habent, exiguáque admodum ſunt, deprehendi cor, & iecur ſine dubio poſſunt: & in ouis triduo cubatis puncti iam magnitudine apparent: necnon in partubus aborticiis perquàm exi H
gua cernuntur. Et in partuum prima generatione, ſtatim cor palpitare cernitur. Et uarie quidem hæc habentur: neque enim cor ſimile habēt ea, quæ corde prędita ſunt, neque aliud, prope dixerim ex uiſceribus ullum. Cor, ut modo diximus, omnibus eſt, quibus ſanguis: eſtque prorſus in medio pectore in homine, & omnibus præterquam piſcibus ſuo turbinato mucrone tendit in priorem partem. Diſcrimina cordis, quæ amplitudine, exiguitate, duritia, mollitia exiſtant, uel ad mores pertinent aliquatenus: quæ enim ſenſu hebetiori ſunt, cor habent durum & ſpiſſum: quæ uero ſenſu ualent, mollius: quæ autem pauida ſunt, iis cor grandius eſt: cor enim magnum proportione fere omnibus eſt, quæ aperte timida ſunt, aut propter

A metum malefica: at audentiora fidentioráque, minus aut mediocre. Pulmo non omnibus datus eſt: quæ enim branchias habent, ut piſces, carent pulmone: quod nanque idem ſimul & pulmonem habeat & branchias, nullum adhuc animal uiſum eſt. Verum quæ ſpirant, omnia pulmonem habent, ut ſanguinea pedeſtria omnia: & aquatilium nonnulla, ut balena. Pulmo omnium bipartitus eſſe ſolet: uerum in iis quæ animal generant, diſtinctio non æque apparet, miniméque in homine: at in ouiparo genere, ut in auibus & quadrupedibus, quorum partus oui primordio inchoari ſolitus eſt, pars altera pulmonis multũ diſciſſa ab altera eſt, ita ut binos habere pulmones uideantur: atque à ſingulari arteria partes in utrũque pulmonis latus duæ dependent. Pulmonis differẽtia uaria eſt: aliis enim ſanguineus ma-
B gnúſque, aliis minor, fungoſus, & minus habens ſanguinis: quæ enim uiuipara ſunt, maiorẽ, & copia refertũ ſanguinis habẽt: quæ cõtrà ouipara ſunt, quales ſunt lacertæ, teſtudines, ſerpentes, atque aues, exiguũ & ſicciorẽ, ſed aptum ampliari atque extumeſcere cum inflatur: & proinde deſideriũ iis etiam bibendi exiguum eſt. Septum tranſuerſum habent omnia, quæ ſanguinẽ obtinent, æque ut cor & iecur, quæ omnibus inſunt, ut iam diximus, ſed uarie: iam enim iecur aliis multifidum eſt, aliis ſimplicius, uel in eorũ genere quæ uiuipara ſunt: ſed longe magis piſcium iecinora & quadrupedum ouiparorum, tum inter ſeipſa, tum ab aliis diſſident. Auium iecur maxime ſimile eſt iecori uiuiparorum: puro enim & ſanguineo colore exhilaratur: at uero quadrupedum ouiparorum iecinora, maxime parte pallidi-
C uſcula ſunt. Iecur ſi non fiſſum eſt, dextro latere totũ continetur: ſin à principio uſque fiſſum eſt, uelut in iis quibus nullus aut exiguus admodũ lien, & ueluti notæ tantum gratia habetur, in iis, inquã, iecur bipartitum eſt, & dextro lateri maior pars applicata eſt. Quibuſdam uero partes ita ſepoſitæ ſunt, ut bina eſſe iecinora uideantur, nec eadem origine contineri: ut inter piſces galeorum præcipue generi: & inter quadrupedes, leporũ generi cuidam. Iecur è uiſceribus adipeum nonnullis conſiſtit, ut inter aquatilia cartilagineis: quorum iecinoribus colliquatis oleum facimus. Lien magna ex parte, omnibus quibus ſanguis eſt: ſed magnę parti eorũ, quæ non animal, ſed oua pariunt, lien uſqueadeo exiguus eſt, ut propemodum ſenſum effugiat: quod magna in parte auiũ, & quadrupedibus ouiparis experimur. Vt
D lienis magnitudo, ita neque color idem omnibus ineſt: quippe leo, canis, omniáque fortia & calida animalia nigrum admodum: ſus uero humidioráque & frigidiora magis candicantem habẽt. Fel etiam habet maior pars animalium quibus ſanguis: idq; aliis adnectitur iecori, aliis uero inteſtinis, ut piſcibus quibuſdam. Et aliis quidẽ deeſt, ut quadrupedibus quibuſdam uiuiparis: & inter cetacea, delphino. Aues autem piſceſq; omnes fel habẽt: & quadrupedes quæ oua pariũt, dixerim in uniuerſum omnes, aut plus, aut minus fellis ſortiuntur. Hæc Ariſtoteles. Galenus uero, quæ iecur habent, inquit, iis & lien omnino ineſt, & meatus, qui bilem recipiant: etſi ueſica ipſa, qua bilis colligitur, non ſit omnibus conceſſa. Renum & ueſicæ ſimilis ratio eſt: omnibus enim quæ ſanguineum habent pulmonem, utrunque

membrum natura tribuit: quæ autē oua pariunt, ut aues, piſceſq; & ſerpen- E
tes, renibus ueſicaq; carent. Quadrupedum etiam ouipararum, una teſtudo marina habet: iis enim tantum ea tribuere uoluiſſe natura uidetur, quæ pulmonem haberent ſanguineum, quæ omnium maxime animalium ſitibunda ſunt. Ventrem habent omnia ſitu quidem ſimili, (ſepto enim tranſuerſo continuo ſubeſt) magnitudine tamen ac ſpecie diſſimili: quadrupedes enim uiuiparæ cornigeræ altera maxilla dentatæ, quaternos habent ſinus, quæ quidem & ruminare dicuntur: at uero quæ uiuiparæ ſunt, & dētatæ maxilla utraque, uentrē ſimplicem paruumq; habent, ut homo, canis, ſus. Differentiam autem duplicem fere omnia recipiunt, quæ utrinq; dentata ſunt: alia enim canino ſimilem, id eſt paruum, nec multo ampliorem inteſtino, leuémque intus: alia ſuillo, qui amplior eſt, mediocres quoſdā ha F
bens cancellos rugáſue, πλάκας Græci uocant: atque hæc tam in maiore, q̃ in minore animalium genere: ſed diſcrimen in iis quoq; magnitudine, figura, corpulentia, exilitatéue oritur. In ouiparis etiam, quadrupedibus ſcilicet, ſerpētibus atque piſcibus eadem fere ratio eſt: uenter enim iis unicus & ſimplex, ſed figura uaria eſt: & piſcibus etiā appendices exeunt circa uētriculum, aliis plures, aliis pauciores. Aues etiam inter ſeipſas, & à cæteris diſcrepare animalibus uentriculi ratione apertum eſt: aliis enim ingluuies præpoſita uentriculo eſt: aliis ingluuies deeſt: nec deſunt, quibus uētriculus ipſe ſimilis ſit ingluuiei: at parti plurimæ carnoſus calloſuſq; eſt. A uentre natura inteſtinorum poſita in omnibus eſt: differūt autem inter ſe magnitudine, craſſitudine, replicamentis. Sunt certe maiora inteſtina non utrin- G
que dētatis, nec immerito: nam ipſa ita dentata, omnia ſunt auctiora: pauca enim parua in eo genere habentur. Eſt uero inteſtinum, aliis quidē ſimplex & partibus omnibus ſimile, ut piſcibus, aliis uero diſſimile: quibuſdā enim, parte qua uētri iungitur, laxius eſt, qua deſinit arctius, ut cani: ſed tamen maiori animalium numero arctius parte ſuperiore eſt, latius inferiore. Quæcunque enim inteſtina habent minus recta, ſed anfractus orbéſque plures continētia, iis omnibus in latius tendunt: & quod colon uocatur habent, & cęcum quiddam ac tumidum: mox arctatur, & in anfractus complicatur. Ab hoc rectum ad exitum uſque excrementi pertendit: quę quidē pars aliis pinguis, aliis ſine pingui eſt. Quæ igitur continentiora eſſe ad cibi deſiderium conuenit, hæc ſua in aluo inferiori, neque inteſtinorum ſinus H
laxiores magnóſue habent, nec inteſtino utuntur rectiore, ſed quod anfractus orbeſq; plures contineat: laxitas enim inteſtini auiditatem auget cibi: rectitudo accelerat auiditatē. Indéque fit, ut animalia quæ uel ſimplex, nec adeo in anfractus conuolutum habent inteſtinum, uel conceptacula inteſtinorum ampla, cibum aut copioſum capiant, aut celerius repetāt. Appēdices habent quædam infra, parte inteſtini extrema: ut aues, & ex uiuiparis etiam animalibus nonnulla. Lactes quoque & omentum habent omnia, quæ ſanguinem: ſed alia pingue, alia macilentū: oritur id, & depēdet in iis quæ animal generant, eademq; dentata utraque parte ſunt, à medio uētre, qua ueluti quædam ſutura ducitur (ineſt enim & in uentre, ut in corde, ſuturæ

A turæ ueſtigium quoddam)nec ſecus in iis quæ altero dentiū ordine carent,
à maiore uentre dependet:in aliis quoque animalibus ſanguineis uentricu
lo inteſtiniſq;, & iis quæ ſub ſepto ſunt,uiſceribus prætenditur:maximum
hoc habent homines & ſimiæ. Quæ uero partes ad generationē miniſtrāt,
fœminis omnibus intus conditæ habentur:maribus enim multiplici diffe-
rentia euariant:aliis enim teſtes nulli omnino ſunt,ut piſcibus, ſerpētibus.
nulli denique quod pedibus careat,teſtes adſunt,niſi intra ſe formare ani-
mal poſſit,ut delphinus: aliis ſunt quidem,ſed intus quibuſdam, ut auibus:
quibuſdam foris dependent.Et iis quæ intus continēt, aut lumbis adhærēt
circiter ſedem renum, ut auibus & quadrupedibus ouiparis: aut in ultima
alui parte priore conduntur,ut delphino ex iis quæ pedibus uacant, & ele-
B phanto ex iis quę quadrupedes ſunt:omnibus enim quæ animal generant,
teſtes ante habentur,uel intus, uel extra, præterquā erinaceo. Quibus ita-
que teſtes intus continentur,iis protinus cū meatibus ſeminariis intus fir-
mantur:quibus autem foris ſunt,horum quibuſdā,ut modo diximus,abſo
luti pēdent,ut homini: aliis non ſunt abſoluti, ſed aluo adhærent,ut apro.
Quæ intus continēt ſuos teſtes,eos nulla cute habent obductos:quę autem
foris,hæc coniectos in conceptaculum, quod ſcortum uocamus, gerunt.
Omnibus autem quę oua edunt,ſiue bipeda,ut aues,ſiue quadrupeda ſunt,
teſtes lumbis annexi infra ſeptū continentur,uel candidiores, uel pallidio-
res,uenulis admodum tenuibus circundati.meatus ſinguli de ſingulis per-
tinent,eadémque coëunt ſupra oſtium excrementi, ſicuti & in piſcibus ſer
C pentibúſque:atque is meatus,qui ex coitu amborum conſiſtit,genitale eſt:
quod in minoribus latet:in maioribus uero,anſerem dico &reliqua huiuſ-
modi,euidentius eſt,cum recens inierint. Iis quæ foris teſtes habent, mea-
tus utrinque bini à uaſis illis maximis,quæ per dorſum feruntur(uenā dico
magnam atque arteriam,quā aortam uocari diximus)deorſum pertēdunt
ad eam partem,quæ ἐπιδιδυμὶς dicitur:eſt autem ἐπιδιδυμὶς,ut nomen ipſum
indicat,teſtium ſuperimpoſita capiti, ex qua meatus quidam ueluti fiſtulæ
ſeroſo quodam humore plenæ in teſtes permeant,ſuiq; partem quandam
exiguam ipſis diſtribuunt,atque ita teſtibus committuntur.A capite dein
de ipſorum teſtiū meatus utrinque oriuntur ſinguli, ſuperioribus illis ſpiſ-
ſiores atque neruoſiores,(meatus uocāt, aut uaſa ſeminaria:aliqui uero πα-
D ραστάτας κιρσοειδεῖς,quaſi uaricoſos dixeris)qui inde progreſſi multifariámque
ſeſe flectentes,in idem poſtea coëunt, & ceruicem ſubeūt genitalis, humo-
rem iam habentes in ſe candicantem, quæ γονὴ, id eſt genitura dicitur, quā
ab epididymi ad penis meatū defert.Quę uero teſtibus carent,ut ſerpentes
& piſces,meatus & ipſa ſeminarios continent binos,qui de ſepto exorti la-
tus ſpinæ utrinque perreptent coëantq; superne, & ad ſpinę locū in unum,
atque ita ad oſtium excrementi finiant. Teſtes animalium,& quæ ſemina-
ria dicuntur uaſa,ita ſe habere cognitum eſt. Pars autem fœminarū ea,quę
ſemen recipit,nō meatus,traiectuſq; quidam eſt,ſed uterus amplior. Vteri
autem bipartiti omnium ſunt:ſed nec eodem ſitu habentur, nec ſimiles o-
mnium ſunt:ſed differunt, tum eorum quæ animal generant inter ſe, tum

ab illorũ uteris,quæ oua pariunt.Situs uteri,aliis infra longius à ſepto trãſ- E uerſo,iuxta genitale,ut mulieribus,& omnibus quæ animal non ſolum foras,ſed etiam intra ſe generant,& piſcibus qui oua edũt: aliis iuxta ſeptum tranſuerſum,ut auibus omnibus,& piſcibus qui animal pariũt, atque quadrupedibus ouiparis.Serpentes tam ab aliis ſupra dictis, q̃ inter ſe differre apertũ eſt:uiperę nanq; uni uulua ſimilis,ut cartilagineis:aliis uero ſerpẽtibus tẽdit uulua prolixior modo corporis,exorſa inferius ab uno meatu cõtinua diductáq; utrinq; in latus ſpinę,quaſi duplex meatus uſq; ad ſeptum.

Sunt & omnes uteri,qui infra iuxta genitale continẽtur, ueluti bifariam diuiſi,in ſiniſtrum ſcilicet & dextrum: initium uero unum eſt & commune oſtium,uidelicet ceruix, carnoſa admodum cartilagineáque, parti plurimæ auctiſſimæque animantium tributum. Sunt partes uteri, Eudemus, F πλεκτάνας,id eſt cirros,Diocles κεραίας, id eſt cornua dixit, Praxagoras & Philotimus κόλπους, id eſt ſinus uocarunt: mulieríſque uterũ δίκολπον dixerunt, id eſt binos habere ſinus,in quibus & fœtũ contineri exiſtimabant: uerum quæ multos ſimul habẽt fœtus,ut ſus,ſinus quidem habere multos uerum eſt,in quibus & fœtum geſtent ( ſinus enim tot in utero reperias, quot habet fœmina ipſa mammas.) Mulier autem & cætera animalia quæ uterum muliebri ſimilem habent, ut capra & uacca, non in cornibus illis (quippe quæ multo minora ſunt,quàm ut fœtum continere poſſint,) ſed in toto uteri ſpatio fœtum habere conſpiciuntur. Validiores eſſe eas uuluas, quæ animal contineant neceſſe eſt:quamobrem omnes hæ carnoſæ ſunt:quę autem ad ſeptum iunguntur,ut auium,& pręterea piſcium uteri,exceptis car G tilagineis,membrana conſtant, & tenues ſunt. Vulua omnibus,quæ & intra ſe & foras animal generant,ſuper aluum poſita eſt:quæ oua pariunt, iis lumbis adhæret: quæ animal edunt in lucem, cum intra ſe oua generarint, ut cartilaginea,iis anceps ratio eſt:nam & lumbis adiũgitur ea pars uuluæ, qua oua continentur,& ſupra inteſtina oſtiũ eius ſuſtinetur.Et partes quidem diſſimilares animalium,quæ ſanguine prædita ſunt, hunc in modum ſe habere conſtat.

κεραῖαι, ἢ κέρατα.

G Cor,Cõuenit inter omnes(inquit Solinus)corda primũ ex uniuerſa formari carne,eaq; in diẽ quintum & ſexageſimũ creſcere,deinde minui. H Sinus laxiores magnóſue,εὐρυχωρίας μεγάλας. Appendix, ἀποφυάς, ἢ ἐκφυάς. C. Meatus, Hæc ex Galeni ſententia afferuntur:nã,ut Ariſtoteli placet,nullam partẽ meatuũ teſtes complent,ſed H adiecti pendent eo modo,quo pondera textrices telis adnectunt, ut motũ excrementi genitalis ſtabiliorẽ faciant: his enim detractis meatus intro ſe retrahunt. Hæc Ariſtoteles. Vas ſeminarium uel meatus ſeminalis,ἀγγεῖον σπερματικὸν, ἢ πόρος σπερματικός.

## Similarium partium differentiæ in animalibus ſanguineis. Cap. LIII.

Similarium uero ſanguis potiſſimum cõmunis animalibus ſanguineis omnibus eſt,ut ante dictum eſt.Habet & genus animantium ſanguinis compos uaſa illa maxima, quæ aliarum quoque uenarũ arteriarumq; initia ſunt,eo quo diximus modo. Nam reliqua uenarum copia non ſimili ratione in omnibus eſt:neque enim animalium partes eodem modo aut eædem

A dem in omnibus habentur. Nec uero æque in omnibus patet uenarum ſe-
ries:ſed potiſſimum in iis conſtat,quibus ſanguinis copia & præcipua ma-
gnitudo eſt. Nam in minutis, ſanguiníue inopibus, uel per naturam, uel
per immodicam corporis obeſitatem, haud æque inſpici poſſunt: alteris
enim meatus quaſi canales multo interſepti limo uix conſpiciuntur: al-
teris paruæ, cædémque fibræ potius quàm uenæ habentur: una tamen,
quam maiorem ex præcipua magnitudine cognominauimus,potiſſimum
euidens in omnibus etiã minutis animalibus eſt. Copia ſanguinis in pri-
mis iis animalibus ineſt,quæ animal & intra ſe formant, & in lucem edũt:
mox iis ſanguineis,quæ pariunt oua. Præpinguia omnia ſanguinem quan-
uis purum,tamen paucum habent:& quò plus pinguedinis, eò minus poſ-
B ſident ſanguinis: pingue enim omne exangue eſt. Diſcrimina uero ſan-
guinis ad ſanguinem,qui melior ſit aut deterior, hinc habẽtur :alius enim
tenuior,alius craſſior eſt: & alius ſyncerior, alius turbulentior: item alius
frigidior,alius calidior, tam in eodem animali,quàm in diuerſis. Quãtum
enim ſanguinis parte continetur ſuperiore, his differentiis diſcrepat cum
inferiore:inferioribus nanque partibus craſſior &atrior eſt,quàm ſuperio-
ribus. Animalium, fortiora quibus ſanguis craſſior: ſapientiora,quibus te-
nuior:quibus minimus hebetia. Dormientibus porro ſanguinis copia par-
tes exteriores deſerit,ſubit interiores,ita ut adacto cultello nõ æque efflue-
re poſſit. Fœminis ſanguis nigrior & craſſior quàm maribus eſt,dummo
do cætera adſint pariter, quæ uel ab ætate uel à ſanitate proficiſcuntur: &
C minus ſanguinis per ſumma corporis fœminarũ eſt: plus enim parte inte-
riore continetur. Ætatum etiam ratione ſanguis diſcrimen,tum in mo-
do,tum in genere, (hoc eſt in quantitate & qualitate) recipit. Etenim in æ-
tate iuuenili,ſaniem trahit & copioſior eſt: in ſenectute autem craſſus, ni-
ger,& paucus: mediũ tenet in media firmáque ætate. Concreſcit etiam fa-
cile ſenum,uel in corpore ſanguis, qui per ſumma eſt, quod idem nunquã
in iuuenibus euenit. Quibus datus eſt ſanguis,iiſdem omnibus nerui ad-
iuncti ſunt:ſed quæ nullos habent articulorum flexus, priuatáque pedibus
& manibus ſunt, iis prętenues incertique habẽtur: quapropter in piſcibus,
qui iuxta pinnas poſiti ſunt,ij præcipue ueniunt in conſpectum. Oſſa ha-
bẽt,quæ ſanguine prædita ſunt omnia,aut aliquod,quod uice fungitur oſ-
D ſis,ut ſpinam,cartilaginem:oſſa,inquam,caluariam,maxillas,dentium ge-
nus,uertebras quæ ſpinam conſtituunt,& pectoris oſſa: nullum enim ani-
mal eſt,quod circa uentrem os habeat. Sunt item oſſa humerorum, & quæ
ſcoptula appellantur,& quæ iis annexa dependẽt brachiorum & manuum
oſſa ſaltem in homine:& modus idem compaginum uel in iis eſt,quæ cru-
ra habent priora. A coxendicibus oſſa iam crurum oriuntur, quæ græco
nomine κωλῶνες dicuntur. Ab iis oſſa pedis ſubiacent. Quę igitur ex ſangui-
neis pedeſtribus animal generant,hæc oſſa non multo diuerſa habent fere,
ſed ad proportionem tantummodo,duritia,mollitie,magnitudine,figurá-
ue aut multitudine diſcrepantia. Coſtæ homini tantum octonæ, inquit Pli
nius,ſuibus denæ,cornigeris tredecim,ſerpentibus triginta. Oſſium item

animalis eiuſdem, alia medullam intra ſe continent, alia minime : ſunt e- E
nim nonnulla, quæ ſuis in oſſibus nullam omnino medullam habere ui-
deantur, ut leo. Cæterorum animalium ſanguineorum oſſa aut paulo diffe
runt, ut auium: aut proportione eadẽ ſunt, ut piſcium. Qui enim inter eos
animal generant, cartilaginem pro ſpina habent, (χονδράκανθα Græci uocãt)
ut ea quæ cartilaginea appellantur: qui autem oua pariunt, ſpinam conti-
nent, quæ perinde ut ſpina dorſi in quadrupedum genere habetur : omnia
nanque animalia quæ ſanguinem habent, dorſo conſtant, aut oſſeo, aut ſpi
neo, aut cartilagineo. Cætera oſſa aliis inſunt, aliis deſunt: ut enim partes
corporis quæque habentur, ita oſſa quoque ad partes accommodata habẽ-
tur: quibus enim crura & brachia deſunt, iis pernæ aut culinæ etiã deſunt:
nec uero quibus partes eædem quidem ſed diſſimiles ſunt, eadẽ oſſium ra- F
tio ſeruatur: ſed aut pluris minoríſue modo differũt, aut proportione. Oſſa
igitur ita ſe habent. Cartilago terrreſtrium, quæ & ſanguinem habent &
animal gignunt, nullo foramine hiſcit, nec oſſium more medullam conti-
net : at uero aquatilium cartilagineis, quod per dorſum proportionatum
oſſibus tendit, cartilago eſt, humorem in medullę ſpeciem continens. Car-
tilagine conſtant greſſilium, quæ animal gignunt, auriculæ, nares, extre-
máque oſſium nonnulla. Vngues habent omnia fere, quæ digitos: alia ue
ro, quæ ſcilicet ſolidos pedes habent, ut equus, pro unguibus ungulas obti-
nent: quę autem biſulcos, chelas. Quæ habent ungues, aut rectis unguibus
ſunt, ut homo: aut aduncis, ut inter pedeſtria leo : inter uolatilia aquila: ſi-
miæ imbricati ſunt, & homini lati. Pilos habent, quæ pedeſtria eadémq; G
uiuipara ſunt. cortice autem integuntur, quæ ouipara ſunt pedeſtria: ſqua-
ma uero piſces tantum. Differentiæ autem, pilorum exiſtunt duritie, mol-
litie, longitudine, breuitate, rectitudine, criſpitudine, multitudine, pauci-
tate: ad hæc coloribus ut albedine, nigredine, eorúmque mediis. Craſſitudi
nis, tenuitatis, copiæ, magnitudinis pilorum diſcrimina pro partium qui-
bus adhærent conditione, atque pro cutis qualitate proueniũt. Fit enim ma
gna ex parte, ut pili duriores, & craſſiores cuti craſſiori enaſcantur : plures
autem & longiores humidioribus (dummodo ſint ad gignendum pilum
idonei) prodeunt. Regionum etiam tepore & frigore differentia eſt: ut pili
hominum locis calidis duri, frigidis molles oriuntur. Sunt præterea mol-
les, qui promiſſi: duri, qui criſpi. Nonnulli pili paulatim adeo duritate dege H
nerant, ut non iam pilis, ſed ſpinis ſimiles eſſe uideantur, ut erinaceorum.

Differunt & colore: aliis enim niger pilus eſt, aliis albus, aliis flauus, & ru-
fus aliis. Et colorum cauſa cæteris animalibus cutis natura eſt, & ut unico-
lora ſint & uaria: alborum enim alba eſt cutis, uariorum permixtorumque
partim alba partim nigra eſſe conſpicitur. Sed homini nihil cauſæ cutis af-
fert, (qui enim ſunt albi, admodum nigros habent capillos,) niſi quando-
que ad canitiem, uidelicet eam quæ morbo, non quæ ſenio accidat: nam eo
uitio corporis, quæ λεύκη, id eſt uitiligo uocatur, pili efficiuntur albi. Muta-
tur color pilorum in ſenectute, candidíque pili efficiuntur in hominibus:
quod uel cæteris animalibus accidit, ſed non adeo aperte, præterquam in
equo.

A equo. Pilos habent cętera animalia, nec intra os, nec parte pedum reſupina: lepori uni pili in bucca, & ſub pedibus ſunt. In ſanguineis animalibus ſunt & membranæ, ut antea expoſuimus, caróque & quod carni ſimile eſt: & præterea ſebum & adeps: ſebum enim habent, quæ non utrinque dentata, ſed cornigera ſunt. At uero genus utrinque dẽtatum & cornuum expers & multifidum, uice ſeui adipem habet. Animalia quæuis aut intra carnem, aut ſeorſum pingueſcunt: quibus autem pingue ſeparatum non eſt, ea minus per uentrem omentúmque pingueſcunt, ut anguillæ: plurima tamen pars animalium uentre pingueſcit, & præcipue quæ parũ ſe moueant. Steriliora cuncta, pinguia & in maribus & in fœminis. Seneſcunt celerius præpinguia: quædam non pingueſcunt, ut lepus, perdix, author Plinius.

B Semen genitale habent omnia, quæ ſanguinem: non eodem tamẽ modo in omnibus eſt, ſed quibuſdã pro genitura, θορὸς, id eſt genitale uirus ſui generis habetur, ut piſcibus. Lentum ſemen eſt pilos habentium, cæterorum nullam habet lentitiam.

C Fœminis ſanguis nigrior, Contrà Plinius (niſi exemplaria ſint mendoſa) maribus quàm fœminis nigrior, & in iuuenta magis quàm ſenio. D Scoptula, Theodorus ſcapulas uocat. κωλῆνας, Theodorus pernas aut culinas interpretatur. G Differunt & colore, De his fuſius apud Galenum ſecundo De temperament. libro.

## Eorum quæ ad generationem pertinent diſcrimina, in iis quæ ſanguine prędita ſunt animalibus. Cap. LIIII.

C IN omnibus ſanguine præditis, paucis quibuſdam exceptis, ut piſcibus nonnullis, ſexus diſcrimen ita habetur, ut alterum mas, alterum fœmina perfectum euadat. Coitus autem in iis, nec ſimiles omnibus ſunt, nec ſimilem in modum aguntur. Eorum enim quæ pedeſtria uiuipara ſunt, magna ex parte modus quidem coëundi idem eſt, fœminã ſcilicet mare ſuperingrediente: uerum non omnia ſimili modo coniungũtur. Aliis coitus complexu mutuo ſupinarum partium agitur, ut ſerpentibus, murenis & lacertorum generi: alia, ut piſces omnes, exceptis planis cartilagineis, admotis inuicem partibus ſupinis copulantur. Aues mare fœminam ſuperueniente coëunt. Morantur in coëundo diutius omnia quæ animal generant, ꝗ̃ quæ oua. Cum uero tempora coitus deſcripta, & ætates certas ad uenerem ſin-
D gulis animalium natura finxit & ſtatuit: quæ tamen cum homine uiuunt pedeſtria coitum nullo tempore aſpernãtur, uidelicet propter teporem, & pabuli ubertatem: quorum tempus etiam gerendi uteri breue eſt, ut ſuis, ut canis, ut uolucrum quæ ſæpius pariũt. Semel anno magna pars ſylueſtrium animalium parit: tam eorũ quæ animal generant, quàm quæ oua, quæ ſcilicet non ut lepus ſuperfœtant. Omnium maxime animalium grauidæ coitum patiuntur mulier & equa: cætera ubi grauida fuerint, fugiunt mares: ea ſcilicet quorum natura ſuperfœtare more leporis recuſat. Quæ ſanguinem habent omnia, aut animal pariũt, aut ouum, niſi omnino ſterilia ſint: bipedum ſolus homo animal generat. Semen ubi à coitu inſinuatũ in utero fuerit, aliquandiúq; contentum, membrana obducitur: quippe quod ſi

anteq̃uam articulis diſcernãtur membra,eiiciatur, uelut ouum in ſua mẽ- E
branula contentum apparet detracto putamine: membrana autem ipſa ue
nis referta eſt.Omnia uero tum natatilia,tum pedeſtria,tum etiam uolati-
lia,ſiue animalis,ſiue oui forma procreentur, ſimili modo gignuntur : niſi
quòd alia umbilicum habeant uuluæ adhærentem,uidelicet quæ animalis
forma enaſcuntur,alia ouo,alia utroque modo,ut in quodam piſcium ge-
nere,cartilagineo ſcilicet.Pari quoq; modo tam in uiuiparis, quàm ouipa-
ris uocantur ea,quibus obuolutus eſt fœtus,uti inter membranas antea di-
ximus:aliæ ſecundę(Græci χορίον dicunt,)aliæ membranæ,quas ἄμνιον & ἀλ-
*Vmbilicus, ὀμφαλός.* λαντοειδῆ uocant nonnulli.Augentur omnia animalia,quibus eſt umbilicus,
per ipſum umbilicum.Eſt autẽ umbilicus uena in aliis ſimplex,in aliis mul
tiplex (in maiore enim animali plures ſunt uenæ, ut in boue : binæ in me- F
diocribus:ſingulæ in minimis,ut Ariſtoteles author eſt) quam uenam pu-
tamen cuticulare ambit,quod & umbilicus uocatur : uenæ autem quaſi ra
dices aguntur,per quas alimẽtum haurit fœtus. Hæc Ariſtoteles.Galenus,
Coëunt,inquit,in unum,& uenæ,& arteriæ, quæ à χορίῳ membrana, id eſt
à ſecundis producuntur in fœtum:atque ex eo coitu,coniugiũ fit utrorum-
que uaſorum,quod in umbilicum inſeritur. Animalia quæ non utrinque
dentata ſunt omnia,etiam dẽtatorum utrinque, quorum uterus uenã non
ſingularem habet pertinentem grandẽ,ſed pro una plures frequentes con-
tinet,hæc in utero habent,quæ acetabula appellãtur,in quæ umbilicus de-
*Acetabula, κοτυληδόνες.* uenit atque adhæret.Sunt autem acetabula,uaſorum ora,quæ in uuluã pe-
netrant:& in quæ ueluti in mammas reponitur à natura fœtui alimentum G
ſanguineum,quæ ferendi uteri tempore, quandiu ſcilicet fœtus ſit minor,
nec multum alimenti aſſumere poſſit,in matrice prominẽt,in puſtularum
(ἐξανθήματα uocant)& inflammationum morem: & conſpicua maioráque
ſunt,non aliter quàm in recto inteſtino hæmorrhoides ſolẽt:fœtu uero ac-
creſcente proficiſcentéque ad exitum,minora ſubinde reddũtur, demúm-
que conſidunt,obliterantúrq; cũ perfectus iam eſt: minuta uero & utrinq;
dentata nonnulla acetabulis uteri carent : tendit umbilicus iis in uenã ſin-
gularem,quæ per uterum maiuſcula fertur: iam quæ ouo naſcũtur omnia
incrementum foris recipere abiuncta ab utero apertum eſt . Situs in ute-
ro quadrupedum omnium extenſus eſt : expedum autem obliquus, ut pi-
ſcium : bipedum uero inflexus contractúſque , ut auium , hominum. O- H
mnibus æque animalibus,dum in utero continentur,caput primùm ſupe-
rius eſt : ſed cum creuerint, & iam exitum appetãt,deorſum deducitur : ita
fit,ut omnibus partus ſecundum naturam in caput, contra naturam in pe-
des,aut inflexo circũactóque corpore agatur. Animalia quorũ natura im-
perfectior eſt,conceptum cum perfectus iam eſt,ſed nondum animal per-
fectum,foras edunt(perfectum autem eſt animal, cum conceptus iam aut
mas,aut fœmina eſt,ſcilicet in quibus ſexus hæc differentia habetur : ſunt
enim quæ nec marem nec fœminam generent:uidelicet quæ & ipſa nõ ex
fœmina,maréque & coitu animalium procreantur.) Quæ autem animal
intra ſe generant , ſcilicet naturæ perfectæ animalia, quouſque animal pa-
riant

A riant,foráſque emittánt,gerunt intra ſe innexum quod gignitur. At uero quæ foras animal pariunt,cum intra ſe prius ouũ genuerint, eorũ nõnullis ouum iam perfectum abſoluitur,ut eorum quæ foras pariunt ouum,atque ita animal ex ouo intra fœminam naſcitur:aliis cum alimentũ in ouo contentum abſumptum iam eſt,perficitur ab utero, atque ob eam rem ouum utero non abiũgitur. Atque hæc fere cartilagineorum piſcium differentia eſt,de quibus poſt ſeorſum per ſe diſſeremus. Partus cæteris animalibus minime laborioſi eueniunt:minus enim cum parturiunt infeſtari uidentur:at mulieribus dolores uehementiſſimi incidunt. Poſtquam conceperit fœmina, deſinit lac atque extinguitur,tam in homine, quàm in quadrupedum uiuiparo genere. Habent quod coagulum uocatur,omnia quæ plures con-
B tinent uentres: carent fere quæ unum habent,excepto lepore.

## Morũ actionúmq; & affectionũ quarundã aliarũ differẽtiæ. Cap. LV.

SAnguinei generis multa temporibus quibuſdam ſe condunt,ut ea quæ cortice intecta ſunt: ſerpẽtes dico,lacertos,ſtelliones crocodilos fluuiatiles. Piſcium etiam cõplures latére nouimus,alios hyeme,alios etiã æſtate: & præterea aues nonnullas,ut hirundines. Quadrupedum etiam quæ animal generant,nonnulla cõduntur,ut hiſtrices,glires. Et ex iis nõnulla exuunt id quod ſenectus uocatur:ueluti ea quę cortice molliori intecta ſunt, ut ſerpentes & lacerti. Maiora ſunt quę ſanguinem habent,quàm quæ non habent: & in iis magna ex parte,quæ maiora perfectioráq; ſunt animalia,
C plus temporis uiuunt:ſed tamen non omnia maiora ſunt uiuaciora: homo enim plus temporis,quàm quoduis animal uiuit,excepto elephante:quanquam homo minoris eſt incrementi,quàm ueterina & alia multa. Singulis generibus pro ſua natura cibus ſtatutus eſt:nec omnibus eadẽ eſſe in cibo idonea,cum in multis palam eſt,tum omnium fere conſenſu in ceruis pateſcit,qui uiperas edunt,quibus cætera moriuntur: & Lucretius,

Præterea(inquit)nobis ueratrum eſt acre uenenum:
At capreis adipes, & coturnicibus auget.
Atque uidere licet pingueſcere ſæpe cicuta
Barbigenas pecudes,homini quæ eſt acre uenenum.

## D Eorum quæ in his alimenti aut medicamenti rationem obtinent,diſcrimina. Cap. LVI.

ALimenta quæ ex his animalibus ſumuntur,non paruam præ ſe ferunt differentiam:non omnium etenim caro(quæ maxime in uſu cibario eſt)idem præſtat nutrimentum : quædam hoc ipſum tantum ſunt, alimentum ſcilicet. Alia preterquam quòd nutriunt,habent & medicam quãdam facultatem:nempe ut excalfaciendo,refrigerando,humectando,ſiccãdóue corpus noſtrum immutent:ut uiperarum carnes,cum in anguillarum morem condiuntur,calfaciunt palam,deſiccántq;, & corpus totum per cutem expurgant. Alia medicamenti duntaxat uim habent:eorum quibus quotidie ueſcimur,quæ domeſtica ſunt,otioſeq; uiuunt, carnem habent humi-

diorem, & quæ magis excremẽtis abundet: quæ uero ſylueſtria, duriorem E
excrementiſq; uacuum: & quæ lacuſtribus paluſtribúſue locis, aut in flumi
nibus immundis ac turbidis lutoſiſq; degunt, deterrimam habent. Cõmu-
ne & hoc quoque, & uolucribus & quadrupedibus, longe præſtantiorem,
concoctuq; faciliorem eſſe carnem eorum, quę adoleſcunt, quàm aut recẽs
natorum, aut iam ſeneſcentium. Hæc enim dura eſt, neruoſáque & arida:
ideoq; & concoctu difficilior, minusque alimẽti præbet: illa uero mucoſa,
præhumida, atque excrementoſa eſt, eorum præſertim animaliũ, quæ ſua-
pte natura humidiore ſunt carne, ut agni & ſues: uerũ hœdi & uituli, ut qui
natura ſunt ſicciores, melius multo & concoquuntur & nutriunt. Sicuti e-
nim in humidioribus natura animantibus ipſe ętatis flos temperiem affert
mediocrem, ita in ſiccioribus ætas adoleſcens, & quæ adhuc creſcat: nam F
quod præhumidum eſt alimẽtum, ut diſtribuitur, ita etiam celerius diſcu-
titur. Non lõge poſt tempore, quàm mactata ſunt animalia (inquit Rufus)
coqui ſolent, ex quadrupedibus ſuilla caro, & ouilla atque caprina: ex aui-
bus turtur, columba, & turdus: diutius ſeruantur uenatio omnis, & bubula
caro: maiores quoque aues & paluſtres: & gallinaceum genus, phaſianus,
perdix, pauo, & attagena. Piſciũ genus omne fere, uel antea quàm expiret,
coquendum eſt: haud facile nanque ſeruari patitur. Caſtratorũ animalium
carnes in ſuo cuiuſque genere præſtant: auium caro, ſi cum quadrupedibus
conferas, minus præſtat alimenti. Piſces leuiorem cibũ præſtant, quàm ca-
ro ſuilla, quæ inter domeſticas quadrupedes leuiſſima eſt: & alimentum
quod ex piſcibus prouenit, ſanguinem procreat tenuiorem, quàm quod G
ex pedeſtribus animalibus, & qui non tam abunde nutriat. Ex piſcibus ta-
men nonnulli teneriorem, alij duriorem carnem habent: quæ cete appellã-
tur, eorũ caro dura eſt, maliq; ſucci. Quod uero ad medicas uires attinet,
ſylueſtris ſuis caro uehementius exſiccat, quàm domeſtici: ſue ſiccior ouis
eſt, oue capra: hanc bos ſuperat, illum denique leo. Erinacei utriuſque uſti
cinerem ulceribus ſordidis impoſuere quidam: hirũdinum quoque com-
buſtarum cinis, cum melle gutturis affectibus medetur.

## Ex animalium ſanguineorum partibus, alimentorum medicaminúmque uires diuerſæ. Cap LVII.

E Reliquis animalium partibus, oculi à paucis eduntur. conſtant autem H
ex partibus diſſimilibus: alia nanque tunicæ ſortitæ ſunt naturam, mu
ſculi aliam: denique humores aliam, qui cryſtalloides & hyaloides uocan-
tur, in quibus ſoli muſculi facile concoquuntur. Lingua (uti diximus) car-
ne ſubſtantia eſt rariore, minúſque continens ſanguinis: huius natura fere
glanduloſa eſt: & glandulæ ipſæ à linguę ſubſtantia tantum receſſere, quã-
tum lingua ab ipſa carne. Omnibus autem glandulis illud commune eſt,
quòd in cibo ſuaues pariter & friabiles ſentiuntur: ſuccum gignunt craſ-
ſiuſculum. Mammæ autem lactantium certe animalium (οὔθατα appel-
lant) habent à lacte comparatam dulcedinem: quocirca maxime à guloſis
expetuntur, præſertim ſuillæ. Alimentum uero, quod ex iis gignitur, ſi pro-
be ſuerint

A be fuerint in uentriculo concoctæ, prope ad carnis alimentum accedit, ſed craſſum efficit ſuccum. Atque ſi animal ipſum, ex quo ſumuntur, boni habitus fuerit, abunde nutriunt, & probum generant ſuccum: ſin minus probe, ſuccum crudũ aut pituitoſum procreant. Sunt qui renes quoque inter glandulas adnumerent: habent uero ij ex urina uiroſi quippiam: ac proinde uitioſum gignunt ſuccum, concoctúque difficiles ſunt. Virus quoque habent teſtes à ſemine contractum, ex adultis ſaltem quadrupedibus: altilium autem gallinaceorum teſtes & ſuaues ſunt, & optimum præbent corpori ſuccum. Quadrupedum quoque iuniorum teſtes manduntur: taurorum uero, hircorum & arietum, ſapore ſunt ingrato, cõcoctu difficiles, malíque ſucci. Viſcera ad concoctionem difficilia ſunt, craſſique ſucci, atque B excrementoſi: in iis tamen iecur uel quadrupedum nonnullarum ſuccum procreat non omnino malum. Cerebrum omne pituitoſum craſſúmque eſt, nec probum efficit ſuccum. ægre concoquitur, tardéque permeat, atque à ſtomacho alienum eſt, idque haud modice: quippe quod nauſeam concitat, adeo ut ſi cui à cibo uomitum ciere decreuerint, cerebrum poſtremum ciborum exhibendum ſuadeant medici. Idem tamen ſi probe concoquatur, alimentum præſtabit corpori nõ exiguum. Auium cerebrum paruum quidem eſt, ſed quod pedeſtrium cerebro tanto præſtantius, quanto durius eſt. Cerebro dulcior eſt, ſuauior quoque & pinguior, quæ in oſſibus reperitur medulla: ut ſi utrunque guſtando inter ſe conferas, uidebitur certe cerebrum auſteri in ſe quiddam continere: & medulla ipſa quoque ſi li- C beralius edatur, nauſeam excitat ut cerebrum: & ſi probe fuerit concocta, nutrit non aliter atque cerebrum. Facillime omnium putredinem ſentit medulla, ut Rufus author eſt: eóque fit, ut eorum animalium oſſa, quorum caro grauius olet, quamprimum confringi ſoleant. Emollit medulla, quæ in corpore noſtro dura ſunt: etiam quæ ſcirrum patiuntur, ſiue in muſculis, ſiue tendonibus aut ligamentis, ſiue etiam in uiſceribus id accidat. Molliunt, inquit Dioſcorides, omnes medullæ, calfaciunt, rarefaciunt, ulcera explent: &, ut Plinio uidetur, exſiccant. Laudatiſſima eſt ceruina, proxima uitulina aut boum iuniorum: dein caprina, inquit Plinius. Hircorum uero, taurorúmque medulla & acrior & ſiccior eſt, quàm ut ſcirroſas durities emollire poſſit, uti Galeno placet: Dioſcorides taurinam caprinæ præ- D fert & ouillæ. Curantur medullæ hyeme, ut uult Galenus: alij uero æſtatis exitu, uel ante autumnum. Vtimur autem medulla, non ea ſolum quæ in oſſibus, ſed & quæ in ſpina reperitur, quam & ſpinalem medullam nuncupant: quæ altera illa & durior & ſiccior eſt. Hæc pinguetudinis habet minimum, quo fit ut nauſeam minime ciat: non exiguum dat corpori alimentum, ſed quod craſſiorem ſuccum efficiat. Pinguetudo omnis, ſiue adipẽ dixeris, ſiue ſeuum, pauci nutrimenti eſt: potiúſque carnis, quæ nos alit, cõdimentum eſt, quàm alimentum. Excalfacit, mollit, rarefacit & humectat omnis pinguedo: uerum cuiuſque differentia in maioris minoríſque ratione conſiſtit. Nam pinguedo ſuilla, omnium eſt humidiſſima, oleíq; inſtar fluida: caprina ob craſſitiem citius concreſcit. Taurinus adeps ſuillo longe

calidior & ſiccior eſt, minus tamen, quàm ſit leoninus: uitulinus quoque E
taurino minus tum calidus eſt, tum ſiccus: & hœdinus quàm ſit caprinus: minus quoque hic, quàm hircinus. Adeps anſerinus ſuillo calidior eſt, inter quos medium locum obtinet gallinaceus. Piſcium adipem ad ſuffuſiones impoſuere nonnulli: Maſſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit. A renibus autem eſt laudatiſſimum omne ſebum. Perficitur omne ſebum exemptis uenis membraníſque. Sanguis omnis concoctu difficilis eſt, præcipue qui craſſus, qualis eſt bubulus: leporinus tamen, utpote omnium ſuauiſſimus, in pretio eſt. Suum quoq; & iuniorum & eorum qui caſtrati ſunt, ſanguine pro alimento utuntur quidam: ſicuti & gallinarum & caprarum nonnulli. agreſtéſque nonnunquam caprarum ſanguine unà cum adipe ſeſe replent, uti & Homerus de Penelopes procis retulit. Apro- F
rum ſanguinem, qui uel guſtare quidẽ uelit, nemo eſt: taurorũ ſanguis recens epotus uenenum eſt. Sanguis anſeris, anatis & hœdi, utiliſſime in antidota miſcentur: palumbi autem, turturis, columbæque ac perdicis, oculis cruore ſuffuſis, & recentibus eorundem uulneribus illinuntur. Partes animalium excarnes, ut pedes, roſtra, aures, cartilagines, minimum præſtant alimenti: & neruoſæ partes omnes, ut ligamenta atque tendones alimentũ gignunt lentum glutinoſúmue: nec ſane aliud, quàm partes ipſæ coctæ præ ſe ferunt. Et quæ circa quadrupedum labra ſunt, eandem habent naturam: glutinoſum nanque, ſed minime craſſum generant ſuccum: uerum facile concoquuntur & hęc & uolucrum alæ. Oſſa cremata digerunt atque exſiccant egregie: maxime uero (ut nonnullis placet) humana. Quidam autẽ G
arthritim & comitialem morbum epotis oſſibus uſtis ſanauere. Pili uſti calfaciunt egregie, atque deſiccant: & lanæ crematæ eodem modo.

D Curandæ medullæ rationem uarie explicant Galenus, Dioſcorides & Plinius. E Quomodo curari debeat omne pinguedinis genus, docent Dioſcorides & Plinius.

## De excrementorum, quæ in animalibus ſanguineis reperiuntur, differentiis. Cap LVIII.

HVmorum omnium qui in animalibus inſunt, bilis calidiſſima eſt: cuius proinde uis acris excalfaciénsque eſt. Excalfacit, inquit Plinius, mordet, ſcindit, extrahit, diſcutit. & calidiſſimorum animalium fel, cæte- H
ra quoque in calore ſuperare palam eſt. Quin & in animalibus, quæ magis calida ſunt, colore flaua uidebitur bilis: quæ uero minus calida, pallidior erit. Et cum animal quod ſua natura calidum eſt, fame ſitique torquetur, ad atrum colorem uergit bilis. Porcorum fel omnium humidiſſimum eſt, ac proinde maxime imbecillum, præterquam agreſtium: hoc itaque felle tanquam ad aurium ulcera idoneo medicamento utuntur. Suillo felle acrius paulo eſt ouillum: ouillo caprinum, cui bubulum urſinúmque ſimilia ſunt. taurinum ualentius eſt, quod tamen ab hyænæ felle uincitur: hoc quoque ſuperat callionymi bilis, ſcorpiíque marini & teſtudinis marinæ. Minorũ animalium fel ſubtilius intelligitur: & ideo ad oculorũ medicamenta utilius

Alius exiſtimatur. Auium fel omne & acrius & ſiccius eſt, quàm quadrupedum. Perdicis fel atque gallinæ ad medicinę uſum cæteris pręferũtur. Felle quocunque facile, infantibus præcipue, alui deiectionem quis molietur, ſi intinctum linamentum ſedi ſubiiciat. Sudor omnis ſalſus eſt: ſępe uero & amaritudinem præ ſe fert minime obſcuram. Vrinarum non minor eſt uarietas, quàm bilis eſſe diximus. Et omnium quidẽ uis calida eſt: magis autem eorum quæ calidiora ſunt, ſicuti frigidiorũ minus. Hominis, ut & execti ſuis domeſtici, maxime eſt imbecillis: apri uero ſylueſtris ualida eſt, ut ex odore facile apparet, qui utique acerrimus eſt. Saliua canis certe rabidi, in homine quoq; rabiem excitare poteſt, ſi in eius corpus inciderit. Hominis ſaliua uenenoſis omnibus beſtiis aduerſatur. Hoc autem ſcire oportet, B ſaliuæ diſcrimina contingere, tum in animalium ſpeciebus, tum in eorum unoquoque ſano aut ægro, ieiuno & ſitibundo, aut cibo potuq; ſumpto: à cibo nanque imbecilla eſt: ualida acríſque earum, quę longa inedia aut ſiti uexantur: mediocris eorum, quæ probe concoxere, nondum tamen cibum potúmue hauſere. Stercus fimúmue omne digerendi facultate pollet: uarie tamen pro animalium temperaturis: eorum nãque quæ ſicciore ſunt temperatura exſiccantius ſtercus eſt, ſicuti & quæ calidiore, calfaciens magis. Quin & pro eorum quæ paſcuntur natura, numeroſa fiunt diſcrimina: id quod in hominibus maxime conſpicuum fuerit: quandoquidem hoc animal ciborum generibus utitur maxime uariis: caprarum quoq; pilulæ, pro paſtus uarietate nonnihil diſcriminis hábent. Quorundam animalium C fimum non modo medicamentis quæ foris imponuntur, ſed iis quoque quæ intro in os ſumuntur admiſcent nonnulli: caprarum etenim fimum, earum præſertim quæ in montibus uictitant, in uino potum, regium morbum emendat. E ſue ſylueſtri fimum aridum ex aqua aut uino epotum, ſanguinis reiectionẽ ſiſtit, diuturnum lateris dolorẽ lenit: ad rupta & conuulſa ex aceto bibitur. Horum certe uſus contingit nonnũquam, dum aut uenamur, aut peregre, aut ruri agimus: cum ſcilicet præſtantius nihil affuerit. Humanum autem ſtercus ob fœtorem omnino reiicitur.

H Taurino felli, inquit Plin. præcipua potentia. A Quonã modo curabitur fellis genus quoduis docẽt Dioſcorid. lib. 2. & Plin. lib. 29. C Fimi ſtercoríſue animalium diſcrimina, quod ad agrum lætificandum attinet, oſtendũt rei ruſticæ authores, D Columella ſcilicet ac Plinius lib. 17.

## De lacte, & iis quæ ex lacte fiunt, ut caſeo, butyro, & aliis. Cap. LIX.

IN lacte non parua eſt huius generis animalium differentia: humanũ etenim lac corpori humano maxime accommodatum eſt, ut quod & ſuauiſſimum ſit, & optime nutriat: aliorum uero quorundam animalium lac, homini ingratum eſt, ut canis, lupi, leonis, uulpis, urſi, & id genus aliorum: caprino autem ouillo, bubulo, aſininóq; libẽtius ueſcimur: caſeosq; nobis ex iiſdem conficimus, præterquam ex aſinino. Horum animalium lac generatim omne probatiſſimum gignit alimẽtum: diſcrimen uero eſt, quòd craſſius eſt bubulum, ouillum, caprinum: minus autẽ craſſum equinum, & aſininum (quanquam Plinio craſſiſſimum aſininum) camelinum omnium

liquidiſſimum eſt. Vt uero paucis eius facultatem definiamus: lac medico- E rum omnium conſenſu, inter omnia edulia quamoptimum gignere ſuccũ, multúmque alimenti præſtare dicimus: ex contrariis quibuſdam ſubſtantiis, ac facultatibus compoſitum: uentrem ſcilicet mouendi, ac ſiſtendi, obſtruendiq́; ac tenuandi. Quod nanque in eo ſeroſum eſt, ſuccos extenuat craſſos, & aluum ciet: contra, quod caſeoſum aluum ſiſtit, ſuccóſque reddit craſſos. Quò fit, ut lac, quod ſeroſum ac tenue eſt, minus nutriat, aluum magis moueat: ſicuti contrà, quod craſſius eſt, aluum minus citat magisq́; nutrit. Camelinum, aſininúmq; ſeroſi humoris plus habet: plus caſei ouillum: pinguetudinis bubulum: caprinum inter cętera mediocritatem obtinet, ut quod nec pingue admodum, nec craſſum ſit: bubulum pingue, ouillũ craſſius, cõtrà aſininum tenue. Optimi ſucci lac ex iis habetur animalibus, quæ F optimo ſunt corporis habitu: idq́; ſi, ubi emulctum fuerit, quamprimũ hauriatur: ubi nanque diutius emulctum manſerit, genuinæ bonitatis nõnihil amittit. Quod uero poſtea coctũ amplius fuerit, ſuccum gignit craſſiorẽ: multo uero maxime, ſi uel farinam triticeam, uel milium aut amylum incoxeris. Lac, ne in uentriculo coaguletur, mellis, aquæ, & ſalis nonnihil admiſcent quidam: nam uel caprinum ipſum, abſq; melle ſumere, minime erit tutum: pleriſque enim qui illud purum hauſerint, in caſei ſpeciem in uentriculo coactum eſt: quod cum acciderit, mirum quàm aggrauet hominem, ac prope dixerim, ſtranguleт. Non parua quoq; lactis diſcrimina ſunt ab anni tẽpore: ab eo ipſo ſpatio, quo à partu in lucẽ edito, diſtat: ab ætate, & à paſtionibus. Quanquam ſunt qui paſcuorum rationẽ plane pro nihilo G habeant, quaſi nihil parúmue ad lactis bonitatem conferant. Cæterũ haud dubie uidemus, animalium, quorum uſuri lacte ſumus, ſi ſcammonia aut marinarum lactucarum quapiam (tithimallum uocant) ueſcantur, in lacte quoque laxandi uires ineſſe. Ex quo patet, quòd ex uitioſo paſcuo, acre, acidum, & auſterum reddetur, natura uidelicet herbarum imitatũ: & à uiridi pabulo lac aluum magis emollit, inquit Dioſcorides. Quod uero ad anni tempora pertinet: uernum lac ut liquidiſſimum, ita copioſiſſimum: æſtate uero media, ipſum etiam mediocre eſt: poſt id uero temporis, ſenſim iam craſſeſcit, quoad prorſus deficiat. A partu dilutiſſimum eſt: procedente deinceps tempore craſſeſcit ſemper. Probi lactis improbiue hæc ſunto indicia: quod optimum eſt, id guſtanti olfacientiq́; ſuaue dulcéque mediocri- H ter: nec amarum, nec acidum ſalſúmue aut acre, aut grauis odoris: intuenti candidum, æquabile, liquidi, craſſiq́; medium apparebit, ut ſi ungui inſtilletur, hęreat, nõ defluat. Quod uitioſum eſt, è diuerſo craſſum & caſeoſum: aut liquidum & ſeroſum ac liuidum conſiſtentia ipſa caloréque uidebitur: idem guſtantibus amarorem, aut ſalſedinem, aut qualitatẽ quampiam extraneam exhibebit: tale uero nec olfacienti ſuaue erit. Lac animalium ſanorum, aduerſus acres, mordaceſq́; fluxiones eſt utiliſſimum: quandoquidem non ſolum à partibus affectis eas abluit, ſed & corpora ipſa ueluti illinit: ne quod defluit, in loca nuda incidat. Continet enim in ſeſe extergentẽ quandam humiditatem, quam ſerum uocãt: & præterea craſſum quiddam

pinguéq;

A pinguéq; quod corpori illinitur, atq; adhæret, non aliter ac pinguedo adéps ue aut ceratũ aliquod: ex triplici nanq; ſubſtãtia conficitur lac omne, ut ante diximus: ſeroſa ſcilicet, caſeoſa, & pingui. Serum abſtergentem uim habet, qua uel abſque roſione abluit acres humores. Pars lactis craſſior, & quę caſei naturam refert, ceu illita adhæret, nõ aliter atque pinguedo adépsue, aut ceratum aliquod, acrimoniamq; humorũ ea ratione obtũdit: lac uero ipſum totum lene mitigánſque pharmacum eſt (παρηγορικὸν uocant) & mordacitatis expers: præcipue uero ſi ex mediocri decoctione partis ſeroſæ plurimum ſit exhauſtum. Ob ſucci quem lac gignit probitatem, nonnulli uel pulmonis ulceribus afflictos ſola lactis potione curari putauere: antea ſcilicet quàm ampliora fiant ulcera ipſa, callumq; contrahant. Sed in tabificis B morbis, lac muliebre præcipue laudatur, tanquam eiuſdem naturæ nobíſque accommodatiſſimum: maxime uero ſi infantium in morem ab ita affectis ex uberibus exugatur. Ad acres oculorum fluxiones ipſum lac, tum per ſe, tum cum molliorum collyriorũ aliquo imponitur: præterea ad hypopia & hypoſphagmata. Palpebris quoque extrinſecus unà cũ oleo roſaceo & ouo impoſitum, iis qui ophthalmia laborant, ubi ſomno ſeſe dabunt, phlegmonas ipſas cõcoquit: mulieris autem lac eſto, quod recens ex mammis expreſſum ſit. Vbi uero exſiccantem uim quampiam adiunctã habuerit, lac craſſum caſeoſúmque, optimũ euadet dyſenteriæ, acriúmq; omniũ uentris fluxionum remedium: quam ſane facultatem accipiet potiſſime à lapillis (quos κάχληκας uocant) uel ferreis quibuſdam cylindris candentibus C lacti ante decocto iniectis. Decoqui autem lac eouſque debet (ut modo diximus) dum ſeroſi in eo humoris pars maxima abſumpta fuerit. Hæc Galenus: Plinius uero, Et ſi urat dyſenteria, inquit, infunditur decoctum cum marinis lapillis, aut cum ptiſſana ordeacea. Item contra roſiones inteſtinorum bubulum aut ouillum utilius. recens quoque dyſentericis infunditur. Vtero quoque ulcerato infunditur lac: atq; omnibus, quæcunque leniri poſtulãt, prodeſt impoſitum, ſiue ob phlegmonẽ, ſiue ob humorũ acrimoniã malignitatémue, ut ſedis pudendorumq; ulceribus & cãceroſis omnibus. Infunditur quoque lac cõtra roſiones à medicamento factas. Oris, gutturiſq; inflammationes lenit collutum gargarizatúmq;: ac proinde anginas mitigat, tonſilláſque & columellam, ſi phlegmone afficiantur. Datur & ad D uenena quę erodendo interimunt, qualia ſunt lepus marinus, & cantharis. Sunt qui lac exhibeant, & iis qui aconitum & thapſiam ſumpſerint. Priuatim bubulum iis qui cholcicon biberint, aut cicutam, aut dorienium, aut leporem marinum: ſicut aſininum contra gypſum, & ceruſam, & ſulphur, & argentum uiuum. Sunt inter exempla, inquit Plinius, qui aſininũ bibendo liberati ſunt podagra chiragráue. Vſus lactis ad omnia intus exulcerata, maxime renes, ueſicam, interanea, fauces, pulmones: foris pruritum cutis, eruptiones pituitæ poſt abſtinẽtiam: thoraci quoque ac pulmoni lac omne utile eſt. Lactis uſus contrarius ſpleneticis, hepaticis, comitiali morbo affectis, uertiginoſis, neruorum uitio laborantibus, febres habẽtibus, caput dolentibus, uertigini, inquam, preterquam purgationis gratia, grauedini, tuſ-

*Vſque ad dimidium, ut uult Dioſcorides.*

ſientibus,lippis.Minus inflat quodcunque decoctum . nocet uſus eius aſſi- E
duus dẽtibus & gingiuis. Lac quod ſeri habet plurimum (inquit Galenus)
nihil affert periculi: quod uero ſeri exiguum habet, craſſúmque eſt & ca-
ſeoſum,non ſine periculo aſſidue eſtur: ab iis pręſertim,qui renum calculo
*Oxygala.* aut iecinoris obſtructionibus obnoxij ſint. Oxygala quod uocant, frigi-
dum eſt,craſſiq́ue ſucci:dentes,qui iuſto ſunt frigidiores, lædit: euenit nã-
que iis,qui oxygala ſumpſerunt, ſymptoma quod dẽtium ſtuporẽ uocant:
quale poſt acerborum acidorúmque eſum accidere ſolet. Ventriculus fri-
gidior oxygala haud bene concoquit:temperatus uero,quanuis ægre,confi
cit tamen:ſed qui iuſto calidior eſt, præterquam quòd minime lęditur, cõ-
modi nonnihil ab eo ſentit.Fit autem oxygala uno modo,acido lacte addi-
to in recens quod uelis aceſcere. Oxygala fit & alio modo, dum crebro ia- F
ctatu in longis uaſis conficitur butyrum, additur paulum aquæ ut aceſcat:
quod eſt maxime coactum in ſummo fluit,atque id exemptum addito ſale
*Aphrogala.* oxygala appellant. Medici ſpeciem unã addidere lactis generibus, quod
*Schiſton, σχι-ſτὸν γάλα.* ſchiſton appellauere.Id fit uel citra coagulum,cum ſcilicet ipſius partes la-
ctis ſecernuntur,& diſcedit ſerum à lacte, cum lacti abunde calido acetum
mulſum affundimus,aut uinum mulſum.Interdum etiam citra omnem li
quorem infuſum uaſculo frigidiſſimam aquam continẽte, in lac dum fer-
uet dimiſſo,lactis partes ſeparamus. Ad hæc lac quod ſtatim ab edito fœtu
emulſum fuerit,uel abſque coagulo concreſcit,ſi ſuper cineres calidos pau
liſper ferueat: quod uero hoc pacto concreuerit, ueteres comici πυριάτην, a-
ſiatici uero πυρίεφθον uocarunt: & hoc quidem lac ſyncerum eſt,nulla admi- G
ſta aliena natura. Cum uero una cum melle addito,per coagulum fiat χύσις,
id eſt ſeparatio concretióque:diſcedit certe quod tenue & aquoſum eſt,ue
rum id ſolum mandunt nonnulli,quod coactum eſt, quod tum ex caſeoſa
lactis ſubſtantia, tum ex feruida ignéaue coaguli facultate, tum uero ex
melle ipſis admiſto compoſitum eſt. Alij uero non hoc ſolum,ſed unà cum
eo quod concreuit,ſerum etiam deuorant: & id quidem uel pariter totum
ſerum cum eo toto quod concretum eſt, uel eorundem altero alterum co-
pioſius. Euenitq́ue ut his quidem magis,illis uero minus uenter moueatur
pro quantitatis ſeroſi humoris ratione. Ac præterea quòd,qui ſolũ id quod
coactum eſt comedant,uberius alantur: qui uero unà ſeroſi quicquam hu-
moris deuorauerint,minus:ac longe minus ij, qui eius quod concreuit pa- H
*Serum, ὀῤῥός.* rum,ſeroſi uero liquoris multum hauſerint. Serum nanque poſtquam à
lacte diſceſſit,aluum egregie mouet, & ad purgationes ualentius redditur:
datur autem potiſſimum, quibus ſine acrimonia uolumus deiectionem
moliri,ut melancholicis,comitialibus,in lepris,elephantiis, erumpentibus
ex toto corpore puſtulis, articularibúſque morbis, (ut ſentit Plinius) & pa-
ralyticis.Bibitur autem efficaciſſime heminis,per interualla temporis uſq;
ad quinas:ita ut per interualla illa temporis potantes ambulent.Serum ex-
empto caſeo potum cum exiguo ſale, phthiriaſin à toto corpore inhibet.
*Caſeus, τυρός.* Lac coagulatum expreſſúmque caſeus eſt: non ita tamen ut uniuerſa la-
ctis moles in caſeum cogatur,ſed quod craſſum eſt duntaxat, ſeparatóque
eo quod

A eo quod ſeroſum eſt. Porro dictum iam eſt habere lac in ſe naturam quandam pinguem & oleoſam: hæc ubi à reliquo lacte ſeiuncta fuerit, ſoláque per ſe conſtiterit, butyrum appellatur: uerum ſi unà cum craſſiore lactis parte coacta coagulatáque fuerit, (ſeroſo duntaxat lactis humore ſeparato) caſeus ipſe pinguior efficitur. Abunde nutrit in cibo caſeus ſine ſale recens, ſtomachóque idoneus eſt, & facile in corpus digeritur, corpus auget, & aluum leniter emollit: alius tamen alio præſtat, pro lactis natura ex quo conficitur. Elixus autem & expreſſus, ac deinde aſſatus aluum ſiſtit: oculorum inflammationibus atque hypopiis impoſitus iuuat. Qui uero recens nuperque ſalitus eſt, in cibo minus alimenti præbet, carníque minuendæ aptus, ſtomacho aduerſatur, uentrem & inteſtina turbat. Vetuſtior aluum *Butyrum.*
B ſiſtit, corpúſque minuit, & ſtomacho utilior eſt. Hæc ex Dioſcoride & Plinio. Vt uero Galenus refert, caſeus omnis craſſum procreat ſuccum, uetus etiam malum: recens autem & qui nuper coactus eſt, neque malũ gignit, nec æque atque uetus, craſſum. Caſeus cum conficitur, acrimoniam quandam ab iniecto coagulo contrahit, humiditatémque amittit, id quod maxime cum inueterauerit, conſpicuum eſt: quo tempore & acrior & manifeſto calidior ſentitur. quo fit, ut & ſitim excitet magis, & concoctu difficilior, deterioríſque ſucci euadat. Quapropter reiiciendum penitus ſuadent medici id genus caſei: ut quod neq; ad cõcoctionem ſit utile, aut in corpus digeſtionem, nec utique ad probi ſicci generationẽ. Malus deinde, ſed prædicto minus, iudicatur, qui necdum uetus eſt, nec magnam contraxit acri-
C moniam: recens ut diximus, ſucci malignitate uacat. Craſſities cum lentore non omni caſeo ineſt: quandoquidem nõ paruum caſei diſcrimen eſt, tum à lacte ex quo ſit, tum ab animalium ex quibus colligitur natura, tum uero à pabuli uarietate: nonnihil itẽ à præparationis modo: præterea quòd alius mollior, alius durior, aut denſior laxiórue, glutinoſior aut friabilior ſentitur. Sapor deinde alius acidus, acrior alius aut dulcior. Mollior duriore præſtat: rarior quoque & laxior eo, qui denſus admodum aut euſque friabilis eſt, ut & aſperitatem habeat. Inter hos qui mediocritatem obtinet, præferendus eſt. Quod uero ad ſapores attinet, is omnium præſtantiſſimus eſto, qui nullam refert qualitatem inſignem, ut dulcis tamẽ alias modice exuperet. Melior quoque ſuauis, quàm qui ingrati ſaporis eſt: & qui ſa
D lis modicum, eo qui uel permultũ habeat, aut qui expers omnino ſalis eſt.

Qui oxygalactinus à nonnullis appellatur, omnium caſeorum recẽtium nouellorúmue præſtantiſſimus eſt: ut qui in cibo ſuauiſſimus, & ſtomacho minime omnium noxius eſt, aliíſque cõcoctu facilior: ſed neque uitioſum, neque uſqueadeo craſſum præbet ſuccum, quod uitium omnium caſeorũ commune eſſe diximus. Huius generis eſt qui Romę diuitibus habetur gratiſſimus, βιθὺς nomine, & alij quidam in aliis regionibus. Quæ plures quaternis mammas habent, inquit Plinius, caſeo inutilia ſunt, & meliora, quæ binas. Caprarum gregibus ſua laus eſt in recenti maxime, eam augente gratiam fumo, qualis in ipſa urbe conficitur, cunctis præferẽdus. Trans maria uero Bithynius fere in gloria eſt. Commodum ad conficiendum repo-

nendúmque caſeum,lac præcipue ouillum caprinúmque eſt, mox bubulũ. E
Equinum ac aſininum miſcẽt interdum. Bubulũ fertilius caſeo eſt,quàm
caprinum.Caſeos,ſi cerebrum muſtelę coagulo addatur,negant corrumpi
uetuſtate,aut à muribus attingi. Tradunt Zoroaſtrem in deſertis caſeo ui-
xiſſe annis uiginti,ita temperato,ut uetuſtatem non ſentiret. Vetuſtus ca
ſeus pernæ ſuillę decocto maceratus ac probe in mortario ſubactus,arthri-
ticis, quibus tophi (quos πώρους uocant) in articulis creuerint, impoſitus plu
*Caſeus mollis.* rimum iuuat. mollis uero & qui recens iam coactus eſt, repulſoriam uim
*Caſeus muſteus.* obtinet & modice frigidã. Tritus itaque uulnus mediocre cõglutinat im-
*Caſeus uiridis.* poſitus. Oxygalactinus autem uim habet præterea digerendi,ſed paruam,
*Saprum.* ut uel magnum uulnus, etiam in ruſticano corpore glutinare poſſit. Sa-
prum uocant,inquit Plinius,qui cũ ſale & ſorbis ſiccisè uino tritus potúſq; F
*Hippace.* medetur cœliacis. Quod hippacen uocãt,caſeus eſt equinus:ea uirus olet,
magnopere alit,bubulóque proportione reſpondet. Non deſunt qui hip-
pacen equinum coagulum appellarint. Hippocrates Scytharum inuentũ
hippacen dixit:eſſéque quod in equino lacte in alueolis ſubacto, in fundo
ſubſederit:quo gens illa quotidie ueſceretur.Hippace exiguo guſtu famem
*Butyrum.* ſitímque ſedat,ut Plinius author eſt. E lacte fit & butyrum, barbararum
gentium laudatiſſimus cibus. Spuma id eſt lactis,inquit Plinius, concre-
tiúſque quàm quod ſerum uocatur: fit autem crebro lactis iactatu in lon-
gis uaſis,donec pinguior lactis pars ſeparetur:plurimum è bubulo(inde no
men) & pinguiſſimũ, ut Galenus author eſt:ut uero Dioſcoridi placet at-
que Plinio, pinguiſſimum ex ouibus: fit & ex caprino. Quod magis ui- G
rus reſpuit, hoc præſtantius iudicatur. Recens obſoniis additum, olei ui-
cem penſat: & in bellariis adipis loco ponitur. Neque omittendum in eo
olei uim eſſe: & barbaros omnes infantéſque noſtros ita ungi. Butyrum
exiguo guſtu famem ſitímque ſedat,conſeruátque uires. Butyrum natura
oleoſum & emolliens eſt:unde ſi largius ſumatur,aluũ ſoluit:& contra ue-
nena,ſi oleum deſit,utile eſt.cũ melle admiſtum dentiliones adiuuat,ſi ad-
fricetur.Phlegmonas quæ in mollibus ſunt corporibus, cõcoquit ac diſcu-
tit,ut parotidas,bubonas, oríſque ac ſimilium partiũ phlegmonas in pue-
rorum & mulierũ corporibus poſtea quàm fluxio conſtiterit.Cõtra uuluæ
inflammationes,atque duritias efficax eſt butyrum,quòd neque uirus reſi-
pit,neque uetuſtum eſt.In medicamenta additur,quæ pus mouent,præſer- H
tim in neruorum uulneribus aut cerebri mẽbranarum,aut ceruicis ueſicæ.
Natura butyri eſt mollire & (ut Dioſcoridi placet) purgare,replere & car-
nem creare,& aſtringere quoque ut Plinio uidetur. Aſpidis morſui utiliſſi
me imponitur.Deuoratũ uero & in corpus digeſtũ, pleureticis peripneu-
monicíſque confert plurimũ,ut & liberior fiat exreatio & materiæ cõco-
ctio facilior. Quòd ſi ſyncerum butyrũ linctu hauriatur, cõcoquit quidẽ
magis,ſed ſputum minus educit:uerũ unà cum melle & amigdalis amaris,
minus certe concoquit,ſed educit liberius. Fuligo ex butyro collecta, in
*Coagulum,* ocularibus medicamentis exſiccãdi aſtringendíque uim habet: oculorum
*πυτία.* fluxiones cohibet, & ulcera ad cicatricem facile perducit. Coagulũ omne
ut

A ut Dioſcorides prodit,& diſſipata cogit,& coacta ſeparat:Ego uero(inquit
Galenus)coagulo uti,acri certe medicaméto, ad affectum aliquem qui ad-
ſtrictionem deſideraret,nunquam ſum auſus.Porro coagulum omne acre
eſt,facultatémque habet extenuantem,digerentem,& exſiccantem.Lac in
uentre coagulatum diſſecat:& ſanguinem in uentriculo concretum, non
leporinum ſolum,ſed coagulum quoduis epotum:quanuis efficacius id fa-
ciat leporinũ.Hœdi,agni,hinnuli,dorcadis,platicerotis,dorci,uituli, & bu
bali coagula ſimiles habent naturas.Coagulum hinnuli, inquit Plinius, le-
poris,hœdi,laudatum:præcipuum tamé daſypodis,quod & profluuio alui
medetur,unius utrinque dentatorum.Et hæc quidem animalibus quæ ſan
guine prædita ſunt,partim omnibus communia ſunt, quibus uidelicet ab
B iis quæ ſanguine carent,ea differre conſtat:partim uero generibus quibuſ-
dam propria:de quibus accuratius generatim deinceps pertractãdum iam
nobis reſtat,ab homine exorſis.

G Si ſcammona aut &c. Hoc confirmant Theophraſtus lib.9.De hiſtoria planta-
rum, & Dioſcorides lib.2. De lacte quoque tabiarum, quantum diſcrepet ab aliis,le-
ges apud Galenum lib.5.Method.medend. E Oxygala,aliis quoque modis oxy-
galam conficit Columella lib.12. Eſt quod aphrogala uocatur, quod æſtate dant me-
dia in caloris ſiccitatíſque leuamen: an idem ſit quod hoc loco ex Plinio oxygala ap-
pellatur,coniicere potius licet quàm certi aliquid pronuntiare: cum neminem hacte-
nus aut græcum authorem aut latinum (quod certe memini) uiderim, qui quid ſit a-
phrogala explicet.Melca autem quid ſit (quod è lacte quoque obſonium eſt, cuius &
uſus idem qui aphrogalactis eſt) deſcripſit nobis Conſtantinus Cæſar in agriculturæ
C lib.12. ex Paxamo authore. Melcam ſcilicet lac eſſe,in ollas fictiles, quæ acetum fer-
ueſcens ebiberit,coniectum repoſitúmque: atque quod hoc pacto acidum fuerit red-
ditum,melcam uocat. Interdum etiam &c.Hoc à Dioſcoride & Plinio fit, non ad ſe-
parationem, ſed ne ſuperfundatur lac cum feruet. Serum à lacte) Modus ſeparandi
deſcribitur à Dioſcoride,& Plinio lib.28. πυειάτιω,aliàs πυειάστιω,πυείιφθον, inquit A-
thenæus, à nonnullis uocatur primum lac, quod ſtatim ab edito fœtu mulgetur.
H Caſeus,Caſei faciendi ratio traditur à Columella lib.7. A Stomacho utiles,
inquit Plinius,qui non ſunt ſalſi,id eſt recentes. Caſeus mollis,ut Plinio uidetur,aluũ
ſiſtit. Elixus, ἑψηθείς:ita habetur in Dioſcoride,ſed non ſine ſuſpicione mendoſi exem-
plaris. Caſeus recens cum melle,inquit Plinius,ſuggillata emendat. D βιθύς,aliàs
βαθύς. Latinus interpres uetus baynticus legit. an fortaſſe bithynius? ut idem ſit, dè
quo ſtatim ex Plinio. De caſeorum præſtantiſſimorum uarietate ex locis,plura habet
exempla Plinius lib.11. E Mollis,Mollem caſeum,& qui recens coactus eſt,Colu-
D mella (ut arbitror) caſeum uiridem, Plinius muſteum uocauit. Saprum, id eſt putri-
dus caſeus, uel uetuſtate putridus. H Fuligo ex butyro,λιχνὺς ἐκ τοῦ βουτύρου.Quo
pacto colligitur ex butyro fuligo,docet Dioſcorid.lib.2.

# DE ANIMALIVM DIF- E
## FERENTIIS LIBER IIII.

### De homine. Cap. LX.

CVM animalium differentias quæ dictu digne uidebũtur, prout natura cuiuſq; admonebit generatim ſpeciatímque ſimus notaturi, iure potiſſimum ab eo ordiemur quod primum eſt: prima autẽ ſunt quæ perfecta: eiuſmodi uero ſunt quæ animal generant perfe- F
*Homo.* ctum, corúmque primum & præcipuum homo eſt: utpote quẽ rerum natura, ſenſus iudicio & rationis capacitate præpoſuit omnibus. Sapiẽs enim eſt hoc animal, & unum ex omnibus animalibus nobis cognitis diuinitatis particeps, aut omniũ maxime ſimul & prudentiſſimum omnium. Homo itaque cum ſit animaliũ omnium diuino cultui maxime deditum, nõ abs re effectum eſt, ut omniũ maxime erectus uiuat, ſuperiorem ſui partem ad uniuerſitatis ſupremum erectum habẽs: caput ſcilicet, quod membrum corporis totius diuiniſſimũ eſſe cæterorúmque principẽ aſſerit Plato: cui totum corpus connexũ ſubeſt & ueluti paret: atque in hoc tanquam in ſumma corporis arce pręſtan- G
tiſſimam animi noſtri partem, ipſam ſcilicet rationem, ſedem habere dicimus. Et cum alia item animalia imaginationem habeãt, quæ per ſenſus fit, (φαντασίαν αἰσθητικὴν uocant Græci) homo unus ex numero animalium, quæ nobis cognita ſunt, τὸ βουλευτικὸν, id eſt uim obtinet cogitãdi deliberandíue. Et memoriæ quidem atque diſciplinæ plures animantes participes quandoque ſunt: nulla tamen præter hominem poteſt reminiſci: quãdoquidem id nulli contingit abſque συλλογισμῷ, id eſt rationis quodam ueluti diſcurſu, quid prius & quid poſtea factum fuerit colligẽte. Quod uero ad ſenſus attinet, homo quanquam pro corporis magnitudine minime fere omnium animalium procul ſentire poteſt, ſenſilium tamen differẽtiarum ſenſu atq; iudicio maxime omnium ualet. Et in tactus quidẽ acumine & guſtus (nam H
& hic tactus quidam eſt) homo reliqua facile ſuperat animalia : uerum olfactum habet, nõ ſolum aliis animantibus obtuſiorem, ſed & omnium ſenſuum, qui uel in ſeipſo ſunt, maxime ſtupidam.

G Præſtantiſſimam. Variam authorum ſententiam de principalis animi partis ſede, explicat Iulius Pollux, lib. 2. Quod uero ad ſenſus. Humanorum ſenſuum quàm ſint certa iudicia pluribus explicat Cic. lib. 2. De nat. deor. & 4. Academ. quæſt.

### De partibus hominis exterioribus. Cap. LXI.

HAbet ſane homo ſolus inter animalia caput ſuperiorem obtinens ſitũ, non corporis ſui ratione tãtum, ut cætera, ſed quòd parti ſublimi uniuerſi

A uerſi reſpondeat,ut ſupra dictum eſt.Eſt autem propria naturaliſque capi-
tis figura,ueluti ſi excogitares ſphęram paulo lõgiuſculam utrinque com-
preſſam:prominet enim pars utraque,prior ſcilicet & poſterior. Facies ho-
mini tãtum,noménque à re accepiſſe uidetur πρόσωπον:(quod enim unus ani
malium homo erectus eſt,ſolus proſpicit ante uerſus uocémque ante uer-
ſus mittit.)cæteris os aut roſtrum:nam piſcis aut bouis faciẽ dicere non ſo-
lemus. frons & aliis:ſed homini tantum triſtitiæ,hilaritatis, clementiæ,ſe-
ueritatis index eſt.Supercilia homini & pariter & alterne mobilia: & in iis
pars animi,negamus an annuimus: ſupercilium homini dextrum magis
attollitur, & arcuatum magis quàm ſiniſtrũ habetur. Diſtant oculi homi-
nis ſibi interuallo proportione magnitudinis reſpectu cæterorum anima-
B lium minimo.Puerorũ omnium oculi ſtatim à partu cœſiuſculi ſunt: poſt
uero immutantur in eam naturam quæ futura eſt:quod in cæteris anima-
libus non euenit manifeſte.naſcuntur etiam nonnulli altero tantum ocu-
lo diuerſo,cœſio ſcilicet,quod item cæteris fere non contingit.Cum cæte-
ris quidem animalibus in ſuo genere fere ſingulis color ſit idem,ſolus, uel
ſaltem potiſſimum animalium homo numeroſa oculorũ uarietate nota-
tur: quod enim nigrum oculi dicitur, aliis atrum conſpicitur,aliis admo-
dum cœſium,aliis fuluum,aliis caprinum, quod ad cernendi claritatẽ pri-
matum obtinet.Sunt & oculi in homine grãdiores, modici,parui, promi-
nentes,(quos hebetiores putant) cõditi: (quos clariſſime cernere) præterea
alij contuentur longinqua:alij niſi prope admota nõ cernunt, μύωπες dicũ- *Μύωπες.*
C tur & luſcioſi.Multorum uiſus fulgore ſolis conſtat,nubilo die non cernẽ-
tium,nec poſt occaſum:alij interdiu hebetiores, noctu præter cæteros cer- *Nyctalopes.*
nunt:utique nyctalopes uocantur. Augurium eſt ex homine ipſo nõ timẽ-
di mortem in ægritudine,quãdiu oculorum pupillę imaginem reddãt. In-
ter ea quæ pilos habent,homo unus cilium in utraque palpebra obtinet,&
parte magis ſupina quàm prona,contra quàm quadrupedum generi acci-
dat:& frequentius conniuet homo,quàm alia. Aures homini tantum im-
mobiles:& ſitum utroque ex latere,eodem in orbe quo oculi obtinent:nõ,
ut quadrupedum nonnullis,poſitæ ſuperius ſunt.mobiles eſſe nares natura
uoluit,nec ſicut aures immobiles.Labra homini mollia,carnoſa,& quę ſe-
parari poſſint data ſunt:tum dentium tuendorum gratia,ut & cæteris,tum
D etiam ad uſum ſermonis agilia.Barba nõ pari modo effunditur omnibus,
ſed aliis tam muſtax,quàm maxillæ & mentum, pilorum frequentia inte-
guntur:aliis mentum leue & muſtax,maxillæ uero piloſæ cernuntur. Ho-
mo contra quàm cætera animalia dentibus carens uenit in lucem,niſi quid
præter naturã interceſſerit:pueri deinde ſeptimo menſe dentire incipiunt:
primo edunt primores,alij ſuperiores,alij inferiores:ſed fere ſuperiores, uti
Plinio uidetur.Denique omnes maturius dẽtiunt,quorum nutrices lac ha-
bẽt calidius. Mutantur poſtea homini dentes(ſicuti & quibuſdam aliis)pri
mores:nam ſeptimo eoſdem decidere anno, alióſq; ſuffici palam eſt: at ca-
nini amiſſi caſu aliquo,nunquã renaſcũtur:& maxillares nullũ animal mu
tat,ut dictum eſt. Homini nouiſſimi maxillares,quos genuinos uocamus,

circiter uiceſimū annum gignuntur & uiris & mulieribus. Iam uero quibuſdam mulieribus anno etiam octogeſimo maxillares illi nouiſſimi non ſine dolore exierunt. Viris quoque idem eueniſſe accepimus: quod certe iis accidit, quibus in iuuentute ipſi genuini nati non fuerint: ſed quibus in iuuenta non fuere nati, inquit Plinius, decidere in ſenecta, & mox renaſci certum eſt. Dentes habet plures mas, quàm fœmina. triceni bini uiris attribuuntur, fœminis minor numerus. Aliqui uice dentium continuo oſſe gignuntur. Hominum dentibus quoddam ineſſe uirus traditur: nanque & ſpeculi nitorem ex aduerſo nudatos hebetare, & columborum fœtus implumes necare. Linguam habet homo abſolutam maxime, molliſſimam & latam: ut ſit non ad ſapores ſolum percipiendos, ſed ad literarū explanationem, & ſermonis expreſſionē accommodatiſſima. Latū pectus humanū eſt, cætera anguſta. Et præter hominē nullum eſt animaliū, quod mammas parte gerat priore. Mammas homo ſolus è maribus habet: cætera animalia mammarum notas tantum: maribus mammæ conſpectiores & fœminatiores tum iunioribus tum ſenioribus efficiūtur, qui humidiores, leuiores, nec uenulenti ſunt: eorúmque ipſorum, iis magis qui fuſci, quàm qui candidi ſunt. In mammis etiam maribus lac fieri poteſt: uerum caro iis ſpiſſa, mulieribus fungoſa foraminulentáque. uiris poſt pubem exiguum nōnullis lac exprimitur: ueruntamen per ſuctum frequētiorem, uel multum prodiſſe aliquibus traditum eſt. In muliere lac quod ante ſeptimum menſem contractum eſt, inutile eſt: ſed ſimul infans natalis eſt, & lac eſſe utile incipit: prius autem ſalſum etiam eſt, ut pecoris. Mulieris lac commodius lactentibus eſt, ex Ariſtotelis ſententia, quod liuorem trahit, quàm quod candidum eſt: & fuſcæ ſalubrius quàm candidæ. Galenus candidū lac, Paulus quod nō ſolum craſſitudine, odore, & ſapore, ſed & colore quoque mediocre eſt, commodius arbitratur. Maris genitale foris prominet & ante habetur, teſtéſque abſoluti pēdent. Genitale illi cartilaginoſum carnoſúmque, quod ut parte carnoſa inflari nequit, ſic cartilaginoſa intumeſcit. Homo unus ſanguineorum cauda uacat: nates habet, quod nulli quadrupedū datum eſt. Homo uice pedum priorum brachia habet & manus: & ungues in digitis habet rectos ac latos. Solus quoque animalium ambidexter, hoc eſt dexter utraque manu naſcitur. Hominis digiti articulos habēt ternos: pollex binos, & digitis aduerſus uniuerſis flectitur: per ſe uero in obliquum porrigitur, craſſior cæteris. Huic minimus menſura par eſt: duo reliqui, ſibi: inter quos medius longiſſime protenditur. Digiti quibuſdam in manibus ſeni. Inflexus articulorum tum brachij, tum digitorum omnium agitur ad interiora. Crura homini fœmore ſuráque carnulenta ſunt: nullámque fere ſui corporis partem, tam carnoſam habet, quàm nates, fœmora, tibias: (quas enim ſuras uocamus, non niſi carnis copia parte tibiæ poſteriore complentur) cum cætera animalia quæ cruribus conſtant omnia, uacua carne hęc habeant. Sura aliis retracta ad poplitem eſt, quibus ſcilicet nates ſunt pleniores: aliis detracta, quibus graciliores. In ipſa genu utriuſq; commiſſura dextra læuáq;, à priore parte gemina quædam buccarum inanitas

*Nates pleniores, μεγάλα τὰ ἰσχία.*

A nitas ineſt, qua perfoſſa, ceu iugulo, ſpiritus fugit, ut Plinius author eſt. Homini pedes omniũ maximi proportione magnitudinis: quibus pars interior plantę non caua, ſed ita pleniuſcula eſt, ut ſolũ toto attingat ueſtigio, ij uerſuti ſunt, ut inquit Ariſtoteles, & fraudulenti. Digitorum manus magnitudo, contra quàm pedis eſt. manus enim longos, pes uero breuiores habet digitos. ungues habet homo pro digitorum magnitudine minimos. Homo cõtra atque cætera animalia inflectit crura brachiáque: quippe qui brachia in poſteriora flectat, (quanquam ita ut paulum uergant ad latera interiora:) crura autem in anteriora. Partes naturales hominis unius, ſecundum naturam diſpoſitæ ſunt, tam ſuperiores quàm inferiores: quandoquidem partem ſuperiorem ad uniuerſi ſupremum erectam obtinet: ſolus e-
B nim animalium erectus incedit. Homo cum ad iuſta incrementa peruenit, partem ſuperiorem habet minorem quàm inferiorem, cõtra quàm cætera animalia quæ ſanguine conſtent: (partem ſuperiorem intelligi uolo, quantum de capite ad eam pertendit partem, qua exitus patet excremẽtis: inferiorem autem, quantum ab ea ipſa ſubſequitur reliquũ corporis.) homo nanque in prima ipſa ætate, antea quàm adoleſcat, partem ſuperiorem corporis habet maiorem quàm inferiorem: & quò per ætatem amplius augetur, eò contra euenit, ut inferiora ſuperioribus magis creſcant, donec ad iuſtam peuenerint magnitudinem. Quamobrem unus ipſe non eodẽ modo ingredi ſolet, infirma adhuc ætate, quo iam firma ingreditur: ſed dum infans eſt principio, ne ſerpere quidem poteſt, ſed immobilis iacet: deinde
C primum quadrupes reptat: poſtea ſe erigit, bipéſq; incedit, niſi formam po Νανώδης. milionis habeat. Eſt autẽ pomilio cuius pars ſuperior magna eſt, inferior, quæ ſuſtinet pondus motúmque exercet, parua. Parti dextræ habilior adſcribitur motus, lęuæ firmitas maior: unde altera geſticulationibus promptior eſt, altera oneri ferendo accommodatior. Vires tamen quibuſdã dextera parte maiores eſſe, quibuſdam æquas utraq;, aliquibus lęua manu pręcipuas obſeruatum eſt.

D Quoſdam etiam cum dẽtibus eſſe natos, exempla ſunt & apud Plinium & Solinum. Genuini, κραντῆρες, ὀψίγονοι. F. Natalis, γόνιμος, id eſt ad partum habilis: Plinius uitalem dixit. Quod liuorem trahit, τὸ πελιδνότερον, id eſt quod ad liuorem accedit, uel ſubliuidum. H Pollex, inquit Ariſtoteles, uno inflectitur nodo, cæteri bi-
nis adducuntur: ut uero Galenus, compactus pollex eſt ex triplici oſſe: primúmque e-
D ius internodium tanquam palmæ pars minime eſt accipiendum. A Partes etiam crurum brachiorúmque, quo pacto & contrario modo inter ſe flectantur, & contra quàm in cæteris animalibus, pluribus explicat Ariſtoteles lib. De greſſu animalium.

## De partibus interioribus hominis, & ſimilaribus. Cap. LXII.

HOmo plurimum cerebri proportione magnitudinis, ac humidiſſimũ habet: & mas plus quàm fœmina. Vni animalium homini cerebrum in infantia palpitat, nec roboratur ante primum ſermonis exordium. Cor animalibus cæteris in medio pectore eſt: homini tantum infra lęuam papillam turbinato mucrone in priora eminens. Eſt hominis pulmo ſimplicior, nec ita multifidus, ut nonnullorum animal procreantium eſt: nec leuis,

ſed inæquabilis eſt. Fibras habet, quas λόβους uocant, quatuor quidem ma- E
iores, utraque ſcilicet parte binas: unam autem ſimplicẽ & minorem. Ro
tundum hominis iecur eſt, ac ſimile bubulo: ſuperne quà manu tangitur,
gibbum eſt, intrinſecus cauum. Iecur quatuor fibras habet, in iis duntaxat
qui procero corpore ſunt, uti Theophilus prodidit: non in omnibus enim
hominibus fibrarum numerus ſimilis conſpicitur, ſicuti neque magnitu-
do. etenim uti recte ſcripſit Herophilus, in quibuſdam ne fibras quidẽ ha-
bet iecur, ſed ex toto rotundum eſt: quibuſdam duas, aliis plures, nonnullis
quatuor. Iecori fel adnexum habetur: aliqui tamẽ eo carere uiſuntur, quo-
rum ualetudo, inquit Plinius, firmior, & uita longior. Carent eo qui abſin-
thio ueſcuntur in Ponto. Eſt hominis lien ſuillo ſimilis ſpecie anguſta &
longa. Hominũ renes, inquit Ariſtoteles, ſimiles bubulis ſunt: quippe qui F
tanquam compoſiti ex multis exiguis renibus conſtent: neque æquabiles
ſunt, quomodo renes ouium cæterarúmque quadrupedum habentur. Ga-
lenus uero eorum figuram, ea parte qua uenæ atque arteriæ in ipſos inſe-
runtur, ſimam eſſe prædicat: altera uero, quæ illi parti oppoſita eſt, plane ro
tundam. Ventriculus humanus canino ſimilis eſt: (quippe qui nõ multo
amplior ſit quàm inteſtinum) figura illi rotunda, ſed oblongior, & quaſi
*Colon, Theodorus aluũ interpretatur.*
inteſtino ſimilis ampliori. Inteſtina homini ſuillis ac ſimiarum proxima
ſunt: in quibus quod colon appellatur, amplius eſt: & quod poſt ipſum in
ſedem porrigitur, breue id corpulentúmque eſt. Omẽtum homini propor-
tione magnitudinis maximum eſt: oritur id & dependet à medio uentre,
quà ueluti ſutura ducitur. Eſt & hominis ueſica proportione, quàm cæte- G
rorum amplior. Sanguis homini tenuiſſimus ac puriſſimus eſt: extre-
múmque ſanguinis uitium habetur, cum ſit uel in picis liquidæ modum
craſſus, uel ſeroſus adeo, ut poſteaquam è uena effuſus concreuerit, pluri-
mum habeat liquidi humoris ſupernatãs: optimus uero qui inter hos me-
dius eſt. Omnium fœminarum maxime mulier ſanguine abundat: & quæ
menſtrua appellamus, plurima fieri in mulieribus ſolent. Sunt & hominis
uenæ craſſæ proportione humani corporis. Inter oſſa ſinciput ultimum
confirmatur: iam enim cum partus in lucem uenit, molle hoc infantis os
eſt, palpitátque, ut antea dictum eſt. Caluaria homini raro ſolida ſine ſutu-
ris eſt: ſed tamen & uiri caput uiſum ſine ulla ſutura eſt. Spina hominis ex
uertebris quatuor & uiginti conſtat: (excepto etiam oſſe ſacro) nam in re- H
liquis, ex pluribus compacta eſt. Homo omnium animalium, quæ pi-
los habent, nudiſſimo corpore eſt: pilis enim pauciſſimis exiguíſque in-
tegitur, niſi in capite: qua quidem parte, hirtiſſimus omnium ipſe eſt. Et
cum cæteris, quæ pilis ueſtiuntur, partes pronæ piloſiores ſunt, ſupinæ aut
glabræ omnino, aut minus piloſæ habẽtur: homo contra. Cilium etiam ho-
mini utraque in palpebra, ut dictũ eſt: & alæ oppletæ pilis, & pubes, quod
cæteris deeſt. Pili in homine omnium animalium uno, partim ſimul, par-
tim poſtea per ætates gignuntur. Congeniti ſunt pili capitis, ſuperciliorũ
& palpebrarum: poſtgeniti pubis primum, mox alarum, poſtremo menti:
loca enim quibus pili proueniant, totidem ſunt congenitis deputata, quot

poſt

A poſt genitis. Deficiunt ac defluunt maxime primíque per ætatem pili capitis, non tamen omnes, ſed tantum primores. ergo capitis leuitatem caluitium nuncupamus, Græci φαλακρότητα dicunt: quam rem in ſuperciliis ἀναφαλαντίασιν, hoc eſt ſalitium appellamus, quoad melius uocabulum inuenerimus, inquit Theodorus. Mutatur color pilorũ in ſenectute: cãdidíq; pili efficiuntur in hominibus, quod uel in quibuſdã aliis, uerum perpaucis animalibus accidit, ſed non adeo aperte, prçterquam in equo: hunc pilorum candorem canitiem uocamus, Græci πολιότητα. Caluitium uni tantum animalium homini, præterquam innatum: parte itaque capitis priore nonnulli caluescunt. ſed pueri aut mulieres raro caluescunt: uiri autem procedente ætate ſæpius calui euadunt. necnon capite homines ſeneſcentes caneſcunt,

*Caluitium, φαλακρότης. Ἀναφαλαντίασις, ſalitium.*

*Canities, πολιότης.*

B neſcunt, quod nulli fere ex cæteris accidit manifeſte. Caneſcunt homines primo temporibus: ſed nemo uel temporibus, uel occipite calueſcit. Pili poſt geniti iis, qui ante pubertatem caſtrati ſunt, nõ exeunt, & poſt pubertatem exciſis, ſoli decidunt, prçterquã pubis: hæc enim quanuis minuatur, tamen manet. congeniti uero iis non defluunt: nemo enim ſpado calueſcit. Pili in mento mulieris non prodeũt, niſi interdum pauci: reliqui pili qui poſtea gigni ſolent, mulieribus quoque proueniũt, ſed parcius. Fieri poteſt, ut homo tum mas tum etiam fœmina pilis poſt genitis careat, iam inde ab ortu naturæ uitio contracto: & niſi ut pubeſcant contingat, ſteriles in gignendo ſunt. Creſcũt pili quibuſdam in morbis, ut præcipue in tabificis: quinetiam in ſenectute & defuncto augeſcũt durioréſq; redduntur, quod

C idem quoque unguibus euenit. Copiæ pilorum defectúſq; diſcrimina pro corporis temperatura, atque pro cutis qualitate proueniũt. Qui enim calida & ſicca intẽperie ſunt, magna ex parte hirſuti euadunt: uerùm hoc, ſi in ſummo fuerit: mediocriter autem, ſi calida quidem eſt intemperies, ſed in altera cõtrarietate mediocritatem habeat. ſimiliter & quæ ſicca quidem, ſed in calido & frigido media eſt temperie: eſt enim ea quoq; modice hirta. Raro pilo ſunt omnia frigida temperamenta, ſiue ea mediocriter ſe habeant in humiditate, ſiue immodice. Cæterum ad ſummum glabra eſt frigida temperies & humida: minus hac quæ frigida eſt, ſed in altera cõtrarietate temperata: adhuc minus, quæ frigida & ſicca eſt. Nõ ut in cæteris animalibus quæ pilum habent, colorũ cauſa cutis eſt: qui enim alba ſunt cute,

D nonnunquã nigros admodũ habent pilos. Cutis homini proportione magnitudinis tenuiſſima eſt: ea uero quæ in manu eſt, quàm proxime ad mediocritatem accedit: ideóque & tactus inſtrumentum in homine prçcipuũ eſt. cutis quoque affectus ſecundum naturam eſt, tum Ægyptiorum nigritia, tum Gallorum candor, tum Scytharum rufus color.

## De uoce hominis, & ſomno. Cap. LXIII.

VOcem quidem mittunt & alia animalia: nullũ tamen aliorũ eſt, quod loqui poſſit, ſed proprium id hominis eſt. Qui ſurdi iam inde ab ortu naturæ ſunt, iidem etiam muti. uocem ergo emittere poſſunt, locutionem autem nullam. Pueri ut cætera ſua membra continere ac regere nequeunt,

ſic etiam linguæ ſunt impotentes, & ſerius lingua abſoluuntur: itaque ma- E
gna ex parte balbutiunt, tortáque lingua ſunt. Infantis naſcentis uox nulla auditur antequam totus emergat utero. Primus ſermo anniculo eſt: qui celerius fari cœpere, tardius ingredi incipiũt. Vox roboratur à tredecim annis, eadem in ſenecta exilior: neque in alio animalium ſepius mutatur. Differunt tum uoces tum locutiones tractus ratione & regionis: locutióque ipſa non perinde ut uox per naturam prouenit, ſed per diſciplinam acquiritur: unde homines quoque locutione utuntur uaria, cum uocem omnes reddant eandem. Homo genitus premitur ſomno per aliquot menſes: deinde longior in dies uigilia. Infantes primis quadraginta diebus neq; ridẽt cum uigilant, néque lachymantur, ſed noctu & per quietem utrunque interdum faciũt. ſomniátque ſtatim infans: nam & pauore expergiſcitur, & F
ſuctum imitatur. Homo maxime animalium ſomniat: ſed editis nuper in lucem, & infantibus adhuc, nullum ita cõtrahitur ſomnium, ut meminiſſe poſſint imaginum: ſed plurimis anno circiter quarto aut quinto ætatis, uiſa incipiunt. Produntur tamen & uiri & mulieres, qui nũquam quicquam ſomniarint: quorũ nonnullis in proceſſu ætatis accidit, ut uiſo ſomnio mutarentur habitu ſui corporis, uel in mortem, uel in morbum.

ψελλίζουσι καὶ τραυλίζονται.

De hominis generatione & partu, atque de iis quæ ad hæc pertineant. Cap. LXIIII.

SEmen habet homo pro corporis magnitudine plurimũ: & homini maxime omnium animalium temporibus omnibus oportunus coitus eſt. G
Cæteris enim animalibus ſtati per tempora anni concubitus: homini uero omnibus horis dierum noctiúmque: cæteris ſatietas in coitu, homini prope nulla. Stimulatur ad uenerem mas hominum magis tempore hyberno, fœmina æſtiuo, ut Heſiodus prodidit. Ætas uero accommodata ad coitum innoteſcit homini, tum uocis mutatione, tum etiam teſtium non magnitudine tantum, uerum etiam ſpecie: quemadmodum etiam mammis declaratur, ſed præcipue ortu pilorũ pubis. Mas ſemen genitale magna ex parte incipit ferre anno peracto bis ſeptimo: ſimul etiã pubeſcere incipit eo tempore. Vox item per id tẽpus mutari in ſonum aſperiorem inęquabiliorémque incipit: quanquam nondum grauis, neque acuta pręterea eſt, neq; tota æquabilis. Mammæ etiam extuberant: & genitale nõ ſolum magnitudine, H
ſed etiam ſpecie proficit. Fœminis etiam per id tempus exurgunt ubera: & quæ menſtrua uocantur erumpunt: & uox eódem tempore puellarum mutatur in grauiorem. In puellis item diuerſitas uberum eſt: aliis enim admodum magna, aliis exigua ſunt: euenit ſane ut immodice creſcant, cum puellæ excrementis redundant. Semen profecto infœcũdum uſque ad bis ſeptimum annum eſt: mox prolificum quidem eſt, ſed exigua imperfectáq; generant iuniores & mares & fœminæ, ut in cæterorum quoque animalium plurimis euenit. Concipiunt quidẽ facilius natu minores: ſed ubi cõceperint, laborant in puerperio uehemẽtius: corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur: & ſeneſcunt celerius mares ſalaceſ, & mulieres quæ

frequẽtius

A frequentius pariant: nam ne incrementum quidem poſt tertium partum effici poſſe uidetur. Poſt annum ter ſeptimũ mulieribus quidẽ opportune iam procreatio eſt: ſed uiris accedere aliquid poteſt adhuc ad perfectionẽ. Homo mas ad annũ uſque ſeptuageſimum, uidelicet termino ultimo poteſt generare: fœminæ uſque ad quinquageſimum, uerum id raro: paucis enim proles in eo ætatis tẽpore procreata eſt: ſed magna ex parte maribus ſexageſimus, aut quintus & ſexageſimus annus finis progenerandi eſt: fœminis quintus & quadrageſimus. Bipedum ſolus homo animal generat: & homo maxime ſua natura uniparum eſt: cum omnibus tamen generibus ambigit: nam & uniparum, & pauciparum, & multiparum interdum eſt: hinc tempus etiam uteri ferendi enorme unum hoc animal ſortitũ eſt. cæ-
B teris enim unũ eſt tempus: homini uero plura ſunt. Nam & ſeptimo menſe & octauo & nono parere poteſt: & quod plurimũ, decimo, nonnullæ etiam undecimum attingunt. Fœtus qui maturius quàm ſeptimo mẽſe prodeat, nullo pacto uitalis eſt: ſeptimo, non niſi pridie poſteróue plenilunij die aut interlunio concepti naſcuntur, ut Plinius author eſt: qui ſeptimo menſe, uitalis quidem hic primus exit: ſed magna ex parte infirmior. Nonnullis etiam meatus quidam infiſſi, ut aurium & nariũ, ſæpenumero generantur: ſed accreſcenti articulantur infanti, & demum ſuam formam recipiũt: & in his multi etiam uiuere atque adoleſcere poſſunt. Qui autem mẽſe octauo naſcuntur, non niſi perpauci ſeruantur: unde fit ut ſi quis in locis ſaltem Græciæ ſeruetur, non octauo menſe natus exiſtimetur, ſed mulierem
C ſui conceptus initium latuiſſe. Simili modo & qui diuturniores quàm undecimo menſe naſci uidentur, eorum conceptus initium latêre putatur. Ita multiplex perficiendi tempus, pariẽdíque diuerſum homini datum eſt. Et cum alia ſingulos pariant fœtus, alia plures, genus humanum, uti diximus, in ancipiti eſt. Nam quod plurimum & locis plurimis agitur, mulieres ſingulos ſingulæ pariunt: ſed ſæpe geminos etiam: (nam in Ægypto plerunq; geminos pariunt) quandoque etiã & tres & quatuor: ſed quinque cum plurimum naſcuntur: iam enim hoc pluribus eueniſſe cõſpectum eſt. Et quædam uiginti, partubus quatuor edidit: quinque enim ſingulis partubus enixa eſt. Verum ſupra tergeminos naſci, inter oſtẽta adducitur, (ut inquit Plinius) præterquam in Ægypto, ubi fœtifer potu Nilus: quo in loco ſeptenos
D uno utero ſimul gigni author eſt Trogus. Et cũ in cæteris animalibus gemini nati, etiamſi mas & fœmina ſint, nihilominus enutriantur ſeruẽtúrque, quàm ſi mares ambo aut fœminæ ſint: in genere certe humano pauci gemini ſeruãtur, ſi alter mas ſit alter fœmina. E geminis ſi remanẽte altero alter abortiuo fluxu exciderit, alter qui legitime natus eſt, uopiſcus nominatur. Mulier grauida quidem maxime fere animaliũ coitum patitur: uerum raro euenit ut ſuperfœtet, ſed factum tamẽ aliquando eſt. Qui itaque longo poſt tẽpore ſint cõcepti, minime perfici poſſunt, ſed præmaturius dolorẽ, quo ipſi & primus fœtus intereãt, mouẽt. At uero ſi proxime à primo cõceptu ſecundus ſit factus, abſolui ediq; poteſt quod ſuperfœtarit: ut quaſi gemini naſci uideantur: quomodo Herculẽ & Iphiclem procreatos eſſe fa

*Vopiſcus.*

bulantur:unum quidem omnino,aut alterum ſuperfœtat mulier. Extat in E
monumentis etiã medicorũ,& quibus talia cõſectari curę fuit, uno abortu duodecim puerperia egeſta. In ferendo etiam utero homines cum cæteris animalibus diſſident: cum enim cætera animalia plurimum temporis ualeant corpore cum uterum ferunt,mulieres magna ex parte ægre degũt. Quibus autem gentibus ſolitum eſt, ut mulieres labores ſuſcipiant,iis nec uterus tam difficulter geſtatur, & partus facilis eſt. denique quibuſuis locis mulieres quæ laborare conſueuerunt, facilius pariunt. Omnium animalium mulieribus inter fœminas plurima menſium purgatio euenit: ut uero Democritus phyſicus oſtendit, mulier ſolum animal menſtruale eſt. Conceptus mulieribus à menſtruorum profluuio ſua natura contingit: & quæ iis carent,ſteriles magna ex parte exigunt:uerum fieri poteſt,ut aliquę F
etiam ſine eorum profluuio concipiant, uidelicet quibus tantum humoris colligitur, quantum iis mulieribus, quæ purgãtur reſtare ſolet:quanquam non tanta copia ut & foris poſſit profluere. Sunt quibus prægnantibus etiã menſtrua uſque in poſtremum gerendi tempus eueniant:quibus accidit ut paruos fœtus pariant, & proles aut minus uitalis, aut infirma procreetur. Deſinunt plurimis menſtrua circa quadrageſimum annum: quod tempus quæ exceſſerint,iis ad quinquageſimum ſeruantur nonnũquam: etiã nonnullæ eo tempore pepererunt,ut dictum eſt:ſed ultra hoc tempus nulla poteſt protrahere. Et ipſæ fœminæ quibus munus eſt neceſſitatis huiuſmodi, quandiu ſunt in ſua lege,non innocentibus oculis contuentur: aſpectu ſpecula uitiant,ita ut hebetetur uiſu fulgor offenſus, & ſolitam æmulationem G
uultus extinctus ſplendor amittat,facieſque obtuſi nitoris quadam caligine nubiletur. Mulierum aliæ in æternum ſteriles ſunt:aliæ mutatis coniugiis exuunt ſterilitatem:nonnullæ tantum ſemel pariunt: quædam autem fœminas aut mares ſemper. Euenit quippe multis & uiris & mulieribus,ut qui coniuncti inter ſe nequeant procreare,ubi diſſociati ſe iunxere cum aliis,queant. Quod idem in maris quoque aut fœminæ procreatione nimirum euenire certum eſt. plerunque enim tum mulieres tum uiri, quandiu cum eiſdem iunguntur,fœminam tantũ marémue procreant, ſeiuncti autem cõtra. Ætatis etiam ratione immutãtur,ut ſcilicet iuuenes inter ſe fœminas generent,ſeniores facti,mares,aut contra. Et qui iuuenes nihil procreent,ſeniores iam incipiant generare:aut contra,ut qui ante poſſent,pòſt H
nihil poſſint fœtificare. Sunt etiam aliæ mulieres,quæ uix concipiant:ſed ſi concipiant,perficiant atque edant:aliæ contra, facile quidem cõcipiunt, ſed ſeruare non poſſunt. Sunt & uiri qui non niſi fœminam procreent, & mulieres quæ non niſi marem:& contra,ut de Hercule fabulantur, qui inter duos & ſeptuaginta liberos,fœminam unam tãtummodo genuit. Quæ concipere nequeunt,ſi uel cura adhibita, aut aliquo caſu conceperint, fœminam magna ex parte pariũt potius quàm marem. Multis etiam uiris euenit,ut cum antea poſſent generare,poſt nequeant: deinde rurſus facultatem recipiant generandi. Fœtus in utero in ſemet conglobatus,ſic geſtatur,ut naſum inter genua habeat. Naſcuntur pueri (ut cętera etiam animalia)

A lia) in caput uerſi: in pedes autem procedere naſcentem, contra naturã eſt: quapropter uelut ægre parti appellantur agrippæ. Ita editi minus proſpere uiuunt, & de uita æuo breuiori decedunt. Sed pueri manus quoque ad coſtas porrectas extenſáſque habent: qui cum exierint, uocem ſtatim emittunt, & manus in os admouent. Excremẽtum etiam reddunt, alij ſtatim, alij breui, ſed omnes intra diem: quod excremẽtnm copioſius quàm pro infantis magnitudine eſt: μηκώνιον, id eſt papauerculum hoc mulieres uocant, colore cruentum atque admodum nigrum & piceum eſt: poſtea lacteum iam & albidum redditur: ſugit enim confeſtim ubera infans. Vocem antequam egrediatur nunquam emittit, uti ante dictum eſt: etiamſi cum difficulter egreditur, caput extet, corpus intus ſit totum. Naſcentium uox pri-
B ma uagitus eſt: lætitiæ enim ſenſus differtur in quadrageſimũ diem. Nam infantes, ut modo diximus, primis quadraginta diebus, neque rident cum uigilant, neque lachrymantur: ſed noctu & per quietem utrunque interdũ faciunt: nec uero ſentiunt magna ex parte, cum ſcalpuntur. Plurimam huius temporis partem dormiunt: cæterum in dies quò ſubinde auctiores fuerint, eò magis ad uigilandum immutantur. Pueris ſinciput, ut modo diximus, molle eſt, ſeróque duratur: cum tamen cæteris animalibus diſcrimen oſſium nullum ſit: ſed omnia perfecta iam à natiuitate proueniant.

Fœminæ non ſimiliter atque mares perficiuntur: quippe cum & intra parentem fœmina tempore longiore conficiatur quàm mas: & ubi in lucem uenerint, celerius fœminæ quàm mares perficiãtur. Nam & pubes & uigor
C & ſenectus fœminis prius uenit quàm maribus. Partus cæteris quidem animalibus minime laborioſi eueniunt: at mulieribus dolores uehemẽtiſſimi incidũt, & præcipue ſtabilibus & ſellulariis, & quibus nõ bona latera ſunt, neque facultas retinendi ſpiritus ſuppetit. Poſt partum purgationéſque lactis copia excitatur, & nonnullis effluit non ſolum de papillis, ſed etiam paſſim per ubera: aliquibus etiam per alas. Edurãt in poſterũ globuli, (γραγγαλίδας dicunt) quoties humor non coquatur nec exeat, ſed redundet: ubera enim tota fungoſa ita ſunt, ut ſi in poculo pilum forte hauſerit mulier, dolor moueatur in mammis, quod malum τριχίαν uocant, id eſt pilare appellant: nec ſedatur, donec pilus uel preſſus exeat ſponte, uel cum lacte exugatur. Solent pueri plurimi conuulſione excipi: & pręcipue corpulentiores,
D & lacte ueſcentes copioſiore aut craſſiore, & nutricem lactentes ſucci plenam & corpulentam. Plurimi ante ſeptimum diem intereunt: plenilunio etiam infeſtantur hoc malo periculoſius. Et quia ſolus homo, aut certe maxime animantium omnium homo comitiali morbo in tenera ætate laborat, quod morbi genus tranſuertere oculos, ſicut & cætera etiam membra poteſt, eò fit, ut ſoli aut certe maxime animantium homini oculi deprauẽtur per limitatem, fiántque limi. Mares potius quàm fœminę oblæſi mutilíue in genere hominum naſcuntur: cum in cæteris animalibus nihilo potius mares quàm fœminæ ita proueniant.

Agrippæ.

A Extant apud Plinium & Solinum exempla quorundam, qui uel poſt ſeptuageſimum annũ liberos genuiſſent. D De partuũ ſuperfœtatione exempla uideas apud Ariſtotelem lib. 7. hiſt. animalium, & Plinium lib. 7, & Solinum cap. 4.

Hominis uita, ætates & ſtatura. Cap LXV. E

VIuit homo plus temporis quàm quoduis animal, excepto elephanto, quod quidem uſu rerũ adhuc fide digno nouerimus, inquit Ariſtoteles: quanquam alij aliter ſentiant, uti ex Heſiodo circunferũtur uerſus. Ter tria ſecla hominis tranſmittit garrula cornix. Quatuor & peragit cornicis tẽpora ceruus. Porro ætatũ gradus Varro ita diſtinxit: pueritiã ex puritatis ratione ad quintumdecimum extendit annum: inde ad triceſimum, adoleſcentiam: ad quintum uero & quadrageſimum iuuẽtam: ad ſexageſimum denique ſenectutem: in qua qui agunt, iam uocantur ſenes. Quinquennio fere corpus in homine quidem dimidium capere uidetur omnis magnitudinis eius, quæ reliquo toto tempore comparetur, ut ſentit Ariſtoteles. In trimatu ſuo, inquit Plinius, cuique dimidiam eſſe menſuram ſtaturæ certũ eſt. Homo creſcit in lõgitudinem ad annos uſque ter ſeptenos: tum deinde ad plenitudinem. Maxime autem pubeſcens, nodum quendam ſoluere, & præcipue ægritudine ſentitur. Proficere uero homines ad annum uſque triceſimum, aut longitudine aut craſſitudine prodit Ariſtoteles. Corporis menſuræ ratio bifariam conuenit: nam quantus manibus expaſſis inter digitos longiſſimos modus eſt, tantum conſtat eſſe inter calces & uerticem. Nunc ſi de ipſis hominum formis requiramus, liquido manifeſtabitur, inquit Solinus, nihil de ſe antiquitatem mendaciter prædicaſſe, ſed corruptã degeneri ſucceſſione ſobolem noſtri temporis, per naſcẽtium detrimenta decus ueteris pulchritudinis perdidiſſe. Licet ergo plerique definiant nullũ poſſe excedere longitudinem ſeptem pedũ, quòd intra hunc modum Hercules fuerit: priſcorũ tamen molem teſtantur etiam Oreſtis ſuprema, cuius oſſa Tegeę inuenta à Spartanis didicimus impleſſe longitudinem cubitorũ ſeptem. Proceriſſimum hominem ætas noſtra, inquit Plinius, diuo Claudio principe, Gabbarum nomine ex Arabia aduectum, nouem pedum & totidem unciarum uidit. Iam uero ante tot annos uates ille Homerus non ceſſauit minora corpora mortalium, quàm priſca conqueri. In India multos quina cubita conſtat longitudine excedere. Oniſicritus, quibus in locis Indiæ umbrę nõ ſunt, corpora hominum cubitorum quinûm & binorũ palmorum exiſtere prodidit: & uiuere annos 130, nec ſeneſcere, ſed ut medio æuo mori. Cirnos Indorum genus Iſigonus tradit annis centenis quadragenis uiuere. H

*Aliàs, ad quadrageſimũ uero iuuentam.*

F G

G Longitudine ſeptem pedum. Et alia inueniuntur exempla magnitudinis humanorum corporum, & apud Plinium & Solinum.

Multiformes hominum effigies, & mira quædam de hominibus alia. Cap. LXVI.

ET monſtriferę narrantur hominum effigies: à litore Scytharum tridui nauigatione feruntur inſulæ, in quibus equinis pedibus homines naſcãtur, Hippopodes appellati: aliæ in quibus nuda alioqui corpora prægrãdes ipſorum aures tota integant. In quadam conualle magna Imai montis regio quę uocatur Abarimon, in qua ſylueſtres uiuũt homines, auerſis poſt crura plantis, eximiæ uelocitatis, paſſim cũ feris uagantes. Hos in alio non

*Hippopodes*

*Aliàs, Timaui montis.*

ſpirare

A ſpirare ſolo,ideóq; ad finitimos reges non pertrahi aiunt:& in quadā Africę parte quoque homines feri ſunt, & uiri & mulieres.In Scythia iuxta ſeptentrionem produntur Arimaſpi uno oculo in fronte media inſignes: id quod ne crediderim quidem,inquit Herodotus,ut uiri naſcantur unoculi, cæterum naturam habentes hominibus parem. Ferunt certe in Æthiopia ab oriētis parte intima,gentes eſſe ſine naribus,æquali totius oris planitie: alias ſuperiore labro orbas,alias ſine linguis. Pars etiam ore concreto & naribus carens,uno tātum foramine ſpirat: potúmque calamis auenæ trahit, & grana eiuſdem ſponte prouenientis ad ueſcendum: quibuſdam pro ſermone, nutus motúsq; membrorum. Megaſthenes gētem inter Nomadas Indos narium loco tantùm foramina habētem prodit. Supra Naſamonas B confinésque illis Maclias Androgynas eſſe utriuſq;naturæ,inter ſe uicibus coëuntes,Caliphanes tradit:Ariſtoteles adiicit,dextram mām̄am iis uirilem,lęuam muliebrem eſſe.In monte cui nomen eſt Milo, homines eſſe auerſis plantis,octonos digitos in ſingulis pedibus habentes, author eſt Megaſthenes. In multis autem montibus genus hominum,capitibus caninis, ferarum pellibus uelari:pro uoce latratum edere,unguibus armatū: uenatu & aucupio ueſci.Cteſias ſcribit,in quadam gente Indiæ fœminas ſemel in uita parere, genitóſque confeſtim caneſcere: eſſe rurſum gentē alteram quæ in iuuenta ſit cana,nigreſcat in ſenectute, ultra æui noſtri terminos perennātem.Perhibent eſſe & gentem fœminarum in Calingis Indię gēte, quæ quinquennes concipiunt: ſed ultra octauum annum uiuendi ſpatium C non protrahunt. At Cirnos Indorum genus Iſigonus tradit annis centenis quadragenis uiuere.Legimus quoque Monoſcelos in India naſci ſingulis cruribus,& ſingulari pernicitate ad ſaltum, eoſdémque Sciopodas uocari: qui in maiore æſtu humi iacentes reſupini,umbra ſe pedum protegant: nō longe eos à Troglodytis abeſſe: rurſúſq; ab his occidētem uerſus, quoſdam ſine ceruice,oculos in humeris habentes.Sunt & Satyri in ſubſolanis Indorum montibus,perniciſſimum animal,tāquam quadrupedes:tamen recte currrentes,humana effigie,ut propter uelocitatem,niſi ſenes aut ęgri, non capiantur.Satyri cum ſenuerint Sileni uocantur,inquit Pauſanias. Euphemus prodidit in inſulis,quæ Satyrides in extero mari uocantur,incolas rufos eſſe,& caudas habere haud multo equinis minores.Satyri in Æthiopia, D ut inquit Plinius,in Lybia,ut Solinus,de hominibus nihil aliud præferunt, præterquam figuram. India præterea habet genus hominum,qui non alia quàm teſtudinis carne uiuūt: hirſuti omnia facie tenus, quæ ſola leuis eſt: iidem coriis piſcium ueſtiuntur, Chelonophagi cognominati. Blemmyas in Æthiopia credunt truncos naſci parte qua caput eſt:os tamen & oculos habere in pectore.Himātopodes flexis niſibus crurum,repūt potius quàm incedunt,& pergendi uſum lapſu magis deſtinant quàm ingreſſu. Poſt uaſtam Ægypti ſolitudinem feruntur Cynoproſopi homines habitantes,qui ex uenatu dorcadum & bubalorum uiuunt, nigro aſpectu, capite & dentibus caninis:uocis quidem expertes,ſed ſtrident acute. eorum manus robuſtis armantur unguibus atque acutis:ſimilitérque toto pectore,ut capite

*Satyri.*
*In Aethiopia, inquit Solinus, & Plin. quoque lib.5.ca.8.*
*Sileni.*
*Cynoproſopi.*
*Cynocephali.*

ipſo,hirſuti habentur,pedum celeritate ualent.Cynocephali ex eo nomen E
traxere,quod caninum caput habeant,cætera membra homini ſimilia.Fe-
rarum pellibus induuntur: & iuſtitiæ retinentes lædunt neminem: cúmq;
Indici ſermonis intelligentes ſint,nihil tamẽ loquuntur. Choromãdarum
gentẽ uocat Tauron ſylueſtrem,ſine uoce,ſtridoris horrendi,hirtis corpo-
ribus,oculis glaucis,dentibus caninis. Eudoxus in meridianis Indiæ uiris
plantas eſſe cubitales prodit:fœminis adeo paruas, ut ſtrutopodes appellẽ-
tur.Megaſthenes ad extremos fines Indiæ ab oriente circa fontem Gangis
Aſtomorum gentem ſine ore,toto corpore hirtam:ueſtiri frondium lanu-
gine,halitu tantum uiuentem,& odore quem naribus trahũt: nullum illis
cibum,nullúmque potum:tantum radicum florúmque uarios odores ſyl-
ueſtrium malorúmq; ſecũ portant longiore itinere,ne deſit olfactus:gra- F
uiore paulo odore haud difficulter exanimari. Super hos extrema in parte
montium, ſpithamæi Pygmæi narrãtur, ternas ſpithamas logitudine, hoc
eſt ternos dodrantes non excedentes. Quidam & Pygmæorum gẽtes pro-
diderũt ante paludes ex quibus Nilus oriretur:ubi & cum gruibus pugna-
re dicuntur.Degunt uero in cauernis: neq; id fabulam eſſe arbitratur Ari-
ſtoteles.Strabo autẽ qui uidiſſe ſe diceret,fide dignum neminẽ eſſe prodit.

Homini,quæ ex homine aut eius partibus,oriuntur
commoda. Cap. LXVII.

NVnc quæ in ipſo homine homini utilia inueniantur indicabimus,
ipſum ſibi exquirentes.Quorundam hominũ tota corpora proſunt: G
ut ex iis familiis,quæ ſunt terrori ſerpentibus, tactu ipſo leuant percuſſos
ſuctúue modico:quorum è genere ſunt Pſylli Marſiq;, & qui Ophiogenes
uocantur in inſula Cypro.Et in inſula Nili Teutiri naſcẽtes tanto ſunt cro-
codilis terrori,ut uocem quoque eorum fugiant.Quæ autem nonnulli de
hominis partibus excrementíſque prodiderint,nec referenda arbitror:ſan
guinem nanque gladiatorum bibêre nonnulli, ut bibentibus populis pro-
cul eſſent comitiales morbi.Et hercule illi ex homine ipſo ſorberi efficaciſ-
ſimum putãt calidum ſpirantémque, & una ipſam animam ex oſculo uul-
nerum,cum è plagis hunc,ne ferarum quidem admoueri ori fas ſit huma-
na.Ad elephantiaſin quoque in Ægypto, cum in reges incidiſſet morbus,
in balneis ſolia temperabantur humano ſanguine: alij medullam crurum H
quærunt,& cerebrum infantium.Nec pauci apud Græcos ſingulorum ui-
ſcerum,membrorúmque etiam ſapores dixere, omnia perſecuti uſque ad
reſegmina unguium: quaſi uero ſanitas uideri poſſit,ferã ex homine fieri.
Xenocrates,tanquam ſane ille ipſe fuerit expertus quoſnam affectus cura-
re ualeat in cibo cerebrum, aut carnes,aut iecur humanum,prodidit:quos
etiam capitis,tibiæ,& digitorum oſſa epota: quos denique ſanguis,ſudor,
urina,muliebria,& ſtercus deuorata: inteſtabilia hæc & dictu quoq; faſti-
dienda.Quæ autem retuliſſe fas ſit,pleraque etiam ex iis non ſine honore
dicto,explicabimus.Sanguine ipſius hominis ex quacunque parte emiſſo
efficaciſſime anginam illini tradunt Orpheus & Archelaus:item ora comi-
tiali

*Alias, cũ plagis ne ferarum quidem admoueri ora fas ſit humana.*

A tiali morbo lapſorum, exurgere enim protinus: quidam ſi pollices pedum pungantur, exq; his guttæ referantur in faciem. Lac muliebre corpori humano inter omnia lactis genera accommodatiſſimum eſt, ut quod & dulciſſimum molliſſimúmque eſt, & plurimum alit. Mulieri ante ſeptimum menſem profuſum lac inutile: ab eo menſe, quòd uitalis eſt partus, ſalubre. Lac utiliſſimum cuique maternum eſt. Cōcipere nutrices exitioſum eſt: hi ſunt enim infantes, qui coloſtrati appellantur, denſato lacte in caſei ſpeciē. Mammis quoque exuctū lac, ſtomachi roſionibus prodeſt & tabi, pulmonúmque incommodis. In longa febre cœliacis utiliſſimū arbitrantur, maxime eius quæ iam infantem remouerit. Item mammarum collectionibus cum thure: & oculis ab ictu cruore ſuffuſis: & in dolore aut epiphoris ſi e- *Lac.*

B mulgeatur, plurimum prodeſt: magíſque cum melle & narciſci ſucco, aut thuris polline: mixto præterea ouorum candido liquore, madidáque lana frontibus impoſitum, fluxiones oculorum ſuſpendit: nam ſi rana ſaliua ſua oculum aſperſerit, præcipuum eſt remedium: & contra morſum eius bibitur ſtillatúrq;. Qui ſimul matris filiæq; lacte inunctus ſit, liberari oculorū metu in totam uitam affirmant. Aurium quoque uitiis medetur, modice admixto oleo: aut ſi ab ictu dolent, anſerino adipe tepefactū: & contra morbum regium in morbis relictum, inſtillatur cum elaterio. Podagris quoq; iubent illini cum cicuta: alij cum œſypo & adipe anſerino: (qualiter etiam uuluarum doloribus imponitur) alij cum opio & ceruto: peculiatiter ualet potū contra uenena, quæ data ſunt cum marino lepore bupreſtíq;: & con-

C tra inſaniā, quæ fit hyoſcyami potu. Sempérq; in omni uſu efficacius eius quæ marem enixa ſit: multóque efficaciſſimum eius, quæ geminos peperit mares, & ſi uino cibíſque acrioribus abſtineat: eius uero quæ fœminā enixa ſit, ad uitia tantum in facie ſananda præualet: eius quæ marem peperit lacte guſtato, canes rabioſos fieri negant. Hominum qui probe concoxerint ieiuna ſaliua, lichenas puerorum illitu aſſiduo ſanat: item lippitudines matutina quotidie uelut inunctione. Mulieris quoque ſaliuā ieiunæ, potētem diiudicant oculis cruentatis, & ſi contra epiphoras feruentes anguli oculorum ſubinde madificentur: efficacius ſi cibo uinóque ſe pridie ea abſtinuerit. Scorpiones interficit hominis ſaliua: & omnibus beſtiis uenenoſis ſua natura aduerſatur: ferúntq; ictas ſaliua, ut feruentis aquæ contactū fu- *Saliua.*

D gere. Martion Smyrneus qui de ſimplicibus effectibus ſcripſit, rumpi ſcolopendras marinas ſputo tradit. item rubetas aliáſque ranas: Ophilius ſerpentes, ſi quis in hiatum earum expuat. Nunc mirum dicemus, ſed experimento facile: Si quē pœniteat ictus eminus cominúſue illati, & ſtatim expuat mediam in manum qua percuſſit, leuatur ilico percuſſus à pœna. Hoc ſæpe delumbata quadrupede approbatur, ſtatim à tali remedio, correcto animalis ingreſſu. Morſus hominis inter aſperrimos iudicatur: medentur ſordes ex auribus: ac ne quis miretur, etiam ſcorpionum ictibus, ſerpētiúmque ſtatim impoſitæ. Melius è percuſſi auribus proſunt: ita & reduuias ſanari. Gymnaſiorum ſtrigmenta molliunt, calfaciunt, diſcutiunt, complent, ſudore & oleo medicinam facientibus. Vuluis inflamma- *Auriū ſordes.* *Strigmēta gymnaſiorum.*

tis contractíſque admouentur: ſic & menſes cient, ſedis inflammationes & E condylomata leniunt: item neruorum dolores, luxata, articulorum nodos. Efficaciora ad eadem, ſtrigmenta à balneis, & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamentis. Nam illa quæ ſunt ex ceromate permixto cœno, articulos tantum molliunt, calfaciunt, diſcutiunt efficacius: ſed ad cætera minus ualent. Imo etiam ipſos gymnaſiorũ raſere parietes: & illæ quoque ſordes excalfactoriam uim habere dicuntur. panos diſcutiunt. ulceribus ſenum puerorúmque & deſquamatis ambuſtis'ue illinuntur. Hæc Plinius. Vt uero Galenus prodidit, hominum ſudor in palæſtris miſcetur ſubiecto puluеri, quem πάτον Græci uocãt. Quod ex his componitur, coniſalon dicunt, uim habet digerendi cum adſtrictione quadam: quo fit, ut efficaciſſimum ſit mammis inflammatis remedium: & lac quod à partu in F mammillis exundet, reprimat. inguinum quoque tumores diſcutit. Vrina hominis, quàm ſit aliorum animalium, multo imbecillior eſt, abſtergẽdi tamen uim obtinet: id quod uel maxime oſtendunt fullones, qui ea præcipue ad ueſtium ſordes eluendas utuntur. Quin & medici pſoras & lepras ea colluunt, ulceráque præhumida ac ſordida, maxime ubi putridi inſit quippiam. Impubium puerorum urina contra ſaliuas aſpidũ, quas ptyadas uocant, quoniam uenena in oculos hominum expuant, prodeſt: contra oculorum albugines, obſcuritates, cicatrices, argema, palpebras: & cum erui farina contra aduſtiones, contra aurium pituitas uermiculóſque, ſi decoquatur ad dimidias partes cum porro capitato, nouo fictili. Vaporatio quoque ea menſes fœminarum ciet. Hac & atramenti lituræ abluuntur. uirilis, po- G dagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negãt. Veteri miſcetur cinis oſtreorum aduerſus eruptiones in corpore infantiũ, & omnia ulcera manãtia. Ea exeſis, ambuſtis, ſedis uitiis, rhagadiis, & ſcorpionum ictibus illinitur. Obſtetricum nobilitas non alio ſucco efficacius curari pronuntiauit corporum pruritus nitro addito, ulcera capitum, prurigines, nomas præcipue genitalium. Sua cuique autem (quod fas ſit dixiſſe) maxime prodeſt, confeſtim perfuſo canis morſu, echinorúmque ſpinis inhærentibus, & in ſpõgia laníſue impoſita, aut aduerſus canis rabidi morſus cinere ex ea ſubacto: contráque ſerpentium ictus. Oſtanes contra mala medicamẽta omnia promiſit auxiliari matutinis horis ſuum cuique inſtillatum in pedem. Stercus humanum in medicamenta ob fœtorem ra- H riſſime admittitur. Inter omnes tamen cõuenire uideo, humanum ſtercus, non aliter atque caninum gutturi impoſitũ anginis auxiliari. Capillus puero, qui primum deciſus eſt, podagræ impetus dicitur leuare circunligatus, & in totum impubium impoſitus: uirorum quoque capillus canis morſibus medetur ex aceto. Et capitum uulneribus ex oleo aut uino: combuſtus æque capillus carcinomati. Capilli mulieris ſi crementur, odore ſerpentes fugari produntur: eodem odore, uuluæ morbo ſtrangulatas reſpirare. Cinere eo quidem, ſi in teſta ſunt cremati, uel cum ſpuma argenti ſcabricies oculorum ac prurigines emendari: item uerrucas & infantium ulcera cum melle. Capitis quoque uulnera, & omnium ulcerum ſinus, ſimul addito melle

*Vrina.*

*Aliàs, contra aurium pura.*

*Stercus.*

*Pilus.*

A melle & thure, panos: podagras cum adipe ſuillo: ſacrum ignem, ſanguinémque ſiſti ilico, & formicationes corporum. Pueri qui primus ceciderit dens, ut terram non attingat, incluſus in armillam, & aſſiduè in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibere traditur. Oſſa humana combuſta, ut quibuſdam placet, uim habent maxime omnium oſſium digerentem exſiccantémque. De homine ſatis dictũ habeo. Nunc ad reliqua tranſeamus animalium genera, primúmque terreſtria.

*Dentes.* *Oſſa.*

# DE ANIMALIVM DIFFERENTIIS LIBER V.

B

## De quadrupedibus uiuiparis, & eorum partibus exterioribus. Cap. LXVIII.

HOmini proximum genus quadrupedum eſt. Inter uniuerſa nanque animaliũ genera, homini ſimillimę ſunt quadrupedes: tum oſſibus ipſis (quæ maxime totius corporis figuram conſtituunt,) tum reliquis etiam partibus omnibus, tum uero totius corporis forma. C Quę in genere quadrupedum non pennatæ continentur, ſanguine quidem omnia prędita ſunt: ſed alia animal pariũt, & uiuipara dicuntur, (quæ & perfectiora ſunt) alia ouum edunt, & ouipara uocantur. Quadrupedes quæ animal generãt, caput, collum, & omnes partes corporis ſortiũtur: (nam & talpã modo quodam oculos habere dixerim) uerum ipſæ ſingulæ partes inter ſe differunt. Sunt quadrupedũ alia cornigera, alia mutila: & quæ cornuta ſunt, eadem omnino quadrupeda eſſe certum eſt: niſi quid per ſimilitudinem & tranſlationem cornu habere dicatur, quemadmodũ Ægyptij de anguibus Thebanis perhibent, quaſi aliquid illis ueluti ueſtigium cornus extuberet. Nec D alibi quàm in cornibus maior naturæ laſciuia: ſparſit hæc in ramos, ut ceruorum: aliis ſimplicia tribuit, ut in eodem genere ſubulonibus ex argumẽto dictis: aliorum finxit in palmas, digitóſque emiſit ex iis, unde platycerotas uocant. Dedit ramoſa capreis, ſed parua, nec fecit decidua: conuoluta in anfractum arietum generi: rupicapris in dorſum adunca: damis in aduerſum. Erecta autem rugarúmque ambitu contorta, & in leue faſtigium exacuta ſtrepſiceroti: mobilia eadem ut aures, Phrygię armẽtis: Troglodytarum in terram directa, qua de cauſa obliqua ceruice paſcuntur. Aliis ſingula dedit: omnia in mucronem migrantia. Quæ cornua gerunt, biſulca magna ex parte per naturam ſunt: & biſulcorum magna pars cornua gerit: ut bos, ceruus, capra. Quod autem idem & ſolipes & bicorne ſit, nullum eſt,

quod nos adhuc nouimus,inquit Ariſtoteles:at ſolipes idémque unicorne, E
quanquã rarum,ut aſinus Indicus: unicornis uero idémque biſulcus oryx
eſt.Gerunt ſane medio ſui capitis cornu fixum ea quæ unũ habent,aut cer-
te naribus.Sunt nõnulla quæ ſimul biſulca ſunt, & iubam habeant, & cor-
nua bina orbem inflexu mutuo colligentia gerant,ut bonaſus. Conigerum
nullum admodum paruum eſſe nouimus: omniũ enim quæ explorata ha-
bemus minimum dorcas eſt.Tenuiora fœminis plerunque ſunt cornua,ut
in pecore:multis ouium nulla:nec ceruarum ulli.Quę pedes multifidos ha
bent,cornu omnia carent: & quæ ſuperne priores habent dentes. Cornua
parte plurima caua ſunt ab radice,quatenus oſſeum quoddã ſolidum am-
biunt:in mucronem tamen ſolidum exeunt, & ſimplici parte extrema cõ-

*Cæterorũ cornua oſſibus adhærere, ceruorũ tãtum cutibus enaſci ſentit Plinius.*

ſtant.Pars caua ex cute potius oritur: at ſolidum illud oſſe enaſcens ſubit F
implétque totum,quomodo cornua boum conſtare uidemus. Ceruino ge
neri ex cornigeris uni,tota ſolida & ſparſa in ramos:& omnibus annis de-
cidua,niſi caſtrentur,cum ex cæteris cornigeris nulli cornua decidant, ſed
omnibus perpetua ſint, niſi per uim aliquam amittant. Auriculas habent
omnia,excepto uitulo marino:& eas quidẽ maxima ex parte ueluti capiti
appenſas,& propterea mobiles: quas etiam non eodem orbe quo oculos,
quemadmodum homines,ſed ſupra oculos ſitas habere uidentur: uerunta
men non ita eſt,ſed conſpectum ementiuntur:quoniam beſtię non erecto,
ſed prono ſunt corpore. Quadrupedum quæ multifida ſunt, ut canis, leo,
lupus,uulpes,lupus ceruarius, omnia cæcos generant: poſt palpebræ dehi-
ſcunt. Cilio carent palpebræ inferioris quadrupedes:ſed paulo inferius pili G

*Nares, ῥύγχος.*

rari nõnullis exeunt.Nares quibus maxillæ longæ exeunt in acutum, in ri-
ctu appellato continẽtur:cæteris explanatius magíſque diſcrete ad maxil-
las iunguntur. at elephantus peculiarem hanc partem præ cæteris ſortitus
eſt animalibus.Maxillæ aliis rotundæ,ut ſimijs.Iumentorum omnium ca
put paruum eſt: maxillæ longæ.Oris etiam magnitudine diſcrimen exiſte-
re iis animalibus planum eſt: aliis enim os magno hiatu reſciſſum eſt, ut
cani,leoni:denique omnibus quibus dentes ſerrati:aliis mediocre eſt,ut ge
neri ſuum. Linguam habẽt quadrupedes duram,craſſam & minime abſo-
lutam:indéq; fit, ut uocem parum explanare poſſint. Habẽt dentes omnia
quæ quadrupeda & uiuipara ſunt,ſed uarie:ſunt enim alia utrinq; dentata:
alia altero dentium ordine carent. Quæ enim cornua gerunt,hæc nõ den- H
tata utrinq; ſunt:quippe quæ primoribus maxillæ ſuperioris careant den-
tibus:quanquam ſunt nonnulla quæ & cornibus uacẽt, & utrinq; dentata
non ſint, ut cameli.Item alia dentes habent exertos (χαυλιόδοντα dicũtur) ut
aper:alia ſine iis ſunt.Et aliis dentes ſerrati,ut cani,leoni: aliis continui, ut
equo,boui. Sunt enim dentibus ſerratis, (καρχαρόδοντα uocant) quorum ſe-
ries acutorum dentium mutua inſertione pectinatim ſe conſtipat. Quod
autem ſimul & dẽtem exertũ & cornua habeat, nullum eſt: nec uero quod
ſimul & ſerratis dentibus ſit,& alterutrum habeat illorum,hoc eſt uel cor-
nu uel dentem exertum. Raro fœminæ, & tamẽ ſine uſu ſunt dentes exer-
ti: itaque cum apri percutiunt,fœminæ ſues mordent. Primores dẽtes plu-
rima

A rima habent acutos, interiores planos. Minutis quadrupedibus primores
bini utrinque longiſſimi. Genus autem quod duplicem dentium ordinem
habeat, nullum noſtro in orbe eſt. Mutantur dentes, ut homini, ita quibuſ-
dam aliis animalibus, ut equo, mulo, aſino: homini, ut diximus, primores
mutantur: maxillares autem nullum animal mutat. In collo gula atque
arteria iis omnibus eſt, & eodem ſitu quo homini. Pectus maxima ex parte
non ut homini latum, ſed in iis coarctata hæc pars eſt: unde fit ne quadru-
pedes eo loco habeant mammas. Ipſas autem mammas haberi uarie certũ
eſt: nam & inter ſeipſæ quadrupedes & ab homine mammarum differunt
ratione: elephãto enim mãmę parte priore, hoc eſt in pectore, aut iuxta pe-
ctus ſub armis ſunt binæ, biniſq; papillis: urſæ mãmas habẽt quaternas. A-
B liis mammæ inter fœmina binæ: quibus enim ſolida ungula, aut cornua &
partus numero pauciore, hęc mãmas inter fœmora habẽt, eáſque binas. Et
inter hæc aliis papillæ binæ, ut ouibus: aliis papillæ quaternæ, ut uaccis.
Quibuſdam nec in pectore nec in fœmoribus mammæ, ſed in uentre ha-
bentur, & quidem plures: uerum non omnes pares: quæ nanque numero-
ſo partu & pede multifido ſunt, hæc aut plures per uentrem duplici ordine
utroque de latere gerunt, ut ſues, ut canes: aut binas tantum medio uentre,
ut leo: pantheræ quaternas in medio uentre gerunt. Camelus quoque in
uentre mammas duas cum papillis quatuor habet ut bos. Genitale mariũ
aut ante habetur, ut equo & aliis multis: aut retro. Teſtes autem omnibus
eſſe conſpicuos natura uoluit, præter elephãtum & erinaceum. & iis quæ
C genitale ante gerunt, aut penis & teſtes abſoluti pendent: aut aluo uel loco
cuipiam illi proximo adhærent, & aut plus aut minus abſoluuntur: non e-
nim pariter apro & equo membrum hoc abſolutum eſt, teſtes nanq; apro
non pendent abſoluti aut tremuli, ſed hærent annexi retro. Oſſa ſunt geni-
talia, lupis, uulpibus, muſtelis, uiuerræ: urſo quoque ſimul ut expiraue-
rit, corneſcere aiunt: elephantus teſtes non foris conſpicuos, ut diximus,
ſed intus conditos habet. Quadrupedes fœminæ omnes in auerſum min-
gunt: mares uero perpauci ita in auerſum mingunt, ut lynx, leo, camelus, le
pus: ſolidipes nullum ſic mingit. Magna item quadrupedum pars caudam
habet. Cauda quibuſdam prolixior dependet, nõnullis uero perexigua eſt:
& quibuſdam tam exigua, ut uix dignoſci à ſenſu poſſit: aliquid tamẽ pro-
D minet quod caudam deſcribere poſſit: quibus enim corpus admodum pi-
loſum natura cõdiderat, caudam iis diminuit: quod in urſis perſpicuũ eſt.
Quinetiam caudas prolixiores pilis natura ornauit: alias longis, quibus te-
nor caudæ breuis, ut equis: alias breuibus, quibus tenor longus, ut bubus. *Tenor*, στόλος.
Habent quadrupedes, quæ animal generant, omnes uice brachiorũ crura
priora: non tamẽ omniũ crura priora cubitis manibúſq; proportione reſpõ
dent, ſed quæ multifidæ ſunt: hæ præcipue manibus ſuo digitato pede re-
ſpondent: hoc enim non ſuſtentandi tantum corporis cauſa, ſed ad plura e-
tiam quaſi manu utuntur: quippe quæ & capiant prioribus cruribus & re-
pugnent, quod ſolidipedes poſterioribus faciunt: atque ob id nonnulla ex
iis quorum pedes in digitos finduntur, pedes priores quinis diſtinctos digi

tis habent: poſteriores quaternis, ut leones, canes, atque etiam lupi & pan- E
theræ. Sed quæ parua inter digitata ſunt, poſteriores etiam quinque digitos obtinent. Sunt è quadrupedibus quæ ſanguine conſtant, eadémque animal generant: aliæ multifidæ, quales hominis manus pedéſque habētur: ſunt enim quæ multiplici pedum fiſſura digitētur, ut canis, leo: aliæ biſulcæ ſunt, quæ χηλὰς, id eſt forcipem pro ungula habeant, ut oues, capræ, cerui: aliæ infiſſo ſunt pede, ut quæ ſolipedes nominantur, ut equus, mulus. Genus ſane ſuillum ambiguum eſt: nam quibuſdam in locis ſues ſolipedes gignuntur, ut in terra Illyriorum & Pœonia, & quibuſdam aliis locis. Biſulca igitur binis fiſſuris utrinque, id eſt à parte priore & poſteriore diducuntur. Solipeda eam partem continentem ex toto habent. Omnibus autem ungulæ in ſenecta maiores redduntur. Permulta ex biſulcorum numero talum F
habent: ſolipeda eo carent omnia, excepto aſino Indico. Multifidum item nullum adhuc talum habere cognitum eſt, ſed lynci ſemitalo quiddam ſimile: leoni autem tortuoſum in anfractum eſt. Omnia uero quibus datus eſt talus, cruribus eum non prioribus, ſed poſterioribus continent in cruris articulo. Talus autem, ut qui ueluti clauus eſt, tanquam alienus artus duobus illis interſeritur qui articulum ipſum conſtituunt. Quædam ut manibus utūtur priorum miniſterio pedum, ut dictum eſt, ſedéntque ad os illis admouentia cibos, ut ſciuri. Quibus ex rapina uictus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus, reliquis quaterni: leones, lupi, canes, & pantheræ in poſterioribus quinos ungues habent, uno iuxta cruris articulum dependente. Sed quæ parua inter digitata ſunt, poſteriores etiam quinque di- G
gitos habent, ut modo diximus, quoniam ſerpere ſolēt: ſcilicet ut unguibus numeroſioribus facilius obrepant ad ſuperiora. Mirum pardos, pantheras, leones, & ſimilia, cōdito in corporis uaginas unguium mucrone, ne refringantur hebetentúrue ingredi: auerſiſque falculis currere, nec niſi appetendo prætendere. Quadrupedibus contrà quàm homini, in prima ætate inferior pars maxima eſt, tum proceſſu temporis ſuperior creſcit, quę ſcilicet ea eſt quæ ab ano ad caput porrecta eſt. Partes quas homo habet priores, quadrupedes infra habent ſupinas: quas autem ille poſteriores, hæ pronas. Et motus omnium quadrupedum per diametrum agitur, quo modo etiã ſubſiſtere ſolent. Flectunt autem quadrupedes uiuiparæ crura priora contrà atque poſteriora: & è contrario quàm homo membra inflectat, excepto H
elephanto. Priores enim pedes ante ſe flectūt, poſteriores uero in auerſum: aduerſáque inter ſe habent conuexa curuaturæ crurum ſuorum. Partem corporis læuam minus quàm homo abſolutam habent & agilem, excepto elephanto.

*Multifidæ, πολυσχιδῆ.*
*Biſulcæ, διχηλῆ, ἢ δίχηλα.*
*Solipedes, uel ſolidipedes, μώνυχα.*
*Talus, ἀστράγαλος.*

Interiorum quarundam partium diſcrimina in quadrupedibus uiuiparis. Cap. LXIX.

IN hoc genere fel quibuſdam deeſſe notatum eſt: ut ceruo & illi qui prox uocatur, equo, mulo, aſino, uitulo marino, & murium nonnullis. Sunt etiam quæ partim habeant, partim nō habeant uel in eodem genere, ut mures:

A res:quod idem & homini accidere diximus:aliqui enim fel in iecore habe-
re uiſuntur, aliqui carent. Hoc idem ouibus etiam capríſque euenit. Hæc
Ariſtoteles. Galenus uero,quæ iecur habent,inquit,iis meatus quidam in-
ſunt,qui bilem recipiant: etſi ueſicam,quæ amaram bilem colligit, non o-
mnibus conceſſerit natura. Lienem biſulca & cornigera habent rotun-
dum,ut capra,oüis,& reliqua omnia : niſi aliqua pro ſua magnitudine au-
ctiorem in longitudinem habeant , ut boues: at multifidis prolixus omni-
bus eſt ut muri, cani : ſolidipedibus autē medium tenet, & promiſcuus eſt:
partim enim latus eſt,partim anguſtus,ut equo,mulo,aſino. Renes atque
ueſicam,omnes quæ animal generant, quadrupedes poſſident. In his, quæ
ſeuo pingueſcunt,magis quàm quę adipe,in renibus opimandis luxuriant,
B ac omnium præcipue oues: quippe quæ renibus pingui undique obductis,
quandoque intereunt. Ventris in iis diſſimilitudo eſt:quæ enim cornigera
ſunt,altera maxilla dentata, quaternos habent uentris ſinus: (quæ quidem
& ruminare dicuntur:) gula enim incipiens ab ore,deorſum tendit ad pul-
monem ſeptúmque tranſuerſum:hinc ſe ad uētrem applicat maiorem: qui
parte interiore aſper interceptúſq; eſt,ac prope gulæ commiſſuram, ſinum
ſibi adnexum habet,quem ex argumento κεκρύφαλον,id eſt reticulum uocāt.
Eſt enim uentri extrinſecus ſimilis,intus reticulis capilli mulierum imple-
xis,magnitudine multo quàm uenter minor : hunc excipit omaſum, parte
interiore aſperum,cancellatum,cruſtatum,magnitudine reticuli. Aboma-
ſum , uenter ab eo alius iungitur, magnitudine amplior omaſo, forma ob-
C longior:cancellis intus & cruſtis multis magnis & leuibus inornatus,mox
inteſtinum ſequitur. Cornigera altera maxilla dentata omnia ad hunc mo
dum ſuum habere uentrem certum eſt:ſed differunt inter ſe magnitudine
& figura atque etiam quòd gula uel in medium uentris tendat, uel in latus
uergat. At uero omnia dentata maxilla utraque, uentres ſingulos habent,
ut canis, ſus, urſus, leo,lupus . iis igitur omnibus ſimplex uentriculus eſt,
quē excipit inteſtinum:uerum aliis amplior,ut ſui,ut urſo:aliis arctior,nec
multo amplior inteſtino,ut cani,leoni. Cæterorum etiam formæ omnium
reſpectu eorum quos modo numeraui , diſtinguuntur : aliis enim uenter
ſuillo ſimilis, aliis canino, tam in maiore quàm in minore animalium ge-
nere. Sed diſcrimen in iis quoque,magnitudine, figura, corpulentia, exili-
D tatéue oritur: atque etiam ſitu gulæ,quo meatum ad uētrem ducat, & con-
uio iungat foramini. Inteſtinorum etiam natura utrique illi animalium
generi,hoc eſt utrinque dentato,& altera maxilla dentato , ſibi differt ma-
gnitudine,craſſitudine,replicamentis. Sunt certe maiora omnia inteſtina
non utrinque dentatis,nec immerito:nam ipſa ita dentata omnia ſunt ma-
iora:pauca enim parua in eo genere habentur. admodum nanque paruum
inter cornigera nullum eſt. Rectum autem inteſtinum nulli eſt cui non u-
traque parte dētes. Quibuſdā & appēdices inteſtinorū,ſicuti & auibus nō-
nullis. Oritur omentū atque dependet ſuperiore ſui parte,in iis quæ utraq;
parte dentata ſunt,à medio uētre,quà ueluti quædā ſutura ducitur. Nec ſe-
cus in iis quæ altero dentium ordine carent,à maiore uentre dependet.

*Reticulū, Theodorus arſineū quoque uocat. Omaſum, ἐχῖνος. Abomaſum, ἤνυστρον.*

## Pilorum colorúmque diſcrimina, & uocum in quadrupedibus uiuiparis. Cap. LXX. E

OMnia fere quadrupeda eadémque uiuipara ſunt piloſa, nec hominis modo leuia eſſe nouimus: partes enim pronæ, contrà quàm hominis, piloſiores ſunt: ſupinę aut glabræ omnino, aut minus piloſæ habentur. Cilium etiam, ut diximus, non ut homo habent in utraque palpebra: neq; pubem, aut alas oppletas pilis. Ipſorum autē quadrupedum pilis intectorum, aliis corpus totum eſt hirtum: aliis collum hirtius pari undique modo, ut quæ iubam habent: qualis eſt leoni mari: aliis prona tantum colli parte à capite ad armos uſque, ut quæ iubam habent, quàm λοφίαν dicunt: qualis eſt equo & mulo. Quadrupedum uilli lanæúe ſenectute prolixius augentur: quanquam rareſcāt fiántque pauciores. Quadrupedibus pilum cadere atq; ſubnaſci annuum eſt: quæ molles ſuapte natura pilos habere ſolēt, hæc per uſum pabuli melioris, duriores incipiunt gerere: contrà autem molliores pauciorésque, quæ duros copioſósq; habuerint, eadem illa ſcilicet ratione. Aquarum diuerſarum uſu animalia ſuos immutant colores: alibi enim cādida, alibi nigra reddūtur. Sunt etiam aquæ multis in locis, quas cum oues biberint móxque inierint, nigros generēt agnos: ut in Aſſyritide agri Chalcidici Thracię facit amnis quem Pſychrum uocant. Et in Antandria quoq; duo ſunt fluuij, quorum alter candorem, alter nigritiā pecoribus facit. Scamander etiam amnis flauas reddere oues creditur. Vocē uarie mittit quadrupedum genus quod animal procreat: neque eſt quod loqui poſſit, ſed proprium id hominis eſt. Exectorum omnium uox in fœmineā mutatur.

*Iuba, χαίτη.*

F

G

## De coitu partúque, & aliis quæ ad generationem pertinent in quadrupedibus uiuiparis. Cap. LXXI.

COmmune omnium quadrupedum eſt, ut cupidine uoluptatéque rei uenereæ maxime incitentur. Ferociunt fœminæ à partu, mares tempore coitus. Iam equi equos mordent: ſternunt equitem atque inſequūtur. Sues quoque feri acerrime ſæuiūt: dimicāt inter ſe, mirum in modū armātes ſeſe: ſimili modo & tauri efferantur, & arietes, & hirci. Qui enim ſuperiore tempore ſocij iugi concordia paſcerentur, coitus tempore diſſidēt, & alter alterum libidinis rabie inuadit: camelus etiam mas ſęuit tempore coitus: & elephanti quoque ad coitum efferari ſolent. Idem feris quoq; euenire apertum eſt. nam urſi, lupi, leones acrius per id tempus in eos qui acceſſerint ſęuiunt: inter ſe tamen minus hæc dimicant, quia nullū ex iis gregale eſt. quin etiam urſæ à ſuis catulis uehementer ferociunt, ut canes à catellis. Quæ autem non uno tempore, ſed ſæpius anno coëunt, ut ea quæ cum homine degūt: uerbi gratia canes, ſues, ut minus efferētur, facit coitus copia. Omnino fera omnia, aut certe plurima, non ante cū fœminis ad cōmune paſcuum ueniūt, quàm tempus ſit coëundi: ſed cum iam per ætatem licuerit, ſegregantur mares à fœminis, ſeorſúmq; paſcuntur. Plurimæ quadrupedes pedibus innitendo exercēt uenerem, fœminam ſcilicet mare ſuperingrediente, admotáq; parte maris ſupina ad dorſum fœminæ rem peragunt.

H

A agunt. Quæ retro urinam mittũt, auerſa iunguntur, ut leones, lepores, lynces. Quadrupedes tempore coitus nonnihil humoris ſuo genitali, tum mares tum etiam fœminæ emittunt, atque admotis ad genitale naribus odorantur: prominet etiam genitale in fœminis cum ad coitum ſtimulantur. Viuiparorum quadrupedum aliæ imperfectum animal pariunt, aliȩ perfectum. Quæ multifida ſunt, fœcundiora ſunt: multipara enim id genus animalia ſunt: nec tamen partum perficiunt complura: fœtum nanque adhuc recentem alere poſſunt, auctum iam adeptúmque magnitudinẽ nequeũt: ſed cum corpus ad nutriendum non ſufficiat, partum emittunt, ut ea quæ uermem pariunt: quædam enim ex iis catulos inarticulatos propemodum pariunt, ut uulpes, urſa, leæna, & alia nonnulla, ſed omnia fere cæcos. Sola B inter multipara ſus parit perfectos: ſolipedes & biſulcæ perfectos edunt. Biſulca pauca generant præterquam ſues: ſingulos enim aut binos magna ex parte edunt fœtus. Quæ autem maxima inter animalia ſunt, ea ſingulos pariunt, ut elephas, camelus, equus, & reliquæ ſolipedes. Quadrupedes in utero geſtantur extenſis ad longitudinem cruribus & ad aluum ſuam applicatis. Pingueſcunt quadrupedes cum gerunt partũ, comedúntque amplius. omnes autem cum lactentur extenuari ſolent.

## De quadrupedum uictu & ætate. Cap. LXXII.

PIngueſcunt uero quadrupeda omnia melius, ſi præfatigata fame fuerint: & præterea quiete immotionéque. Quadrupedum quæ animal C generant, quæ ſylueſtres eædémque ſerratæ dentibus ſunt, carne omnes ueſcuntur: (niſi quod lupos aiunt terram quandã cum eſuriunt edere: hoc igitur peculiare luporum ſit.) herbas autẽ non alio tempore tangunt, niſi cum morbo laborant: quomodo & canes herba ingeſta euomunt, atque ita purgantur. Sunt inter quadrupedes feras, quæ uictum ex lacu & fluuiis petant: at uero à mari nullum, præterquam uitulus marinus: ſunt in hoc genere fiber, ſatheriũ, ſatyrium, lutris, & latax. Cornigera animalia, tam fera quàm urbana, & quibus dentes ſerrati non ſunt, omnia fruge herbáque ueſcũtur, niſi uehementer eſuriant, ſue excepto. unum animal digitos habentiũ herba alitur lepus. Bibunt quibus dentes ſerrati ſunt animalia lãbendo: atque etiam nonnullæ ex non ſerratis, ut mures: quibus autem continui, ſorbẽdo, D ut equi, ut boues: urſus neque ſorbendo, neque lãbendo, ſed morſu. Iumẽta pro aquæ quam bibant uſu, ſuo fruuntur pabulo: & quod minus potum aſpernatur, id appetentius pabuli eſt. In Africa maior pars ferarũ æſtate non bibunt inopia imbrium. Ætatem dignoſci quadrupedum confirmant, qui in eorum cura ſunt conſtituti, ſi cutis prætenta maxillis detracta, mox relaxata, ilico in ſuum redeat locum: hoc enim indicium recẽtioris quadrupedis eſt: ueteris contra, ſi diutius rugata maneat cutis. Ætas ueterinorum dentibus indicatur, & dentium brochitate, ſuperciliorum canitie, & circa ea lacunis cum fere XVI annorum exiſtimantur. Vt uero Columella tradit, decimo anno equis tẽpora cauari incipiunt, & ſupercilia nonnunquam caneſcere, & dentes prominere.

## De quadrupedum ruminatione, latitatione, & aliis quibuſdam actionibus affectibúſque. Cap. LXXIII. E

RVminant quæ ſuperiore dentium ordine carent, ut boues, oues, caprę.
Ex feris nullum adhuc ruminare conſtat, præterquam ea quæ aliquã-
do cum hominibus exigunt, ut ceruus. Iacent potiſſimum cum ruminant
omnia: & hybernis præcipue menſibus ſolent ruminare: ſeptem fere men-
ſibus hoc faciunt, quæ intra tecta aluntur: gregales minus, breuioréq; tem-
pore ruminant, quoniam foris paſcuntur. Sunt etiam ex dentatis utrinque
nonnulla quæ ruminent, ut mures pontici, ut lepores. Ruminantia omnia
coagulum habent: etiam inter dentata utrinque lepus. Conduntur nõnul-
la hyeme, ut hyſtrices, urſæ: glires etiam latent in ipſis arboribus: itidem &
mures pontici. Volutatio ſolidipedum propria eſt. Cũ cætera niſi nouella F
caſtrentur intereant, aper unus qua ætate caſtretur non refert. Omnia de-
nique ſi dum creſcant, caſtrantur, maiora & elegantiora quàm incaſtrata
euadunt: ſed ſi poſtea quàm adoleuerunt, & iam incremento conſtiterunt
caſtres, nihil præterea accedere ad magnitudinẽ poteſt. Magnas quadrupe-
des Epirus gignit, excepto aſino: ſed præcipue boues & canes, indicio ſunt 4
boues quæ Pyrrhicæ uocantur. Puſillas bucculas fert regio Phaſiana.

## Alimenta ex quadrupedibus & eorum partibus uaria. Cap. LXXIIII.

QVæ herbis paſcuntur inter quadrupedũ genera, aut tenellis arborum
ramis germinibúsue, ea omnia cum hæc abundant nitidiora ſunt ac G
pinguia, nobíſque alendis accommodatiora. Ideóque quibus al-
tior herba pro pabulo eſt, ea hyeme primóque ac medio uere fiunt gracilia
macráque, & ſuccum præſtant uitioſum, ut boues: qui procedente tempo-
re fiunt obeſiores melioríſque ſucci: poſtquam ſcilicet auctę fuerint herbæ.
Quæ uero ex quadrupedibus humiliori herba paſci ſolent, ut oues, ea pri-
mo ac medio uere ſunt præſtantiores. Capræ æſtate prima ac media, cum
ſcilicet plurima fruticibus inſunt germina: nam iis auidiſſime ueſcũtur ca-
præ. Cuiuſque quadrupedis caro deterior eſt, cum locis paluſtribus quàm
cum editioribus paſcit. Et in domeſticis ipſis, caſtratorum caro in ſuo cuiuſ
que genere præſtantiſſima eſt, uti ante diximus: peſſima uero, tum ad con-
coctionem, tum nutritionem, tum etiam ad ſucci bonitatem, ſeneſcẽtium H
animalium caro. Probatiſſimum alimentum inter pedeſtria præſtat ſuilla
caro, deinde hœdina, mox uitulina. Agnina uero præhumida lentáque eſt
& mucoſa: ſuccúmque gignit pituitoſum. A cæteris autem abſtinendum
ſuadeo, inquit Galenus, iis qui probum ſuccum procreare ſtudẽt. Caro ete-
nim bubula multum quidem præbet alimẽti, ſed quod ſanguinem gignat
craſſum ac melancholicum: præcipue uero taurina. Ouilla caro excremen-
tis abundat, ac ſuccum præſtat deteriorem. Caprarum autem caro, præter-
quam quòd ſuccum præbet uitioſum, acrimoniam etiam habet: & melan-
cholicum gignit ſuccum, præſertim hircina. Leporina caro ſanguinem gi-
gnit craſſiorem, ſed qui meliorem procreat ſuccum, quàm aut bubula aut
ouilla.

*Inter quadrupedes gloria prima lepus, inquit Martial.*

A ouilla. Ceruina ſuccum generat uitioſum ac concoctu difficilē. Huic proxima eſt agreſtis aſini caro, ſi minor adhuc ætate fuerit & optimo corporis habitu: nam & domeſtici aſini caro melācholicum ſuccum procreat: ſicuti & camelina, uulpina, canina, leporina, & è ſue ſylueſtri caro. Et cęterarum quadrupedum caro ipſa quanto ſuilla in alimenti probitate fuerit inferior, tanto & illarum reliquæ partes quæ excarnes ſunt, ut pedes, aures, roſtra, ſuum partibus ſunt deteriores. Iecur omnium quadrupedum craſſum in cibo præbet ſuccum, tardius permeat & ægre concoquitur: uerùm ſuccum procreat non omnino malum. Et quæ lactent adhuc, ſi matris lac probum fuerit, eorum iecur boni ſucci eſt. At quorum deprauati humores fuerint, aut quæ iam conſenuerint, eorum iecur bonum efficere ſuccum nō poteſt.
B In omnibus uero, quod συκωτὸν uocatur, eo quòd animal quod mactatur caricis ſit ſaginatum, præſtantiſſimum eſt, tum ad alia, tum uero ad ſaporis gratiam: & in iis præcipuum ſuillum eſt. E reliquis autem uiſceribus, lien neque guſtui ſuauis eſt: (habet enim in ſe acerbitatem perſpicuam) & ſuccum pręterea gignit uitioſum ac melancholicū. ſuillus uero lien non adeo malus eſt. Pulmo utroque concoctu facilior eo eſt quo rarior: iecinore tamen longe minus alit, atque quod ex eo gignitur alimentum, pituitæ magis naturam habet. Cor ad concoctionem item difficile eſt: uerum ſi recte conficiatur, alimentum gignit neque exiguum, neque quod malū ſuccum efficiat. De renibus inter ſanguineorum glandulas diximus. Venter, uterus & inteſtina quadrupedum, ipſa carne duriora ſunt, ideóque concoctu diffi
C ciliora: quòd ſi rite concoquantur, ſuccum gignunt, qui non omnino inculpatus ſit, ſed frigidiorē, crudiorémque, & qui tempus prolixius deſideret, ut ex eo probus fiat ſanguis: minus quoq; alunt quàm caro ipſa. uulua eiecto partu melior eſt quàm edito. Quadrupedum teſtes concoctu ſunt difficiles malíque ſucci, ut qui uiroſum quiddam ſapore referāt. Caudę duriores ſunt, uerum ob frequentem earum motum, minimum habent excrementi. Aurium cartilago in uigentibus ſaltem ætate animantibus, & ſicca eſt, & minime nutrit. Earum cutis tenuis aridáque eſt: ægre item concoquitur, & pauciſſimi nutrimenti eſt. In quadrupedum lacte non parua reperitur differentia: ſiquidem boum lac, ut Galeno uidetur, craſſiſſimum eſt & pinguiſſimum: caſei butyríque habet plurimū, ualentius nutrit. Mi-
D nime uero pingue camelinum eſt: liquidiſſimum quoque & ſeri multū habet, imbecillius dat alimentum, & aluum ciet: mox equinum liquidiſſimū miniméque pingue eſt: poſtea aſininū. Caprinū mediocriter craſſum eſt: ouillū craſſius illo eſt. Plinius uero de lacte hæc prodidit: maxime alit quodcunque humanum, mox caprinum, dulciſſimum ab hominis camelinum, efficaciſſimum ex aſinis, magnorum animalium & corporum facilius redditur. Stomacho accommodatiſſimum caprinum: bubulum medicatius: aluus enim maxime ſoluitur bubulo. Ouillum dulcius & magis alit, ſtomacho minus utile, quoniam eſt pinguius. Aluum minus tētat lac caprinum, inquit Dioſcorides, quoniam pecus hoc adſtringētibus pabulis fere utitur: & inde quoque ſtomacho idoneum eſt. Ouillū uero dulce, craſſum & præ-

pingue,non uſqueadeo ſtomacho utile. bubulũ aſininúmque & equinum E
aluum cient magis.Minus inflat lac quodcũque decoctum: & omnino innocentius eſt decoctum, præcipue cum calculis marinis. Medicamentoſæ partium & excrementorum uires earúmque diſcrimina, explicata in ſanguineo animalium genere ſunt.

## De quadrupedibus uiuiparis multifidis,& primo de elephanto. Cap. LXXV.

GEneris quadrupedum quæ animal gignunt,plura quidem genera intelliguntur,ſed nullis fere notata nominibus,niſi quòd ſingularũ ſpecierũ nomina habentur,ut leonis,equi,cerui,canis, reliquorúmque ad hũc
modum.Seorſum igitur eorum naturam ſingillatim conſideremus neceſ- F
ſarium eſt,ut differentias quæ cuique animalium generi conueniant accipiamus,à multifidis exorſi. In quadrupedũ genere maximum eſt elephas, proximúmque humanis ſenſibus, idémque multifidum. Elephanto oculi quanuis magni habeãtur, minores tamen ſunt quàm pro corporis magnitudine.Promuſcidem pro nare gerit:atque hanc partem ſortitus eſt præ cæteris animalibus peculiarem,prolixam adeo,ut ad terram pertingat,&ualidam,gracilem tamen pariter & mollem,aptámque ad flectendum. Eius uero uſus idem qui manus:ea nanq; cibos tam ſiccos quàm humidos colligit,capit & in os perinde ac manu admouet ſolum animantium omnium: & arbores quoque eadẽ proſternit.Et quoties immerſus per aquam ingre-
ditur,ea ipſa edita in ſublime reflat atque reſpirat:adũciuſcula parte ſui po G
ſtrema naris hęc eſt,ac cartilaginea,& proinde rigidiuſcula.Dẽtes illi utrinque quatuor intus,quibus conficit cibum atque in farinæ ſpeciem mollit.
Duo præterea prominent grandes,quos mares grandiores reſimatóſq;ha- 1
bent:fœminæ minores,& contra quàm mares:uergũt enim deorſum proníque deuiant.Statim cum natus eſt elephantus, dentes habet: quanquam grandes illos non ilico perſpicuos obtinet:& candore dentium intelligitur
iuuenta.Decidunt elephanto dentes iſti grãdiores, & renaſcuntur quibuſ- 2
dam temporum interuallis.Et deciduos caſu aliquo uel ſenecta defodiunt: hoc ſolũ ebur eſt:cætero & in iis quoque,quod corpus intexit uilitas oſſea. Linguam perquam exiguam habet elephas, atque interius poſitam quàm
in cæteris ſit,ita ut uix eam uidere poſſis. Mammas duas quidẽ,& papillas H
item duas,uerum non in pectore habet,ſed paulo citra ſub armis:quæ tam mari quàm fœminæ perexiguæ ſunt,nec pro corporis uaſtitate, ita ut eas à latere conſpicere propemodum nequeas. Crura habet priora multo poſterioribus lõgiora:& malleolos poſterioribus imis cruribus poſſidet paruos. Pedes habet,ut dictum eſt,multifidos, & digitos numero quinque in-
diuiſos leuitérque diſcretos:& ungues omnino nõ ſunt, ſed ungulis potius 3
ſimiles.Flectit hic ſuos poſteriores poplites modo hominis:ut ueroSolinus ſcribit,ſuffragines flectere nequit.Nequit certe præ nimio põdere,utrũque in latus ęquilibrio quodã uergere,ſed aut lęuo incubat aut dextro:atque eo ipſo habitu requieſcit.Genitale habet ſimile equo,ſed paruũ,nec pro corporis

*προβοσκίς.*

*Atq; hæc pars haud improprie appellatur manus, Plini⁹*

*Ebur.*

A ris magnitudine. Teſtes itē nō foris cōſpicuos, ſed intus cōditos habet: quo
circa initum celerius agit. Vt in quadrupedū genere, elephas minime hir-
tus eſt: & ſetarū certe, ut inquit Plinius, nullum illi tegumentū: ne in cauda
quidē pręſidium abigēdo tędio muſcarum, ſed cancellata cutis, & inuitans
id genus animalium odore. Ergo cum extēti recepere examina, arctatis in
rugas repente cancellis, comprehenſas enecant. Hoc iis pro cauda, pro iu-
ba, pro uillo eſt. Duriſſimū dorſo tergus eſt, uentri mollius. Viſcera illi ſuil-
lis proxima, ſed maiora: iecur enim quadruplo maius bubulo eſt: & reliqua
pari ratione, excepto liene: hic enim minor ex proportione eſt. Iecur ſine
felle eſt: inciſo tamē, parte qua fel adhærere ſolet, humor felleus effluit plus
minus. Fel ad pectus habere traditur à nōnullis: Galenus, Huic, inquit, ueſi-
B ca bilis iecori adhæret, magnitudine ad uiſceris rationem. Inteſtinum per-
4 amplum eſt, equino ſimillimum: ita tamē ſinuoſum, ut aluos habere qua-
tuor uideatur. In hoc etiam cibus recipitur: nullum enim conceptaculum
5 cibi ſeparatum adeſt. Gratiſſimas in cibatu palmas habent: quanquam &
truncos edunt, & lapides deuorant. Elephanti ſolitudines petunt coituri,
ſed præcipue ſecus flumina, & quà paſci cōſueuerunt: eſt enim hoc animal
uti mox explicabimus, ſua natura ſimul terreſtre & paluſtre. Incipit autem
coire tam mas quàm fœmina ante annum ætatis uiceſimū. Fœmina enim
incipit coire aut duodecimo cum celerrime, aut quintodecimo cum lentiſ- *Anno deci-*
ſime. Mas quinque aut ſex annos natus ſuperuenit ineūte uere: & coit qui- *mo Solinus*
nis, non amplius, in anno diebus. Coitum triennio interpoſito (uel uti aliis *& Plinius.*
C placet, biennio) repetit mas. Quam grauidam reddidit, eandem præterea
tangere nunquam patitur. Ad coitum efferari ſolent elephanti, adeo ut plu
ribus incommodis homines afficiant: mitigari pabuli copia narrantur. Fe-
rendi uteri tempus, alij annum & ſex menſes, alij biennium, alij triennium
ſtatuunt. Cauſa quam ob rem incertum hoc ſit, quòd nō pateat coitus. De-
cem annis geſtare in utero uulgus exiſtimat: Ariſtoteles biennio. Parit po-
ſterioribus cruribus ſubſidens innitēnſque, & manifeſto cum dolore: parit
in uere. Parit autem ſingulos: uniparum nanque eſt. nec amplius quàm ſe-
mel gignere tradūt Plinius & Solinus. Fœtum magnitudine bimeſtris aut *In quibuſdam*
trimeſtris uituli edit: uel, ut aliis placet, uituli anniculi, aut porci ætatis in- *exemplaribus*
tegræ. Pullus ſtatim cum natus eſt, cernit & ambulat. Citra nares ore ipſo *Plinianis hæc*
*non habētur.*
D uocem elidit ſpirabundam, quemadmodum cum homo ſimul & ſpiritum
reddit & loquitur: at per nares ſimile tubarum raucitati ſonat. Elephantus
dum in ſyluis uerſatur, ferociſſimus eſt: at manſuefactus, omnium ferarū
mitiſſimus & placidiſſimus euadit. Facillime autem omnium manſueſcit:
6 ac permulta officia & eruditur, & quaſi intelligit. Valet ſenſu atque memo
ria, & reliqua ſagacitate ingenij excellit. Elephanti pugnant inter ſe uehe-
menter, & dentibus alter alterum ferit: qui autem uictus fuerit, adeo ani-
mum amittit, ut ne uocem uictoris toleret. Propter fœminas tamen nun-
quam dimicant: nulla enim nouerunt adulteria. Sunt apud Indos in uſu rei *Minores, The*
bellicæ non ſolum mares, ſed etiam fœminæ: uerū fœminæ pauciores ſunt, *odorus timidio*
& longe minores. Differunt inter ſe elephantes mirum in modum robo- *res dixit, ἐλάτ*
*τονες.*

re atque animo. Duo nãque ſunt eorũ genera. Nobiliores indicat magnitu- E
do: minores nothos dicunt. Indicos elephantos Mauri timent, & quaſi par-
uitatis ſuæ conſcij aſpernantur ab iis uideri. Elephantem alij annos ducen-
tos uiuere aiunt, alij trecentos: & alij mares annos ducẽtos uiuere, alij cen-
tum & uiginti aiunt: fœminas etiam fere totidem, ſed florere ætate circa
ſexageſimum narrant. Hyemis ac frigoris impatiens hoc animal eſſe dici-
tur. Amat amnes: & quanquam non fluuiatile ſit, tamen riparium dici 7
poteſt. Incedit etiam in aquis, & eatenus progreditur, quatenus eius pro-
muſcis ſuperat: reflat enim per eam, & ſpiritum accipit & reddit: ſed natare
ſatis pondere ſui corporis non poteſt. Elephantos cæteris malis immunes
eſſe aiunt: inflatione autem alui acrius infeſtari. Ægrotant etiam ſi come-
dant terrã, niſi ea frequenter utantur: nam ſi frequenter, nihil ſentiunt ma- F
li. Lapides etiam interdum deuorant, ut diximus, & truncos: necnon fluore
tentantur. Odorem muris uel maxime fugiunt: pabula etiam quæ à muſcu
lis contacta ſunt, recuſant. Mortem ſuam præſentiunt, ſicuti & olores. Eſt
elephantus animalium humanis ſenſibus proximum: quippe intellectus il
lis ſermonis patrij, & imperiorum obedientia, officiorúmque quę didicere
memoria, amoris & gloriæ uoluptas: imo uero, quæ etiam in homine ra-
ra, probitas, prudentia & æquitas: religio quoque, ut prodidere authores,
& magna docilitas. Et hæc quidem ueſtigia morum animi humani in hoc
cernuntur animali. Elephantes fert Africa ultra Syrticas ſolitudines & in
Mauritania. Ferunt etiam Æthiopes & Troglodytæ, ſed maximos India.
Elephantes Italia in Lucanis primum bello Epirotico uidit: & boues lucas G
inde dixit. Elephantorum dentibus ingens pretium, uim adſtringẽdi ob-
tinent: eorum ſcobe impoſito paronychia ſanãtur. Ità Dioſcorides. Plinius
uero, Ramentis, inquit, eboris cum melle Attico (ut aiunt) nubeculæ in fa-
cie, ſcobe paronychia tolluntur. Elephanti ſanguis, præcipue maris, fluxio-
nes omnes, quas rheumatiſmos uocant, ſiſtit. Proboſcidis tactu, capitis do-
lor leuatur: efficacius ſi & ſternuat. Dextera pars proboſcidis cum lennia
rubrica adalligata, impetus libidinum ſtimulat. Sanguis & iſchiadicis pro-
deſt. iecúrque comitialibus morbis.

*De elephanti in homines clementia uide Solinum & Plinium.*

*Boues lucæ.*

1 De dentibus hiſce, an dentes dicendi ſint, an potius cornua, uide Pauſaniã in He-
liacis, & Oppianũ De uenator. lib. 2. 2 Decimo quoque anno, ut refert Ælianus.
quo pacto dentes etiam defodiant, idem narrat. 3 Indiuiſos leuitérque diſcretos, H
τὰ περὶ τοὺς δακτύλους ἀδιαρθρότερα. Plinius informes dixit. 4 Hinc Plinius uentres
elephanto quatuor eſſe dixit. 5 De elephanti paſtu & potione Ariſtoteles lib. 8.
hiſtor. animalium. 6 Quo pacto uenatu capiantur elephanti, & quomodo domẽ-
tur atque manſueſcant, oſtendunt Ariſtoteles lib. 9. hiſtor. animalium, & Strabo lib.
14 & 16, & Solinus. 7 Philoſtratus de Appollonij uita, lib. 2. tria prodidit elephan-
torum genera: paluſtrium, montanorum & campeſtrium.

## De ſimiarum generibus. Cap. LXXVI.

*Simia, πίθηκος.*

*Simiarum uulgus.*

CORporis figura ſimiarum genera perfectam hominis ſimulationẽ cõ-
tinẽt, inquit Plinius. Conueniunt certe cum homine plurimum ſua fa
cie ſimiarum uulgus. Eſt enim hoc genus, inter omnia ſimiarũ genera ho-
mini ſimillimum: facies nãque iis rotunda eſt: & aures, nares dentéſq; tam
primores,

A primores, quàm maxillares hominis more habent: natura tamen in iis

- naréſque à fronte remiſſas
Contudit, & rugis peraráuit anilibus ora.

Cilium etiam cum cæteræ quadrupedes non in utraque palpebra habeãt,
ſimiæ habent: quanquam prætenue ac prolixius, potiſſimum in inferiore.
Collum itẽ ut homini breue. pectus habet omnium quadrupedum latiſſi-
mum. In pectore quoque binas mammarum papillas: & brachia hominis
modo, ſed hirtiuſcula, quæ & ipſa & pedes, ut homo inflectũt: hoc eſt ita ut
circunferentiæ membrorum utrorumque obuerſæ inter ſe adducãtur. Ad
hæc manus, digitos, ungues homini ſimiles: & pollex iis quoque & articu-
li, ut homini: uerum omnia rudiora efferatioráque, - Vt eædem

B Diſſimiles homini poſſent ſimiléſque uideri.

Pedibus paulum differunt: ſunt enim ut manus prælongi: & digiti ut ma-
nus conſtant, medio longiore: & ueſtigium palmæ ſimile faciunt, atq; iiſ-
dem & ut pedibus & ut manibus utuntur: inflectúntque eoſdem perinde
ac manus: &, ut paucis dicã, pedes manibus habent ſimiles, & quaſi ex ma-
nu pedéque conſtitutos: & calcis poſtremum ad pedem, reliquæ autẽ par-
ticulæ ad manum facile referuntur. Lacertos & fœmora habẽt breuia pro-
portione cubitorum & tibiarum. Vmbilicum qui emineat nullum habẽt:
ſed durum quiddã continetur loco umbilici. Partem corporis ſuperiorem
multo minorem habent quàm inferiorem, uidelicet more quadrupedum:
quinarij enim fere ad ternarium ratione conſtat. Degunt plus tẽporis pro-
C næ quadrupedũ more quàm erectæ. Carent natibus, utpote quadrupedes:
priuatæ cauda ſunt, utpote bipedes: exigua enim cauda omnino ineſt, qua-
tenus nota ſolum habeatur. Genitale fœminę, mulieris eſt: mari potius ca-
nis quàm hominis. Partes interiores humanis ſimiles continent. Simia ani
mal ad omnia imitanda habile eſt: & omne quod corpore agitur, ſi doceā-
tur, facilę diſcit, & idipſum actione repreſentat, ſaltat, tibia canit: denique
adeo uariũ natura animal eſt & multiplex, ut ad omnẽ actionẽ ſeſe uerſet.
Apud Indos ſimiarum quoddam genus rufum eſt, quod in urbes nõ addu-
citur: quippe quod ueneris libidine adeo inflãmatur, ut ad muliebrem ſe-
xum furiat. Has itaque ſi quando deprehendunt, ſtatim interficiunt Indi.
Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio. Geſtant catulos, ut quos
D immoderate amant, magnáque ex parte complectendo necant: quo fit ut
catulos facilius amittant, quos impendio diligunt, & ante ſe geſtant: quo-
niam neglecti pone matrem ſemper hærent: ex binis nanque, quos fere pa
rere ſolẽt, alterum amant, alterũ uero negligunt. Pro uoce ſtridor quidam
iis eſt. Poſt hominem nullum animal præter ſimiam ἐπιπλοκήλῃ uexatur:
1 omentum enim illi omnium quadrupedum maximum eſt. Sunt & alia ſi-
miarum genera: nempe cercopitheci caudas habent: hæc ſola diſcretio eſt
2 inter prius dictas. Cercopithecos generat Æthiopia nigris capitibus, pilo *Cercopithecus,*
aſinino, & diſſimiles cæteris uoce. Megaſthenes author eſt, cercopithecos
in India apud Praſios gigni maximis canibus maiores: & totos albos pręter *Celphus.*
faciem, quæ nigra eſt (quod aliis contra euenit) caudis longis ſupra duos cu *Cephus.*

*Caniceps.* bitos:& prætere a mitiſſimos.caniceps etiam(ſic enim cynocephalum uo- E
*Cynocephalus* co)è numero ſimiarũ,& eadem forma qua ſimia eſt: ſed maior ualidiorq;,
& facie,caninæ ſimilior,unde & nomen accepit: adhæc moribus ferocio-
ribus eſt,& dente robuſtiore,caninóque propiore.Ad ſaltum uiolenti ſunt
cynocephali, feri morſu, nunquam ita manſueti,ut non ſint magis rabidi:
in Æthiopiæ partibus frequẽtiſſimi.Cynocephalorum plura ſunt genera.
*Simia cynocephalo ſimilis.* Sunt & cynocephalis ſimiles quædam, roſtro ſcilicet porrectiore, & quæ 3
χοιροπίθηκες, dentes caninos,quos κυνόδοντας uocamus, habent prominentiores. Hæ uix
*Simia porcaria.* binis cruribus erectæ inſiſtunt ut aliæ,tãtum abeſt ut ita incedere aut cur-
rere poſſint. Inter ſimias habentur & ſphinges,uilloſæ comis,& pilo fuſco:
*Sphinx. Sphingium.* mammis in pectore prominulis ac profundis, dociles ad feritatis obliuio-
nem.Æthiopia has generat. Cõdunt in theſauros maxillarũ cibum ſphin- F
*Satyrus.* giorum & ſatyrorum genus:mox inde ſenſim ad mandẽdum manibus ex-
primunt.Sunt etenim inter ſimias, & quas uocãt ſatyros facie admodum
*Callitriches.* grata geſticulatis motibus inquietæ.natura his mitiſſima. Callitriches to-
to pene aſpectu à cæteris differunt.In facie barba eſt. cauda primore parte
lata.Has capere non eſt arduum,ſed proferre rarum.hoc enim animal ne- 4
gatur uiuere in alio,niſi in Æthiopico quo gignitur cœlo. Et quemadmo-
*Simia marina.* dum in terra,ſic etiam in mari aliquod eſt ſimiarum genus,quod delphino
medicinam in morbo affert.In mari rubro,aiunt,ſimia eſt, non piſcis qui-
dem illa,ſed beſtia cartilaginea,& uelut ſquamarum expers: eáque ipſa nõ
magna,colore & aſpectu terrenæ ſimiæ: non piſceo tegmine,ſed ueluti te-
ſtudinis cortice ueſtitur. Eadem ſimiliter atq; terreſtris reſima eſt: reliquũ G
corpus inſtar torpedinis latũ eſt,ut dicas auem eſſe alas explicantem. Cum
natat,uolare uidetur.maculis quibuſdam diſtinguitur.

1 Simiarum genera.Tria tãtum genera notat Oppianus,ſicut & Ariſtoteles. 2 κῆβος,cebus eſt apud Ariſtotelẽ,ſimia gerens caudam. Inter monſtra Æthiopiæ cenſetur celphus apud Solinum: & cephus apud Plinium,quem Pompei Magni ludi primum oſtenderunt Romæ ex Æthiopia: cuius pedes poſteriores pedibus humanis & cruribus, priores manibus fuere ſimiles. Hoc animal poſtea Roma non uidit. Cepum etiam refert Aelianus roſtri forma cynocephalo ſimilem, magnitudine canis Erythrienſis, colore perquam uario.Sunt apud Indos,inquit Plinius,ſimiæ toto corpore candentes. 3 In hoc forſitan genere eſt, qui χοιροπίθηκες ab Ariſtotele uocatur,id eſt ſimia porcaria,cui roſtrum ſimile habet chameleon. 4 Quibus artibus capiantur ſimiæ,explicant Plinius,Solinus,Diodorus & Strabo,aliíque nonnulli. H

## De canibus. Cap. LXXVII.

*Canis,κύων.* EX iis quę nobiſcum degunt canes ſunt,atq; hominibus fideliſſimi.Soli dominum nouere:& ignotum quoque ſi repente ueniat intelligunt: ſoli nomina ſua,ſoli uocem domeſticam agnoſcunt.Itinera quanuis longa meminere:nec ulli præter hominem memoria maior. In uenatu ſagacitas & ſolertia præcipua eſt.Plurima alia in his quotidie uita inuenit.Dẽtes canibus ſerrati ſunt:ex quibus qui canini uocantur, decidunt ſicuti & homini,idq; quarto ætatis menſe: & præter caninos illos nulli mutãtur.unde fit, ut diuerſa ſit authorum ſententia:alij enim cum hos mutari uiderint,cęteros quoque pari ratione mutari exiſtimant:alij,quòd duos tantũmodo mu

A tant,negant omnino ullos mutari,cum eos paucos reperire difficile ſit. uerum hoc propterea latet,quia non ante decidunt,quàm alij intus enaſcantur.Iuuenibus dentes candidi & acuti:ætate prouectis nigriores atque obtuſi:indéque fit,ut ætas uetuſtiorum recentiorúmque canũ dentibus iudicetur. Mammas gerit canis,nec in pectore,ut homo,nec in fœminibus,ut ouis,ſed in uentre. caudam ſub aluum flectunt, qui degeneres ſunt. Pedes priores quinis diſtinctos digitis habet canis:poſteriores quaternis. ungues canibus recti,præter eum,qui à crure pleriſque dependet. Venter cani paruus,& qui non multo amplior ſit quàm inteſtinum, ſed quaſi inteſtino ſimilis,intus leuis.Inferior inteſtini pars arctior eſt:ideóque uehemẽti nixu, nec ſine cruciatu eam partem leuat excremento.Ætas canum,ut modo di-
B ximus,dentibus iudicatur:ſed & ſeneſcentibus uox grauior redditur. Coeunt canes aliorum more retro mingentium:diutiúſque in coitu ligati cohærẽt,etiam inuiti.Canes tam mares quàm fœminæ anniculi magna quidem ex parte coeunt, ſed nonnunquã menſe octauo,quod magis fœminæ euenit quàm mari:nonnullæ canes & ſemeſtres coitum patiuntur.Indiciũ in fœminis in mammis apparet,cum ætatem coëundi iam habent:fit enim perinde ac in hominibus tumor in papillis mãmillarũ, & ueluti cartilago quædã conſiſtit:ſed difficile id perceperis,niſi habeas uſum rei: carẽt enim hæc indicia magnitudine.hoc igitur fœminæ euenire certũ eſt: mari nihil eiuſmodi accidit.Tẽpus quo toto fœmina libidine tenetur, diebus quatuordecim magna ex parte deſcribitur: uerũ nõnullæ etiã ad ſextũdecimum *Huius rei cauſam inueſtigat Alexãder Aphrodiſeus in problematum lib.primo.*
C pruriunt. Canes non per totã coeunt ætatẽ,ſed uſq; ad quendã ætatis uigorem:ad annos enim duodecim magna ex parte & coeunt & implẽtur. uerum iam aliquibus tum fœminis tum maribus uel annũ octauũ &decimũ, atq; etiam uigeſimũ natis,facultas nõ defuit prolifici coitus. Laconicæ coeunt quãdiu uiuunt & mares & fœminę.Hęc Ariſtoteles:Columella uero,Nares, inquit,in uillatico & paſtorali canum genere iuueniliter uſq; in annos decem progenerant. Poſt id tempus ineundis fœminis nõ uidentur habiles:quoniã ſeniorum pigra ſoboles exiſtit.Fœminæ concipiunt uſq; in annos nouem:nec ſunt utiles poſt decimum. Canes etiam cum alienigenis coire apertum eſt.In Cyrenenſi agro,(uel apud Gallos,uti Plinius refert) lupi cum canibus coeunt.& Laconici canes ex uulpe & cane generãtur. Im-
D pletur canis uno initu,quod in furticiis maxime conſtat initibus: implent enim qui ſemel inierint.Gerit uterũ diebus fere ſexaginta & uno aut duobus,aut ad ſummũ tribus:nec minus quàm ſexaginta diebus. Quòd ſi quid celerius prodierit,educari ac perfici nequit. Cũ peperit, rurſum ſexto poſt menſe,nec citius,coitu impletur.Catulos parit articulatos quidem,ſed cæcos:nec ante duodecimum diem uiſum recipiunt. Quæ ante iuſtum tempus concepere, diutius cæcos habẽt catulos: nec omnes totidẽ diebus.Sunt quæ duobus & ſeptuaginta diebus uterum ferant,quarum catelli quatuordecim diebus luce carent. Quidam tradunt, ſi unus gignatur, nono die cernere:ſi gemini,decimo:idémque in ſingulos adiici,totidémque eſſe tarditatis ad lucem dies.Quò largiore alũtur lacte, eò tardiorem uiſum acci- *Pregnantes ſolent eſſe canes, inquit Varro, ternos menſes.*

*Catuli, inquit Varro, diebus uiginti uidere incipiunt.*

piunt: non tamen unquam ultra uiceſimum primum diem, nec ante ſepti E
mum. Optimus in fœtu qui nouiſſimus cernere incipit: aut quem primum
fert in cubile fœta. Primos mares pariunt caniculæ: in cæteris alternant. Ca
nes fœminæ à catulorum partu uehementer ferociunt, & canire tum dicũ-
tur, quod Græci σκυζᾷν uocant. Et tantundem etiam temporis canire putan
tur dum catelli luce carent. Parit canis duodecim cum plurimum, ſed ma-
gna ex parte quinque aut ſex: unum etiam aliquam peperiſſe certum eſt,
quod tamen prodigium putant, ſicut omnes mares aut omnes fœminas gi
gni: Laconicæ magna ex parte octo pariunt. Lac ante diebus quinque q̃
pariant, fœminę habent magna ex parte: uerum nonnullis etiam ſeptẽ die-
bus anticipat. Genus canum Laconicũ poſt coitum diebus triginta habere
lac incipit: utile ſtatim ut pepererint, eſt. Craſſum inter initia omnium eſt: F
deinde proceſſu temporis tenuius redditur: craſſius canum quàm cætero-
rum animalium lac eſt, excepto ſcrofæ ac leporis. Crus mares tollentes
mingunt, magna ex parte quidem ſexto menſe ætatis: ſed nonnulli uel ſe-
rius, octauo ſcilicet menſe id faciunt: atque etiã maturius quàm ſexto: idq́;
ſignum eſt cõſummati uirium roboris. Quod autem ſimpliciter dixerim,
cum coire incipiunt, tollunt. Fœminę omnes conſidentes mingunt: uerum
in hoc etiam ſexu nonnullæ crure elato minxerunt. Viuunt canes maxima
quidem ex parte ad annos quatuordecim: ſed nonnulli uel ad uiginti pro-
trahunt uitam. Viuũt Laconici, inquit Plinius, annis denis, fœminæ duode
nis: cætera genera quindecim annos, aliquando uiginti. Canes tribus præ- 1
cipue laborant uitiis, rabie, angina, podagra. Facit rabies furorem: intereũt G
canes hoc morbo, & quæ morſa ſunt omnia: ſolus homo non abſque mor-
tis quoque periculo euadit. Angina etiam interimit. Et podagra tẽtati pau-

*Λῦττα, rabies.*

ci euadere poſſunt. Rabies canum Syrio ardente homini peſtifera: ita mor
ſis lethalis aquæ metus. Quapropter obuiam itur per triginta eos dies gal-
linaceo maxime fimo mixto canũ cibis: aut ſi præuenerit morbus, ueratro.
Canum plura ſunt genera, quibus nomina fere regiones dedere, ut Laco-
nicum, Salentinum, Moloſſicum, Arcadicum, Indicum, Britannicum, Me- 2
litenſe. Quanquam & aliqui à nutritoribus appellantur, ut Caſtorij, Me-

*Laconici canes.*

nelaides. Laconicis catellis nares porrectæ longius: ideóque olfactu ualent.
Coit Laconicum genus menſe ſuæ ætatis octauo: & crus iam circa id tem-
pus attollentes nonnulli urinam reddunt. Gerunt Laconicæ uterum ſexa- H
genis diebus, aut uno uel altero plus minúsue, uti modo diximus: & poſt
coitum diebus triginta habere lac incipiunt. Magna ex parte octo pariunt:
coeunt quandiu uiuunt & mares & fœminæ. Sũt ex his quæ ex cane & uul

*Alopecides.*

pe procreantur, alopecides dictæ. Et peculiare generis Laconici eſt, ut cum
laborarint, coire melius quàm per otium poſſint. Viuit in hoc genere mas
ad annos decem, fœmina ad duodecim: fœminæ enim in hoc genere, quia

*Sagaciores, εὐφυέστερα.*

minus laborant quàm mares, uiuaciores maribus ſunt. In hoc quoque ge-
nere fœminas ſagaciores eſſe quàm mares apertum eſt. In canum generi-

*Canis uillatic⁹ domeſticus.*

bus triplex ratio eſt: nanque unum genus aduerſus hominum inſidias eli-
gitur: & id uillam quæque iuncta ſunt uillæ cuſtodit: uillaticũ appellamus.

A At alterum propellendis iniuriis hominum ac ferarum: & id obſeruat domi ſtabulum, foris pecora paſcentia, paſtorale uocamus & pecuarium. Tertium uenandi gratia comparatur. *Paſtoralis. Pecuarius.* Villaticus eligendus eſt ampliſſimi corporis, uaſti latratus canoríque, ut prius auditu maleficum, deinde etiam cõſpectu terreat. *Villaticus.* Niger potius eligendus quàm albus aut uarius: ſiue enim luce clara fur aduenerit, terribilior niger conſpicitur, ſiue nocte, ne conſpicitur quidem propter umbrę ſimilitudinē. Probatur quadratus potius quàm longus aut breuis, capite tam magno ut corporis uideatur pars maxima, deiectis & propendentibus auribus: nigris uel glaucis oculis acri lumine radiantibus: amplo uilloſóque pectore, latis armis, cruribus craſſis & hirtis: cauda breui, ueſtigiorum articulis & unguibus ampliſſimis. Hic erit uilla-
B tici canis ſtatus præcipue laudandus. Mores autem neque mitiſſimi, neque rurſus truces: quòd illi furem quoque adulantur, hi etiam domeſticos inuadunt. Satis eſt ſeueros eſſe nec blandos, ut nonnunquam etiam conſeruos iratius intueantur: ſemper excandeſcant in exteros. Maxime autem debēt in cuſtodia uigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui & circunſpecti magis quàm temerarij. Nam illi niſi quod certum compererunt, non indicāt: hi uano ſtrepitu & falſa ſuſpicione concitantur. Nec multum refert an uillatici corporibus graues & parū ueloces ſint: plus enim cominus & in gradu, quàm eminus & in ſpatioſo curſu facere debent. Nam ſemper circa ſepta & intra ædificium conſiſtere, imo ne longius quidem recedere debent. Satíſque pulchre funguntur officio, ſi & aduenientem ſagaciter adoriūtur,
C & latratu conterrent: uel ſi conſtantius appropinquantem uiolenter inuadunt. Atque hæc de domeſticis cuſtodibus: illa de paſtoralibus. Pecuarius canis neque tam ſtrigoſus aut pernix debet eſſe, quàm qui damas ceruóſq; & uelociſſima ſectatur animalia, nec tam obeſus aut grauis quàm uillę horreíque cuſtos: ſed & robuſtus nihilominus, & aliquatenus prõptus ac ſtrenuus: quoniam & ad rixam & ad pugnam, nec minus ad curſum comparatur: cum & lupi repellere inſidias, & raptorem feram conſequi fugientē, prædámque excutere atque auferre debeat. *Canis pecuarius. Paſtoralis.* Quare ſtatus eius longior productiórque ad hos caſus magis habilis eſt, quàm breuis aut etiam quadratus: quoniam, ut dixi, nonnunquam neceſſitas exigit celeritate beſtiam cõſectandam. Cæteri artus ſimiles uillatici canis æque probantur. Colore eli-
D gatur albus potius quàm aut niger aut uarius: quoniam hic eſt feræ diſſimilis, magnóque opus interdum diſcrimine eſt in propulſandis lupis ſubobſcuro mane, uel etiam crepuſculo: ne ſi non ſit albo colore conſpicuus, pro lupo canem feriat paſtor. Huic quadrupedi neque fœminę neque mari, niſi poſt annum, permittenda uenus eſt: quæ ſi teneris conceditur, carpit & corpus & uires, animóſque degenerat. Hæc Columellæ ſententia eſt. Duo canum genera M. Varro prodidit, unum uenaticum, & pertinet ad feras beſtias ac ſyluestres: alterum quod cuſtodiæ cauſa paratur, & pertinet ad paſtorem. *Canis uenaticus. Paſtoralis.* Hi facie debent eſſe formoſi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus aut rauis, naribus congruentibus, labris ſubnigris aut rubicūdis, neque reſimis ſuperioribus, neque pendulis ſubtus: mento ſuppreſſo, & ex eo ena-

tis duobus dentibus dextra & ſiniſtra paulo eminulis ſuperioribus, directis E potius quàm brochis, & acutis, quos habent labro tectos: capitibus & auriculis magnis ac flaccis, craſſis ceruicibus ac collo, internodiis articulorũ longis, cruribus rectis, ac potius uaris quàm uaciis, pedibus magnis & altis, qui ingredienti ei diſplodantur: digitis diſcretis, unguibus duris ac curuis. talo nec ut corneo nec nimium duro, ſed ut fermentato ac molli: à fœminibus ſummis corpore ſuppreſſo: ſpina neq; eminula neq; curua, cauda craſſa, latratu graui, hiatu magno, colore potiſſimum albo: præterea fœminas uolunt eſſe mammoſas, æqualibus papillis. *Venaticus canis.* Venatici canum generis nõ eadẽ eſt omniũ ſpecies, iidémue mores: ſed ut præclare cecinit Gratius,

Mille canum patriæ, ductíque ab origine mores
Cuique ſua. - Siue indomitos uehementior hoſtis F
Nudo marte premas, ſeu bellum ex arte miniſtres.
*Medi canes.* - Magna indocilis dat prælia Medus.
*Geloni canes.* Arma negant contrà, martémque odere Geloni,
*Perſes canis.* Sed natura ſagax, Perſes in utroque paratus.
*Seres canis.* Sunt qui Seras alant genus intractabilis iræ.
*Lycaones.* At contrà faciles magníque Lycaones armis.

*Britan. canes.* Britannici non ſpecie tantum & decore, quantum uiribus pollent, & taciturna ſolertia. *Athamania canis.* Athamania canis, *Acyrus.* Acyrus, *Pherea.* Pherea, *Acarnan.* Acarnan, uerſutæ omnes,

- Et quæ ſubière pericula furto.

*Aetolica.* Ætolica multo clangore feras inſequitur. *Sicamber.* Sicambri uelocitate præſtant: ita & *Petronius.* Petronij, & præterea inueſtigandarum ferarum ſagacitate: ſed quæ cum G multo fiat latratu. *Vmber.* Canis Vmber naris quidẽ ſagacitate ualet, ſed imbellis eſt. *Canis hircan⁹. Indicus.* At Hircani (quos & Indicos uocãt) ex paterno ſemine ferociſſimi: Indicos enim canes ex tigride & cane gigni confirmant: uerum non ſtatim, ſed ex tertio coitu natos educant Indi: primo enim & ſecundo fœtu beluinos adhuc catulos procreari aiunt. Alligãtur canes locis deſertis: & niſi belua incenſa libidine ſit, ſæpe lacerantur. Forma quoque differunt uenatici canes: eſt enim ex his genus quoddam

Seu Lacedæmoniæ natum, ſeu rure moloſſo
Elegeris, promptum ac ſtrenuum: & qui ſit
- Curſu facilis, facilíſque recurſu:

corpore longo ac robuſto, capite leui, pulchris oculis, cœruleis, ſplendentibus, roſtro porrectiore, dentibus eminulis, acutis: auribus paruis mollibúſque, tenuibus & ueluti membraneis: collo lõgo, pectore amplo robuſtóq;, cruribus gracilibus, altis, rigidis: coxis diductis, prioribus pedibus minoribus: latis armis, coſtarum ordine in obliquum magis tendente, & H

Qui ſenſim rurſus ſicca ſe colligat aluo:

lumbis amplis & bene carnoſis, ſed minime obeſis, cauda gracili, prælõga. In hoc uenaticorũ canum genere ſunt, quibus ceruos, dorcadas, leporéſque *Petroni⁹ canis. Sicamber. Vertraha.* proſequimur: ut qui Petronij uocãtur, & Sicambri, & quã Vertrahã uocãt. Hanc elegãtiſſimo carmine depinxit Gratius poëta. -Te leue ſi quà

Tangit opus, pauidóſque iuuat compellere dorcas,

Aut

A Aut uerſuta ſequi leporis ueſtigia parui,
Petronios(ſic fama)canes uolucréſque Sicambros,
Et pictum macula uertraham delige falſa:
Ocyor affectu mentis pinnáque cucurrit:
Sed premit inuentas,non inuentura latenteis
Illa feras, quæ petroniis bene gloria conſtat.

Hæc Gratius. E uenaticis autem canibus quibus tauros uenamur, ſuéſque ſylueſtres atque id genus ferocia animalia:iis corpus robuſtius eſt, & pilis hirſutius,nares ſimæ magis,aſpectus trunculētior, fronte & ſuperciliis prominentibus,oculis acri lumine radiantibus,dorſum amplum:nec ſane uelox hoc genus eſt.Tertium uenaticorum genus, Britanni agaſæum *Agaſæus.* B uocant:ſtrenuus generoſúſque hic eſt,uerum prædictis longe minor : magnitudine potius ignobilioribus hiſce canibus,qui ſub mēſis in ædibus noſtris aluntur æqualis,gibbus,ſtrigoſus,hirſutus, aſpectu oculorum ignauo, unguibus duris rigidíſque,dentibus iis qui canini uocantur, magnis, naris ſagacitate in perueſtigandis ferarum ueſtigiis cæteros omnes facile ſuperat.Tuſcos canes uocat Aurelius, *Tuſcus canis.*

Forma quibus licet obſita uillo,
Diſſimiléſque habeant catulis uelocibus artus,
Haud tamen iniucunda dabunt tibi munera prędą.
Nanque & odorato noſcunt ueſtigia prato:
Atq; etiam leporum ſecreta cubilia monſtrant.

C Gratius glympicum nominat & metagonta, *Glympicus.*
Quem primum celſa lorum ceruice ferentem *Metagon.*
In ſyluis egit Beotius Hagnon. Hic
Vnus præſidium,atque operi ſpes magna petito
Aſſumptus metagon,luſtrat per nota ferarum
Paſcua,per fontes,per quas triuere latebras
Primæ lucis opus:tum ſigna uapore ferino
Intemerata legens,ſi qua eſt qua fallitur eius
Turba loci, maiora ſecat ſpatia extera gyro:
Atque hic egreſſu iam tum ſine fraude reperto,
Incubuit ſpatiis.
Sed ne qua ex nimio redeat iactura furore,
D Lex dicta officij neu uoce laceſſeret hoſtem,
Néue leuem prædam aut propioris pignora lucri
Amplexus,primos nequicquam offenderet actus.
Iam uero impenſum melior fortuna laborem
Cum ſequitur,iuxta domus quæſita ferarum
Vt ſciat,occultos & ſignis arguat hoſteis:
Aut effecta leui teſtatur gaudia cauda,
Aut ipſa infodiens uncis ueſtigia plantis
Mandit humum,celſáſue apprenſat naribus aures.

Et hæc quidē uenaticorum canum genera à ueteribus celebrata memini-

mus. Sunt autẽ & in eodem genere canum, alij uenatici, alij pecuarij: ut in E
*Molotticus canis. Pecuarius.*
genere molottico. Cum enim molotticum genus uenaticum nihilo à cæte
ris diſcrepat, quòd ſcilicet fœminæ moribus ſint mollioribus quàm mares,
pecuarium tamen magnitudine & animoſitate contra beluas præſtat: inſi-
gnes uero & animo & induſtria, qui ex utroque, molotticis dico & laco-
nicis, prodierint. Sunt præter hæc nobilia canum genera, imbelles quidam
paruíque, & prope dixerim inutiles, qui in domibus noſtris oberrãt, & ſub
menſis aluntur: ex quibus paucos admodum ab authoribus celebratos me-
*Melite⁹ canis. Melitenſis.*
minimus: in quibus eſt qui catulus Meliteus à Melita inſula dictus à Calli-
macho eſt: paruus hic eſt, quàm ſit uiuerra maior. Hi ſtomachi dolorẽ ſe-
dant applicati ſæpius: tranſiréque morbos, ægritudine eorũ intelligitur, ple
runque & morte. Præcordia uocamus uno nomine exta in homine: quo- F
rum in dolore cuiuſcunque partis, ſi catulus lactẽs admoueatur, apprima-
túrque his partibus, tranſire in eum morbus dicitur: idq; exenterato perfu-
ſóque uino deprehendi, uitiato uiſcere illo quod doluerit hominis: & ob-
rui tales religio eſt. Sunt occulti interaneorum morbi, de quibus item mi-
rum proditur. Si catuli priuſquam uideant applicentur triduo, ſtomacho
maxime ac pectori, & ex ore ęgri ſuctum lactis accipiãt, tranſire uim mor-
bi: poſtremo exanimari, diſſectíſque palã fieri ægri cauſas: mori & humari
debere eos obruta terra. Canis rabidi iecur ſi aſſum edatur, pro remedio iis
qui ab ipſo fuerint morſi à nonnullis proditum eſt. Audiui autem quoſdã,
inquit Galenus, cum illi ſoli remedio fidem habuiſſent, poſtea ſtatim mor-
tuos. Multo tamen utiliſſime (ut tradit Plinius) iecur eius qui in rabie mo- G
morderit, datur, ſi poſſit fieri, crudum mandendũ: ſi minus, quoquo modo
coctum: aut ius incoctis carnibus. quin & necẽtur catuli ſtatim in aqua ad
ſexũ eius qui momorderit, ut iecur crudum deuoretur ex iis. Hæc Plinius.
Vtuntur quoque ad arcendos aquæ pauores (ut author eſt Dioſcorides) ca-
nino dente eius, qui momorderit canis, folliculo includẽtes: quem brachio
pro amuleto adnectunt. In canis rabidi morſu tuetur à pauore aquæ capi-
*Quomodo cõburi debeãt canini capitis oſſa, docet Plin.*
tis canini cinis illitus uulneri: idem in potione proficit: quidam ob id edẽ-
dum dederũt: aliqui & uermem è cadauere canino adalligauere. Eſt limus
ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis, qui datus in potu fieri hydrophobos non pa
titur. ſaliuntur & carnes eorum qui rabidi fuerunt, ad eadem remedia in
cibo dandæ. Sanguine canino cõtra toxica nihil præſtantius putatur: & ad H
ſcabiem ante omnia ualet ſanguis caninus. Oſſibus fractis caninum cere-
brum linteolo illito ſuperpoſitis lanis quæ ſubinde ſuffundãtur, fere XIIII
diebus ſolidat. Lendes tolluntur adipe canino: aurium grauitatem ſedat a-
deps cum abſinthio & oleo uetere: caniníque lactis inſtillatio ſedat auriũ
dolorem. Stercus caninum anginis medetur, & dyſenteriæ: necnon ulceri-
bus, præcipue malignis.

1 Canes &c. Alios etiam canum morbos oſtendũt rei ruſticæ authores: ſed quibus facilius remedia adhiberi poſſint: ut Col. lib. 7. Gratius de uenatione. 2 Meliades. Petronij à petronibus dici putantur: quos ueteres ruſticos appellarunt. 3 Olfactu ualent. Interpres Arabicus leuerarium hunc uocat.

De lupis.

A De lupis. Cap. LXXVIII.

CAni pecuario magno ſimillima corporis figura lupus eſt. Collũ illi u- *Lupus, λύκος.*
nico oſſe perpetuo rigidum:cauda craſſa,uilloſa.Genitale oſſis naturã
ſequitur.pedes habet priores quinis diſtinctos digitis, ut canis. Auerſi co-
eunt lupi eodem modo quo canes,ſed uno tempore tantum:& dies quibus
coeunt toto anno non amplius duodecim.Fert etiam uterum lupa,& parit
ut canis,tum tempore,tum fœtus numero.Cæcos etiam generat canis mo
do:parit ineunte æſtate.Animal eſt inſidioſum & ferox:inertes tamen hos
paruóſque Africa & Ægyptus gignunt: aſperos trucéſque frigidior plaga.
Viſu prǽditus eſt lupus acutiſſimo,ut qui nocte intempeſta & tenebroſa,lu
ce tamen perfruitur: noctu itaque uagatur & pecora deuorat. Quin & tau
B ros quoque inuadit & aſinos, atque etiam uulpes. Lupi hominem illi po-
tius uorandum petunt,qui μονοπεῖραι,id eſt uniparæ aut ſolitarij ſunt, quàm *μονοπεῖραι.*
qui uenatores, κωνυγήσια uocant. Lupos etiam aiunt terram quandam cum *κωνιγήσια.*
1 eſuriunt edere. Quinetiam apud paludem Mæotidem,lupos eſſe piſcatorũ *Lupi piſcato-*
familiares,eorúmque ſocietate piſcari aiunt: & niſi partem ſuam eorum *res.*
quos capiunt piſcium à piſcatoribus acceperint,retia cum in terra expanſa
reſiccantur,lacerare.In Italia creditur luporum uiſus eſſe noxius: uocémq;
homini quem priorem contẽplentur,adimere ad præſens. Lupi iecur tri-
tum hepaticis datur,iis qui febris ſunt expertes cum uino nigro calido: fe-
brientibus uero cum aqua calida.Oſſea ſunt lupis genitalia,uti diximus,&
iis calculo humano præcipua remedia. Plura ſunt luporum genera: pri-
C mum τοξευτῆρα uocant, quaſi iaculatorem ſagittariúmue dixeris,toto cor- *τοξευτήρ.*
2 pore fuluo breuíque. Caput habet lõge maius quàm pro corporis ratione:
uentrem ueluti canitie multa albicantem,curſu pernici,horrendo ululatu,
aſpectu truculento,capite fere nutante. Alterum genus circum appellãt, *Circus, κίρκος,*
& ἅρπαγα,id eſt raptorem,priore maius,corpore oblongo, colore & in late *ἅρπαξ.*
ribus & cauda candido,uelocitate cæteros lupos omnes facile ſuperat.mul
to cum ſtrepitu prima aurora & in ipſo crepuſculo ad prædam proficiſci-
tur.In montibus degit: urgente uero acriore hyemis aſperitate, urbes pro-
pius accedit,quo facilius è gregibus uictum paret. Eſt in Tauro,Amano,
& Ciliciæ montibus,non lupus,ſed lupis belua longe præſtantior, prægrã- *Aureus lupus,*
dis atque procera,aureum uocãt & χρύσεον, à pilorũ fulgore,inter feras pul- *χρύσεος.*
D chritudine eximia:inſigni oris duritate roboréque, quo ferrum,æs, lapideſ
que uel duriſſimos emollit atque frangit. Caniculæ ortũ ſentit hæc belua
metuítque:ſtatim nanque in terræ ſpeluncam quampiam abdit ſeſe,donec
feruor ille ſolis deferbuerit. Duo item ſunt alia luporũ genera, ἄκμονας uo- *ἄκμονας.*
cant:collo breui,dorſo lato,cruribus pedibúſque uilloſis,roſtro toto & ocu
lis quoque paruis.Horum alter & dorſo & uentre eſt candidiore:in oculo-
rum duntaxat ambitu nigricat:hunc quidam ἰκτῖνον dicunt:alter uero colo- *ἰκτῖνος, πολιό-*
re nigricante inſignis,minor priore eſt, ſed uiribus nihilo inferior. Setarũ *τεχα dixit*
in modum horrent undique pili, lepores frequenter inuadunt. Thos lu- *Oppianus.*
pus eſt Æthiopicus paruus & deformis,ex lupo & panthera prognatus,qui *Thos, θώς.*
3 utrunque refert parẽtem,facie ſcilicet genitorem, reliquo corpore matrẽ.

Corpus illi ad caudam porrectius eſt,ſed minus procerum.Interna omnia 3
lupi ſimilia habet.Impletur ut canis,& catulos etiam cæcos generat.Velo- E
citate præſtat,ſaltúque ualet,quanuis crura habeat breuiora : mollis enim
& agilis eſt,proſiliréque longius ob eam rem poteſt . uenatu uiuit:hominẽ
diligit, quem neque offendit neque metuit ualde . pugnat cum canibus &
leonibus, imo leones ipſos ſuperat : quò fit ne in eodem loco ſint thoes &
leones. Huius alij duo genera ſtatuunt,alij tria,ſed plura eſſe non uidentur:
ſed ut piſcium,auium,quadrupedum genera aliqua, ita thoes quoque per
tempora immutantur, & colorem diuerſum hyeme æſtatéue trahunt:atq;
*Nudi,λεῖοι,forſitan leues, uel nitidi.* æſtate nudi,hyeme hirti redduntur:itaque habitum, nõ colorem mutant,
inquit Plinius. Lupus ceruarius (eũdem eſſe arbitrantur nõnulli,qui thos:
*Lupus ceruarius.* alij chaum dici malunt,) inſatiabilis eſt, ut cui à uentre protinus recto in- F
teſtino tranſeunt cibi. Hic tamen, quãuis poſt longa ieiunia,repertas ægre
carnes ſi mandere cœperit:ubi quid caſu reſpiciat, obliuiſcitur : & imme-
mor præſentis copiæ, abit quæſitum quam reliquerat ſatietatem . Mittit
*Lycaon.* Æthiopia & lycaonem & India quoque . lupus eſt ceruice iubatus, & tot
modis uarius,ut nullum illi colorem dicant abeſſe . In hoc animalium ge-
*Lynx,λύγξ.* nere numerãtur à quibuſdam & lynces.Duo eorum genera: animal utrũq;
paruum eſt, forma utrique ſimilis,oculi ſplendẽtes, facies formoſa,exiguũ
*Vergil. Quid lynces Bacchi uariæ?* caput,auriculæ curuæ.Differũt magnitudine & colore:minori enim gene-
ri color ruffus: maiori ad croceũ uergit. Genus hoc maius ceruos orygáſq;
magna cum agilitate inuadit.Animal peregrinũ lynx eſt,clariſſime omniũ
quadrupedum cernit. In cruribus poſterioribus ſimile quid ſemitalo ha- G
bet.In auerſum mingunt lynces, auerſæque coeunt canum more. Harum
urinas coire in gemmas carbunculi ſimiles & igneo colore fulgentes,faten
*Lyncurium.* tur,qui naturas lapidum exquiſitius ſunt perſecuti : lyncurium uocatur(è 4
*De lyncurio plura apud Plinium lib. 37, cap.2.* maribus fuluum & igneum:à fœminis languidius atque candidum.) Iſtud
etiam ipſum lynces perſentiſcere hoc documento probatur : quòd egeſtũ
liquorem ilico arenarum cumulis quantum ualent, cõtegunt,inuidia ſci-
licet ne talis egeries tranſeat in uſum noſtrum, ut Theophraſtus perhibet.
Hoc non folia tantum & ſtramenta ad ſe rapere,ſed æris etiam atque ferri
laminas contendunt:quod Diocles quidem & Theophraſtus credidit:Ego
falſum id totum arbitror (inquit Plinius) nec uiſam in æuo noſtro gemmã
ullam ea appellatione.Et quod de medicina ſimul proditur,calculos ueſicę H
eo poto elidi, & morbo regio occurri,ſi ex uino bibatur aut ſi portetur.Vn
gues earum omnes cum corio exuri efficaciſſime in Carpatho inſula tra-
dunt hoc cinere epoto,propudia uirorum, eiuſdem aſperſu,fœminarum li
*Langurium.* bidines inhiberi.Item pruritus corporum , urina, ſtillicidia ueſicæ : itaque
*Languria.* eam protinus terra pedibus aggeſta, obruere traditur. Eadem autem & iu-
*Langa.* gulorum dolori monſtratur in remedio.Alij dixere languriũ, & eſſe in Ita-
*πανθήρ.* lia beſtias langurias:Zenotimus lãgas uocat eaſdem, & circa Padum iis ui-
*Lupꝰ canariꝰ.* tam affirmat. πανθῆρα lupum canarium uocauere quidam:animal eſt aſpe 5
*Chaus.* ctu pulchrum,ſed uirium expers & imbelle.Catulos parit cæcos luporum
*Rhaphilus.* ritu.Chaum galli rhaphium uocabant,effigie lupi,pardorum maculis. 6

A 1 Apud paludē Mæot. Secundū Mæotidis paludis Conopiū nuncupatū lupi, quos minime à domeſticis canibus differre dicas, cum piſcatoribus ſtuſtioſe uerſantur. 2 Breui, περικήκαγγα, id eſt mēbrorū compage prope rotunda. 3 Reliquo corpore, ῥινοῖσι, id eſt tergo, uel ut Gillio placet, pellis uarietate. 4 Igneo colore fulgētes, Eſſe autem qualē in igneis ſuccinis colorem, ſcalpíque refert Plinius. 5 Πανθῆρα, Pollux πανθῆρα inter maiora numerat animalia. 6 Chaum eundē eſſe cum lupo ceruario cēſet Hermolaus: & ex chao conceptas canes chaonidas nominari: etiā ſi Iulius Pollux altiorem de his fabulam recenſeat.

## De hyæna & crocuta. Cap. LXXIX.

VT lupo non diſſimilis, ita nec omnino ſimilis hyæna eſt, quam nōnulli glanum dicunt: dorſum illi medium gibbum eſt. colore lupi pro- *Hyæna. Glanus.*
B pe, ſed hirſutior, latere utrinque fuſca diſtincto uilla: & iubam habet ut equus, ſed quæ per totum dorſum porrecta eſt, & ſeta duriore longioréque. Varietas multiplex ineſt oculis, ut qui in mille colores tranſeat ſubinde, in quorum pupilla lapis inuenitur, hyęnium dictum, præditum illa poteſtate, ut cuius hominis fuerit linguæ ſubditus, prædicat futura. Spina illi riget, & collum continua unitate, flectíque nequit, niſi toto corpore circūacto. Corpus illi non minus quàm lupi eſt, longum & gracile: & cauda quoque lon- *Aliâs hyænia, ex oculis hyænæ, inquit Plinius.*
1 ga graciliſque, ſed hirſuta. Quod autem de ea fertur, genitale ſimul & maris & fœminæ eandem habere, itaque inire & iniri alternis annis coniectitium eſt: ſed uirile ſimiliter atque in lupis & canibus habetur. Quod uero fœmineum eſſe uidetur, tam in mari quàm fœmina ſub cauda poſitum, eſt
C linea quędam ſimilis genitali fœminino, ſed ſine ullo meatu: ſub hoc meatus excrementorum eſt, atque ſub eo genitale uerum in fœmina continetur. Quæ quidem nota quanuis utrique ſexui communis ſit, tamen in maribus potius cernitur: quia mares quàm fœminæ magis capiuntur, quòd iis ingenita eſt callidior aſtutia. Iam inter undecim numero, unam tātum cepiſſe uenator retulit quidam. Nocte graſſatur, ut quæ noctu melius cernat. Molitur hæc inſidias homini, ſequitúrque ſtabula paſtorum, & auditu aſſiduo addiſcit uocamen, quod exprimere poſſit imitatione uocis humanæ, ut in hominem aſtu accitū nocte ſæuiat. Vomitus quoque humanos mentitur, falſiſque ſingultibus ſolicitatos ſic canes deuorat. Sepulchra quoque effodit humanæ auida carnis, ac eruit. Pręcipue pantheris eſſe in metu hyę-
D næ dicuntur, ut ne conentur quidem reſiſtere, & aliquid de corio earum habentem, non appeti. Mirúmque dictu, ſi pelles utriuſque contrariæ ſuſpendantur, decidere pilos pantheræ. Cum fugiunt uenantem, declinant ad dextram, ut prægreſſi hominis ueſtigia occupent. Quòd ſi ſucceſſerit, alienari mente, ac uel ex equo hominem decidere: at ſi in læuam detorſerit, deficiētis argumentum eſſe, celeremq; capturam. Hyænæ plurimæ gignuntur in Africa. Hyæna quemadmodum & uulpes in oleo elixa oleum efficit diſcuſſorium, articulari morbo utiliſſimum: uſus omnino idem quem de uulpino docebimus. Hyænæ fel taurino efficacius eſt: ſuffuſionem oculorum per initia digerit, aciémque eorum exacuit. Lippitudini fel illitum frontibus prodeſſe dicitur: aut ne lippiatur decoctum cum mellis Attici cyathis

tribus & croci uncia illitum:ſic & caligines diſcutit & ſuffuſiones. Clarita- E
tem excitari melius inueterato medicamento: aſſeruari autem in Cypria
pyxide. Eodem ſanari argema, ſcabritias, excreſcẽtia in oculis: item cicatri-
ces. glaucomata uero iocineris recentis inaſſati ſanie cum diſpumato mel-
le inunctis. Dẽtes eius dentium doloribus tactu prodeſſe: (ſi credimus) uel
alligatos ordine humeros, humerorum & lacertorum doloribus. Pulmo-
*Cœliacis, aliàs iliacis.* nes in cibo ſumptos cœliacis: uẽtriculis, cinerem cum oleo illitum: neruis,
medullas è dorſo cum oleo uetere ac felle. Febribus quartanis, iecur degu-
ſtatum ante acceſſiones: lumborum doloribus, carnes è lumbis edendas, il-
linendáſque cum oleo: uenerem ſtimulari, genitali ad ſexus ſuos in melle
ſumpto, etiam ſi uiri mulierum coitus oderint. Hyæna quodcunque ani-
mal ter luſtrauerit, mouere ſe non poſſe, ſed in ueſtigio hærere traditur: F
quapropter magicam ſcientiam ineſſe ei pronuntiauerunt, quam & magi
ex omnibus animalibus in maxima admiratione poſuerunt. In Æthio-
*Crocuta, κροκοῦτα. Aliàs crocotæ,* piæ parte coit cum leæna, unde naſcitur monſtrum, cui crocutæ nomẽ eſt:
uoces hominum pecorúmque & ipſa pariter affectat. Nunquam conniuet
aciem orbium, ſed in obtutum ſine nictatione cõtendit. In ore gingiua nul
la. dens unus atque perpetuus: qui ut nunquam contrario curſu hebetetur,
naturaliter capſularum modo clauditur. Crocutas etiam generat Æthio-
pia ex cane lupóque conceptos, omnia dentibus frangentes, protinúſque
deuorata conficientes uentre.

1 Genitale, Nec minus ſtulte, inquit Ariſtoteles, magnóque errore trochum. He-
rodotus Heracleota ſcribit duplex genitale habere, maris ac fœminæ: atque trochum G
ſeipſum inire.

## De leonibus. Cap. LXXX.

*λέων. leo.* LEo rarum genus animalis eſt, nec multis naſcitur locis. In Europa po-
tius quàm in Aſia inueniuntur leones: & in Europæ ea parte quæ inter
Acheloum tantum & Neſtum amnes eſt: & ij uiribus longe præſtantiores
ſunt iis, quos Africa aut Syria gignant. Qui uero prope Iſtrum Europæ a-
mnem, quique in Armenia aut Parthia procreantur, non adeo uiribus pol
*Leones fului ſunt omnes, inquit Ariſtoteles, πυῤῥοί.* lent. Leones ita depinxit Ouidius, - His leuia fuluæ

Colla iubę uelant, digiti curuantur in ungues:
Próque humeris armi fiunt. in pectora totum H
Pondus abit, ſummæ cauda uerruntur arenæ:
Iram uultus habet. pro uerbis murmura reddunt.
Pro thalamis celebrant ſyluas.

Verum pro regionum, in quibus gignuntur uarietate, eorum quoque for-
ma diuerſa eſt. In Parthia nanque & Armenia naſcuntur colore fuluo, craſ
ſo collo, capite magno, oculis ſplendore radiantibus, ſuperciliis extantibus,
& fere ad nares uſque propendentibus, collo ſimul & mento, plurimo pilo
luxuriantibus. Qui in Erebis gignũtur, collo quoque & pectore nõ minus
iubati ſunt, & oculis item ſplendore fulgentibus: uerum ex iis pauci, uel in
regione ampla reperiuntur, & ſupra modum pugnaces: in Africa autẽ plu-
res,

A res,uerum non ita hirſuti piloſiúe:ſed neque oculis adeo radiantibus,aſpe-
ctu tamen terribili.Totius corporis color nigricãs his fuſcúsue, ac ſi nigrũ
cœruleo permiſceas:corporis robur eximium.Ex Æthiopia migrant non-
nunquã leones,cætero nigricantes,ſolo rictu fuluo colore ruſeſcentes,plu-
rima iuba,capite grandiore, oculis nigricãtibus:ut uero Plinius ſcribit co-
lor leonum tantum in Syria niger. Abundat Æthiopia & leonibus qui Μύρμηκες, Formicæ Indicæ.
μύρμηκες uocantur,id eſt formicæ:ſunt etiã in arenoſis Indiæ deſertis.Habet
autem hoc genus genitale auerſum, colorem aureum, glabriores hi ſunt
quàm Arabici.Ipſis,inquit Plinius,color felium,magnitudo Ægypti lupo Aliàs,ipſis color fœdus.
rum,uel ut Solino placet,ad formam canis maximi:ut uero Herodoto quã
ſit canum magnitudo minor,uulpiũ uero maior,pernicitate miranda: ue-
B natu uiuunt,pedibus quos leoninos habent,arenas aureas ex cauernis ege-
runt terrę, talparũ more,quas uigilantiſſime cuſtodiunt,ne quis auferat:ca
ptantéſque ad necem perſequuntur:in cauernis æſtu conduntur.Nearchus
uidiſſe ſe ſcribit formicarum ferarum pelles pãtherarum pellibus ſimiles.
Herodotus corporis ſpecie formicis Græcis ſimiles eſſe tradit : eodémque
modo arenã ab illis effodi.Plinius,Indicæ formicæ cornua,inquit,Erythris
in æde Herculis fixa,miraculo fuere. Dentes leonibus omnibus ſerrati: &
ex iis eos tantũmodo mutant,qui canini uocantur quatuor,duos ſuperius,
totidemque inferius: idq; ſexto ætatis menſe fit. Lingua leonibus imbrica-
tæ aſperitatis eſt, & limæ ſimilis,attenuánſque lambendo cutem hominis:
ceruix oſſe uno rigida cõſtat,nec uertebris ullis iungitur . Iuba caret leæna:
C maris enim hęc propria eſt,ut ſcilicet pili in armis largi depẽdeant:at quos
pardi generauere,ſemper inſigni hoc carent.Binas tantum gerũt mammas
in medio uentre:quæ etiam in fœminis paruo abundant lacte. In cruribus
poſterioribus talum gerunt in anfractum tortuoſum: pedes priores quinis
diſtinctos digitis habent,poſteriores quaternis:ungues iis adunci,quorum
mucrones cum ingrediuntur,uaginis corporũ claudunt,ne acumina attri-
tu retundantur:nec niſi appetendo prætenduntur.Pedatim incedit leo,hoc
eſt ut ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur . cauda leoni,infi-
ma parte ut bubus hirta: Leonis oſſa exiguam admodum, & perobſcuram
habent medullam,eámque ſolis in fœmoribus & brachiis : eius oſſa adeo
dura ſunt,ut ex iis concuſſis, ignis quaſi ex ſilice excutiatur. Ventrem ha-
D bet leo ut canis arctiorem: & interiora item omnia canibus ſimilia conti-
net.Leo auerſus coit,urinãque retro reddit. Coit & parit nõ omni tempo-
re:ſingulis tamẽ annis uere parit,& magna ex parte geminos: ſed cum plu-
rimum ſex catulos:nonnunquam etiam unum. parit autem catulos infor-
mes inarticulatóſq;, in initio magnitudine muſtellarum, & cæcos:ſed qui
uident protinus atque naſcũtur, ſoli in eo genere quod dentes habet ſerra-
tos.Sunt uero cum in lucem eduntur adeo parui,ut ſemeſtres uix ingredi
poſſint,nec niſi bimeſtres moueri . Leones terræ Syriæ quinquies uita pa-
riunt:primum quinque,poſt uno ſubinde pauciores : anno enim ſecundo
quatuor,mox tres:deinde pari modo per annos ſingulos minus uno,poſtre
mo nullum:atque ita leæna partus multitudine ſterileſcit . Semel in uita

leænam parere ſcribit Herodotus, unáque cum fœtu uterũ emittere, quod E fabuloſum eſſe aſſerit Ariſtoteles. Veſcitur quidem carne leo ritu cæterorum ſylueſtrium ſerratorum: ſed cibo incontinẽter admodum utitur, multáque deuorat ſolida, ſine ullo diſſectu. Mox nihil biduo, aut certe triduo edit: ferre enim inediam poteſt, ut qui iam ad multam ſatietatem repletus eſt. Parum bibit: excrementum uero emittit tertio die: uel utcunque accidit egerit, idq; durum, aridum, & ſimile ut canis. Flatum etiam acerrimum emittit, & urinam grauiter olẽtem. Mingit crure elato ut canes ad ſtipites: fœdum quoque odorem in cibo relinquit ex ſuo halitu: proſciſſo nanque leone, interiora grauiter olent. Leo quanuis in edendo ferociſſimus ſit, tamen paſtus & fame iam uacans, facilis mitiſque maiorem in modum eſt. Clementię in iis indicia multa ſunt: proſtratis parcũt: in uiros potius quàm F in fœminas ſæuiunt: infantes non niſi magna fame perimũt. Animos leonum frons & cauda indicant: ſicut motus equini de auribus intelliguntur: immota enim cauda eſt placido, clemens blandientiq; ſimilis, quod rarum eſt: crebrior enim iracundia eius. In principio terra uerberatur: incremento terga ſeu quodam incitamẽto flagellantur. Vis ſumma leoni in pectore eſt, firmitas in capite pręcipua. Infirmus parte ilium eſt cõtra ictus: ſed reliquo corpore multas patitur plagas. Leonum genus trifariã ſcinditur: nam breuiores & iubis criſpi, plerunque ignaui ſunt & imbelles: longiores & coma ſimplici, generoſi acréſque magis ac potentes. Leoni præcipua generoſitas tunc, cum colla armóſque ueſtiunt iubæ: id enim ætate cõtingit è leone conceptis: at hi quos creant pardi, in plebe remanent iubarum inopes. G Adulterinis enim coitibus degenerantur quandoque partus leænarum: & leones quidem procreantur, ſed ignobiles. Leones cum premuntur à canibus aut uenãtiũ multitudine, cõtemptim recedunt ſenſim pedatímq;: ſubſiſtentéſque interdum ac reſpectantes diſſimulant timorem. Idq; agunt, ſi in campis patentibus ac nudis urgeãtur: nam ſylueſtribus opacíſque locis, quanta poſſunt ſe fuga ſubtrahunt. Cum inſequuntur niſum ſaltu adiuuãt: & ubi iam prædæ appropinquarint, inſiliunt: cum fugiunt, non poſſunt ſalire, ſed curſus eorum continens, ut canum intẽditur: fugiunt nonnunquã leones demiſſa inter crura cauda, ut canes. Iam uiſus eſt leo, qui cum ſuem aggrederetur, ut ſetis horrentem aſpexit, fugeret. Ignem præcipue formidant, & cantus gallinaceorum, & rotarum ſtrepitus: ſed ignes magis. Leonis adeps cæteros & caliditate exuperat, & partium tenuitate: ac proinde H digerendi facultatem habet maiorem. Leonis adeps cum roſaceo cutem in facie cuſtodit à uitiis, candorémque ſeruat, & ſanat aduſta niuibus, articulorúmque tumores. Fel aqua addita, claritatẽ oculis inunctis facit: & cum adipe eiuſdẽ comitiales morbos diſcutit leui guſtu, & ut protinus qui ſumpſere curſu id digerant. Cor in cibo ſumptum, quartanis medetur: adeps cũ roſaceo quotidianis febribus. Leontophonos uocari accepimus beſtias modicas, nec alibi naſcentes, quàm ubi leo gignitur: quarum urina aſperſa leoni exitialis eſt: quæ & captæ exuruntur, ut earum cineres pollutæ iactæq; per compita concurrentium ſemitarum leones necẽt, ſi quantuluncunque

*Parte ilium, εἰς μὲν τὰ κοῖλα.*

*Leontophoni.*

A cunque ex illis ſumpſerint. Propterea leones naturali eas premunt odio: at-
que ubi facultas data eſt, morſu quidē abſtinent, ſed dilaniatam exanimāt
pedum niſibus. Illa contrà urinā ſpargit prudens, hanc quoq; leoni exitialē.

### De tigride. Cap. LXXXI.

Tigrin Hircani & Indi ferunt. Hoc beſtiarum genus inſignes maculis *Tigris.*
notæ & pernicitas memorabile reddiderunt. Aſpectus pulchritudine
reliquas omnes quadrupedes non minus ſuperat tigris, quàm pauo alites,
corporis magnitudine, oculorum intuitu, ſuperciliis prominentibus, cau-
dæ longitudine, toto denique corporis habitu, præterquam coloris uarie-
tate. leęnę ſimillima tigris fœmina eſt, (nam mas cani ſimilior extat.) Fuluo
B nitet corpus: hoc fuluum nigrantibus ſegmentis interundatum, uarietate
apprime decet. Velocitatis tremendæ ſunt tigres: nihil enim tam longum
quod non breui penetrent: nihil adeo antecedit, quod nō ilico aſſequātur:
at maxime potentia earum probatur, cum maternis curis incitantur, cum
catulorum inſiſtunt raptoribus. Succedant ſibi equites licet, & aſtu quāto-
libet amoliri prædā uelint, niſi in præſidio maria fuerint, fruſtra eſt auſum
omne. Totus tamen eius fœtus, qui numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur, e-
quo quàm maxime pernici: atque in recentem ſubinde transfertur: at ubi
uacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non eſt ſobolis, ſed nec eos
aliàs temere conſpexeris) fertur præceps odore ueſtigans. Raptor appro-
pinquante fremitu, abiicit unū ex catulis: tollit illa morſu, & pondere etiā
C ocyor acta, remeat: iterū conſequitur, & ſubinde, donec in nauim regreſſo,
irrita feritas ſęuit in litore. Notantur enim frequentiſſime, ſi quando ra-
ptores, ſuis aſportatis catulis, renauigātes uident, in litore irrita rabie ſe da-
re præcipites, uelut propriam tarditatem uoluntaria caſtigantes ruina. Ti-
gres apud Praſios maximas gigni Megaſthenes author eſt: quippe quæ leo-
nes magnitudine dupla fere ſuperant. Tigres Arrianus (qui Alexandri res
geſtas conſcripſit) magnitudine equum maximum æquare, cæteras uero
quas uulgus tigres nominat, non tigres, ſed thoas eſſe maiores prodidit.

### De panthera pardo & cepo. Cap. LXXXII.

Panthera & tigris macularū uarietate prope ſolæ beſtiarum ſpectātur. *Panthera.*
D Ferox animal pāthera eſt, & in homines ſęuit. Macularum, ut diximus Πάρδαλις.
uarietate ſpectabilis eſt, & minutis orbiculis picta, ita ut oculatis ex fuluo Πόρδαλις.
aut nigro circulis, uel cœrulea, uel alba diſtinguatur tergi ſupellex. Sunt
qui tradant in armo iis ſimilem lunę eſſe maculam creſcentem in orbes, &
cauātem pari modo cornua. Duplex pantherarum genus, alterum maius,
quod & dorſum latius habet: alterum minus quidem, & corpore gracilio-
re, at uiribus nihilo inferius. Similes ſunt utræq;, præterquam quòd caudis
differunt: minori enim maior eſt cauda, maiori uero minor. Corpus utriq;
oblongum maculíſque uarium, ut modo diximus. Oculi ſplendore radiā-
tes: dentes habent ſerratos: mammas in medio uentre quaternas, crura cō-
pacta firmáque: pedes priores quinis digitis diſtinctos, poſteriores quater-

nis. Ingrediuntur leonum more, cõdito ſcilicet in corporis uaginis unguiũ E
mucrone, nec niſi appetendo prætendunt. cor habent pro corporis ratione
magnum. Animalium nullum odoratum, inquit Plinius, niſi ſi de panthe-
ris quod dictum eſt credimus. Tradunt odore earum, & contemplatione
armenta mire affici: atque ubi eas perſentiſcant, præparato conuenire: nec
terreri, niſi ſola oris toruitate. quam ob cauſam pantheræ abſconditis ca- 2
pitibus, quæ corporis reliqua ſunt, ſpectanda præbent, ut pecuarios greges
ſtupidos in obtutu populentur ſecura uaſtatione. Pantheræ in Europa nul-
læ ſunt: in Hircania numeroſæ. uino plurimũ delectantur. Capiuntur ma- 3
xime, non agno aut hœdo, ſed canicula palo alligata: uerum Hircani, ut ho
minibus intentatum nihil eſt, frequentius eas ueneno quàm ferro ne-
cant: aconito carnes illinunt, atque ita per compita ſpargunt ſemitarum: F
quæ ubi eſæ ſunt, fauces earum anginæ obſidentur, ideo & gramen παρ-
δαλιάγχως appellauerunt: ſed pantheræ aduerſus hoc uirus, excrementa
humana deuorant, & ſuopte ingenio, peſti reſiſtunt. Quocirca uenatores
ſtercus in uaſculo ſuſpendunt ex arbore aliqua, ne procul belua abeat petẽs
ſuum medicamentum, idq; altius quàm ut queat ſaltu contingere. itaque
inſiliens ibidem, & ſpe capiendi perſeuerans, in ſe efferenda emoritur. In
pantherarum genere fœminam animoſiorem eſſe quàm marem apertum
*Variæ.* *Pardi.* eſt. Nunc & uarias, & pardos qui mares ſunt, appellant, in eo omni genere,
creberrimo in Africa Syriáque. Quidam ab iis pantheras ſolo candore diſ-
cernunt, nec adhuc aliam differentiam inueni, inquit Plinius. Inſidunt in 4
Africa pardi cõdenſa arbore: occultatíque eius ramis, in prætereuntia deſi- G
*Cepus, κῆπος, κεῖπος.* liunt, atque è uolucrũ ſede graſſantur. Eſt in Æthiopia cepus, reliquo qui- 5
dem corpore pantheræ ſimilis, ſed facie leonina, magnitudine dorcadis.

1 Pantheris in candido breues macularum oculi, inquit Plinius. Cœrulea uel alba dixit Solinus, quod Oppianus ὠϑιπαυφανόωσα, κόρσός. 2 Quo modo pantheræ ſimias captant, oſtendit Gillius, ut ait, ex Æliano: item hinnulos, dorcadas, capras ſylueſtres, atque alia eiuſmodi animalia. 3 Quo pacto capiantur oſtendit Oppianus lib. 3. De uenatione, & 3. De piſc. 4 Solinus. In his ſylueſtribus & pardi ſunt, ſecundum à pantheris genus, noti ſatis: quorum adulterinis coitibus degenerantur partus leænarum: & leones quidem procreantur, ſed ignobiles. 5 Cepum, κῆπον colunt Babylonij, qui ſunt iuxta Memphim, faciem habet ſatyro ſimilẽ, cætera inter canem & urſum: naſcitur in Æthiopia.

H

## De urſo. Cap. LXXXIII.

*Vrſus. Vrſa. Ἄρκτος.*

VRſus animal eſt aſpectu horridum, corpore latiore, hirſuto uillo, &
-Ora illi lato deformia rictu. -Vox iracunda mináxque,
Plenáque terroris rauco de gutture fertur.

Dentes illi ſerrati, naris nigra, mammas habet quaternas, & pedes hominis manibus pedibúſque ſimiles. Cauda urſo tam exigua ut uix dignoſci à ſenſu poſſit. urſo ſimul ut expirauerit genitale corneſcere aiunt. Ventrem intus amplum habet. ueneris mirum in modum nocte diéque appetens eſt: & fœminæ ſæpiſſime mares ad coitum incitant: quæ & dum utero gerunt, in libidinem exardeſcunt: & ſtatim poſt editos fœtus, ſimul & rei ueneræ

dant

A dant operam & catulis alendis: & deſyderium ueneris etiam hyems ſuſcitat. Coeunt non uulgari quadrupedum more, ſed amplexibus mutuis, ambobus cubantibus, uelut humanis coniugationibus copulantur: deinde ſeceſſus in ſpecus ſeparatim: ſpecus ſi non habuere, ramorum fruticúmque congerie ædificant impenetrabiles imbribus, mollíque fronde conſtratos. Secreti honore reuerentur mares grauidas, & in iiſdem licet foueis, partitis tamen per ſcrobes ſecubationibus diuidũtur. In iis ſpecubus pariunt urſæ (nec enim quicquam homini rarius, quàm parientem uidere urſam.) tricesimo die, tum unum, tum etiã duos: ſed cum plurimũ quinque. Hi ſunt candida informíſque caro, paulo muribus maior, ſine oculis, ſine pilo: unguium tantum liniamenta prominent. Hanc lambendo paulatim figurãt,

*Coeunt humanitus ſtrati, Plinius.*

B & interdum ad pectora fouẽt, non alio incubitu quàm oua uolucres: ut aſſiduo incubatu calfacta, animalem trahant ſpiritum. Mares quadragenis diebus latent: fœminæ enixæ, quaternis menſibus. Et ſane diebus primis quatuordecim tam graui ſomno premũtur, ut fertur, ut ne uulneribus excitari queant: tum mirum in modum ueterno pingueſcunt. Cibi tunc nulla argumẽta: nec niſi humoris minimum in aluo inueniri aiunt: ſanguinis exiguas circa corda tantum guttas, reliquo corpori nihil ineſſe. Procedunt uere, ſed mares præpingues. Oculi eorum hebetantur crebro, qua maxime fauos cauſa expetunt, ut conuulneratum ab apibus os, leuet ſanguine grauedinem illam. Inualidiſſimum urſo caput: ideo urgente ui, præcipitaturi ſe ex aliqua rupe, manibus eo operto iaciũtur: ac ſæpe in arena colaphis in-

C flictis exanimantur. uis maxima in brachiis & lumbis: unde interdum poſticis pedibus inſiſtunt. Vrſus animal omniuorum eſt, quippe qui & fructus arborum edat, & legumina, & mel perfringens alueos, & cancros, & formicas. carne etiam ueſcitur: uiribus enim ſuis confidens, inuadit non ſolum ceruos, ſed etiam ſues feros, ſi clàm repentéque potuerit agere. Tauros aperto marte aggrediuntur urſi, quos ex ore cornibúſque eorum pedibus omnibus ſuſpenſi, pondere fatigant. Vrſæ cum fugiunt, ſuos catulos ante ſe compellunt, ſuſceptóſque portant: cum ab inſectante iam occupantur, inſiliunt in arbores. Vrſinus adeps alopecias curat, pernionibus ſubuenit. Ab hyberno ſomno mirum in modũ pingueſcunt urſi, ut diximus: illi ſunt adipes medicaminibus apti, contráque defluuium capilli tenaces. Pulmo

*Vrſi dimicatio cum tauro deſcribitur ab Ariſtotele lib. 8. de hiſt. animalium.*

D urſinus, attritus qui à calciamentis fiunt, ab inflammatione tuetur. Cerebro ueneficium eſſe Hiſpaniæ credunt: occiſorúmque in ſpectaculis capita cremant, teſtato, quoniam potum, in urſinam rabiem agat.

## De hyſtrice, erinaceo, & ſcyuro. Cap. LXXXIIII.

HYſtrix etiam latet, totidémque diebus fert utero, & reliqua facit perinde ut urſa. Hyſtrix in Æthiopia frequentiſſima: eam generat & India & Africa. Eſt autem ex erinaceorum genere, & erinaceis ſimilis: ſpinis tergum hiſpida, (aculeos nanque pilorum uice gerit, ut erinacei, ſed longiores) quas plerunque cum intẽdit cutem, laxatas iaculatione emittit uoluntaria, ut aſſiduis aculeorum nimbis canes uulneret ingruentes. Magni-

*Hyſtrix.*

tudine paulo minor lupo eſt,qua haud facile inter feras aſpectu magis hor E ribilem inuenias ullam.Quæ uero de medicinis produntur,quæcunque de erinaceis dicũtur,omnia tanto magis ualebunt in hyſtrice. Aculeos quoque pilorum uice gerunt erinacei: uerum parte omni inferiore rarã & innocuam habent lanuginem.Erinaceorum alij maiores ſunt(inquit Oppianus) & maioribus aculeis horrentes:alij minores,ſpinis minoribus minúſque nocuis armati.Teſtes erinaceo non qui foris pendeant, ſed intus lumbis adhæreant. Dum coeunt erinacei, non ſuperueniunt tergis more quadrupedum,propter aculeos:ſed ſtantes ambo inter ſe complexi coniungun tur partibus ſupinis hærentibus ſibi aduerſis. Pugnant cum ſerpentibus erinacei. Præparant hyemi & erinacei cibos,ac uolutati ſuper iacentia poma affixa ſpinis,unum non amplius tenentes ore,portant in cauas arbores. F Iidem mutationẽ aquilonis in auſtrum, condentes ſe in cubile,prę́ſagiunt. Et qui in cauernis ſunt,commutant ſua cubilia aquilonum & auſtrorum: qui autem intra tectum aluntur, ad parietes diſcedunt : quod ita fieri cum Bizantij quidam animaduertiſſent, cõſecutus exiſtimationem eſt, ut tempus futurum poſſet præſagire.Vbi uero ſenſere uenantem erinacei,contracto ore pedibúſque ac parte omni inferiore,conduntur in formam pilæ,ne quid comprehendi poſſit præter aculeos. in deſperatione uero urinam ex ſe reddunt. Erinacei terreſtris combuſti cinis uim habet extergentem digerentémque:quo fit ut eo nonnulli ad ulcera ſordida carnémque in ulceribus excreſcentem ſint uſi. eius itaque cinis cum melle, aut corium combuſtum cum pice liquida alopecias emendat . Caput quidẽ eius uſtum per G ſe etiam cicatricibus pilos reddit: alopecias autem in ea curatione præparare oportet nouacula & ſinapi : quidam ex aceto uti maluerunt.Caro erinacei inueterata adſeruatáque cum aceto mulſo epota, renum uitio laborantibus (nephreticos uocant) auxilio eſt : aquam intercutem habentibus, conuulſionibus,elephantię,malo corporis habitu affectis:fluxiones quibus uiſcera obnoxia ſunt,exſiccat.Eiuſdem iecur teſta ſolibus excocta arefactũ ad eoſdem uſus datur.Hæc ex Dioſcoride. Alij erinacei carnem iucundam eſſe aiunt,ſi capite percuſſo uno ictu interficiatur,priuſquam in ſe urinam reddat: eos qui carnem ederint, ſtranguriæ morbum contrahere minime poſſe.Hæc caro ad hunc modum occiſa,ſtillicidia ueſicæ emẽdat.item ſuffitus ex eodem.Quòd ſi urinam in ſe reddiderint, eos qui carnem ederint, H ſtranguriæ morbum contrahere traditur. Pilos in palpebris incommodos euulſos renaſci non patitur fel erinacei. Præuident tempeſtatem & ſciuri: obturatíſque qua ſpiraturus eſt uentus cauernis, & alia parte aperiunt fores. Sciurus animalculum eſt piloſum,cui uilloſior cauda pro tegumento eſt:nam in ſolis præſertim æſtu cauda ſe obtegit. Manibus utitur priorum miniſterio pedum,ſedétque ad os illis admouens cibos.

*Erinaceus. Herinaceus. Erinaceus terreſtris.* ἐχῖνος. ἐχῖνος χερσαῖος. *Erinacei pugnã cũ ſerpẽte deſcribit Opp. lib.2.de piſc.* *Aliàs unum amplius.* οἱ μὲν ἐν τῇ γῇ, ὀπὰς αὐτῶν μετακινοῦσι. *Cyzici Plutarchus.* *Aliàs, in ſe.* *Sciurus.*

De uulpe & leporibus. Cap. LXXXV.

*Vulpes.* ἀλώπηξ.

VVlpes quoque non aliter quàm urſa catulos parit, cæcos atque informes inarticulatóſque:quos cum ediderit,lingua lambendo refouet & conco-

A concoquit atque figurat:caudam gerit uilloſam. mas genitale oſſeum ha- Κερδώ.
bet.Coeunt uulpes,ut Plinius refert,in latera proiectę,marémque fœmina Πτήρων.
amplexa:ut uero Ariſtoteles,uulpes ſuperueniens coit. Parturiens ita ſece- Δασυκέρκος:
dit,ut raro grauida capiatur. parit cum plurimos quatuor. Animal aſtutũ Δασυκέρκον uocat Theocritus.
1 uulpes eſt & maleficum.inſidiatur plurimũ auibus atque leporibus. Foueã
incolit altam,& quæ multos habeat exitus procul inter ſe diſtãtes, ne uno
in loco inſidiis à uenatoribus locatis,facile cõprehẽdatur.Vulpiũ carnibus
autumno uenatores in Aſia ueſcuntur:eo nanq; tẽpore uuarũ cibo pingue-
ſcunt.Eſt autem eius caro(quantũ coniicere licet,inquit Galenus)eiuſdem
cũ leporina facultatis:& animal ipſum tẽperatura ſiccũ ut & canis. Vulpes
& uiua & mortua in oleo elixata, digerẽtem facultatem addit oleo,facitq;
B ut ad corporis extremam ſuperficiem euocet quæ in alto dolorem excitẽt:
quo fit,ut articulari morbo laborantes,ſi ſæpe atq; diutius in eo inſederint,
in principio quidem à morbo liberẽtur: leuamen quoq; in diuturnis mor-
bis ſentiant.Pulmo uulpinus ſi in puluerem redactus bibatur, aſthmaticos
iuuat. Adeps liquefactus infuſúſque,auris dolorem ſedat. Oſſea uulpibus,
uti modo diximus, genitalia, & iis calculo humano remedia præcipua.
Sunt in leporum genere, quæ & in ſpecubus degunt ſubterraneis, ut mox
2 explicabimus.Eſt uero lepus animalculũ piloſum,auribus longis, cruribus *Lepus.*
breuibus & minime æqualibus: priora enim poſticis breuiora ſunt. Color Λαγώς,ἢ λαγός:
non omnibus idem eſt.lepori uni pili & in bucca intus,&ſub pedibus ſunt, Δασύπους.
inquit Ariſtoteles:cum cætera animalia nec intra os habeãt pilos, nec par- Πτώξ.
C te pedum reſupina,ſed prona.ut uero Plinius ſcribit,pili daſypodi & in buc Δ[illegible]ος
cis intus & in pedibus:quę utraque Trogus & in lepore tradit.Cor habet le *quoque à Nicandro dictus eſt.*
pus pro corporis ratione magnum. Iecur cuidam leporum generi & locis
quibuſdam ita fiſſum eſt,ut bina eſſe iocinera crediderís: nam cuniculorũ
exta in Betica gemina ſæpe reperiuntur.Sanguis leporum non concreſcit,
coitu ſcilicet firmiore: ſed aliquantulum ſpiſſatur eo modo quo lac quod
iniecto coagulo coiuerit.non pingueſcere lepores tradit Plinius. Lepores *Lepores,* δασύποδες.
& auerſi coeunt,& retro mares urinam reddunt: & fœmina ſæpenumero
3 prior marem ſuperuenit.Coeunt & pariunt quoque tempore:dumque ute
rum ferunt ſuperfœtant, & ſingulis menſibus generant: ſed fœtus edunt
non uniuerſos:interpoſitis enim diebus quot res tulerit, peragũt partionẽ:
D ſæpenumero nanque euenit ut fœtus alios imperfectos geſtent,alios perfe
ctos iam edant.Partũ autẽ (ut maior fidipedum pars) cæcũ edit. Habet fœ-
mina lac priuſq̃ pariat:& ſtatim à partu repetit coitũ:& lactans adhuc cõci
pit fœtum. lac ſuillo ſimile ſua craſſitudine eſt. Coagulũ habet lepus inter *Lepus,* δασύπους.
ea quæ unicũ habẽt uentrẽ. Et unũ animal digitos habentiũ, herba alitur le
pus:ruminare quoque illi in more eſt. patẽtibus oculis dormiunt lepores.
Horum genera,ut quibuſdam placet,duo ſunt,maius ſcilicet & minus.M.
Varro tria diſtinguit genera:unum Italicum pedibus primis humilibus,po
ſterioribus altis,ſuperiore parte pulla,uentre albo,auribus longis,qui lepus *Lepus.*
dicitur,cum pręgnans ſit tamen concipere.In Gallia tranſalpina & Mace-
donia fiunt permagni: in Hiſpania & in Italia mediocres.Alterius generis

eſt,quod in Gallia naſcitur ad Alpes:qui hoc fere mutant,quòd toto cãdidi ſunt.quibus hybernis menſibus,pro cibatu niuem credant eſſe : certe liqueſcente ea rutileſcunt annis omnibus: & eſt alioqui animal intolerandi frigoris alumnum.Tertij generis eſt,quod in Hiſpania naſcitur,ſimile noſtro lepori ex quadam parte,ſed humile,quem cuniculũ appellant. & longius quidem proſpicienti paruulus uidetur eſſe lepus:at ſi manibus contrectaueris,non paruam oſtendit differentiam.Et maxima ex parte in ſubterraneis ſpecubus degit:animal fœcunditatis innumeræ: quatuor enim ſi intromiſeris in leporarium, breui ſolet repleri : ut olim in Aſtypalæa inſula, cum prius non eſſent:ex duobus tantum in inſulã immiſſis,in eam creuiſſe multitudinem feruntur,ut uno anno ſupra ſex millia uenatione caperẽtur. Leporum fœtus uentre exectos,uel uberibus ablatos non repurgatis interaneis,gratiſſimo in cibatu habent:laurices uocãt.Leporum ipſorum caro ſanguinem gignit craſſiorem : meliorem tamẽ procreat ſuccum quàm aut bubula aut ouilla: eſtq; nonnunquam ad ſiccam uictus rationem idonea. Sanguis leporinus cęteris præfertur omnibus,ut qui ſuauiſſimus eſt:quem & nonnulli cum iecinore,alij unà cum reliquis quoque uiſceribus coctum edunt. Sartagine inaſſatus dyſenterias,& cœliaca profluuia ſiſtit : in uino potus,contra toxica efficax eſt : ſi tepidus illinatur,uitia cutis in facie, quæ ἐφηλίδες dicuntur, & lentigines emendat. Cerebrũ leporis(capite ſcilicet toto elixo) & attritum & commanſum pueris dentientibus utile eſt: non tamen eximia uis eius eſt,ſed ſimilis melli & butyro atq; id genus aliis. quidam etiam aduerſum metum utiliter edi cerebrũ hoc prodidere . Aſſatum nonnulli cerebrum exhibent,edendũ aduerſus tremores, qui ex mala affectione corporis ſint contracti. Caput leporis uſtum cum adipe urſino alopeciis nonnulli impoſuere.Coagulum leporis ad lac ſanguinémue diſſecãdum quod in uentre concretum eſt,cæteris præfertur omnibus. Comitialem quoque morbum, ſi cum aceto bibatur, & præterea profluuium muliebre ſanare traditur.

*Cuniculus, Κούνικλος.* — 4 (margin E, beside the opening lines; 4 beside "ſtro lepori … & lon-")

*Laurices.* — F (margin, beside "Leporum fœtus …")

G (margin, beside "dam etiam aduerſum metum …")

1 Quibus artibus uolucres decipiat uulpes, explicat Oppianus lib.2 De piſc. quomodo lepores capiat,oſtendit Gillius ex Æliano lib.7: uerum quæ refert Gillius,agaſæo cani magis propria uidẽtur. 2 Villoſiſſimus animaliũ lepus eſt,inquit Plinius.
3 Daſypodes omni menſe pariunt,inquit Plinius, & ſuperfœtant ſicut lepores.
4 Cuniculum nonnunquam Theodorus pro δασύποδα uertit, ut daſypus quãdoque ſpeciem ſignificet : ſed confunduntur hæc nomina lepus & daſypus , ut utrunque & pro genere & pro ſpecie quandoq; accipiatur. λαγωὸς fere genus eſt.Cuniculos Strabo λεβηρίδας à quibuſdam appellari tradit:qui & λαγίδια γεωρύχοι,id eſt lepuſculi foſſores ab ipſo cognominantur, & λαγιδεῖς. Chelidoniam uocauit Diphilus etiam leporis genus quoddam. H

*Daſypus. Lepus, λαγωός. λεβηρίδες. λαγίδια γεωρύχοι. λαγιδεῖς. Chelidonia.*

## De uiuerris, muſtelarum generibus, & de fele. Cap. LXXXVI.

*Viuerra.*

MAgna propter uenatum cuniculorum uiuerris gratia eſt.Iniiciũt eas 1 in ſpecus, qui ſunt multifores in terris , nonnũquam & funiculis ligatas: at illæ quos deprehendunt, aut unguibus extrahunt, aut in apertum egredi cogunt:atque ita eiectos ſuperne capiunt uenatores. Oſſea ſunt uiuerris

A uerris genitalia: & iis calculo humano remedia pręcipua. Iocinerum dolo-
ribus medetur uiuerra porcelli modo inaſſata. Sunt qui eas ἰκτίδας uocant:
eſt uero ictis in muſtelarum ſylueſtrium genere: ſunt enim muſtelarū ge- *Ictis.*
nera duo: alterum domeſticum, alterum ſylueſtre. Hæc autem quæ in do- *Muſtela.*
mibus noſtris oberrat, & catulos ore ſuo ſuſceptos (ut author eſt Cicero) *γαλῆ.* *Muſtela dome*
quotidie transfert, mutátq; ſedem, (atque hinc eas ore parere nonnulli pu- *ſtica uulgaris.*
tarunt:) hæc inquam & ſerpentes proſequitur, & aues quoque uenatur & *γαλῆ κατοικί-*
mures. Muſtelę ſylueſtres magnitudine diſtant. Cor habet muſtela pro cor *διος.*
poris ratione magnum. Oſſea ſunt muſtelis genitalia, & iis quoque calculo *Muſtela ſyluê*
humano remedia præcipua. Ex muſtela ipſa inueterata ſale denarij pōdus, *ſtris.*
ut Plinius docet, in uini cyathis tribus datur à ſerpēte percuſſis: ut uero Dio
B ſcorides, muſtela flammis depilata, deinde exēterata, ſaléque inueterata, in
umbra ſiccatur. Ea binis drachmis in uino pota præſentaneo eſt remedio
aduerſum omnia reptilium uenena: & ad toxicū quoque ſimiliter datur.
Eius uentriculus coriandro fartus inueteratúſque ſerpentum morſui &
comitiali morbo in potu auxiliatur: & catulus muſtelæ etiā efficacius. Mu
ſtelæ cinerem cum aceto illitum ſunt qui tradant podagricos arthriticóſ-
que iuuare: & cum melle aut terebinthina, aut butyro impoſitum, ſtrumas
diſcutere: ut quod uehementem digerendi uim poſſideat. Cinere muſtelæ
uel felis diluto & ſemine ſparſo, mures à ſegetibus abigūt: uel decoctarum
aqua: ſed redolet uirus animalium eorum etiam in pane. Sanguis muſtelæ
ſtrumis utiliter illinitur: qui & comitialibus prodeſt. Iocinerum doloribus
C medetur muſtela ſylueſtris in cibo ſumpta, uel iocinera eius. Ex hoc gene-
2 re ictis eſt, id eſt muſtela ruſtica, magnitudine quàm paruus catellus Meli- *Ictis.*
tenſis minor: ſed pilo, forma, albedine partis inferioris, & morum aſtutia *Muſtela ru-*
muſtelæ domeſticæ ſimilis. Manſueſcit mirum in modum: officit alueari- *ſtica.*
bus: mellis enim auida eſt: aues etiam petit ut feles. Genitale quoq; oſſeum
habet ictis. Fel ictidis contra aſpides dicitur efficax, cętero uenenum. Fel ca
3 prinum (ait Plinius) ueneficiis ex muſtela ruſtica factis contrarium eſt. Illa
ſolertia in metu melibus, ſufflata cute diſtentæ ictus hominum, & morſus *Meles.*
canum arcent: leporibus plurimū inſidiantur. Iecur melis ex aqua oris gra-
uitatem ſanat. Feles quoque & leporibus inſidias moliuntur, & auibus, *Feles, αἴλουρος.*
ac nouiſſimū muribus. Quo uero ſilentio, quàm leuibus ueſtigiis obrępūt
D auibus, quàm occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt? imbelle aliàs animal
& ignobile. Excrementa ſua effoſſa obruunt in terra, intelligentes odorem
illum indicem ſui eſſe. Nocturnum animal feles eſt, & in tenebris illi ful-
gent radiántque oculi. Felem marē Ægyptij dicunt pupillas ad ſolis ratio-
nem uariare: cum enim exoritur ſol, tum longæ fiunt: in meridie rotundæ
uidentur: ad ueſperam autem obſcurantur. Lingua feli imbricatę aſperita-
tis & limæ ſimilis, attenuánſque cutem hominis. In coitu feles non parte
poſteriore ſe coniungūt: ſed mas ſtat erectus, fœmina ſubiacet. Sunt porro
in eo genere fœminæ ipſæ libidinoſæ & ſalaces: itaque mares ad coitū ipſæ
frequentes alliciunt, inuitant, cogūt: puniunt etiā niſi pareant. Feles tot nu-
mero pariunt, quot canes: ueſcuntúrq; eiſdem: & felium reliqua ut canum.

Viuunt circiter annos ſex. Duplex earũ genus: nam ſunt & ex iis ſylueſtres E quædã, ſicuti & aliæ quæ in domibus uerſantur. Spinã aliúdue quid faucibus adhærẽs, felis extrinſecus fimo perfricatis, aut reddi, aut delabi tradũt.

*Viuerra.* γαλῆ ἀγρία. *Catus ſylueſtris.* 1 Viuerram Strabo γαλῆν ἀγρίαν uocat: at Theodorus apud Ariſtotelem, γαλῆν ἀγρίαν, catum ſylueſtrem uertit. 2 Theodorus etiam uiuerram interpretatur lib. 9 hiſtor. animal. 3 M. Varro lib. 3 De re ruſtica admonet, oportere leporarij ſepta tectorio eſſe tecta, ne meles aut feles intrare poſſit: muſtelæ genus quoddam procul dubio intelligens: ſicuti & aliud genus, *Martes. Mars.* martes aut mars uocatur: de quo Martialis: Venator capta marte ſuperbus adeſt.

## De mure, & murium generibus. Cap. LXXXVII.

*Mus.* Μῦς. SVnt & in murium genere quidam domus incolæ, qui nec feræ iure dici poſſunt, nec placidi, ſed mediæ inter utrunque naturæ: plane tamen in- F dociles ſunt. Dentes habent mures continuos, & bibunt lambendo, ut canes: in Africa tamen mures cum biberint moriuntur. cor habẽt mures pro corporis ratione magnum: & nonnullis fel ineſſe, aliis uero deeſſe notatum eſt. In murium iecuſculis fibræ ad numerum lunæ dierum in menſe congruere dicuntur, totidémq; inueniri, quotum lumen eius ſit: pręterea bruma increſcere. Salaciſſimum animal mus eſt: & fœminam murem maiore ueneris rabie flagrare dicunt. Murium generatio mirabilis pręter cętera animalia maiorem in modum eſt: iam enim fœmina prægnante in uaſe miliario occupata, paulo poſt reſerato uaſe, muſculi numero uiginti & centũ reperti ſunt. Mirum etiam percipimus ortum redundantis agreſtis muriũ 1 *Sorex.* Ἀρουραῖος μῦς. *Mus ſylueſtris Mus agreſtis.* generis: (ſorices uocant & ἀρουραίους μῦς:) locis enim compluribus agri fru- G mentarij, tam inaudito modo oriri ſolent, ut parum ex uniuerſo frumenti relinquatur: tam cito abſumitur, ut nonnulli mediocres agricolæ cum pridie metendum ſtatuerint, poſtridie mane cum meſſoribus accedẽtes ad ſegetem, abſumptam inueniant totam. Terræ Perſicæ parte quadã, mure fœmina reſciſſa, fœtus fœminini prægnantes comperiri traduntur. Sunt qui uehementer confirment, mures ſi ſalem lambant, impleri ſine coitu. Prouentus eorum ſiccitatibus tradunt: uerum illud adhuc latet, quonam modo illa multitudo repente occidat: nam nec exanimes reperiuntur, neq; extat, qui murem hyeme in agro effoderit: paucis tamẽ diebus omnino abolentur. Nõ aliud quicquam omnium ſuperare copiam & celeritatem prouentus ualet niſi imbres: iis enim quàm primum intereunt. Deturgente H *Mures Nilotici.* ab inundatione Nilo, muſculi reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ terræque, iam parte corporis uiuentes, nouiſſima effigie etiamnum terrena, ut cecinit Ouidius,

Altera pars uiuit, rudis eſt pars altera tellus.

Muribus iam obituris uermiculum in capite gigni tradũt. Ex panibus multis & uariis ſimul poſitis optimum quenque ſeligentes aiunt circunrodere mures: quare optimi panis indicium in iis exiſtimatur eſſe. Mures in inſula Paro ferrum exedere & conficere dicuntur: Amyntas in Teredone Babylonica ſcribit eodem cibo uti. Pericula nobis imminentia præmonent mu- *Muſculi.* ſculi: ruinis imminentibus præmigrant. Mures à ſegetibus abigunt cinere

muſtelæ

A muſtelæ uel felis diluto & ſemine ſparſo,uel decoctarum aqua. Sorices fu- *Sorices.*
gari aiunt ſi unus caſtratus emittatur.ſoricibus piloſæ ſunt aures:ſoricum fi
bras reſpondere numero lunæ exquiſiuere diligentiores: ſorices & ipſos
condi author eſt Nigidius:ſorices & ardeolæ inuicem fœtibus inſidiantur.
Pulmonum uitiis medentur mures, & maxime Africani detracta cute, in
oleo & ſale decocti,atque in cibo ſumpti.eadem res & purulentis uel cruē-
tis excreationibus medetur. Muribus elixis in cibo datis urina infantiū co-
hibetur.Murem domeſticum diſſectum ſcorpionum ictibus utiliſſime im
poni tradunt. aſſatos ſi infantes ederint, oris ſaliuam exſiccari. Si mus ara-
neus iumenta momorderit,mus recens cum ſale imponitur.murium cinis
cum melle inſtillatus, aut cum roſaceo decoctus aurium dolores ſedat. Si
B aliquod animal in aurem intrauerit, præcipuum remedium eſt murium
fel aceto dilutum. Oſſibus fractis, cinis ſylueſtris muris cum melle, aut cū
uermium terrenorum cinere linteolo illito,ſuperpoſitis lanis quæ ſubinde
ſuffundātur,fere XIIII diebus ſolidat. Arūdines & tela quæque alia extra-
henda ſunt corpori, euocat mus diſſectus impoſitus. alopecias cinis è mu-
rium capitibus caudíſque: & totius muris emendat: præcipue ſi ueneficio
acciderit hæc iniuria. Murinum fimum (quod item muſcerdas uocant) a- *Muſcerdæ.*
ceto tritum atque illitum alopeciis medetur. Subditæ infantibus muſcer- ** Fortaſſe hic*
dæ,alui deiectionem moliuntur. In Cyrene tum colore tum forma diuer- *pro uiperæ legē*
ſa murium genera naſci ferunt: & quoſdam ipſorum quemadmodum *dum erat echi-*
feles, ita lata facie eſſe:alios uiperæ* ſpeciē gerentes, acutas habere ſpinas: *ni:aliàs erina-*
C quos indigenæ echenatas uocant. Sunt è muribus qui erecti bipedes am- *cei & echina-* *tes.*
2 bulent,ceu Alpini:habent enim crura poſteriora magna,priora parua.Cō- *Echenates* *mus.*
duntur etiam Alpini,quibus magnitudo media eſt: ſed pabulo ante in ſpe- *Mus Alpinus.*
cus conuecto: cum quidam narrent alternos, marem ac fœminam, ſupra
ſe complexo faſce herbæ,ſupinos cauda mordicus apprehenſa inuicem de-
trahere ad ſpecum:ideóque illo tempore detrito eſſe dorſo. Sunt his pares
& in Ægypto,quibus prædurus fere ut erinaceis pilus eſt:ſimiliter reſident *Aegyptij mu-*
in clunes,& binis pedibus gradiuntur, prioribúſque ut manibus utuntur. *res.*
& ortus horum quoque numeroſus eſt. Condūtur hyeme & Pontici mu- *Mus Pōticus.*
3 res,hi duntaxat albi. Dentes utrinque habet mus Ponticus,& tamen rumi
nare ſolet.Sunt uel alia genera murium plura: nam & in Cyrenaica regio-
D ne alij lata ſunt fronte,alij acuta, alij erinaceorum genere pungentibus pi-
lis.In Africa quoque tria ſunt murium genera,quorum alij bipedes uocan *Mus Africa-*
4 tur,alij zegeries Punica lingua, quos græce βουνοὺς dixeris, alij ἐχῖνες. Condi- *nus.*
ti & glires tota hyeme cubant in arboribus tāquam mortui,nihílq; edunt: *Zegeries.* *Βουνοί.*
pingueſcunt tamen per id tempus uehementer: rurſus æſtate iuueneſcunt: *ἐχῖνες.*
ſemiferum & ipſum animal,paruum,molle & imbecillum. In uiuariis ſer- *Glis.*
uantur,ubi non aqua,ſed maceria locus ſepitur. In iis arbuſculas eſſe opor- *ἐλειός.*
tet,quę ferant glandem:quæ cum fructum non ferunt, intra maceriam ia- *Μυοξός.*
cere oportet glandem & caſtaneam, unde ſaturi fiant. aquam oportet eſſe
tenuem,quòd ea non utuntur multum, & aridū locum quærunt. In iis no-
tatum,non congregari niſi populares eiuſdem ſyluæ: & ſi miſceantur alie-

nigenæ,amne uel monte diſcreti,interire dimicando : hi ſaginantur in do- E
liis quę ſiguli faciunt. In hoc dolium addunt glandem & nuces iuglandes,
aut caſtaneam:quibus in tenebris cum cumulatim poſitũ eſt in doliis,ſiunt
pingues. Genitores ſuos feſſos ſenecta alunt inſigni pietate. ſenium ſinitur
hyberna quiete. Gliris detracta pelle inteſtiniſque exemptis, decoquitur
melle in uaſe nouo : ſed medici malũt è nardo decoqui uſque ad tertias,at-
que ita aſſeruari:deinde cum opus ſit,ſtrigili tepefacta infundere. Conſtat
*Mus araneus.* deplorata aurium uitia eo remedio ſanari. Murem araneum μυγάλην uo- 5
μυγαλῆ. cant:magnitudine muri æqualis eſt,colore muſtelæ ſimilis, unde & nomẽ
illi μυγαλῆς.Os illi oblongum,cauda parua,dentes quoque exigui, & utraq;
maxilla duplici ordine digeſti: indéque ſit ut à mure araneo morſi facilli-
me dinoſcantur: quadruplici nanque ordine morſus impreſſio cernitur. F
Hoc animal plerunque teſtes impetere ſolet,non hominis modo,ſed cuiuſ
uis etiam aliorum animalium,morſu nonnunquam pernicioſo: quando-
quidem in Italia muribus araneis uenenatus eſt morſus: eoſdem ulterior
*Aliàs Apen-* Apennina regio non habet.Cæca traditur à Nicandro μυγάλη, indéque non
*nino.* tranſiri rotarum orbitam :ſed ſi forte in eam conciderit, ibidem emori.
Ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt diuulſus & impoſitus: optimum,ſi 6
is imponatur qui momorderit: ſed & alios ad hunc uſum ſeruant in oleo
aut luto circunlitos.eſt & contra morſum eius remedio terra ex orbita: fe-
runt enim nõ tranſiri ab eo orbitam torpore quodam naturæ. In Palæſti-
na frequens animal eſt,non maius erinaceo, habens ſimilitudinem muris
& urſi,feréque in cauernis petrarum & terræ foueis degere cõſueuit: ἀρκτο- G
Ἀρκτομύς. μὺς incolis dicitur:χοιρογύλλιον hunc eſſe opinatur D.Hieronymus,qui inter ea 7
χοιρογύλλιος. numeratur animalia,quæ cum ungulam non habent biſulcam diuiſámue,
ruminant tamen. In Lucania Italiæ ora,inquit Galenus, animal quoddã
eſt,quo & ueſcuntur incolæ,quod mediam quandam formam habet inter 8
urſum & ſuem : ſicuti & aliud in eadẽ regione, & aliàs quoq; reperitur in-
ter murem & glirem medium.

1 In utroque genere tam murium quàm ſoricum reperiri uidetur & domeſticum
& agreſte. Columella lib.13.Vites quæ ſecundum ædificia ſunt,à ſoricibus & muribus
infeſtantur.Plin.lib.10.Sorices & ardeolæ inuicem fœtibus inſidiantur. 2 Alpini,
quos aliqui marmotas uulgo dictos intelligunt,magnis oculis prominentibus,media
magnitudine.Hæc Hermolaus.Sũt qui legant,quibus magnitudo meliũ eſt. 3 Sunt H
Pontici mures,inquit Hermolaus,unius coloris:ſunt & uarij. Parte tantum prona,ua
rij candicant,uenetus in dorſo color quãdoque ferrugineus deterior priore. 4 Ea-
dem fere μυοξοῖς Oppianus, quæ Plinius gliribus tribuit:uidẽtur tamẽ ex Galeno diuer
ſa eſſe animalcula: nẽpe quòd μυοξὸς idem potius ſit qui mus agreſtis lib.3. De alimẽt.
5 Nicandri interpres in Theriac. Amynta authore μυγάλην ex mure & muſtela
procreari ſcribit:unde μυγάλη dicta eſt. 6 Muris aranei morſus remedia tradũt præ-
cipue Plinius, Aëtius,Paulus & Dioſcorides: & pro iumentis Columella. 7 χοιρο-
*Cyrogrillus.* γύλλιον, in quibuſdam codicibus habetur cyrogrillus in Leuitica lege: ſed neſcio an cor
*Chyrogrillus.* rupte.Iſichius in illo loco chyrogrillus,inquit,animal rapax eſt. 8 Vide an recte le-
gatur apud Galenum μεταξύ πως ἄρκτου καὶ συὸς,an potius legendum ſit ἄρκτου καὶ μυός:
Ἀρκτομύς. ut idem intelligatur animal cum arctomye: an idem fortaſſe ſit animal ἀρκτομὺς & ἀρ-
Ἀρκτοσύς. κτοσύς, an etiam diſtincta.

De qua-

A De quadrupedibus aquaticis, ut de fibro, lutra, & quibuſdam aliis. Cap. LXXXVIII.

SVnt inter quadrupedes feráſque, quæ uictum ex lacu & fluuiis petant:
in hoc genere ſunt fiber, ſatherium, ſatyriũ, lutra, & latax. Per uniuer- *Satherium. aliàs, Satherõ.*
1 ſum Pontum fiber plurimus eſt, quem alio uocabulo dicunt caſtorem. Cir- *Satyrium.*
ca fluuios etiam Hiſpaniæ frequentes inueniuntur fibri: uerum ex eis caſto *Fiber.*
reum quod uocant, non eandem habet cũ Pontico uim. Ambigit fiber ter- *Caſtor.*
ra & aqua: ſed maxima ex parte in aquis uictũ quæritat ex piſcibus & can-
cris. Animal eſt horrendi morſus: quippe quod hominis parte cõprehenſa,
non antequam fracta cõcrepuerint oſſa morſu reſoluit. Cauda huic piſciũ,
cætera lutræ ſimilis: utrique mollior pluma pilus. Euomit caſtor fel ſuum
B ad multa medicamenta utile: item coagulum ad comitiales morbos, ob ea
ſe peti prudens. Pontici caſtoris teſticuli potiſſimum appetuntur in uſum
medelarum (caſtoreum uocãt medici: & efficaciſſimum è Ponto Galatiæ, *Caſtoreum.*
mox Africæ:) idcirco cum urgeri ſe intelligit, eas partes ſibi amputare fe- *Aliàs caſtoriũ.*
runt: ob hoc quoque ſe peti gnarus. uerum amputari hos ab ipſis cum ca- *Καστόρειον.*
piuntur, negat Seſtius diligentiſſimus medicinæ: quinimo paruos eſſe ſub- *Aliàs Sextius.*
ſtrictóſque & adhærentes ſpinæ, nec adimi ſine uita animalis poſſe. Adul-
terari autem renibus eiuſdem, quæ ſint grandes, cum ueri teſtes parui ad-
modum reperiantur. Prꝫterea ne ueſicas quidem eſſe cũ ſint geminæ, quod
nulli animalium: itaque inter probationes falſi, eſſe folliculos geminos ex
uno nexu dependentes: fieri enim non poteſt ut gemini folliculi ueſicæ'ue
C in una membrana coniuncti reperiantur. Dioſcorides quoque fruſtra hæc
credi prodit: non poſſe enim fibrum teſtes ore contingere, cum adeo nati-
bus adhæreant aprorum more. Ad medicamenta eligi debent teſtes cõne-
xi, ex uno ortu dependentes, liquore intus ceroſo: uel (ut Plinius ſcribit) li-
quore ueluti mellis ceroſi, odoris grauis uiroſiq;, guſtu amaro & acri mor-
dacíque, ac friabiles. aſſeruãtur ſale. Diſſecta cute (inquit Galenus) melleus
liquor unà cum membrana ambiente eximitur, ſiccatúrq; ac potui datur.
Calidum eſt & ſiccum caſtoreum, partibúſque cõſtat admodum tenuibus,
& ob hoc in uniuerſum uarios obtinet uſus: ſiquidem mẽſes ac partus ciet,
ſecundáſque eiicit cum pulegio aut calaminthe. Contra inflationes, tormi-
na & ſingultus, qui à frigidorum craſſorúmque humorum multitudine o-
D riuntur, ex aceto mulſo bibitur. Lethargicos & utcunque ueternoſos, colli
capitíſque irrigatione cum aceto & roſaceo excitat, aut odoris ſuffitu: tre-
mulis quoque & conuulſionibus: ac ubi partem quampiam ſenſu motúue
priuatam eſſe contigerit, aut ægre ſentire moueríue, & omnibus neruo-
rum uitiis prodeſt, & epotum & illitum. Nec ſane febrientibus nocet, ubi
febris lenta mediocríſue contigerit, qualis cathaphoram & lethargum co-
mitari ſolet. Ac multis certe caſtorium exhibuimus, inquit Galenus, cum
pipere albo, utrunque cochlearij menſura, ex aqua mulſa: nec quiſpiam
inde ullam ſenſit noxam. Sternutamentum olfactu mouet. ſomnum con-
ciliat cum roſaceo & peucedano peruncto capite: uuluarum exanima-
tiones uel ſubditum excitat. Medetur & dentibus infuſum, cum oleo tri-

tum in aurem à cuius parte doleant: aurium doloribus melius ſi cũ meco- E
nio:claritatẽ uiſus facit cum melle Attico inunctum:capitis doloribus uti-
liter illinitur cum peucedano & roſaceo.Suſpirioſis caſtoreum cũ ammo-
niaci exigua portione ex aceto mulſo ieiunis utiliſſime potatur: eadem po-
tio ſpaſmos ſtomachi ſedat ex aceto mulſo calido.Ileos & inflationes pellit
caſtoreum cum dauci ſemine & petroſelini,quantum ternis digitis ſuma-
tur ex mulſi calidi cyathis quatuor:tormina uero cũ aceto uino mixto.Co-
mitiales morbos pellit caſtoreum in aceti mulſi cyathis tribus ieiunis da-
tum: iis uero qui ſæpius corripiuntur,clyſtere infuſum mirifice prodeſt: ca
ſtorei drachmæ duæ eſſe debebunt,mellis & olei ſextarius,& aquæ tantun-
dem: ad præſens uero correptis,olfactu ſubuenit cum aceto.Caſtoreum ex
mulſo potum,mulierum purgationibus prodeſt:cõtráque uuluam olfactũ F
cum aceto & pice,aut ſubditum paſtillis. Ad ſecundas etiam uti eodẽ pro-
deſt cũ panace in quatuor cyathis uini: & à frigore laborantibus ternis obo
*Lutra.* lis. Lutra, quæ & ἐνυδρὶς græce dicitur,& è fibrorum genere eſt,caſtori prę-
*Lutris.* terquam cauda ſimilis eſt,& utrique mollior pluma pilus:nunquam mari
*Ἐνυδρίς.* immergitur lutra.Hæc & hominẽ mordet,nec deſiſtit,ut ferunt,niſi fracti
*Latax.* oſſis crepitum ſenſerit.Latax quoq; dẽtes habet robuſtos: & noctu plerũq; 2
egrediens,uirgulta fluuiis proxima, ſuis dẽtibus ut ferro præcidit.Hęc,in-
quã,lutra latior eſt:pilum habet durum,ſpecie inter pilum uituli marini &
*Ichneumon.* cerui.Ichneumon in ripis & arundinetis uictitat,animal paruũ,forma mu 3
ſtelę ictidi proxima,cauda oblonga. Iiſdẽ ueſcitur quibus canis: & tot nu-
mero pariunt ichneumones quot canes: & eorũ reliqua ũt canum. Viuunt G
circiter annos ſex.Pugnat cum aſpide & crocodilo, & utrunque interficit.
Ichneumon Ægypti cum aſpide pugnaturus,flumẽ ingreſſus mergit ſe li- 4
mo ſæpius ſiccátque ſole: mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis lorica-
uit,in dimicationem pergit:in ea caudam attollẽs,ictus irritos auerſus ex-
*Enhydrus.* cipit.Sũt uero qui tradant enhydrum alterum ichneumonum genus eſſe,
*Canis fluuiati-* qui crocodilum interimat. Sunt & fluuiatiles caniculæ, terreſtriũ canum
*lis.* paruulorum ſimiles:piloſa his cauda.Horũ ſanguis aqua & aceto mixtus,
intumeſcentes hominum neruos lenire exiſtimatur:atq; ex pelle ipſorum
calcei conficiuntur,qui neruis ſalutares eſſe dicuntur.

1 Satherion. Satheron legit Hermolaus. 2 Quæ alij partim lutræ, par-
tim lataci, ea Plinius fibris tribuit: nempe quòd ſit animal horrendi morſus: arbores H
iuxta flumina,ut ferro cędit. hominis parte comprehenſa non antequam fracta con-
*Lytra.* crepuerint oſſa morſus reſoluit. Quod idem & Varro quoque facere in lytra uide-
tur:qui lutram potius eam quàm lytram uult dici: quoniam ſuccidat diſſoluátque in
ripis arborum radices,ut non longe diuerſa uideantur hæc animalia. 3 Hac æta-
te(quòd murinam ſpeciem ſimilitudinémque gerit) uulgo murem Indicum uocant.
Hæc Gillius,ex authore quopiam,ſed incerto. 4 Ichneumonis pugnam cum aſpi
de & crocodilo pulcherrime deſcribunt Oppianus,Plinius & Strabo.

## De uitulo marino. Cap. LXXXIX.

*Vitulus mari-nus,φώκη.* QVæ à mari uictum petat,nulla fera quadrupes eſt,præterquã uitulus
marinus.Hic uero generis ambigui eſt: nam & in mari degit, quan-
quam humorem non recipit,ſed ſpirat ac dormit, & egreſſus in
terram

A terram parit in litore ut terreſtris: ſed quoniam plus temporis mari quàm terra immoretur, cibúmque ex humore petat, ideóque inter aquatica fere numeratur. Auriculas non habet, ſed meatus continet manifeſtos qua audit. Oculi in mille colores tranſeunt ſubinde. Dẽtes habet ſerratos acutóſque, ut generi piſcium affinis: linguam autem biſulcam. Cruribus tãquam lęſa imperfectáque quadrupes eſt: quippe quæ cõtinuo à ſcapulis pedes habeat manibus ſimiles modo urſæ: in quinos enim findũtur digitos, qui ſinguli ternis articulis flectantur, & unguibus muniantur non magnis. Pedes quoq; poſterioriores quinis diſcretos digitis habet, & curuatura & unguibus cum prioribus conuenientes, uerum forma proximos piſcium caudis aut pinnis: his in mari, ut pinnis utitur: & humi quoque uice pedũ ſerpit.

*Nonnũquam & inter terreſtria, ut lib. 1 hiſtor. animal.*

B Caudam habet uitulus exiguã. genitale maribus grande eſt: fœminæ ſimile raiæ eſt, aut mulieris. Fel non habet uitulus marinus: ſed renes ſolidiſſimos, & forma bubulis ſimiles. cartilaginem habet, non oſſa. Coeunt uituli marini modo animaliũ retro mingentium: & diu ligati in coitu cohærent. Animal non ouum ſtatim intra ſe concipit, & parit fœmina, & lac reddet modo pecudum. parit ſingulos aut geminos, & cum plurimum treis. Mãmis quas geminas habet, educat fœtum ritu quadrupedum. parit ut homo omni tempore, ſed maxime cum primis capris. Prolẽ circa duodecimum diem à partu deducit in mare, ſubinde aſſuefaciens: illa pręcipitãter fertur, nec ambulat: cum nõdum inniti ſuis pedibus ualeat. Colligere ſe ipſe uitulus, & contrahere poteſt: carne enim abundat mollíſque eſt, atque oſſibus

*Tertiodecimo die, ut uult Oppianus.*

C cartilaginoſis conſtat, ut modo diximus. Interficitur difficulter, niſi eliſis temporibus capitis: corpus enim totum carnoſum eſt. Mugitus ei in ſono boui ſimilis eſt: unde nomen uituli accepit. nullũ animal grauiore ſomno premitur. Canis rabidi morſu potum expaueſcentibus, faciem perungunt adipe uituli marini: efficacius ſi medulla hyęnæ, & oleum ẽ lentiſco & cera miſceatur. lichenas & lepras tollit adeps uituli marini: & inſtillatur igni naribus intermortuarũ uuluæ uitio: & cũ coagulo eiuſdẽ in uellere imponitur. Vituli marini coagulum tradidere quidã uiribus ſimile eſſe caſtorio: ac proinde comitialibus morbis uuluæq; ſtrangulationi conuenire epotũ: excipitur autem catulis, ut præcipit Dioſcorides, qui nondum natare poſſunt. Coagulum uituli marini bibũt cum lacte equino aſininóue, aut cum

D punici ſucco: quidam ex aceto mulſo: necnon aliqui per ſe pilulas deuorãt. In lethargum uergentibus, coagulo uituli marini ad olfactum utuntur: & lethargicos coagulum uituli adiuuat in uino potum oboli pondere.

## De talpa & ueſpertilione. Cap. XC.

MVtilum animal & talpa eſt: quippe qui omnino quidem nec uideat, nec perſpicuos habeat oculos: ſed cæcitatis perpetuæ animal eſt terráque obrutum, & tenebris etiamnum defoſſum, ſepultíſque ſimile: uerum ſi quis prætentam membranam detraxerit, locus oculorum apparet, & pars nigra eorundem: ſitus denique & deſcriptio eadẽ, quam legitimam conſpicui oculi obtinent: ac ſi obducta cute oculi preſſi, confuſi, oblitíque

*Talpa, ἀσπάλαξ.*

eſſent dum crearentur. In tanta hac tamen cæcitate, liquidius audiunt tal- E
pæ uel in terra, tam denſo atque ſurdo naturæ elemento. Talpæ cinere ſtrumas illinunt ex melle: alij iecur eiuſdem contritum inter manus illinũt, & triduo nõ abluunt. Dextrum quoque pedem eius remedio eſſe ſtrumis affirmant: alij præcidunt caput, & cum terra à talpis excitata tuſum, digerũt in paſtillos pixide ſtannea, & utuntur ad omnia quæ intumeſcunt, & quæ apoſtemata uocant, quæque in ceruice ſunt.

*Veſpertilio, Νυκτερίς. Inter bipedes numeratur libro 1. hiſt. animalium.*

Ambigunt & ueſpertiliones cum uolucribus & pedeſtribus: quemadmodum uituli marini cum aquatilibus & terreſtribus. Et quadrupes eſt ueſpertilio, ſed mãca: ut ſit ad quadrupedes cõparata, uolucris: ad aues uero, quadrupes. Cauda tam quadrupedis quàm uolucris caret. uolat, ſed cuteis pẽnis mẽbranáue. Horũ quoq; alę articulos habent: & uolucrum animal parit ueſpertilio tantum. Dentes F
habet ut quadrupes, & lacte fœtum nutrit, admouens ubera quæ in pectore geſtat. geminos uolitat amplexa infantes, ſecúmq; deportat. Noctu uictum ſibi quærunt: & in cibatu culices gratiſſimi.

- Minimam pro corpore uocem
Emittunt: peragúntque leui ſtridore querelas.
Tectáque non ſyluas celebrant, lucémque peroſæ
Nocte uolant. ſeróque tenent à ueſpere nomen.

In Aſſyria circa Borſyppum gignuntur prægrandes: quæ ſunt apud incolas in uſu cibario. Cor ueſpertilionis ſolifugis contrarium eſt: omnibúſque formicis & ſalamandris reſiſtit. Somnũ arcet ueſpertilionis caput aridum adalligatum.

*Veſpertiliones Arabicæ.*

In paludibus circáque paludes Arabiæ, in quibus naſcitur caſia, G
degunt ferę alatæ ueſpertilionibus ſimillimæ, ſtridore diro, & uiribus eximiis: quas ægre ab oculis arcentes Arabes caſiam colligunt. Eſt & quod cuteis pennis uolat aliud animal: ἀλώπηξ à Græcis uocatur.

*ἀλώπηξ, uulpecula.*

De monſtroſis quibuſdam aliis animalibus in India aut Æthiopia prognatis. Cap. XCI. 1

*Plinius in Aethiopia. Manticharas.*

APud Indos (ſi Cteſiæ credendum eſt) belua gignitur, cui nomen mantichoræ: dentes triplici utrinque ordine: magnitudo & aurium hirtitudo, & pedes leonis: facies & aures hominis, oculi cęſij, color rubricę. Cau 2
da, ſcorpionis modo terreſtris, aculeo armata, ſpiculáque adnata iaculans. Vox tam ſibila, ut imitetur fiſtularum modulos, tubarúmque concentum: H
curſus nõ minoris pernicitatis, quàm ceruis. humanas carnes auidiſſime af 3
fectat. hominũ ſermones imitari & mãtichoram in Æthiopia author eſt Iuba.

*Axis. Monoceros. Cartazonos.*

In India quoque fera traditur nomine axis, hinnuli pelle, pluribus candidioribúſque maculis. Sed atrociſſimum monoceros monſtrum eſt, quem & cartazonon uocant, reliquo corpore equo ſimile, capite ceruino, pedibus elephanto, digitis ſcilicet indiuiſis, cauda apro, mugitu horrido: cornu unum nigrum è media eius fronte protenditur cubitorum duûm, ſplendore mirifico, ita acutum, ut quicquid impetat, facile ictu eius perforetur: nec leue quidem hoc, ſed uerſuras quaſdam naturales habet. Hanc feram uiuam negant capi: quippe quæ in intimis Indiæ & deſertiſſimis regionibus

*Ad longitudinem pedũ quatuor. Solinus.*

A gionibus degit. Apud Heſperios Æthiopas fons eſt Nigris, ut plerique exi-
ſtimauere, Nili caput: iuxta hunc catoblepa naſcitur, modica & iners be- *Catoblepá.*
ſtia, caput prægraue ægre ferens, idque deiectum ſemper in terram, aſpe-
ctu hominibus peſtilenti, omnibus qui in oculos eius offenderint, cõfeſtim *Plinius, omni-*
expirantibus. De onocentauro Pythagoram hæc narraſſe teſtatur Crates *bus qui oculos*
Pergamenus: homini ipſum ore & promiſſa barba ſimilẽ eſſe, ſimul & col- *eius uidere.*
lum & pectus humanam ſpeciem ſimilitudinémque gerere: mammas di- *Onocẽtaurus.*
ſtantes ex pectore pendere: humeros, brachia humanam figuram habere:
dorſum, uentrem, poſteriores pedes aſino perſimiles eſſe: & quemadmodũ
aſinum, ſic cinereo colore eſſe: imum uentrẽ leuiter exalbeſcere. Duplicem
uſum ei manus præſtare: nam celeritate ubi ſit opus, pedum loco illis uti-
B tur: ex quo fit ut cæterarum quadrupedum curſu non ſuperetur: ac ubi rur-
ſus neceſſe fuerit uel cibum capere, uel aliud quiddam tollere, qui antea pe
des erant, manus efficiuntur. Animal eſt graui animi acerbitate: nam ſi ca-
piatur, non ferens ſeruitutem, libertatis deſiderio ab omni cibo abhorret,
& fame cibi mortem conſciſcit. Hactenus de multifidis dixiſſe abunde eſt.

1 Quæ in hoc capite continentur animalia, an multifida ſint omnia, nondum ſa-
tis conſtat. 2 Color rubricæ, χρῶμα κινναβάρινον: Plinius & Solinus colore ſangui-
neo. 3 Pedibus ſic uiger, inquit Solinus, ſaltu ſic poteſt, ut morari eam nec extentiſ
ſima ſpatia poſſint, nec obſtacula latiſſima.

## De quadrupedibus biſulcis, & primò de boue & boum generibus. Cap. XCII.

C PRoximum eſt ut de biſulcis doceamus, quæ unguium loco & ungula-
rum chelas forcipémue habere, eadémque fere cornigera eſſe diximus.
Inter hæc primas partes iure boui tribuêre maiores: cuius tanta fuit apud *Bos, βοῦς.*
antiquos ueneratio, ut tam capitale eſſet bouem necaſſe, quàm ciuem. De
hoc igitur genere primum dicemus, cuius potiſſimum uſus noſtri laboris
eſt particeps, & quòd laborioſiſſimus ſit bos hominis ſocius in agricultura.
1 Primum in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor: prima, uitulo- *Vitulus, μόσχος.*
rum: ſecũda, iuuencorum: tertia, boum nouellarum: quarta, uetulorũ. Diſ-
cernuntur in prima, uitulus & uitula: in ſecunda, iuuencus & iuuenca: in *Iuuencus, iu-*
tertia & quarta, taurus & uacca. Quæ ſterilis eſt uacca, taura appellatur: *uenca.* *Ταῦρος, taurus.*
D quæ prægnans, horda fordáue. Boues pro regionibus cælíque ſtatu, & ha- *Vacca.*
bitum corporis, & ingenium animi, & pili colorem gerunt. Aliæ formæ *Taura.*
ſunt Aſiaticis, aliæ Gallicis, Epiroticis aliæ. Circa paludem Mæotim boues *Horda, uel*
ſunt ſine cornibus: & apud Myſios quoque. bubus Indicis camelorum alti- *Forda.* *Mæotici boues.*
tudo traditur, cornua in latitudinem quatuor pedum. Sunt & Indici boues *Indici boues.*
unicornes tricornéſque, ſolidis ungulis nec bifidis. Æonij quoque boues *Boues unicor-*
ſolidipedes ſunt, ſinguláque habent cornua, & hæc medio capite. In Hercy *nes.*
nia ſylua eſt bos cerui figura, cuius à media fronte inter aures unum cornu *Boues tricor-*
exiſtit excelſius magíſque directum iis, quæ nobis nota ſunt cornibus. Ab *nes.*
eius ſummo ſicut palmæ ramíque lati diffunduntur. Eadẽ eſt fœminæ ma- *Æonius bos.* *Hercyniæ ſyl-*
ríſque natura: eadem forma magnitudóque cornuum. Armenis, bina *uæ bos.*

*Armenius bos.* quidem cornua, ſed in anfractum conuoluta. Ægyptus boues gignit can- E
*Aegyptius bos* didos maximóſque & mites: Phrygia uero fuluos & rufos, quibus prolixa
*Phrygius bos.* à ceruice dependent palearia. Cornua quoque iis capiti nequaquam affixa, 2
*Syriacus bos. Pelleus bos.* ſed ut aures mobilia. Syriaci Pelleíque nigri, robuſti, feroces, fronte lata, a- 3
*Scythicus bos.* ſpectu horrido: ſuáque natura neque obeſi nimium neque ſtrigoſi: ac pro-
inde & ad pugnam & ad curſum idonei. Scythici, quorum in dorſo gibber
eſt, & proceriſſimi, & ex omni parte cãdidi, perparuis cornibus ſunt, & mi
nime acutis: ſimilitérque ut cameli eminenti dorſo exiſtunt: ſimul & cum
dorſo clitellæ imponuntur, perinde ut cameli genu flectunt: rurſúmque ſu
ſcepto onere ſurgunt, ab hominibus nimirum edocti. Syriacis non propen
*Caricus bos.* dent palearia, ſed in dorſo gibber eſt. Carici quoque in parte Aſiæ fœdi ui-
ſu, tubere ſuper armos à ceruicibus eminente, laxatis cornibus, excellentes F
in opere narrantur: cæteri nigri coloris candidíue ad laborem damnantur.
*Biſtones.* Biſtones iuba uiſu horrenda à ceruice utrinque & pectore leonum in mo- 4
rem dependente inſignes, cornua habent peracuta, & nequaquam aliorum
more in aduerſum ſeſe ſpectantia, ſed ſupina & plane recta. Lingua his an-
*Pæoniæ bos.* guſta, ſed aſperrima, & quæ linctu ſanguinẽ eliciat. In Pæonia boues ſunt,
inquit Pauſanias, toto quidẽ corpore pilis hirſuti, ſed pectore maxime &
circa maxillas. Troglodytarum boum cornua in terram directa ſunt: qua
de cauſa obliqua ceruice paſcuntur. Feruntur & in Africa boues, qui retro
*Boues ὀπισθόνομοι.* ambulantes paſcuntur, indéque ὀπισθόνομοι dicti: nec enim aliter ob cornua
*Hos Aelianus Lybicos boues uocat.* paſci poſſunt, quæ illis antrorſum & in terrã directa ſunt: uerũ hoc fabulo-
ſum arbitratur Vlpianus. Phœnicũ libri teſtantur indigenas uaccas ea eſſe G
magnitudine, ut uel proceriſſimi paſtores cũ mulgent, ſtare, atque adeo in
*Phœniciæ boues.* ſcabellũ aſcẽdere habeant neceſſe, ubera ut poſſint pertingere. In noſtro or-
*Boues Epirotici.* be Epiroticis laus magna: ac Pyrrhi (ut ferũt) iam inde regis cura prægran-
des fuere, hodiéque reliquiæ ſtirpiũ durant. Epiroticæ uaccæ præ ſua præ-
cipua magnitudine amphoras ſingulas ſingulę implẽt lactis: mẽſurę́q; eius
dimidium mammis duabus præſtant. Erectus ſtat qui mulget, aut paululũ
ſe inclinat: quoniã ſedendo ubera contingere nequeat. Nec tantũ diuer-
ſitas prouinciarum, ſed eadẽ quoque regio, ut Italia ipſa partibus ſuis diſ-
crepat. Campania plerunque boues progenerat albos & exiles: Vmbria ua-
ſtos & albos, eadémq; rubros, nec minus probabiles animis q̃ corporibus:
Hetruria & Latium compactos & ad opera fortes: Apenninus duriſſimos, H
*Altinæ uaccæ.* omnémq; difficultatem tolerantes, nec ab aſpectu decoros. Altinæ uaccæ,
*Ceuæ,* quas eius regionis incolæ ceuas appellant, humilis ſunt ſtaturæ, lactis abũ-
dantes. In boum genere cornua fere habent tam mares quàm fœminę: ſed
uaccarum cornua & taurorum inter ſe diſſident: tauris enim minora ſunt
cornua tenuioráque. Dentes habet bos, ut & reliqua cornigera continuos:
bimúſque dentes amittit, non tamen uniuerſos. Boum caudis longiſſimus
caulis, atque in ima parte hirtus. Huic tantum animali omniũ quibus pro-
cerior cauda, non ſtatim nato, conſummatæ ut cæteris mẽſuræ: creſcit uni,
donec ad ueſtigia ima perueniat. Renes boui quaſi ex multis exiguis reni-
bus cõſtituti. Taurorum ſanguis ubi è uena effluxerit, craſſiſſimus eſt & ni-

gerrimus

A gerrimus:celerrime omnium coit dureſcítque,ideóque peſtifer potu.Coi-
re tum mares tum fœminæ anno ætatis primo peracto incipiũt,ita ut etiã
nonnunquam generent: uerum quod magna ex parte fit,uel anniculi, uel
nacti octauum menſem uenerem adeunt.Iuuenca recentior quàm annicu
la non patitur uenerem,niſi oſtento: iam enim uel quarto ætatis mẽſe co-
iiſſe perſpectũ eſt:ſed enim quod maxime confeſſum habemus, bimatu ge-
nerant: ſed tauri generationem quadrimi implent. Et qui quadrimis mi-
nores ſunt,prohibentur admiſſura: ſicuti & qui maiores quàm duodecim
annorum:illi quoniam quaſi pucrili ætate ſeminandis armentis parum ha
bentur idonei,hi quia ſenio ſunt effœti. Et tauris ſingulis fœminę denę eo-
dem anno traduntur:uel(ut aliis placet) unus mas quindecim uaccis ſuffi-
B ciet. Apud Magonem duo tauri in ſeptuaginta matribus ſunt.Maxime ido
neum tempus ad concipiendum, à delphini exortu (ad quartum ſcilicet
idus Iunij)uſque ad dies triginta,ut ſentit Plinius: uel XL,aut paulo plus ut
Varro. Quæ enim ita conceperint,temperatiſſimo anni tempore, & adul-
tis iam pabulis pariũt. uerum Ariſtoteles initium coitus plurimis quidem
menſe Aprili & Maio prodidit:ſed nonnullæ uaccæ etiam ad autumnum
uſque tempus coeundi deducunt.Et gentibus quidem quę lacte uiuunt,ita
diſpenſatur,ut omni tẽpore anni ſuperſit id alimentum.Bos uno initu im-
plet,agítque uehementer, ita ut fœmina uix tolerans ſuccumbat. Et qui-
dem uaccæ tauros in coitu non patiuntur niſi raro, propter rigorem geni-
talis:eáque cauſa gradiuntur in coitu,clunibúſq; ſubductis ſemen recipiũt
C genitale.Si forte conceptio pererrauerit, uiceſimo poſt die marem fœmi-
na repetit.Seniores tauri nec ſæpius quidem fœminam eandem eodem ſu
perueniunt die,niſi fortaſſe ex interuallo:& nõ ſæpius quàm bis die ineũt:
at uero iuniores & eandem ſæpius cogunt,& plures petunt ac ſuperueniũt
uigore ſuæ ætatis.Salax minime inter mares taurus eſt:at ex fœminis intẽ-
duntur libidine,poſt equas,potiſſimum uaccæ: tempore enim coitus libi-
dine quandoque adeo incẽduntur,ut bubulci eas tenere aut capere neque-
ant: ad hæc uaccæ tauros ſuperueniunt, & ſequuntur ſedulo,& aſſiſtunt.
Ferunt uterum uaccæ menſes nouem:decimo pariunt. ſunt qui decem to-
tos menſes,exceptis paucis diebus,uterum geſtare affirment.Quod autem
in lucem præcurrit hæc tẽpora,id abortiuum eſt,uitaléque minime, etiam
D ſi paulo maturauerit partum:præmolli nanque imperfectáq; ungula pro-
dit.Boues grauidas negant,præterquam in dextro uuluæ ſinu ferre, etiam
cum geminos ferant.Pariunt ſingulos,geminos raro. Lac à partu utile eſt:
ante partum lac non habet bos. Ex primo ſemper à partu coloſtra fiunt: ni *Coloſtra.*
admiſceatur aqua, in pumicis modum coeunt duritia:uel perinde ut lapis
dureſcit,ut Ariſtoteli placet.Quandiu uiuunt,& coire ſolent & parere.Vi-
uunt magna ex parte fœminæ annos quindecim,atque etiam mares exciſi. *Vita fœminis (Plinio authore) XV annis longiſsima, maribus XX.*
Nonnullis ætas uel ad uiginti annos,atq; etiã plures,ſi corpore bene habito
ſint: nam & exciſi plus temporis quàm cæteri uiuunt,uſu exercitij & copia
pabuli. Vigẽt quinquennes maxime.domitura boum in trimatu,antè præ-
matura. Boues & paſcunt per ſocietates atque cõſuetudines: & ſi unus ab-

errauerit,reliqui ſequuntur:quapropter boarij,niſi præuenerint,totum ar- E
mentum requirant neceſſe eſt.Boues & fruge & herba ueſcuntur : paſcuntur etiam commodiſſime in nemoribus,ubi uirgulta & frons multa. Pingueſcunt iis quæ flatum cient, ut eruo & faba freſis, atque etiam fabarum herba.Lauatione quoque calidæ aquæ traduntur pingueſcere. Boues animalium ſoli,& retro ambulantes paſcuntur:& ſunt in Africa qui ita perpetuo paſci ferantur,neque aliter quàm recedẽdo in auerſum paſci ſolere. Bibunt boues ſorbendo,& claram bibere geſtiunt: adeo ut niſi aqua ſit clara, frigida & lympida,libenter bibere nolint. Augentur iuuencę amplius,cum plus temporis expertes ueneris degunt : quapropter terræ Epiri incolæ bo-
*Non ante quadrimatum. Plinius.* ues quas Pyrrhicas uocant, annis nouem intactas uenere ſeruāt. Laborant armenta uehemẽtius pruina ſolicitata quàm niue.Boues gregales morbis F
duobus tentantur,podagra & ſtruma(κραῦρον Gręci dicunt:)facit podragra, ut pedibus intumeſcant,& quanuis non intereant,tamen ungulas amittāt. Euenit in κραύρῳ, ut calidius frequẽtiúſque ſpiretur. Quod deniq; in homine febris,idem in boue eſt τὸ κραυρᾶν(febrem uocat Columella:)indiciũ morbi,ut aures flacceant,& ut comedere nequeāt:ſed breui moriuntur . Boues cælum olfactantes, ſéque lambentes contra pilum, hyemem præſagiunt. Qui gregem armentorum emere uult,hæc quaſi communia & certa in emendis bobus præcepta ſequi debet.Parandi ſunt boues nouelli, quadrati, grandibus mẽbris,cornibus proceris,ac nigrātibus & robuſtis, ac ſine curuaturæ prauitate lunatis, frõte lata & criſpa,magnis & hirtis auribus,oculis & labiis nigris,naribus reſimis patulíſque,ceruice toroſa & cõpacta,pa- G
learibus amplis & pene ad genua promiſſis, pectore magno, armis uaſtis,
uentre non paruo, ſed capaci & tanquam implente utero, lateribus porre- 5
ctis,lumbis latis,dorſo recto planóque, uel etiam ſubſidente, clunibus rotundis,cruribus compactis ac rectis,ſed breuioribus potius quàm longis, 6
genibus eminulis,diſtantibus inter ſe,ungulis magnis,caudis lõgiſſimis & 7
ſetoſis piloſiſq;, pilo totius corporis denſo ac breui:colore rubeo uel fuſco, tactu corporis molliſſimo,non aſpero ac duro.At uero colore,ut Varroni placet,potiſſimum nigro,deinde rubeo,tertio heluo,quarto albo : moliſſimus enim hic & duriſſimus primus:de mediis duobus, prior quàm poſterior melior,utrique pluris,quàm nigri & albi. Hęc maris forma ſpectanda
*Taurus.* eſt:neque enim alio diſtat bonus taurus à caſtrato, niſi quòd tauris in aſpe- H
ctu generoſitas:torua fronte,auribus ſetoſis,toroſiore ceruice: uentre paulo ſubſtrictiore,cornibus breuioribus & in procinctu dimicationẽ poſcentibus:ſed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat:ira gliſcente alternos replicans,ſpargénſque in altum arenam,& ſolus animalium eo ſtimulo ar-
*Vacca.* deſcens. Vaccæ probantur altiſſimæ formæ longæque, maximis uteris, frontibus latiſſimis,oculis nigris & patentibus, cornibus uenuſtis, & leuibus,& nigricantibus,piloſis auribus,compreſſis malis,palearibus & caudis ampliſſimis, ungulis modicis & cruribus.Cætera quoque eadẽ fere in fœminis,quæ & in maribus deſiderātur. Boues hyeme ac uere primo medióque gr aciles ſunt:prauúmque ſuccũ in cibo præbent: procedente uero anni tempore

A tempore, obeſiores euadunt ſucciq; melioris, cum ſcilicet aucta fuerit herba. Bubula caro plurimum nutrit, ſed ſanguinem generat, uel quàm ſuilla craſſiorem: nam bos temperamento longe ſicciore eſt quàm ſus. Senibus minime, ſed nec ulli alij utiles ſunt carnes bouillę, inquit Galenus. Bubulas carnes additi caules caprifici magno ligni compēdio percoquunt. Ad eam quæ in uentriculo fit concoctionem, uitulina bouillæ præſtat: meliúſque nutrit, ac minime mucoſa eſt, & ſecundum hœdinam optima. Lac bubu-
4 lum pinguiſſimum omnium eſt & craſſimum, eóq; minus aluum mouet, ſi Galeno credimus: alijs uero aluus maxime ſoluitur bubulo. Caſeo fertilius eſt bubulum quàm caprinum ex eadem menſura pene altero tanto: & ut caſeum, ita & butyrum habet plurimum, ualentiúſque nutrit. Datur
B priuatim iis qui colchicon biberint, aut cicutam, aut dorienium, aut leporem marinum. bubuli lactis ſerum orthopnoicis prodeſt ante cætera addito naſturtio. Taurinus ſanguis recens, inter uenena eſt, ut modo diximus: cum polenta illitus duritias emollit ac diſcutit. Taurinus adeps calore ſiccitatéque ſuillam longe ſuperat: ſed leonino inferior eſt: ut inter utrunque medium locum tenere uideatur. Non inepte igitur medicamentis admiſcetur, & quæ ſcirrhoſis medētur affectibus, & quæ phlegmonas concoquunt. Medulla uitulina uterum emollit tum appoſitum, tum in peſſo inditum. Felle taurino priuatim anginæ cum melle perunguntur. Sedis ulcera ſanat, inquit Dioſcorides, & ad cicatricem uſque perducit. medetur & aurium ſibilo ex porri ſucco inſtillatū. Felle bubulo ſemina attin-
C gi utile putant, quo mures à ſegetibus abigantur. Taurino felli pręcipua potentia etiam in ære pellibúſque colore aureo ducendis. In iuuencarum ſecundo uentre, inquit Plinius, reperitur pilæ rotunditate nigricans tophus, nullo pondere, ſingulare (ut putant) remedium ægre parientibus, ſi tellurē non attigerit. Talum bouis combuſtum dentes mobiles firmare tradunt: cum melle autem epotum teretes lumbricos expellere: cum oxymelite lienem minuere: & uenerem quoque excitare. Fœmoris oſſa cremata, ſanguinis fluxiones epota ſiſtunt, & uentris quoque. Bouis armentarij fimū, dum uiridi herba paſcitur, ſi recens apponatur, uulnerum inflammationes mitigat: foliis autem inuoluitur, cineréque feruente calfactum apponitur. coxendicis dolores fotu compeſcit. illitum ex aceto duritias, ſtrumas, pa-
D uóſque diſcutit. Eorum uero qui paleis ueſcuntur fimo oblinūtur aqua intercute laborantes, ita ut mox in ſole reclinentur. Habet enim ſtercus bouinum uim etiam attrahentem: qua ratione apum ueſparúmque ictibus medetur. Priuatim autem ſuffitu fimi, quod à maſculo boue collectum eſt, procidentes uuluæ reprimuntur: eiúſque nidore culices (κώνωπες dicti) fugantur. Boum coriis glutinum excoquitur, taurorúmq;, & id præcipuū: xylocollam hoc uocant, & taurocollam: præſtantiſſimū candidū & tranſ- *Xylocolla.* *Taurocolla.*
lucens: nigrum uero deterius eſt, & lignoſum quoque damnatur. Præſtantiſſimum fit ex auribus taurorum & genitalibus: nec quicquam efficacius prodeſt ambuſtis. Ex aqua calida dilutum atque illitum puſtulas erumpere non patitur. Sed adulteratur nihil æque quibuſuis pellibus inueteratis

calciamentíſque etiam decoctis: Rhodiacum uero fideliſſimum, cóque pi- E
ctores & medici utuntur. Glutinum in aceto reſolutum, impetigines cu-
tíſque lepras delet: melle & aceto diſſolutũ uulneribus prodeſt. In boum
*Bos ſylueſtris.* genere ſunt apud Arachotas boues ſylueſtes, qui differunt ab urbanis, quã-
tum inter ſues urbanos & ſylueſtres intereſt. Sunt colore atro, corpore ro-
buſto, rictu leuiter adunco, cornua gerunt reſupinatiora. Atrociſſimos ha 9
*Taurus Aethiopicus.* bet Æthiopia tauros ſylueſtres, maiores agreſtibus, uelocitate ante omnes, 10
colore fuluos, oculis cæruleis, pilo in contrarium uerſo, rictu ad aures dehi- 11
ſcente iuxta cornua mobilia: tergoris duritiam ſilicis, omne reſpuens uul-
*Furore. Solin.* nus. feras omnes uenantur: ipſi non aliter quàm foueis capti feritate ſem-
*Bonaſus.* per intereunt. Bonaſus gignitur in terra Pæonia mõte Meſapo, qui Pæo-
*Βόωνασος.* niæ & Medię terrę collimitium eſt, & Monapos à Pæonibus appellatur: ma F
*Monapos.* gnitudine tauri, ſed corpore quàm bos latiore: nequaquã enim oblongior,
ſed in latera auctior eſt. Tergus diſtentum eius locum ſeptem accubantiũ
occupat: cætera forma bouis ſimilis eſt, niſi quòd ceruix iubata armorum
*Compoſitiore, προσταλμένη.* tenus ut equi eſt: ſed pilo molliore quàm ſit equinus & cõpoſitiore. Color
pili totius corporis flauus, iuba prolixa, & ad oculos uſque demiſſa & fre-
quens: colore inter cinereum & rufum, non qualis equorum, ſed uillo ſu-
pra ſqualidiore, ſubter lanario. Nigri aut admodum rufi nulli ſunt, uocem
ſimilem boui emittunt. Cornua adunca in ſe flexa, orbémque inter ſe colli
gentia, & pugnæ inutilia: magnitudine dodrantali aut paulo maiora: am- 12
plitudine non multo arctiore quàm ut ſingula ſex ſextarios capiant: nigri-
*Anciæ, προκόμιον.* tie pulchra & ſplendeſcente. Anciæ (προκόμιον uocant Græci) ad oculos uſ- G
que demiſſæ. Caret ſuperiore dentium ordine, ut bos & reliqua cornigera
omnia. crura hirſuta atque biſulca habet. Caudam minorẽ quàm pro cor-
poris ſui magnitudine ſimilem bubulæ, interiora omnia bubus ſimilia con
tinet. Carnem habet guſtu ſuauem: quamobrem in uſu uenandi eſt. Cum
percuſſus eſt, fugit, & defatigatus conſiſtit: repugnat calcitrans, & proluuiẽ
alui, uel ad quatuor paſſus proiiciens: quo præſidio facile utitur, & plerun- 13
que ita adurit, ut pili inſectantium canum tanquam ab igne abſumantur:
ſed tunc ea uis eſt in fimo cum belua excitatur & metuit: nam ſi quieſcit,
nihil urere poteſt. Tempore pariendi uniuerſi ſimul in montibus enitũtur:
ſed prius quàm fœtum edant, excremento alui circiter eum locum, in quo
pariant, ſe quaſi uallo circundant & muniunt: largam enim quandam eius H
excrementi copiam hæc belua gerit. Pauciſſima Scythia gignit: pauca cõ-
*Biſontes.* termina illi Germania, inſignia tamen boum ferarũ genera: iubatos biſon-
*Vri.* tes, excellentíque ui & uelocitate uros: quibus imperitum uulgus bubalo- 14
*Bubali.* rum nomen imponit. Sunt uero uri magnitudine paulo infra elephantos:
ſpecie, & colore, & figura tauri. Neque homini, neque fœminæ quam con-
ſpexere parcunt. hos ſtudioſe foueis captos interficiunt. Hoc ſe labore du-
rant adoleſcentes: atque hoc genere uenationis exercent: & qui plurimos
ex iis interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ ſint teſtimonio, ma-
gnam ferunt laudem. Sed aſſueſcere ad homines & manſueti fieri, ne par-
uuli quidem excepti poſſunt. Amplitudo cornuũ & figura & ſpecies mul-
tum no-

A tum noſtrorum boum cornibus differt. Hæc Cæſar. Cornua iis taurina, inquit Solinus, in tantum modum protenduntur, ut dempta, ob inſignem capacitatem, inter regias menſas potuum gerula fiant: urnáſque binas capitis unius cornua impleant. Hæc ſtudioſe conquiſita, ab labris argento circuncludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur. In Hercynia ſylua gignuntur: rhinocerota uocant, & tauru Æthiopicum. Huic in capi-
15 te non ſunt cornua: ſed in naribus unicum eſt, & repandum quouis oſſe durius: quod ſubinde ad ſaxa limatum in mucronem excitat, eóque aduerſus elephantos utitur in dimicatione, aluũ maxime petens, quam ſcit eſſe molliorem: par ipſi prope corporis longitudine, ſed cruribus multo breuioribus: magnitudo tauri eſt: forma uero apri, præterquã quòd in ſummis na-
B ribus, ut iam diximus, cornu eſt. Color illi buxeus, uel eburneus potius: uel ut Oppiano placet, fuluus, raris inſperſis maculis nigricantibus. Habet autem duo ueluti cingula, figura ſerpentũ flexibus haud diſſimilia, quæ à dorſi ſpina ad uentrem uſque pertenduntur: quorum alterũ prope iubam oritur, alterum ad lumbos. In hoc genere nullæ conſpiciuntur fœminæ, ſed mares omnes. Author eſt Iphicrates, in Africa gigni qui rhizes uocantur, forma tauris proxima: at uictu magnitudinéque ac uiribus ad pugnam, elephantis ſimiliores.

*Aliàs, urnáſq; bina capitis unius cornua impleant.*
*Rhinoceros.*
*Taurus Æthiopicus.*
*Vt Oppianus prodidit, non multo maior eſt quàm oryx*
*Rhizes, ῥίζεις.*

1 Vitulus, μόσχος, qui adhuc ſub matre eſt & lactet. Δάμαλις ἢ δαμάλη, & πόρτις, quæ necdum coiuerit, nec ad iugũ idonea eſt. Hæc ex Theocriti interprete. 2 Erythræi boues, inquit Ælianus, mobilia ſimiliter cornua ut aures habent. 3 Pelleus bos, à
C Pella, ut arbitror, Macedonię oppido. 4 Biſtones, à Biſtonide Thraciæ palude & regione. 5 Gibberi ſpina leniter remiſſa. Varro. 6 Cruribus ſolidis, neruoſis ac breuibus. Palladius. 7 Pedibus, inquit Varro, non latis, neque ingredientibus, qui diſplodãtur, nec cuius ungulæ diuaricẽt, & cuius ungues ſint leues & pares. 8 Aliis, ut Plinio & Dioſcorid. bubulum, aſininum, & equinũ magis aluum ſoluunt, ἀκκιλιώτερα. 9 Indicos tauros uocat Solinus. Taurum ferum hunc uocat Gillius ex Oppiano, quem apud Troglodytas naſci ait. & aliũ quoque huic haud diſſimilem habet taurum ferum Æthiopicum. 10 Volucris pernicitas. Solinus. 11 Hiatus omne quod caput. Solinus. 12 Dodrantali, σπιθαμαῖοι, id eſt, unciarum nouem, magnitudine palmari, ut interpretatur Theodorus, aut paulo maiore: amplitudine non mul-
3 to auctiore quàm ut ſingula ſemiſextarium capiant: ἡμίχοων, id eſt congij dimidium, id eſt ſex ſextarios, niſi fortaſſe mẽdoſus ſit codex. 13 Εἰς τέσσαρας ὀργυάς, ad quatuor paſſus, uel trium iugerum longitudine, ut refert Plinius: ut uero hæc cohærere poſſint oſtendit Claymondus in ſcholiis in Plin. 14 Martial. lib. 1. iungit bubalum cum bi-
D ſonte, hoc uerſu: Illi ceſſit atrox bubalus atque biſon. Biſo (uti fertur) cerui ſpeciem habet: cuius à media fronte inter aures unum cornu in excelſum magis dirigitur, quàm ea quæ nobis nota ſunt cornua. Ab eius ſummo, ſicut palmę, ſic rami late diffunduntur. Eadem natura fœmina qua mas prædita eſt: eadem etiam forma, eadémq; magnitudine cornuum. Hæc Gillius, ex authore quodam, ſed incerto. 15 Pauſanias uero ſcribit, in extrema nare unicum eſſe cornu, & paulo ſupra alterum, ſed quod minus ſit.

*Δάμαλις, δαμάλη.*
*Πόρτις.*
*Erythræi boues.*
*Taurus Indicus.*

## De ouibus. Cap. XCIII.

VT boues ſumptum hominum excolunt, ita corporũ tutela pecori debetur. Itaque poſt boues ouilli pecoris ſecunda ratio eſt: ut quod præcipue nos contra frigoris uiolentiam protegit, corporibúſque noſtris libera-

*Ouis, ὄϊς, πρόβατον.*

liora præbet uelamina. In hoc quoque genere cornua uel fœminis natura E
tribuit, ſed ea conuoluta in anfractum arietum generi, ceu ceſtus daret.
Dentes quoque plures maribus quàm fœminis dati. Ouis binas gerit inter 1
fœmina mammas. Ouium pars maxima fel habet: & quidem terris quibuſ
dam adeo large, ut exuperantia prodigij loco habeatur, ut in Naxo: ſed aliis
quibuſdam locis omnino caret, ut apud Chalcidem Euboicã parte quadã
agri. In renibus ſebo opimandis maxime omnium luxuriant: quippe quæ
renibus pingui undique obductis intereant, quod ubertate pabuli fit: quo
fit ut quanquam pingues admodum ſint, tamen aliquid deſit oportet, ſi nõ
utrique reni, at dextro ſaltem. Aries ad utrunq; æquinoctiũ cubãdi rationẽ
mutat: quippe qui ſex hybernis menſibus in læuum latus iacens quietẽ ca-
pit: contráque ab æquinoctio uerno in dextrũ incubans dormit. Oues an- F
niculæ coeunt atque utero ferunt: mares quoque eodem illo tempore in-
eunt, ſed proles differt, quatenus præſtantior ea eſt, quam ſeneſcentes ma-
res & fœminæ procrearint. Neque pati oportet, ut præcipit Varro, mino-
res quàm bimas ſaliri: quòd neque natum ex his idoneum eſt, necnon ipſæ
fiunt etiã deteriores quàm trimę admiſſæ. Arietes primũ uetuſtiores fœmi
nas ineunt: agnas enim faſtidiunt. Coitus omnibus ab arcturi occaſu, id eſt
à tertio idus Maias, ad aquilæ occaſum, id eſt XIII Cal. Auguſti: quòd quę
poſtea concipiunt, fiunt uegrandes atq; imbecillæ, ut ait Varro. Oues terno
aut quaterno coitu implentur: & ſi à coitu imber acceſſit, abortum infert.
Pariunt maxima ex parte ſingulos, ſed aliquãdo & binos & ternos & qua-
ternos. pariunt geminos tum pabuli beneficio, tum ſi pater aut mater uim G
eam geminandi per naturam obtineat. Mares autem aut fœminæ generã-
tur ui tum aquarum, tum etiam propter admiſſionis tempus: nam & aquæ
faciunt ut fœminæ maréſue cõcipiantur. Ad hæc aquilonis flatũ mares po
tius concipiuntur, auſtri fœminæ. Vis tanta eſt aquilonis, ut uel eas quæ
non niſi fœminas pariãt, immutet ad prolis maſculæ procreationem. Spe-
ctare ad aquilonẽ oportet cum coeant fœminæ. Dextro teſte maribus pręligato, fœminas generari aiunt, lęuo, mares. Ferunt uterum quinque menſi-
bus (diebus CL inquit Plinius:) & cordos aut chordos uocabãt antiqui poſt 2
id tempus natos agnos. Itáque fit ut partus exitu autumnali fiat: contingit
tamen ut locis nonnullis, quibus cæli clementia & pabuli copia eſt, bis pa-
riant. Pariunt iuniores pauciores, quàm uetuſtiores. Oues parere uſque ad H
annum octauum poſſunt: & ſi bene curentur, uel in undecimũ facultas pa-
riendi protrahitur. Et quidem fieri poteſt, ut etiam per totam fere uitã co-
eant tam mares quàm fœminæ. Multi hybernos agnos præferunt uernis:
quoniam magis interſit ante ſolſtitium quàm ante brumã, firmos eſſe: ſo-
lumque hoc animal utiliter bruma naſci: caſtrari agnos, niſi quinqueme-
ſtres, præmaturum exiſtimant. Vita ouibus ad denos annos: ſed magna ex
parte ad pauciores: duces pecoris tamen, uel ad quindenos protrahunt ui-
tam. Singulis ouilibus ſinguli mares duces conſtituuntur. Oues Æthiopiæ
uel ad duodecim & tredecim annos uitã agunt: quæ mane iniri ſolent, ma-
rem ſi ſero diei admiſeris, non patiuntur. Candidi nigríue efficiũtur fœtus,
ſi ſub

*Et cõcepti inualidi. Plinius.*

*Cordi.*
*Chordi.*

A ſi ſub lingua arietis uenæ nigræ aut candidæ habentur: cuius enim coloris ſunt uenæ, eiuſdem & uellus eſt: uarium etiam, ſi plures uenarum colores ſunt: & ruſum, ſi uenæ rubræ fuerint: ſi palatum quoq; nigrum fuerit, aut maculoſum uel lingua ipſa, pulla, uel etiam uaria naſcitur proles. Quādiu admiſſura ſit, eadem aqua uti oportet: quòd cōmutatio & lanam facit uariam, & uterum corrumpit. Oues herba ueſcuntur: & paſcere ſedulæ atque ſtabiles ſolent. Pingueſcunt potiſſimum ex potu: quamobrem ęſtate ſalem dare die quinto ſoliti ſunt, ſingulis centenis ſingulos modios, ut ſitibundæ plus aquæ hauriant: ſic enim pecus incolume atque pinguius redditur. Opimat pecus olea, oleaſter, aphaca, palea, herba: quę omnia efficaciora ſunt ex ſalſugine reſperſa. Oues ſi grauidæ glandem copioſius ederint, abortum
B faciunt. Homines uſu periti totidē fere morbis ouem infeſtari, quot hominem referunt: & frequentius quàm ullum aliud animal infeſtatur ſcabie. Molliſſimū pecus eſt: & quanuis ex omnibus animalibus ſit ueſtitiſſimū, frigoris tamen impatientiſſimū eſt, nec minus æſtiui uaporis. Genus ouile amēs eſt, moribúſque (ut dici ſolet) inter omnia animalia ſtultiſſimis. Repit in deſerta ſine cauſa: & hyeme obſtante ipſum ſæpe egreditur ſtabulo: occupatum à niue, niſi paſtor compulerit, abire non uult: ſed perit deſiſtens, niſi mares à paſtore ducantur: ita enim reliquus grex conſequitur, adeo ut etiam quà timuere ingredi, unum cornu raptū ſequantur. Pecora exultantia & indecora laſciuia ludentia pluuiam præſagiunt. Pro loci natura differunt oues, non magnitudine ſolū, ſed & aliis diſcriminibus. Pinguis & cā-
C peſtris ſitus, proceras oues tolerat: gracilis & collinus, quadratas: ſylueſtris & mōtoſus, exiguas: pratis planíſque noualibus tectum pecus commodiſſime paſcitur: idq; nō ſolum generibus, ſed etiam coloribus plurimum refert. Magnæ oues circa Meotim paludem gignuntur: generis eximij Mileſias, Calabras, Apuláſque noſtri exiſtimabant, inquit Columella, earúmq; optimas Tarētinas: nunc Gallicæ pretioſiores habentur: earúmque præcipue Altinates: item quę circa Parmam & Mutinam macris ſtabulantur cāpis. Color albus quanuis ſit optimus, ſunt tamen ſuapte natura pretio cōmendabiles pullus atque fuſcus: quos prębent in Italia, Pollentia: in Betica, Corduba: nec minus Aſia rutilos quos uocāt ἐρυθροὺς. Sed & alias uarietates in hoc pecoris genere docuit uſus exprimere: ut cū uarij coloris ſylueſtres
D ac feros arietes māſuefactos tectis ouibus quiſpiam admiſiſſet, eæ primum hirtę, ſed paterni coloris agnos ediderunt: qui & ipſi deinde Tarētinis ouibus impoſiti, tenuioris uelleris arietes progenerauerūt. Ex his rurſus quicquid conceptum eſt, maternam mollitiem, paternum & auitum retulit colorem: itáque oues quas paſcimus, ortæ ſunt ab ouibus feris. Ouium aliæ ſunt uillaticæ, aliæ in ſaltibus paſcūtur: itáque ouium ſumma genera duo,
3 tectum & colonicum: uel uti Columella nominat molle, & hirſutum: illud mollius, hoc in paſcuo elegantius. Molliſſimum genus ouium quod Gręcū pecus, & plerique Tarentinum uocant, niſi cum domini præſentia eſt, uix expedit haberi: ſiquidem & curam & cibum maiorem deſiderat: nec ullam domini aut magiſtrorum inertiam ſuſtinet, multóque minus auaritiā: nec

*De ouiū morbis Columella lib. 7, & Vergil. 3 Georgic.*

*Ἐρυθροί, oues.*

*Ouis uillatica.*
*Ouis tecta.*
*Ouis colonica.*
*Ouis mollis.*
*Ouis hirſuta.*
*Græcū pecus.*
*Tarētinæ oues.*

æſtus nec frigoris patiens. Raro foris, plerunque domi alitur: & eſt auidiſſi E
mum cibi: cui ſi detrahitur fraude uillici, clades ſequitur gregẽ. Plures autẽ
in eiuſmodi gregibus, quàm in hirtis, maſculos enutrire oportet: nã prius
quàm fœminas inire poſſint mares, caſtrati cum bimatũ expleuerint ene-
cantur: & pelles eorum propter pulchritudinem lanæ maiore pretio quàm
*Hirſutæ oues.* alia uellera mercantibus traduntur. Hirſutum uero ouium genus (quod 4
*Hirtæ oues.* colonicum appellauimus) in ſaltibus paſcuntur, & à tectis abſunt longe: &
*Colonicæ oues.* quòd late longéque in diuerſis locis paſci ſolent, idcirco portant ſecum cra
tes aut retia paſtores, quibus cohortes ſeptáque ſecreta in ſolitudine faciãt.
Ego (inquit M. Varro) in octogenas hirtas oues ſingulos paſtores conſtitui:
Atticus in centenas. In gregibus ouium magnis, quos miliarios faciũt qui-
dam, facilius de ſumma hominum detrahere poſſunt. Paſcua ouillo generi F
utilia ſunt, quę uel in noualibus, uel in pratis ſiccioribus excitãtur: paluſtria
uero noxia ſunt, ſylueſtria damnoſa lanis. Per hyemem ſi penuria eſt, fœnũ
uel palea, uel uicia, uel facilior uictus ulmi ſeruatis frõdibus præbeatur, aut
fraxini. In ouium gregibus comparandis in primis uidendum, ut boni ſe-
minis pecus habeas: id fere ex duabus rebus poteſt animaduerti, ex forma
& ex progenie: ſi uidelicet agnos procreent formoſos. de forma, ouem eſſe
oportet corpore amplo, quæ lana multa ſit & molli, uillis altis & denſis to-
*Apricæ, aliàs* to corpore, maxime circum ceruicem & collum. uentrem quoque ut ha-
*Apicæ oues.* beat piloſum: itáque quæ id non haberẽt, maiores noſtri apricas aut apicas
appellabant ac reiiciebãt. Eſſe oportet cruribus humilibus. caudis obſerua- 5
re, ut ſint aliubi, ut in Italia prolixis, in Syria breuibus, ut tradit Varro. at G
Plinio, Syriæ cubitales ouium caudæ, plurimúmq; in ea parte lanicij. Sint
*Arietis forma* præterea uellere candido: uariam autem & canam comã improbabis. Ari-
etis uero habitus maxime probatur, cum eſt altus atque procerus, uentre
promiſſo atque lauato: cauda longiſſima denſiq; uelleris atq; candidi: frõ-
te lata, teſtibus amplis, intortis cornibus potius quàm ſurrectis, patulíſque
& pronis ad roſtrũ, rauis oculis, auribus amplis, pectore & ſcapulis & clu-
nibus latis. Aduertendúmq; lingua ne nigra aut uaria ſit: quòd fere qui ta-
lem habent, nigros aut uarios, ut dictum eſt, procreant agnos. Atq; hæc cõ-
*Ouilla caro.* munia ſunt in comparandis ouibus quas paſcimus. Pręſtantiſſima eſt ouiũ
caro primo ac medio uere. Melior item quæ eſt unius anni quàm quæ uetu
ſtior: quę & difficulter concoquitur, & malum procreat ſuccum: nocétque H
iis qui ſtomacho ſunt humido & pituitoſis. Eſt enim caro ipſa ouium frigi 6
da ac humida, excrementoſáq; & mali ſucci. Iuuenibus quidẽ nõ omnino
malus eſt cibus: ſenibus uero nec ea eſt commoda: atque etiam hac multo
minus agnina: quippe quæ humida, & mucoſa, & glutinoſa, & pituitoſa
*Agnina caro.* eſt. Ouilla caro, præſertim arietina poſt ſolſtitium elixa, grauiter olet: gra-
uius etiam ſi aſſetur: quo circa dum coquitur, operculum olæ auferre, a-
quam copioſam infundere, & condimẽta quoque addere præcepit Rufus.
Lac ouillum caprino craſſius eſt pinguiúſque, & dulcius, ac magis alit: ſto-
mocho tamen minus utile. priuatim tonſillas & fauces lactis ouilli garga-
rizatio adiuuat. Dyſentericos recreat caſeus ouillus uetus. Coagulũ agninũ
aduerſus

A aduerſus omnia mala medicamẽta pollet. Phreneticis prodeſſe uidetur & lethargicis pulmo pecudũ calidus circa caput alligatus. Pulmo agninus intertrigines quæ à calciamẽtis fiunt ſanare creditur. Dyſentericos recreat ſeuũ ouillũ decoctum in uino auſtero: hoc & ileo medetur & tuſſi ueteri. Aures purgat fel pecudis cum melle. Verberũ uulnera & uibices pellibus ouium recẽtibus impoſitis obliterãtur, idq; nocte ac die una, uti Galenus prodidit.

*Sanare. Dioſcorides, ab inflammatione tueri.*

Lanæ præter cultum & tutelam contra frigora, ſuccidæ plurima præſtant remedia ex oleo uinóque aut aceto, prout quæque mulceri morderíque opus ſit, & aſtringi laxaríue. Succida lana mollis è collo fœminibúſque laudatiſſima habetur. Hæc ſuccos quibus fiant irrigationes facile combibit: & ob pinguitudinẽ illam, quam œſypum uocant, emolliẽdi uim habet. Con-

*Lana, ἔριον.*

B tuſis imponitur & quoquo modo percuſſis: luxatis membris dolentibúſque neruis ac oſſibus fractis inter initia crebróque ſuffunditur, ex oleo uinóque aut aceto. Facit & ad capitis, ſtomachi, aliarúmque omnium partium dolores cum aceto & roſaceo impoſita. Succida lana impoſita ſubditáque mortuos partus euocat. Eadem nitro, ſulphure, oleo, aceto, pice liquida feruentibus tincta, quàm calidiſſima impoſita bis die lumborum dolores ſedat. Cum uero lota fuerit lana, nec amplius œſypum in ſe habeat, ſuccis ad irrigationes excipiendis, idoneum habetur. Arietis uellera lota frigidáque ex oleo madefacta in muliebribus malis inflammationes uuluæ ſedant: & ſi procidant, ſuffitu reprimunt. Crematæ lanæ cinis uim habet calidam & acrem: cruſtas ulceribus obducit, excreſcentias in carne cohibet, &

C cicatricem inducit. Illinitur attritis, uulneratis, ambuſtis: & in oculorum medicamenta additur, in fiſtulas auréſque ſuppuratas. Vis eius ſeptica eſt, inquit Plinius, efficaciſſiméque genas purgat. Quin & ipſæ ſordes pecudum ſudórque fœminum & alarum adhærẽtes lanis (œſypum uocant) innumeros prope uſus habet. In Atticis ouibus genito palma. excalfacit, explet ulcera & emollit: præſertim quæ circa ſedem aut uuluam contingunt cum meliloto & butyro. Menſes & fœtum euocat cum lana inditum. ulceribus aurium genitaliúmque atque oris etiam imponitur cũ anſerino adipe. Contra eroſos oculorum angulos ſcabioſóſque, & palpebras quæ callũ contraxere, & ciliorum defluuia efficax eſt. Oeſypum cum melle Corſico, quod aſperrimum eſt, maculas in facie extenuat: item ſcobem cutis in fa-

*Quonam modo cremari debeat, docẽt Galenus, Dioſcorides & Plin.*

*OEſypus, οἴσυπος.*

*OEſypum. Quibus modis colligi debeat, explicant Dioſcorides & Plinius.*

D cie cum roſaceo impoſitum uellere: quidam & butyrum addunt. Sordes quoque caudarum cõcretæ in pilulas, ac ſiccatæ per ſe, tuſæque in farinam, & illitæ, dentibus mire proſunt etiam labentibus, gingiuíſq; ſi carcinoma ſerpat. Iam uero pura uellera aut per ſe impoſita cæcis doloribus, aut accepto ſulphure & cinis eorum genitalium uitiis: tantúmque pollent, ut medicamentis quoque ſuperponantur. Medentur ante omnia & pecori ipſi, ſi faſtidio non paſcatur. Cauda enim quàm arctiſſime præligata, euulſa inde lana, ſtatim ueſcuntur: tradúntque quod extra nodum ſit è cauda præmori. Epinyctidas ſanat & clauos, thymos, uerrucas penſiles: & ambuſta igni roſaceo cerato exceptum fimum. Pecudum fimi cinis illitus ex aceto contra omnium phalangiorum morſus remedium eſt: alopecias replet cum oleo

cyprino & melle. Inuenio naſci, inquit Plinius, & arietis cornibus tuſis atq; E
defoſſis ſyluestrem aſparagum, quem Græci ormynam aut myacantham
*Oues feræ.* uocant, aliíſue nominibus. Oues quas paſcimus, primum ortas eſſe ab o-
uibus feris iam diximus. Sunt autem oues feræ noſtris hiſce non multo ma
iores, ſed curſu ueloziores, atque in dimicando acriores: ut nonnunquam
uel apros ictibus proſternant cornuum, quæ etiam in anfractum contorta
*Ouis Gortynenſis.* gerunt. Eſt in Creta Gortynæ agro ouium genus, quod cornu gerit quadru
plex: colore fuluo, uillo potius quàm lana duro atque aſpero, caprino ma-
gis quàm ouillo ſimili. Non diſſimili huic colore, fuluo ſcilicet, conſpicitur
*Subus, σοῦβος.* & ſubus: lana tamen non adeo hirſuta, & cornibus binis non quaternis. Na
tat quandoque hoc animal (ambigit nãque & terra & aqua:) ipſúmque in-
ter natandum comitatur plura tum piſcium, tum aliorum aquatilium ge- F
nera, eiúſque ſocietate gaudent plurimum: in primis uero phagri, melanu-
*Muſimon, aliis muſimone.* ri, acus, mulli atque aſtaci. Eſt in Hiſpania & maxime in Corſica non abſi-
mile pecori genus muſimonum, caprino uillo quàm pecoris uelleri pro-
*Vmbri.* pius: quorum è genere & ouibus natos, priſci umbros uocauerunt. Sunt in
*Oues Arabicæ.* Arabia duo ouium genera admiratione digna, neque alibi uſquam uiſa: al-
terum caudam gerit longam adeo, ut non ſit tribus cubitis breuior: alterũ
*Gorgon, γοργών.* cubitali latitudine caudam habet. Gorgona uocant Nomades Africæ (ut
author eſt Alexander Myndius) animal oui feræ ſimile: uel, ut aliis placet, 8
*Iuba uillúſue, χαίτη.* uitulo. caput gerit ſemper in terram deiectum. à fronte ad oculos uſque iu-
ba uillúſue dependet: hac ſi quando ab oculis excuſſa (id quod ægre ob ca-
pitis grauitatem facere poteſt) hominem quẽquam aſpexerit, protinus in- G
terficit.

*Aries, κριός.*
*Agni, ἄρνες.* 1 Ouis nonnunquam fœminam tantum ſignificat, ut aries marem. Agni, ἄρνες.
*Σακῖται ἄρνες.* Σακῖται ἄρνες, qui à matribus iam ſeparati paſcuntur. Veruex, aries caſtratus. 2 Di-
cuntur agni chordi, inquit Varro, qui poſt tẽpus naſcuntur & remanſerunt in uoluis
*Veruex.* intimis: quæ Græci uocant χορίον, à quo chordi appellati. 3 Tecta ouis ideo for-
taſſe dicitur, quòd pelle iniecta aut alio tali uelamine tegumentóue protegitur, & ple-
*Vellera.* runque domi alitur. Hæc Varro. 4 Vellera, alij uelamina appellant, lanam poſt
*Velamina.* tonſuram ademptam & conglobatam. Ex quo animaduerti licet (inquit Varro) prius
lanæ uulſuram quàm tonſuram inuentam. 5 In ipſa oue, inquit Plinius, ſatis ge-
neroſitatis oſtenditur breuitate crurum, uentris ueſtitu. 6 Hæc Galeni eſt ſenten-
tia: ſed ſunt qui carnem ouillam ſuccum melancholicum gignere produnt. 7 Me-
detur, inquit Plinius, & uuluæ inflammationibus, & ſedis rhagadis & condylomatis
cum meliloto ac butyro: 8 Beſtiola quædam apud Pollucem legitur, quæ τείχο- H
βρώτης dicitur, quod ſetas concutiat.

## De capris. Cap. XCIIII.

*Capra.*
*Vſum in caſtrorum & miſeris uelamina nautis. Vergil.* VT fructum ouis è lana ad ueſtimentum, ſic capra pilos miniſtrat ad u-
ſum nauticum, & ad bellica tormenta, & fabrilia uaſa. Tondentur ca
præ, quòd magnis uillis ſunt, in magna parte Phrygiæ, unde Cilicia ferri ſo
lent: ſed quòd primum ea tonſura in Cilicia ſit inſtituta, nomen id Cilicas
adiecíſſe dicunt. Neque non quædam nationes harum pellibus ſunt ueſti-
*Caſpiæ capræ.* tæ, ut in Getulia & Sardinia. Caſpiæ capræ, inquit Ælianus, & albiſſimæ
ſunt, cornibus mutilæ, & ad maximorum equorum magnitudinem acce-
dunt.

A dunt. Earum uilli adeo molles, cum Mileſiis lanis ut mollitudine comparari poſſint. Capris non omnibus cornua: ſed quibus ſunt, in his & indicia annorum per incrementa nodorum. Mutilis, lactis maior ubertas. Mutilum in utroque ſexu utilius, inquit Plinius. Et Columella quoq;: In omni, inquit, regione maritos gregum mutilos eſſe oportebit: quoniam cornuti fere pernicioſi ſunt propter petulantiam. Et fœminam quoque mutilam parabimus quieto cœli ſtatu: nā procelloſo atque imbrifero, cornutam ſemper. Capræ ſuperiores dentes non ſunt, præter primores geminos. Dependet omnium mento uillus, quē aruncum uocant: hoc ſi quis apprehenſam unam ex grege trahat, cæteræ ſtupentes ſpectant. Caprarum ſanguis non ſpiſſatur, inquit Plinius. Capræ herba ueſcuntur ut oues, ſed loca crebro

*Arūcus, κρύσος Caprarū, aliàs caprearum, ſed utrunque fortaſſe mendoſum.*

B permutant, ſummáque tantum contingunt. Dumeta potius quàm campeſtrem ſitum deſiderat hoc animalis genus: aſperíſque etiam locis ac ſylueſtribus optime paſcitur: nam nec rubos auerſatur, nec uepribus offenditur, & arbuſculis frutetíſq; maxime gaudet, nec minus iligneis querneíſq; fruticibus, qui in altitudinē nō proſiliunt: uerum morſus earum arbori exitialis eſt. oliuam lambēdo quoque ſterilem faciunt. Odoratorum uero fruticum expetentius hoc animal eſt: cúmque ciſthi fronde paſcitur, pinguedinem barbæ cruribúſque uilloſis adhærentem reportat, ex qua ladanum in offas cogunt paſtores. Capras in occaſum decliui ſole, in paſcuis negant contueri inter ſeſe, ſed auerſas iacere: reliquis autem horis, inter ſe aduerſas. Tradunt & noctu non minus cernere quàm interdiu: & ideo caprinū

*Ladanum.*

C iecur, ſi ueſcantur, reſtituit ueſpertinam aciem iis quos nyctilopas uocant. Capræ anniculæ aliquando coeunt, atq; utero ferūt: mares quoque illo eodem tempore ineunt. Eſt autem mas uel menſium ſeptem ſatis habilis ad procreandum: quoniam immodicus libidinis, dum adhuc uberibus alitur, matrem ſtupro ſuperuenit: & ideo celeriter & ante ſex annos conſeneſcit, quòd immatura ueneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhauſtus eſt. Itaque quinquennis parum idoneus habetur fœminis implendis. Et trimi quoque minus utiliter generant: & in ſenecta ultra quadriennium. Capellæ bimæ, aliquādo & anniculæ, ut diximus, partum edunt: ſed in trimatu gregi augendo utiles ſunt: neque enim educare niſi trima debet. neque tamen ultra octo annos matres ſeruandæ ſunt: quòd aſſiduo partu fatiga-

D tæ ſteriles exiſtant. Parit autē capra, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos: parit & quaternos, ſed raro admodum: at Ægyptias capras quinque parere ferunt. Tempus admiſſuræ per autumnum fere ante menſem Decembrem pręcipiunt: ut propinquante uere pariāt turgeſcentibus uirgultis: ferunt enim quinque menſibus ut oues. Vita earum longiſſima, annis in Æthiopia XI, in reliquo orbe plurimum octo. Nunquam ſanæ degunt capræ: nunquam enim febri eas carere Archelaus author eſt. Alia pecorum genera cum peſtilentia uexātur, prius morbo & languoribus maceſcunt: ſolæ capellę quanuis optimæ atque hilares, ſubito cōcidunt: id accidere maxime ſolet ubertate pabuli. Pinguedine etiam ſterileſcunt capræ. Qui caprinum gregem cōſtituere uult, in eligēdo animad-

*Nouēbri menſe Plin.*

*Caper.* *Hircus.* τράγος. χίμαρος.

uertat oportet.Caper cui ſub maxillis duæ uerruculæ collo dependent,opti E
mus habetur: ampliſſimi corporis, cruribus craſſis, plena & breui ceruice, 1
flaccidis & prægrauantibus auribus longíſque,exiguo capite, quàm maxi-
me ſimus, nitido,nigro,denſóque atque longiſſimo pilo: ut autem Varro-
*Capella.* ni placet, hircus molliore ſit pilo & potiſſimũ albo.Capella præcipue pro- 2
batur,ſimillima hirco quẽ deſcripſimus: ſi etiã eſt uberis maximi & lactis
abundãtiſſimi.Tondẽtur capræ,ut dictũ eſt,niſi ſi glabrę ſunt:duo enim ge
nera earũ. Capra tẽperamento eſt longe ſicciore q̃ ſus, minus tamẽ ſicco q̃
bos.Caprina caro æſtate prima ac media (cum ſcilicet fruticum germina,
quibus capræ auidius ueſci ſolent,ſunt frequentiſſima) optima eſt:ſed poſt
ſolſtitium æſtiuum uirus olet,pręſertim hircorum:tum uero maxime aſſa.
Quo circa etiam dum elixatur,ut in ouilla dictum eſt,ollæ operculum au- F
ferre,copioſámque infundere aquam,& condimenta cocturæ addere,prę-
cepit Rufus.Succum præſtat caro caprina uitioſum acrémque: ſed hircina
omnium eſt deterrima tum ad concoctionem, tum etiam ad ſucci probita
tem : quæ minime quidem pituitoſa lentáue eſt, ſed nocet maxime ob du-
ritiem & in alterãdo difficultatem.Hœdina caro concoctu facilis eſt,neq;
mucoſa:ſed probum generat ſuccum,& ſecundũ ſuillam optimum. Inter
cętera lactis genera caprinum mediocritatem obtinet:ut quod nec pingue
admodum nec craſſum ſit:éſtque eo bubulũ caſeo fertilius pene altero tan-
to.Stomacho accommodatiſſimum eſt lac caprinum,aluúmque minus cæ
teris tentat:quoniã pecus hoc aſtringentibus pabulis maxima ex parte ue-
ſcitur:nempe fronde magis quàm herba.Caprino lacte lienes ſanãtur, poſt G
bidui inediam tertia die hœdera paſtis capris,poto ſine alio cibo.Iecoris ca
prini aſſi, ſunt qui diſtillantem ſaniem accipiunt, qua ad nyctalopas utun-
tur:elixi autem uaporem oculis apertis accipiendũ præcipiũt. aſſum quo-
que ſi edatur,ad eoſdem affectus accommodatum aiunt:& pręterea comi-
tialem morbũ oſtendere.Sanguis hœdi antidotis miſcetur. Capræ & hirci
ſanguis ſartagine inaſſatus,dyſenterias & cœliacos fluxus ſiſtit:in uino po-
*Quomodo præparari debeat hirci ſanguis, docet Aëtius lib.11.*
tus contra toxica efficax eſt.Sunt qui ſanguinem hirci arefactum calculo-
ſis propinent præſentiſſimo remedio.Cornu caprinum uſtum,tum ad dẽ-
tium candorem,tum ad contrahẽdas gingiuas mollitie fluidas utiliter ad-
fricatur.Caprarũ cornu uel pilis accenſis, fugari ſerpẽtes dicuntur. Capra-
rum ungulas crematas,móxque aceto perfuſas alopiciis illinunt quidã:eſt H
itaque cinis hic facultatis extenuantis. Fimum caprinum lienis aliarúmq;
partium duritiem ſoluit:uſtũ, tenuius efficitur. alopeciis medetur aliiſque
quæ abſterſione indigent affectionibus,ut lepræ, pſoræ, licheni, & hoc ge-
nus aliis.Miſcetur & cataplaſmatis,quæ parotidas diuturnioréſque bubo-
nas digerunt.Imponitur in aceto decoctum ſerpẽtum morſibus, ulceribus
quę ſerpunt,& eriſipelati:uim nanque habet & abſtergendi digerendíque:
cum axungia impoſitum iis qui podagra tentantur,auxilio eſt.Ex uino po
tum caprarum fimum,præſertim in montibus degentium,regium morbũ
emendat:menſes ciet cum aromatibus hauſtum, partúſque euocat:ſiccum
uero in farinam tritum,& cum thure in lana inditum, profluuium mulie-

bre

A bre ſiſtit: cæteras ſanguinis fluxiones ex aceto cohibet. Capræ quas alimus à capris feris ſunt ortæ: à quibus propter Italiã capraria inſula eſt nominata: ſunt autẽ capræ ſylueſtres, his noſtris haud multo maiores, ſed uelociores atque in pugna acriores. In Samothrace habentur greges caprarum ſyl- *Capræ ſylueſtres.* *Feræ.*
3 ueſtrium, quas rotas uocant. Sunt etiã in Italia circa Fiſcelium & Tetricam *Rotæ.* *Aliàs fiſcellũ*
multæ. Capræ feræ in plurimas ſimilitudines transfigurantur: ſunt capreæ, *Plin.*
ſunt rupicapræ, ſunt ibyces: quæ genera omnia alpes nobis tranſmittunt: ſunt & oryges, ſoli à quibuſdam dicti: ſunt & damæ & pygargi & ſtrepſicerotes, multáque alia haud diſſimilia: ſed hæc tranſmarini ſitus mittunt.
Ibyces prærupta & inacceſſa montiũ incolunt, pernicitatis mirandæ quanquam onerato capite uaſtis cornibus, gladiorúmque uaginis. In hæc ſe li- *Ibyces.*
B brant, ut tormento aliquo rotati, in petras potiſſimum è monte aliquo in
4 alium tranſilire cupientes, atque recurſu pernici quo libuerit exultant. Capreis ramoſa cornua dedit natura, ſed parua, nec fecit, ut ceruis, decidua. In *Capreæ.*
Africa capreæ non ſunt: rupicapris cornua in dorſum adunca, damis in aduerſum: ſunt etenim & damę in caprarum genere, ſicuti & qui pygargi dicuntur. Damas mittunt tranſmarini ſitus: hæ manſueſcunt raro, cum feræ *Rupicapræ.* *Damæ.* *Pygargi.*
5 iure dici non poſſint: ita nec placidæ nec feræ, ſed medię inter utrunque naturæ, ut in mari delphini. Trãſmarini ſunt & ſtrepſicerotes, quibus cornua *Strepſicerotes.*
erecta rugarúmque ambitu cõtorta ſunt, & in leue faſtigium exacuta, ad-
6 dacem Africa appellat. Orygem perpetuo ſitiẽtem Africa generat, ſolum *Addax.*
7 à quibuſdam dictum, contrario pilo ueſtitum, & ad caput uerſo. Color illi *Oryx.*
C in facie niger, cætera cãdidus: cornua nigra, caua, erecta, mucrone acuto & *Solus.*
præduro: dorſum latum & obeſum. Velox animal eſt & ferox: ut quod neque canem timet, aut ſylueſtrem aprũ taurúmue, aut pantheram: ſed neq; leonem, nec hominem uenatorem: elephãtum unum animalium metuit. Orygem, ut diximus, Africa generat, ex natura loci potu carẽtem, cum mirabili modo ad remedia ſitientem. nanque Getuli latrones eo durant auxilio, repertis in corpore eorum ſaluberrimi liquoris ueſicis. Orygem appellat Ægyptus feram, quam in caniculæ exortu contraſtare & contueri tradit, & uelut adorare cum ſternuerit.

1 Duæ uerruculæ. Duas ueluti mammillas penſiles appellat Varro: & Plinius, ni
D fallor, lacinias binas dependentes: ſed in fœminis modo. 2 Ἔριφος mas dicitur uſque ad tertium aut quartum menſem, χίμαρος in genere fœmineo uſque ad ætatem unius anni. Theocritus: – ἔστε κατ᾽ ἔρρ᾽ ἁ χίμαρος, χιμάρῳ δὲ καλὸν κρῆς ἔστε καμέλξῃς. *Αἴξ.* *Χίμαιρα.*
3 Rotas. Sunt qui apud Varronem legi malint platycerotas: ego uero nuſquam memini legiſſe platycerotas eſſe caprini generis, ſed ceruini. An idem forſitan genus rota eſt cum ibice? de quo mox dicetur. 4 Capreolos uocat hos Columella, opinor lib. 9. 5 Non me latet hunc Plinij locum aliter à quibuſdam legi: uerùm ſatis placet hæc uetus lectio. 6 Aliàs, Perpetuo ſitiẽtia Africæ generant. 7 Oryx, ut Ariſtoteli placet, animal eſt biſulcũ & unicorne, quod ſcilicet medio ſui capitis unum cornu fixum habet: an idem ſit cum oryge Plinij & Oppiani conſideret ſtudioſus lector. Oryx item apud Columellã inter eas numeratur feras, quæ uiuariis incluſæ ſeruantur. *Χίμαρος, ἢ ἔριφος.* *Capreoli.*

## De ceruis. Cap. XCV. E

*Ceruus, ἔλαφος.*

INter feras quæ cornua geſtant, reliqua facile ſuperat ceruinum genus, ſi- 1
ue formæ pulchritudinem, ſiue cornuum amplitudinem, ramorúmue in
iiſdem uarietatem ſpectes. Hæc anniculis nondum naſcuntur, niſi quoad
indicij gratia ſit initium quoddam prætuberans, quod breue hirtúmq; eſt.
Bimis primum cornua oriuntur ſimplicia & recta ad ſubularum ſimilitu-
dinem: quamobrem ſubulones per id tempus eos uocăt. Trimis bifida ex- *Subulones, πατταλίαι.*
eunt, quadrimis trifida: atque deinceps ad hunc modum procedit nume-
rus uſque ad annum ſextũ: ab hoc ſimilia ſemper prodeunt, ita ne ſit dino-
ſcere ætatem ramorum numero: ſed ſenes cognoſcimus maxime indicio
duplici illo, quòd ſcilicet dentes aut nullos aut paucos habent: atque admi-
niculis carent: uocantur adminicula rami, qui imis cornibus prominent F *Adminicula. ἀμυντῆρες.*
ante frontem, quibus in pugna utuntur iuniores: ſenes autem carent. Soli
animalium cerui cornua tota ſolida habent (cum cæteris cornigeris omni-
bus caua ſint:) atque ea omnibus annis ſtatuto ueris tempore, menſe ſcili-
cet Aprili fere amittunt: quæ cum amiſerint, occultant ſeſe interdiu uelut
inermes: idque aſperis opacíſque faciunt locis, ut muſcarum tædio uacent.
Et quandiu carent iis, nocte procedunt ad pabula, donec recipiant cornua:
quę primum quaſi cute ueſtita, & molli lanugine hirtiuſcula emittunt: ſed
cum creuerint, ſoli exponunt, ut excoquantur & ſiccent: ubi iam nihil at-
tritu arborum, cum ea ſcalpunt, indolent, tunc ea relinquunt loca, confiſi
habere iam quo repugnare poſſint, cum res exigit: contra nonnulla enim
animalia quandoque reſiſtunt & cornibus ſe defendunt, quanquam fero- G
ces beluas fugiunt. Sunt etenim & cornuum mucrones hebetiores: & cor-
nua ipſa præ nimio exceſſu fere ſuperuacua ſunt: grandis enim illa & mul-
tifida cornuum magnitudo, in pugna ſæpe obeſt potius quàm prodeſt. Fœ-
mina in hoc genere cornuum inops mutiláque eſt. Cerui ſi cum per ætatẽ
nondum cornua gerunt caſtrentur, non edunt cornua: ſed ſi cornigeri ex-
ciduntur, non decidunt cornua, & magnitudine eadem ſeruantur. Corpus
ceruo obeſum eſt, & maculoſo uellere tectum, fuluum aliàs: fiũt aliquan-
do & candido colore. Collum gerit procerum atque erectum: ſummáſque
cacuminat aures. In monte Aſiæ Elapho nomine apud Arginuſam, ceruæ
omnes ſciſſa ac uelut diuiſa aure ſunt: qua nota uel alibi, ſi loca mutarint, di
noſcuntur. & quidem fœtus iam inde à primo ortu in utero idem contra- H
hit ſignum. Crura habet ceruus gracilia. dentium ordine ſuperiore caret a-
liorum ritu cornigerorum, & ruminat. Nares ita diuiſæ apparent, ut qua-
druplices uideantur. Genitale mari neruoſum eſt: ubera fœminis quaterna
ut uaccis. Vermes cerui continere produntur ſuo in capite plurimos uiuos: *Numero circiter uiginti. Plinius et Ariſt.*
magnitudine haud minores iis uermibus quos maximos carnes putres edi
derint, qui gigni uniuerſi atque contigui ſolent ſub linguæ inanitate. Cor
habet ceruus, pro ratione magnum. felle uacat: quãquam eius inteſtinum
amarum adeo eſt, ut ne à canibus quidem attingatur, niſi ceruus præpin-
guis ſit. Ceruis Achainis cognominatis, fel contineri in cauda creditur. Eſt 2 *Achainæ ceruæ.*
uero quod ibi contineri aiunt, colore quidem ſimile felli: ſed non ita ut fel
humidum,

A humidum,ſed lieni ſimile parte interiore . Sunt, inquit Plinius, qui ceruo fel in cauda ineſſe putent,aut inteſtinis: ideo tantam habēt amaritudinem ut à canibus nō attingātur. in Brileto & Therne quaterni renes ceruis. Cer *Aliàs Tharne.* uorum ſanguis fibras non habet:quocirca non concreſcit, coitu ſcilicet firmiore,ut cæterorum:ſed perinde ut leporum ſanguis ſpiſſari aliquātulum ſolet,eodem fere modo quo lac,quod iniecto coagulo coiuerit. Ceruæ in coitu mares ſuos non patiuntur,niſi raro,propter rigorem genitalis: atque ea de cauſa gradiuntur in coitu, ſubductíſque clunibus ſemen recipiunt genitale.Mas non uni fœminæ iungitur adhærétue, ſed mutat, breuíque interpoſito tempore aliam atq; aliam ſupergreditur:quo fit, ut ab eodē multæ impleantur . Coitus plurimum & conceptus earum poſt arcturi ſydus
B menſe Auguſto & Septembri. uterum ferunt octo menſes. At mares relicti,rabie ſæuiunt, fodiunt ſcrobes : tunc quoque roſtra eorum nigreſcunt. Pariunt fœminæ magna ex parte unum,& interdum geminos.parere autē iuxta uias maxime ſolent,quò ſcilicet propter homines beluæ minus accedunt.Incrementū hinnuli celere. Editos partus ſtudioſe occulunt, & abſcōditos inter profunda fruticum uel herbarum, pedum uerbere caſtigant ad latendum.Cum maturuerit ad fugam robur,exercent curſu,& fugam me-
3 ditari docent:ad prærupta ducūt, & per ea ſalire aſſueſcunt. Vita eſſe perquam longa hoc animal fertur: quanquam nihil certi eorum quæ narrantur uidemus,inquit Ariſtoteles. Ad dignoſcendam autem eorum uiuacitatem Alexāder Magnus torqueis aureos plurimis ceruis innexuit:qui poſt
C annum centeſimum capti,adopertis iam cute torquibus, nec dum ſenij indicium præ ſe ferebant. Pingueſcunt cerui æſtate ſupra modum:quamobrem nec currere quidem poſſunt:ſecundo aut tertio curſu capiuntur ab iis, qui pedibus inſectantur. Fugiunt etiam in aquas propter æſtum & anhelitum: quin & latebras quærunt,ubi ſe præpingues ſenſere,fatentes incommodum pondus.Caro eorum libidinis tempore uitiatur & fœtet:cum itaque mares impleuerint fœminas, ſeparātur,ut modo diximus, per ſeipſos, propter graueolentiam: fœtent enim ut hirci: & facies quoque eorum nigreſcit ut hircorum.Degunt ita quouſque imber accedat: tum paſcua repetunt.Hyeme extenuantur debilitantúrque: uere autem uigent maxime ad curſum.Cum fugiunt,etiam in fuga acquieſcunt:ſtantéſque reſpiciunt at-
D que manent,dum qui inſequitur appropinquet:tū fugæ præſidia repetunt: quod ideo facere uidentur, quia interiora laborant : inteſtinum enim tam tenue imbecilléque habēt,ut etiam ſi leuiter percuſſeris, poſſit rumpi, cute adhuc integra. Vocem mares grauiorem quàm fœminæ mittunt.uox autem maribus in hoc genere eſt,cum tempus coeundi eſt:fœminis autem cū metuerint.breuis uox fœminæ eſt,maris productior.Fugiunt cerui latratu canum audito,aura ſemper ſecunda,ut odor cum ipſis recedat. Mulcentur *Mulcentur fiſtula paſtorali, inquit Plin.* ſibilo & cantu uenantium: itaque alter uenantium palam aut ſibilat, alter clam ferit à tergo, ubi ſocius tempus iam eſſe ſignificarit. Sed cum erexere aures,acerrimi ſunt auditus, nec latere inſidiæ poſſunt: cum remiſere, ſurdi,& facile interimuntur..Animal ſimplex eſt,& omnium rerum miracu-

lo ſtupens:intantum ut equo aut bucula accedente propius, hominem iux- E
tà uenantem non cernant,arcum ipſum ſagittáſque mirentur.Serpnetibus
inimicus ceruus eſt,anhelitu nanque, ſi quæ ſint, extractas cauernis,man-
dit. Febrium morbos non ſentit hoc animal:quin & medetur huic timori,
ut fertur: legimus enim plurimos matutinis diebus ceruiuam carnem de-
guſtare ſolitos,ſine febribus longæuos fuiſſe:quod ita demum exiſtimant,
ſi uulnere uno fuerint interempti. Quanquã alioqui ſuccum procreat cer-
uina caro(uti Galenus prodidit)non minus uitioſum concoctúque diffici-
lem quàm ſit bubula aut ouilla:imo aſininę carni proxima eſſe cenſetur,ut
fere nullum(quod ad alimenti rationem attineat)uſum præſtet. Cerninus
ſanguis ſartagine inaſſatus dyſſenterias fluxionéſque cœliacas ſiſtit. in ui-
no potus cõtra toxica efficax eſt.Aduerſus uenena ſerpentiúmque morſus F
mirificũ eſt hinnuli coagulum occiſi in matris utero. Ceruina medulla ute
rum emollit tum in peſſo,tum etiã extrinſecus impoſita.Ceruina medulla
perunctos uenenata fugiunt,inquit Dioſcorides. Cornus ceruini cinis ca-
dmię in morem elotus,ulceribus oculorum & diſtillationibus utilis eſt:in-
frictus dentes expurgat, fluidáſque ginginas contrahit: binis cochleariis
epotus prodeſt dyſentericis:ſanguinẽ excreantibus,cœliacis,morbo regio.

*Quonam modo uritur cornu ceruinum, monſtrat Dioſcorides.*

Datur & in ueſicæ doloribus cum tragacãtha: in muliebribus fluxionibus
cum liquore quopiam illi rei accommodato. Accẽſi cornus odore ſerpen-
tes fugantur,& comitiales morbi deprehendũtur .Cornu in aceto coctum,
ſi eo gingiuæ colluantur,dolores ex molariũ dentitione factos adimit.Ge-
nitale cerui tritum & in uino potum,uiperarum morſibus auxiliatur.Cer- G
uini generis ſunt,& cerui quoque dicuntur, qui platycerotes & eurycero- 4
tes appellantur,à ſummorũ cornuum latitudine,quæ in palmas finxit na-
tura,digitóſque emiſit ex iis.Corporis forma cerui eſt:ſed tergus omne nõ
minus quàm ſit pantherarũ uarium:uerum in his albicant maculæ,quæ in
pantheris nigræ ſunt:& huius quoque ſanguis fibris caret, quocirca neque
ſpiſſatur. Bubali pene ad ceruinam faciem in Africa procreantur:corporis
magnitudine bubalus eurycerote minor eſt,at dorcade maior, oculis ſplen
didis,aſpectu pulchro atque alacri.Cornuum exortus ſtatim à capite recti,
ſuperiores uero eorum partes retro ad dorſum flectuntur . Bubalis cornua
interdum inutilia ſunt:nam etſi contra nonnulla ſeſe defendunt,feroces ta
men pugnacéſque beluas fugiunt.Cum uero leonẽ metuat bubalus, caput H
tantum abſcondit,reliquo corpore neglecto:itáque totũ corpus latere pu-
tat.Sanguis quoq; eorũ fibras non habet: ideo neque concreſcit . Patrij ſoli
amantiſſimũ animal eſt:nam ſi forſan à uenatoribus captus, in alienũ ſolũ
quanuis longinquum abducatur,ſolutus ad loca conſueta reuertetur.Inter 5
cornigera,omnium quæ explorata habemus,minimum dorcas eſt, in cer-
uino quoque genere numerãdus,ut qui cornua habeat omnibus annis de-
cidua,quæ & iis quoque interdum inutilia ſunt: nam etſi contra nonnulla
reſiſtunt,& cornibus ſe defendunt,tamen feroces pugnacéſque beluas fu-
giunt.Timidum animal dorcas eſt,& curſus uelociſſimi : noctu æque cer-
nere, atque interdiu creditur. In uenatione interdum, uel in media fuga
conſiſtit:

*Platyceros.*
*Euryceros.*

*Bubalus,*
Βȣ́βαλος.
Βȣβαλίς.

*Dorcas.*
*Dorcalis.*
*Dorx.*
Ζάξ.
*Dorcus.*

A conſiſtit: quòd ſi tunc temporis otiũ detur reddendæ urinæ, adeo recreantur illi uires, ut denuo ad curſum reddatur alacrior. Dorcades in Hiſpania ſunt frequentes: in Lycia non tranſeunt montes Syriæ uicinos.

*Cilicia forſitan pro Lycia, ex Claymond.*

1 Hinnulus cerui νεϐρὸς dicitur & κημὰς: quãquam κημὰς nondum progreditur in paſcua. Hæc Hermolaus. 2 Ariſtoteles achainas uocat: Græci genus ceruorum Echeineas ab oppido cognominant. Hæc ex Hermolao. 3 Vitam eſſe ceruis longiorẽ quàm elephantis oſtendit Pauſanias in Arcadicis. Ex Heſiodo, Ter tria ſecla hominis tranſmittit garrula cornix, Quatuor & peragit cornicis tempora ceruus. 4 πρῶκα, quem felle carere ſcribit Ariſtoteles, damã interpretantur & Theodorus & Hermolaus, cæteríque quos uidiſſe memini, recentiores omnes. Verũ dama, ut ante monſtrauimus, in caprarum genere numeratur à Plinio: proca uero, uti etiam fatetur Hermolaus, à ceruo non diſtinxit Ariſtoteles. Adde quòd eadem inſula quæ Proconneſus ab animalium eorum copia, eadem & Elaphonneſus nominatur: de qua Pli-
B nius lib. 5. Prꝫterea paucos reperias authores, uel nullos potius, qui ſimul πρῶκας meminerint, & platycerotis & eurycerotis. Atque inde coniicimus idem eſſe animal, quod πρὼξ ab Ariſtotele uocatur, & platyceros ſiue euryceros ab aliis. 5 Dorcada, capream uertit Theodorus: at nos Plinium ſecuti capream in caprarum ſylueſtrium genere locauimus. Dorcus apud Oppianum idem cum dorcade eſt: Dioſcorides tãquam diuerſum enumerat. Dorcades Lybicæ (ut ex Æliano narrat Gillius) quanquam uelocitate ſunt mirabili, tamen inferiores ſunt in currendo equis Lybicis. Earum aluus nigris uittis diſtinguitur, reliqui corporis color rubet, & pedes quidẽ eis longi ſunt. Cornibus caput ornatur, oculi nigri, longiſſimæ aures habentur. κέμας à poëtis nũcupata (ut aliud ſit animal à dorcade Lybica) turbinis inſtar celerrime fertur: flauis pilis ſpectatur: cauda eſt tum piloſiſſima, tum exalbenti: eius oculi cyaneo colore tincti uidentur, aures præaltis pilis refertæ: neque modo in terra pedum celeritatem oſtendit, ſed etiam cum in fluuij confluentem inciderit, ungulis pedum remigans, fluctus perrum-
C pit. & uero in lacubus natare gaudet, unde ſibi uictum cõparat: uirides iuncos, & cyperum depaſcitur.

*Hinnulus. Νεϐρός. Κημάς. Echeineæ ceruæ. πρόξ. ἴορκες. Cerui palmati forte à Iulio Capitolino dicũtur ij in Gordianis. Dorcades Lybicæ. Κέμας, cemas.*

## De tragelapho, tarando, ophio, leucocruta & colo. Cap. XCVI.

EAdem pene cum ceruo ſpecie ſunt, quos tragelaphos dicunt: ſed non alibi quàm circa Phaſidem amnem naſcuntur. Diſtãt tantum, quòd uilloſos habent armos, & menta promiſſis hirta barbis. Tarando magnitudo quæ boui: caput maius ceruino, nec abſimile, cornua ramoſa, ungula bifida, uillus profundus magnitudine urſorum: tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Hunc tarandũ affirmant habitũ metu uertere, & cum delitescat fieri aſſimilem cuicunque rei proximauerit: colorémque omnium arborum, fruticum, florum, locorúmque reddere metuentem in quibus la-
D tet: ideóque raro capitur, ſed cũ libuit ſui coloris eſſe, aſino ſimilis. Scythia hunc mittit. Ophion Sardinia quondam ferebat, nec alibi naſcebatur: animal ceruo minus, ſed pilo demum ac dente ſimile ceruo. Hoc interiiſſe arbitror, inquit Plinius: & ideo medicinas ex eo omitto. Cruribus ceruinis & ungula quoq; biſulca apud Æthiopas leucrocuta eſt perniciſſima fera, aſini fere magnitudine, collo, cauda, pectore leonis, capite melium, ore ad aures uſque reſciſſo, dentium locis oſſe perpetuo. hanc ferã tradunt humanas uoces imitari. Gignitur apud Scythas quæ circa Meotim paludẽ ſunt Colos, candido colore, magnitudine inter ceruum & arietem, ſed qui uelocitate utrũque facile ſuperat. Potat naribus ad caput uſque immerſis: eóque potu diebus pluribus contentus, ſiccioribus locis paſcitur.

*Tragelaphus. Tarandus. Colore urſino. Solinus. Aethiopia mittit. Solinus. Ophion. Clunibus ceruinis, & cruribus leonis. Solinus. Apud Indos. Leucrocuta, uel Leucrocota. Alias, aſini feri magnitudine. Capite camelino. Solinus. Colos, κόλος.*

## De hippelapho, hippardio, hippagro, hippopotamo, & eale. Cap. XCVII. E

*Hippelaphus.*
*Hippardium.*

MAgnitudo hippelaphi ceruo comparatur. cornua dorcadi ſimilia. iu 1
bam ſummis continet armis. nec non & fera quæ hippardium no-
minata eſt, parte etiam eadem: ſed utrunque hoc genus tenuiſſimo iubæ
ordine à capite ad ſummos armos crineſcit. Gerit cornua utrũque, excepta
fœmina hippelapho, & pedes habet biſulcos. Proprium hippelapho uillus
qui ab eius gutture modo barbæ dependet. Gignitur apud Arachotas. Vn-

*Hippagros. Equus ſylueſtris.*

gulas quoque biſulcas habet hippagros, ceruinis ſimiles. dentes exertos
binos. ſpina tota ad caudam uſque perpulchra ornatur iuba. Viuit in præ-
ruptis Æthiopiæ Indiæque locis. ſeruitutem non tolerat: nam ſi forte ca-
ptus ſeruetur, fame ſeſe cruciat, ſpontéque moritur. Biſulcum animal & F

*Hippopotamꝰ Equus fluuiatilis.*

hippopotamus eſt, ſed quod ambigat terræ, mari, atque amni cõmune: na-
tura enim hippopotami ita conſtat, ut uiuere niſi in humore diu non poſ-
ſit. Hunc gignit Ægyptus, malum hominibus non minus infeſtum quàm
ſit crocodilus. Plurimi ſunt ſuper Saiticam, inter Ægypti præfecturas. Iuba
illi equina, ungula qualis bubus, roſtrum reſimum, dentes exerti & aprorũ
more adunci, ſed leuiter & minus noxij. Cauda etiam apri, tortuoſa. Talus 2
quoque ineſt biſulcorum modo: magnitudo aſini, hinnitus equi. Tergus 3
ad ſcuta galeáſque impenetrabilis, præterquam ſi humore madeat. Inte-
riora omnia equi & aſini ſimilia. Noctibus ſegetes depaſcitur, ad quas pẽr-

*Pergit auerſus. alıter hoc explicat Gillius, ut uidetur ex Aeliano.*
*Plin. Teſticuli drachma ex aqua cõtra ſerpentes bibitur.*
*Eale.*

git auerſus aſtu doloſo, ut fallente ueſtigio, reuertẽti nullæ ei inſidiæ præ-
parentur. Carnem habet hippopotamus duriſſimam, & concoctu difficil- G
limam. Hippopotami teſtes exſiccati ac triti, contra ſerpentium morſus bi
buntur. Cinis corij cum aqua illitus panos ſanat: adeps, frigidas febres. item
fimum ſuffitu. Pellis eius è ſiniſtra parte frontis in inguina adalligata uene-
rem inhibet: eiuſdem cinis alopecias explet. Eſt apud Æthiopas Indóſq;
eale, aliàs ut equus fluuiatilis, cauda uero elephãti, colore nigro uel fuluo,
maxillis aprinis, maiora cubitalibus cornua habẽs mobilia, & ad obſequiũ
cuius uelit motus accommodata: neque enim rigẽt, ſed deflectuntur, ut u-
ſus exigit præliandi: quorum alterum cum pugnat protendit, alterum re-
plicat, ut ſi ictu aliquo alterius acumen obtuſum fuerit, acies ſuccedat alte-
rius. Hippopotamis comparatur, & ipſa ſane aquis fluminum gaudet.

*Equicerums.*

1 Hippelaphum Theodorus equiceruum uocat, à forma equi & cerui quam ha H
bet, compoſitum nomen accepit. 2 Cauda, ut refert Herodotus, equina & magni-
tudo eius eſt bouis maximi. 3 Tergoris craſſitudo tanta, inquit Herodotus, ut ex
eo cum aridum fuerit, uenabula fiant: &, ut Plinius refert, haſtæ tornentur.

## De camelo, & camelo pardali. Cap. XCVIII.

*Camelus, κάμηλος.*

INter quadrupedes quæ animal generant, poſt elephãtum maxima mole
camelus eſt, idémque biſulcum: cornu tamen uacat. Bactri camelos for-
tiſſimos mittunt, licet Arabia plurimos gignat. inde duo camelorum gene
ra, Bactrianum atque Arabicum. Differũt, quòd illi bina habent tubera in
dorſo, hi ſingula: camelus enim proprium inter cęteras quadrupedes habet
in dor-

A in dorſo,quod tuber appellant. Sũt & omnibus camelis ſingula parte ima:
in pectore ſcilicet,quale in dorſo tubera,quibus incumbat reliquũ corpus,
& firmetur quoties in genua inclinantur. Dentium ſuperiore ordine ut bo
ues carent in utroque genere. Caudam habent aſino ſimilem. Genitale ma
ribus neruo ita cõſtat, ut uel ex eo cõfici poſſit,quo arcus fidiſſime intenda
tur: iidémque in auerſum mingunt: genitale enim inter crura poſteriora
caudam uerſus ſpectat. Fœminæ in uentre mammas binas cũ papillis qua-
ternis habent,ut boues. Clunes habet camelus proportione magnitudinis
paruos. Camelo tali ſimiles bubulis,ſed minores paulo: eſt enim biſulcum
uti modo diximus:ſed biſulcum ſic eſt, ut pes parte poſteriore ſciſſus pau-
lulum ſit ad flexum digiti ſecundum: parte autem priore ſumma, quadri-
B. partito findatur diſcrimine paruo, quantum ſcilicet ad primum digiti in-
flexum. Et inter fiſſuras quiddam perinde ut in anſerum pedibus contine-
tur: eóq; fit ut alij minime biſulcum animal eſſe uoluerint. Pes ueſtigio eſt
carnoſus urſæ modo: qua de cauſa in lõgiore itinere ſine calciatu fatiſcunt.
Pedatim incedit camelus,hoc eſt,ut ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed
ſubſequatur. Ventres habet camelus plures: & ruminat quemadmodũ cor
nigera. Fel non uaſe aliquo diſcretum, ſed uenulis quibuſdam concluſum
habet. Coeunt cameli ſedente fœmina, nec auerſi, ut ſentit Ariſtoteles:
(quanquam auerſis,inquit Plinius,camelis coitus) ſed complectente mare,
ut cæteræ quadrupedes agunt,& coitum toto die exercent. Petunt receſſuũ
ſolitudines cum libet coire: nec aliquis eò poteſt tuto accedere, præterquã
C paſtor armenti:ſæuit enim mas tempore coitus,ſiue homo accedat, ſiue ca
melus: nam odium aduerſus equos gerunt naturale. Tẽpus coeundi in ter-
ra Arabia menſe Septembri. fert uentrem menſes duodecim, uel ut aliis ui
detur,menſes decem. parit ſingulos: uniparum nanque eſt. Incipit & mas
& fœmina coire in trimatu: fœmina poſt partũ uno interpoſito anno coit.
Cameli, matres nunquam ſuperueniunt ſuas:ſed etiã ſi quis cogat, ipſi non
patiuntur. Camelus lac ſuum uſque eò ſeruat,quò iam cõceperit: atque eo
tempore,tum lac,tum caro cameli ſuauiſſima omniũ eſt. Prolem à parente
ſeparant anniculam. Viuunt cameli magna quidem ex parte annos tri-
ginta:ſed nonnulli quinquagenis annis: quidam & centenis. utcunque &
rabiem quandoque ſentiunt. Caſtrandi genus etiam fœminas quæ bello
D præparentur,inuentum eſt: caſtratæ nanque auctiores & fortiores fiunt,
coitu negato. Habentur in duplex miniſterium: ſunt alij oneri ferendo ac-
1 commodati: alij leues ad pernicitatem: uelocitas enim illis inter equos, ſed
ſua cuique menſura ſicuti uires: nec ultra aſſuetum procedit ſpatium, nec
plus inſtituto onere recipit. Sitim quatriduo tolerant: uerum cum occaſio
bibendi data eſt,tantum implentur, quantum ſatiet deſideria præterita, &
in futurum diu proſit. lutulentas aquas captant, puras refugiunt: denique
niſi cœnoſior liquor fuerit, ipſi aſſidua conculcatione limum excitant, ut
turbetur. Cameli tum caro,ut modo diximus,tum lac ab hominis dulciſſi-
mum eſt: ſuauiſſimum autem hoc exiſtimatur, ad unam mẽſuram duabus
aut tribus aquæ additis. Cameli cerebrum arefactum potúmque ex aceto

comitialibus morbis aiunt mederi: item fel cũ melle potũ: hoc & anginæ. E
cauda arefacta ſolui aluum. fimi cinere criſpari capillum cum oleo. Et dy-
ſentericis prodeſt illitus cinis, potúſque quantum tribus digitis capitur, e-
tiam comitialibus morbis. Vrinam fullonibus utiliſſimam eſſe tradunt:
itémque ulceribus manantibus. Barbaros eam ſeruare quinquennio, & he-
*Nabis.* minis potam ciere aluum. Camelino capite eſt quam nabim Æthiopes
*Cameloparda-lis.* uocant, nos camelopardalim dicimus. Collo equis ſimilis, pedibus & cru-
ribus boui, colore rutilo, candidis maculis in hinnulorũ morem ſuperſpar-
ſa. Poſteriora corporis anterioribus humiliora: adeo ut iis partibus humi
ſedere uideatur, quæ bouis altitudinem non ſuperant: cum partes priores
camelorum crura proceritate æquent, ſimul & quæ circa armos ſunt atque
pectus ipſum proceriora uideantur, quàm pro reliqua corporis ratione: ut F
uero Heliodorus prodidit, caput cameli ſimile, maius duplo aut paulo am-
plius quàm Lybici ſtruthij: collum, ut oloris longum. Animal aſpectu ma-
gis quàm feritate conſpicuum: nullam enim præ ſe fert ſæuitiam, tracta-
túque tam facile, ut funiculo eius capiti alligato, ubiuis ducatur à præfecto:
ut non inter feras, ſed inter pecora potius numerari debeat: quare etiam o-
*Ouis fera.* uis feræ nomen inuenit, Æthiopia hanc gignit. Nullam habet cum parda- 2
le ſimilitudinem.

*Dromades.* 1 Currunt cameli, inquit Ariſtoteles, celerius quàm equi Niſſani. Veloces iſtos
*Dromedarij.* camelos dromadas uocauit Liuius Decade quarta: & dromedarios Eſaiæ, ut arbitror,
*Ouifera.* interpres Latinus. 2 Ouis fera, aliàs ouifera.

G

## De ſuibus. Cap. XCIX.

*Sus, ὗς.* SVillum genus cum ſit aliàs biſulcum, in Illyrico quibuſdam locis &
Pæonia, atque nonnullis aliis regionibus, ſolidas habent ungulas ſues: 1
quo fit ut ex utroque genere exiſtimentur, ſolipedum ſcilicet & biſulco-
rum. Dentem nullum mutat ſus: & mas plures habet dentes quàm fœmi-
na. Mas item dentes habet exertos, quibus fœmina uacat. Roſtrum habet
ſus repandum, collum craſſum, & ſetis horret. Teſtes maribus hærent re-
tro, nec tremuli pendent. Mammas gerit fœmina, nec in pectore nec in fœ
minibus, ſed in uentre, generoſa duodenas, uulgaris binas minus. genitale
uero ea continet parte qua pecoris ubera habentur: & cum per libidinem
turget ac prurit ad coitum, ſurſum tantiſper hoc retrahitur, uertítque fo- H
ras, ut inde mari coitus ſit facilior. Cauda ſui intorta: id etiam notatum, fa
cilius iacere in dextrum quàm læuum intortam. Lienem habet anguſtum
& oblongum: uentrem ampliorẽ, in quo rugæ cancellíue (quas πλόκας uo-
cant) inſunt nonnullæ leues: hunc inteſtinum excipit longiſſimum & mul-
tis conuolutum anfractibus. Vulua porcina anfractuoſa ſinuoſáque eſt:
quandoquidem animal multiparum ſus eſt, & in ſinibus fœtum gerit.
Suum oſſa medullæ parum in ſe continent. aprorum ſanguis non ſpiſſa-
tur. Coire incipiunt ſues tam mares quàm fœminæ menſe ſuæ ætatis o-
ctauo: quanquam mas antequam ſit anniculus prolem generat uitioſam:
fœmina annicula parit: ſed non omnibus locis eadem ætatis ratio eſt.
iam

A iam enim ſues nonnuſquã tam mares quàm fœminæ quarto coeunt men-
ſe: ſexto tamen ita ut uel progenerare & educare poſſint. Nonnuſquam
apri menſe decimo inire incipiunt. Valent ij coitu ad triennium. uetuſtio-
ribus proles deterior gignitur: nullus enim profectus accedit, nulla uirium
recreatio. Pauciſſima edit ſus prima partione, uiget ſecunda: nec ſeneſcens
copia fœtus deficitur, quãquam lentius coit. Vt autem Varro prodidit, ſus
ad fœturam quàm ſit fœcunda, animaduertunt fere ex primo partu, quòd
non multũ à reliquis mutat. Sunt è ſcrofis aliæ ſtatim prolis fœcundæ lau-
dabilis: aliæ increſcentes melius generant. Vbi uero quintũdecimum annũ
nata ſcrofa eſt, non præterea generat: aliquibus tamen uita prope ad uice-
nos annos: plurimis uero ad quindecim. Si pinguet ocyus, & iuuenis, & ſe-
B neſcens mouetur ad coitum: ſi grauida admodum pingueſcat, efficitur ut
fœta minus habeat lactis. Sues cicures bis pariunt anno: natura enim diui-
ſus eſt ſuis annus bifariam: quaternis mẽſibus fert uentrem: binis nutricat.
Parere tot poteſt ſcrofa quot mãmas habet: ſi minus pariat, fructuaria non
erit idonea. Numerus partus plurimum ad uicenos: ſi tamen multos pepe-
rerint, educare omnes nõ queunt. Nutricare octonos porcos paruulos pri-
mo poſſunt, ut Varroni placet: incremento facto, à peritis dimidia pars re-
moueri ſolet, quòd neq; mater ſola poteſt ſufferre lac, neq; cõgenerati ale-
ſcendo roborari. Mihi uero utilius probatur experto, inquit Palladius, por
cam cui pabula ſuppetunt, ut plurimum ſex nutrire debere: quia licet plu-
res poſſit educare, tamen frequẽtiore numero ſucta deficiet. Porci qui nati
C ſunt hyeme, fiunt exiles propter frigora, & quòd matres aſpernantur pro-
pter exiguitatem lactis. Cum ſcrofa peperit, primam mammam porco, qui
primus in lucem prodiit præbet: & ſuam nouit quiſque in fœtu quo geni-
tus eſt ordine, eáque alitur, nec alia. Detracto illa alumno ſuo, ſterileſcit ili-
co ac reſilit: uno uero ex omni turba relicto, ſola munifex, quæ genito fue-
rat attributa, deſcendit. penuriam lactis præpingues ſentiunt. qui in utero
lęſus minutúſque fuerit fœtus, metachœros dicitur. Omnem porro ſitum
ruris pecus hoc uſurpat: nam & montibus & campis cõmode paſcitur: me-
lius tamen paluſtribus agris quàm ſitientibus. Nemora ſunt conuenientiſ-
ſima, quæ glandium pomorúmque ſylueſtrium feracia ſunt. at ubi penu-
ria eſt arborum, terrenum pabulum conſectabimur: & ſicco limoſum præ-
D feremus, ut paludem rimentur, effodiántque lumbricos, atque in luto uolu
tentur, quod eſt huic pecori gtatiſſimum. Herbæ frugúmue minime appe-
tens eſt (imo uiridia pabula ſuibus plerunque nocẽt: ) ſed radicum maxime
ex omnibus animalibus: rictúque aptiſſimo ad id negotij eſt. Facillime etiã
omnium ad quoduis pabulum aſſueſcit: & celerrime quoque in pinguedi-
nem proficit, pro ſui corporis magnitudine: ſexaginta enim diebus pingue
2 ſcit: quantum autem profecerit, ij cognoſcũt quibus ea res curæ eſt. Alitur
hoc pecus pingueſcítque maxime glãde: deinde faba, & hordeo, & cætero
frumento. quæ res non modo pinguitudinem efficit, ſed etiã carnis iucun-
dum ſaporem: ſed maxime pecus hoc, ut etiam cætera quibus uentriculus
optime concoquit, quiete immotionéque pingueſcit: magis autem inedia

*Vſque ad quartum annum, Varro: Plini⁹, non ultra trimatum.*

*Varro, Sus Æneæ Lauini triginta porcos peperit: ſed portentũ erat.*

*Porca.*

*Metachœrus, μετάχοιρον.*

*Al. as, ſex diebus.*

ſaginatione orſa. Cæterum ſues pinguiores redduntur etiam cum in luto E
ſe uolutant. Sues ex omnibus pecudibus impatientiſſimæ famis ſunt, ita ut
aliquando ſi indigeant pabuli, non tantum alienam (ſi liceat) ſobolem, ſed
etiam ſuam conſumant. Sues tantum coitu ſpumam ore fundere inue-
nimus. uerrem ſubantis audita uoce, niſi admittatur, cibum non capere uſ
que ad maciem. In Africa ſuillum genus non uiuit. Apud Indos quoque
nullum ſuem neque ferum neq; cicurem naſci Cteſias Cnidius ait. In Ma-
cedonia ſues muti eſſe dicuntur. Agatharſides ait ſues in Æthiopia cornua
habere. Cum cætera animalia, niſi nouella caſtrentur, intereant, aper unus
qua ætate caſtretur non refert. Poſtquam enim ſalire deſierit, ita ut id recte
facere poſſit, caſtratur ſaginatúrque, quoad perueniat ad lanium: uerum

*Verres.*
*Maiales.*

caſtrantur uerres commodiſſime anniculi, utique ac minores quàm ſeme- F
ſtres: quo facto nomen mutant, atque è uerribus dicuntur maiales. Caſtrã-
tur & fœminæ poſt bidui inediam ſuſpenſæ pernis poſterioribus, uulua re- 3
ſciſſa, celerius ita pingueſcunt. Variis morborum generibus laborant ſues, 4
ut raucedine, anginâue, ſtruma, febribus: & unum ex omnibus quæ noui-
mus animalibus, ſus grandinẽ concipit. Grandinoſi autem fiunt ſues, quo-
rum crura, & collum, & armi carne conſtant humidiore: quibus partibus
uel grandines plurimæ innaſcuntur. Caro dulcior eſt ſi grãdines habet pau

*Inſipida, ἄχυλος.*

cas: ſed ſi multas, humida ualde & inſipida eſt. Facile qui grandem conce-
pere cognoſcuntur: parte enim linguæ inferiore grandines habentur: & ſi
ſetas dorſo euellas, ſanguinolentæ in radice uidentur. pedibus etiam poſte-
rioribus conſtare non poſſunt qui grandent: & caput obliquum in inceſſu G
eſt: grandinem uero non habent cum adhuc ſolum lactent. Suem oculo a-
miſſo putant cito extingui. Porci alienos ſibi manipulos fœni lacerantes,
pluuiam præſagiunt. Qui ſuum gregem uult habere idoneum, eligere o-
portet tum bona ætate, tum bona etiam forma. Verres itaque legẽdi ſunt,
totius quidem corporis amplitudine eximij: ſed quadrati potius quàm qui
longi aut rotundi ſunt, uẽtre promiſſo, clunibus uaſtis: cruribus uero & un
gulis haud perinde proceris, roſtris breuibus & reſupinis, amplæ & glan-
duloſæ ceruicis: maximéq; quod ad rem pertinet, quàm ſalaciſſimos opor-
tet eſſe uerres: qui & ab annicula ætate commode progenerant dum qua-
drimatum agant. Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus, & quibus ad ſuſtinẽ-
dum fœturæ onus, magnus ſe uenter effundat: cætera uerribus ſimiles. Fœ- H
mina ſus habetur ad partus edendos idonea fere uſque in annos ſeptem, ut
dictum eſt. Annicula non improbe concipit. Si regio frigida & pruinoſa
eſt, quàm duriſſimæ denſæque & nigræ ſetæ dux eligendus eſt. Si tẽperata

*Sus fera.*
*Ὗς ἀγρία.*
*Σύαγρος.*
*Κάπρος ὠιάλιος.*

atque aprica, glabrum pecus, aut qualecũque prouenerit, poteſt paſci. Sues
feræ ſemel anno gignunt: principio hyemis coeunt, uere pariunt, petentes
maxime inuia, prærupta, anguſta & opaca loca. Mas cum fœminis dies tri-
ginta magna ex parte conuerſari ſolet. maribus non niſi anniculis genera-
tio eſt. In coitu plurima aſperitas: tunc inter ſe dimicant indurantes attri-
tu arborum coſtas, lutóq; ſe tergorantes. Pugnant adeo acri certamine, gre
ge relicto, ut ſæpenumero mortem uterque aduerſarius obeat. Fœminæ in
partu

A partu aſperiores,quæ & nonnunquam cum libidine excitantur, uel homi-
nes aggrediuntur:idque candida maxime ueſte indutos. Numerus partus
& tempus ferendi,idem atque in urbanis ſuibus eſt.uox etiã ſimilis: ſed fœ
mina uocalior eſt,mas raro uocem emittit. Mares caſtrati, maiores fero-
cioréſque euadunt:caſtrantur autem, quòd iunioribus adhuc morbus pru-
riens incumbit in teſtes:quo fit ut atterentes eam partem ad arbores,teſtes
exſtringant. Inter omnia edulia,ſuilla caro ualentiſſime nutrit, & ex qua-
drupedibus facillime concoquitur: &,ſi in uentriculo & in iecinore probe
concoquatur,optimum procreat ſuccum, ſed qui glutinoſi nonnihil in ſe
habeat:quo fit ut iecur obſtruat,& renes iis quibus hæc à natura meatus ha
bent anguſtiores: atque uberior frequentiórque eius uſus in his membris
B uel grauitatem uel dolorem nonnunquã creat: eóque ſenibus inutilis eſt.
Optimum autem ſuccum gignit eorum caro qui ætate ſunt mediocri: nã
porcellorum recens natorum caro mucoſa eſt, & excrementis abundat.
Viſcera ſuilla omnia,cæterorum quadrupedum uiſceribus ſua natura mul
to ſunt ſuauiora:quæ tamen etiam ſeipſis meliora euadunt, cum animal i-
pſum caricas abunde comederit.Adhibetur & ars iecori fœminarum ſicut
anſerum. Neq; alio ex animali numeroſior materia ganeæ: quinquaginta
prope ſapores,inquit Plinius,cum cæteris ſinguli. Vulua,ut diximus, eie- *Vulua eiectitia*
cto partu melior quàm edito:eiectitia uocatur illa,hæc porcaria primiparę *Vulua porca-*
ſuis optima:contra effœtis.A partu,præterquam eodem die ſuis occiſæ, li- *ria.*
uida ac macra.Nec nouellarum ſuum præterquam primipararum proban
C tur:potiúſque ueterum needum effœtarum,& biduo ante partum,aut poſt
partum,aut quo eiecerint die.proxima eiectitiæ eſt occiſæ uno die poſt par
5 tum.Huius & ſumen optimum,ſi modo fœtus non hauſerit: eiectitiæ de- *Sumen.*
terrimum,antiqui abdomen uocabant. Præpinguium ſuũ cutis,ubi pro- *Abdomen.*
be elixa ſit, glutinoſum quidem pinguémque ſuccum gignit, ſed non ad-
modum craſſum:nec tam facile concoctionẽ admittit quàm extremæ par-
tes, (crura inquam ac labra:)neque ſuccum præſtat tam bonum,ſed qui ex-
crementis magis abundet. Pulmo ſuillus intertrigines, quæ à calciamen-
tis fiunt,ab inflammatione tueri ſanaréq; creditur. Aprinum iecur recens ſi
arefactum teratur,ex uino potũ contra ſerpentiũ morſus auxilio eſt. Suillũ
lac ſunt qui arbitrentur utiliſſimũ tenaſmo,dyſenteriæ,necnon phthiſicis.
D Adipem ſuillum(axungiã Gręci appellauere)antiqui maxime axibus uehi- *Axungia.*
culorum perungendis ad faciliorem circũactum rotarũ utebantur:unde & *ἀξούγγιον.*
nomen: ſic quoq; utili medicina cũ illa ferrugine rotarũ ad ſedis uitia uiri-
litatíſque.Adeps ſuillus omniũ liquidiſſimus eſt,inſtárq; olei diffluit:emol
lit atq; concoquit magis q̃ oleũ:ideóq; cataplaſmatis quæ ad phlegmonas
imponũtur,apte cõmiſceri ſolet. Humorũ acrimoniã impoſitus maxime
obtũdit,ac proinde medicamẽtis ulcera curãtibus miſcetur:quale eſt quod
parygron uocant.Et per ſe axungiã medici antiqui maxime probabãt reni-
bus detractã: & exẽptis uenis aqua cæleſti fricabãt crebro, decoquebántq;
fictili nouo ſæpius,tum demum aſſeruãtes. ſyncera axungia medetur igne
ambuſtis uel niue:pernionibus autem cum hordei cinere: & galla pari mo

do. Ad tuſſim ueterẽ recens decoquitur quadrãtis pondere in uini cyathis tribus, addito melle: uetus etiã phthiſin in pillulis ſumpta ſanat, quę ſine ſale inueterata eſt: omnino enim nõ niſi ad ea quæ purgãda ſint, aut quæ non ſint exulcerata, ſalſa recipitur. Quidam quadrãtes axungiæ & mulſi in uini cyathis tribus decoquunt contra tuſſim, quinto die picem liquidam in ouo ſumi iubent, circunligatis lateribus & pectoribus, & ſcapulis corũ qui phthiſin ſentiunt: tantáque eſt uis, ut genibus etiam adalligata, redeat in os ſapor, eámque expuere uideantur. E ſue quæ nõ peperit, aptiſſime utuntur ad cutem mulieres: contra ſcabiem uero quiuis, admixto iumentorum ſeuo, pro parte tertia & pice, paritérque ſubferuefactis. Medicorum aliqui admixto anſeris adipe taurorũq; ſeuo & œſypo, ad podagras uti iubent: ſi uero permanet dolor, cum cera, myrto, reſina, pice. Vſus igitur axungiæ ad mollienda, excalfacienda, diſcutiẽda, purgandáque. Inueteratur autẽ duobus modis: aut cum ſale aut ſyncera: tanto utilior, quanto ſit uetuſtior: conuenítque ſalſam magis emollire, excalfacere, diſcutere: utiliorémque eſſe uino lotam. Elota uino pleuriticis prodeſt: cinere aut calce excepta, inflammationibus, fiſtulis, ac tumoribus ſuccurrit. Talum ſuillũ uſtum atq; epotum, quidam colli inflammationes atque tormina diuturna ſanare produnt. Atque hæc de biſulcorum genere ſatis præcepimus.

*Aliàs, contra phthiſin.* (E)

*Quomodo curari ſeruariq; debeat, monſtrat Dioſcorides lib. 2.* (F)

*Sus, ὗς. θύτης. Porcus, χοῖρος. Delici. Sacres. Nefrendes. Scrofa. Verres, Aper, κάπρος. Σύαγρος.*

1 Sus, ὗς: olim θύτης. Porcus, ut Varro tradit, Græcum nomen eſt antiquum, ſed obſcuratum, quòd nunc eum uocant χοῖρον. Cum porci depulſi ſunt à mãma, à quibuſdam delici appellantur: neque iam lactentes dicuntur: qui à partu decimo die, uel (ut alij) die quinto habẽtur puri, ab eo appellantur ſacres: quòd tũ ad ſacrificia idonei dicuntur primum. Amiſſo nomine lactentis dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere poſſint, id eſt frangere. Sus fœmina, ſcrofa: mas, uerres dicitur, & nõnunquam aper, græce κάπρος: quanquam aper fere pro ſylueſtri accipitur, qui Græcis σύαγρος appellatur. 2 Quomodo ſaginãtur ſues, docet Ariſtot. lib. 8 hiſt. anim. 3 Ariſtoteles. Pernis poſterioribus, reciſa cute inter fœmina, quà maribus teſtes maxime continentur, &c. ubi Plinius, pernis prioribus habet: quem & Theodorus ſecutus eſt. (G)

4 De ſuum morbis, & eorum curatione Ariſtoteles lib. 8. hiſt. & Columel. lib. 7.

5 Sumen interpretantur ſuillas cum lacte ſuo denſato mammas, ut Martial. lib. 13.

Eſſe putes nondum ſumen: ſic ubere largo Effluit, & uino lacte papilla tumet.

## De quadrupedibus ſolipedibus. Cap. C.

*Solipedes, Solidipedes. Μώνυχα.*

Reliquum iam eſt ſolipedum genus: earum ſcilicet quadrupedum, quæ ungulas in pedibus gerunt ſolidas. Porro ſolidas habent ungulas fere, quæ non ſunt cornigera, igitur pro iis, telum ungula eſt illis: nec talos habent eadem. Solipedũ crura ſtatim iuſta naſcuntur menſura: poſtea exporrigentia ſe uerius quàm creſcentia: itaque in infantia ſcabunt aures poſterioribus, quod addita ætate non queunt: quia longitudo ſuperficiem corporum ſolum ampliat. Hac de cauſa inter initia paſci, niſi ſubmiſſis genibus non poſſunt, nec uſque dum ceruix ad iuſta incrementa perueniat. (H)

## De equo. Cap. CI.

*Equus, ἵππος.*

In hoc genere primas partes iure uendicabit equus: homini enim fideliſſimi ante omnia, quę uel in conſortiũ operum nobis paramus, ſunt equi: &

A & omnium quoque generoſiſſimi. Iudicium quoque ac uoluptatem, affe-
ctúſque alios nonnullos humanis ſimiles iis ineſſe, præſtantiſſimo ſaltem
eorum generi, in exemplis habetur. Cùm cæteris fere animalibus in ſuo ſin
gulis genere oculorum color ſit idem, equus, ſecundum hominem, omniũ
cæterorum animalium maxime uerſicolor eſt: & aliqui cæſii altero oculo
naſcuntur, quod nulli fere ex cæteris beſtiis euenit manifeſte. Ceruix iuba
ornatur: & pili in iuba largi. Dentes habet equus cõtinuos numero qua-
draginta: quorum primores quatuor mẽſe triceſimo amittit, binos utrin-
que, ſupra dico & ſubter. Tum ubi præterea annum compleuerit, incipiát- *Caninos hos uo*
que quartum agere annum: quatuor item eodem modo mittuntur, duo ſu *cãt Columella*
1 perius, totidémque inferius: & incipiunt naſci quos uocant columellares. *& Palladius.*
B Rurſus anno altero peracto, quinto ſcilicet anno incipiente, & omnino in- *Columellares dentes.*
tra ſextum annum, ſimili modo quatuor alij cadunt. Quibus iam peractis
annis quatuor & menſibus ſex, nullus præterea mittitur: quanquam eue-
niſſe in aliquo certum eſt, ut cum primis omnes amitterentur: atque etiam
in alio, ut cum ultimis omnes: ſed raro. Sexto deinde anno quos primos
mutauit, exæquat. Septimo omnes explentur æqualiter, & ex eo cauatos ge
rit. Nec poſtea quot annorum ſit ex dentium mutatione comprehendi po
teſt: ſed prouectioribus, decimo anno (ut nonnullis placet: ut uero aliis ſex-
to decimo) tempora cauari incipiunt, & ſupercilia nonnunquam caneſce-
re, & dentes prominere. Agitur certe in equis contra atque cæteris anima-
libus: cum enim cæteris ſenectute dentes nigreſcant, equo candidiores red
C duntur. Equus in pedibus ſolidas gerit ungulas. felle omnino caret. Sala-
ciſſimus omnium tum fœminarum tum marium equus eſt, excepto homi
ne. Coire incipit bimus tam mas quàm fœmina: ſed hoc in paucis fit. pullí-
que eorum minores imbecilliorésque ſunt. Quod autem plurimum, tri-
matu tam mares quàm fœminæ coeunt, & proficiunt ſubinde in generan-
do, ut proles præſtantior ad annos uſque uiginti procreetur. Iuniorum coi-
tus præter ætatem contingit, pabuli bonitate & copia. Seniores equi fœcũ-
diores ſunt tam mares quàm fœminæ: quo fit ut à circo poſt uiceſimũ an-
num mittantur equi ad ſobolem reparandam. Matrem autem poſt decen-
nium non eſſe utilem iudicant Columella & Palladius: quòd ex annoſa ma
tre tarda ſit atque iners proles. Coeunt mares ad annos tricenos ternos: fœ
D minæ ad quadragenos: ita ut per totam fere uitam coitum equis ſeruari e-
2 ueniat: uiuit enim magna ex parte mas annos circiter quinque & triginta,
fœmina plus quàm quadraginta. iam & quinque & ſexaginta annos uixiſ
ſe equum proditum eſt. Fœmina quinquennio finem creſcendi capit, mas
anno addito. Ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de
cauſa per interualla admiſſuræ dãtur. Equæ tricenæ, inquit Ariſtoteles, aut
paulo plures ſingulis dantur admiſſariis. Neque tamẽ æqualem numerum *Equa.*
omnibus debemus adhibere, ſed æſtimatis uiribus uniuſcuiuſque admiſſa-
rij, ſubmittenda ſunt pauca uel numeroſa coniugia. Iuueni equo & uiribus
formáque conſtanti (ut Palladius præcipit) non amplius quàm duodecim
uel quindecim debemus admittere: cæteris pro qualitate uirium ſuarum.

P

Nec unus admiſſarius, ut Plinus author eſt, quindecim initus eiuſdem anni E ualet tolerare: quanquam (ut Columellæ placet) nec minus quàm quindecim, nec rurſus plures quàm uiginti unus debet implere. Equus non certo dierum numero implet, ſed aliquando uno aut duobus tribúsue, aliquando pluribus: ſerius certe quàm aſinus equam ſuperueniens implet. Coitus uerno fit æquinoctio: atque hoc tẽpore horum fœturæ initium admiſſionis facere oportet ad ſolſtitium, ut partus idoneo tempore fiat: duodecimo enim menſe, die decimo aiunt naſci. Qui uero poſt ſolſtitium partus edun tur, uitioſi & inutiles exiſtunt, ut Apſyrtus docuit. Equos autem pretioſos, reliquo tempore anni remouere oportet à fœminis, ne aut cum uolent ineant, aut ſi id facere prohibeantur, cupidine ſolicitati noxam contrahant. Equas autem domitas L X diebus equire ante quàm gregales inuenimus. F Coitus tempore equi equos mordent, & proſternunt equitem quoque. Incenduntur libidine fœminarum equæ potiſſimum, uti diximus: quæ tempore coitus colligunt ſeſe, & ſocietate magis quàm antea gaudent. Caudã mouent crebrius, uocémque immutant. mingunt etiam pluries, atque inter ſe ludunt. Nec dubium, quin aliquot regionibus tanto flagrent ardore coeundi fœminæ, ut etiamſi marem non habeant, aſſidua & nimia cupiditate figurantes ſibi ipſæ uenerem (cohortalium more auium) uento concipiant. Fert uterum equa menſes undecim: parit duodecimo menſe, ut dictum eſt. Pariunt equæ magna ex parte ſingulos: ſed gemellos quoque aliquando, cum plurimum, procreant. Abortum etiam facit equa odorẽ ſentiens ellychnij lucernę extinctę, quod & mulierum nõnullis accidit. In hoc G generegrauida ſtans parit: prætérque cæteras fœtum diligit. Quod hippo- 3 manes uocant, ueluti caruncula eſt, & hęret quidem fronti naſcentis pulli, ut narratur, caricæ magnitudine, colore nigro: ſed equæ perlambentes abſtergentéſque id abrodunt: alioqui partum ad ubera non admittunt. Non ſtatim à partu equa impleri debet, ſed intermiſſo tempore: & melius quarto aut quinto anno interpoſito procreat, ut Ariſtoteli uiſum eſt. Omnino ſi nihil plus detur, unum tamen interponere annum, & quaſi nouale facere neceſſe eſt. Alternis, inquit Varro, qui admittunt, diuturniores equos & meliores pullos fieri dicunt: itaque ut reſtibiles ſegetes eſſent exuctiores, ſic quotannis quæ prægnans fiat. Et Columella, uulgari inquit, fœminę ſolenne eſt omnibus annis parere: generoſam conuenit alternis continere, quo H firmior pullus lacte materno laboribus certaminum pręparetur: mammas nanque pullis equæ anno prope toto præbent. Fruge herbáque ueſcũtur equi, ſed maxime potu pingueſcunt: ut alia enim iumenta, ita & equi pro aquæ quam bibunt uſu, ſuo fruuntur pabulo: & qui minus potum aſpernatur, is appetentior pabuli eſt. Gaudent pratis & paludibus. Aquam quoque turbulentam & craſſam ſuauius bibunt: quòd ſi clara eſt, pede eam inturbant. Bibunt autem equi ſorbendo: & quo quis acrior, in bibendo profundius nares mergit. Equos caſtrare quibuſdam in more eſt, ut Scythicis Sarmaticíſque gentibus: quibus equi parui ſunt, acréſq; ualde, neque adeo tractabiles: demptis enim teſticulis, fiunt quietiores: & canterij appellantur, ut in

*Hippomanes.*

*Canterij.*

A ut in ſuibus, maiales, & in gallis gallinaceis, capi. Equorum gregales mor *Gregales, φορ-*
bo immunes ſunt, excepta podagra: hoc enim uno laborant, & plerunque *βάδες.*
ob id ungues amittunt: ſed amiſſis alij ſtatim renaſcuntur: fit enim ut alte-
ro ſubnaſcente ungue, alter amittatur. At uero equi domeſtici morbis plu
4 rimis obnoxij ſunt: adeo ut homines uſu periti totidem fere morbis equũ
infeſtari, quot hominem referant. Equinum pecus tripartito diuiditur,
uti Columella prodidit: eſt enim generoſa materies, quæ circo ſacríſq; cer *Equus gene-*
taminibus equos præbet: eſt mularis, quæ pretio fœtus ſui comparatur ge- *roſus.*
neroſo: eſt & uulgaris, quæ mediocres fœminas maréſque progenerat. At *Equ⁹ mularis.*
Varro ita diſtinguit: equi, quòd alij ſunt idonei ad rem militarem, alij ad ue *Equ⁹ uulgaris.*
cturam, alij ad admiſſuram, alij ad curſuram, alij ad prædam: itaque peritus
B belli alios eligit, atque alit ac docet: aliter quadrigarius ac deſultor: neque
idem qui uectarios facere uult, neque eodem modo parãtur ad ephippium
ut ad prædam: quo ut ad rem militarem, quòd ibi ad caſtra habere uolunt
acres: ſic contra in uiis habere malunt placidos: propter quod diſcrimẽ, ma
xime inſtitutum, ut caſtrentur equi. Quales autem equos maxime legi o-
porteat, his pręcipue ſignis intelligitur. Cum natus eſt pullus, confeſtim li-
5 cet indolem æſtimare, ſi hilaris, ſi intrepidus, ſi neque conſpectu, nouæque
rei auditu terretur, ſi ante gregem procurrit, ſi laſciuia & alacritate, inter-
dum & curſu certans, æquales exuperat, ſi foſſam ſine cunctatione trãſilit,
pontémque fluménque tranſcendit. Hæc erunt honeſti animi documen-
ta. Corporis uero forma conſtabit exiguo capite, nigris oculis, naribus pa-
C tulis, breuibus auriculis & arrectis, ceruice molli latáque nec longa: præ-
terea quæ non porrecta ſit, ut ſuis, ſed intro flectatur gallinaceorum more,
denſa iuba & per dextram partem profuſa, lato & muſculorum toris nume
roſo pectore, grandibus armis & rectis, lateribus proceris & ad uentrẽ in-
flexis: ſpina duplici, uentre ſubſtricto, teſtibus paribus & exiguis, latis lum
bis & deorſum uerſum preſſis, cauda longa & ſetoſa criſpáq;, mollibus at-
que altis rectíſque cruribus, tereti genu paruóque, neque introrſus ſpectã-
ti, rotundis clunibus, fœminibus toroſis, tibiis excarnibus, duris ungulis, &
altis, & concauis rotundíſque, quibus coronæ mediocres ſuperpoſitæ ſunt.
Sic uniuerſum corpus compoſitum, ut ſit grãde, ſublime, erectum, ab aſpe-
ctu quoque agile, & ex longo, quantum figura permittit, rotundum, & to-
D to corpore uenas habeat, quę animaduerti poſſint: quòd qui huiuſmodi ſit,
& cum eſt æger, ad medendum eſt appoſitus. Quod ad colores attinet, hæc
tradit Vergilius, -Honeſti *De colorũ ua-*
Spadices glaucíque: color deterrimus albis *rietate in equis*
Et giluo. *plura legas a-*
*pud Palladiũ.*
Hæc eadem in equabus conſideranda ſunt: & maxime, ut ſint longi & ma-
gni uentris & corporis. De ſtirpe magni intereſt, qua ſint: quòd genera
6 ſunt multa. Itaque ad hoc nobiles à regionibus dicuntur, ut in Gręcia Theſ
ſalici equi, in Italia, Apuli. Sed Cappadocia ante alias altrix ęquorum, &
prouentui equino accõmodatiſſima eſt. In Hiſpania Galetica gens eſt, &
Aſturica. Equini generis hîc ſunt, quos thieldones uocamus. minori for- *Thieldones.*

*Aliàs, minori fama.* *Aſturcones.* *Equi Celtiberiæ.* *Vario cinereóue, ὑπόφαιοι.* *Equi Mæotici.* *Equi Indici.*

ma appellatos aſturcones gignunt, quibus non uulgaris in curſu gradus, E
ſed mollis alterno crurũ explicatu glomeratio: unde equis tolutim capere incurſus traditur arte. Celtiberorum equi corporis agilitate pernicitatéque reliquos facile ſuperãt, Parthicorum maxime ſimiles. Hi in Celtiberia quidem colore ſpectantur uario cinereóue: in alieno uero ſolo colorẽ mutare ſolent, ut Poſſidonius author eſt. Circa Mæotim paludem puſilli gignuntur equi: ſunt enim loca hæc impenſe frigida. Apud Indos Pſyllos arietibus non maiores equi gignuntur. Terram quoque Indiã equos uno cornu præditos procreare ferunt: quorum è cornibus pocula conficiuntur, in quæ mortiferum uenenum coniectũ ſi quis biberit, nihil graue, quòd cornu repellat malum, perpetietur.

*Equi Lybici.*

De Lybicis equis hæc feruntur: equorum uelociſſimos eſſe, nullo laboris ſenſu affici, ex habitus gracilitate macilen- F
tos eſſe, totóſque ex ſeſe aptos ad fortiſſime ſuſtinendam dominorum negligentiam: pabulum enim dominos eis nec largiri, nec eos cum laborauerint ſtrigile perfricare, nec eis cubilia ſubſternere, nec ungulas expurgare: ſed ſimul atque iter inſtitutum confecerunt, ex equis diſſilientes, hos ad paſtiones dimittere. Lac equinum, cum à camelino diſceſſeris, liquidiſſimũ omnium eſt, minimúmque in ſe pingue habet.

*Hippace.*

Caſeum equinũ, hippacem uocant alij: Sextius eoſdẽ effectus equino, quos bubulo tradit. Hippacẽ alij coagulum equinum dixere: hæc dyſentericis cœliacíſque prodeſſe ſcripſere nonnulli. Lichenes uocantur in equorum genibus & prope ungulas indurati calli, in earum partium flexu nati: hi triti & ex aceto epoti comitialibus morbis mederi traduntur. Sunt qui eos & ad cuiuſuis feræ mor- G
ſum exhiberi cõſulant.

*Equũ felle omnino carere tradit Ariſto.* *Equi feri.*

Damnatur equinum fel inter uenena, ut Plinius refert. Quin & ſanguis eorum ſepticam uim habere traditur: item equarum preterquam uirginũ, erodere, emarginare ulcera. De equis feris pauca ſcipſerunt Græci, quoniã terræ illæ non gignebãt: Hiſpania multos. Ad Hippanim fluuium ſunt equi feri candidi. In Æthiopũ terris ultimis & deuiis, ferorum equorum non parua natio duobus dentibus acutis & uenenatis prædita uerſatur: quibus non perpetua pedum ungula, ſed ſimiliter ut ceruorum bifida eſt. iuba per mediam ſpinam ad extremam uſque caudã pertinet. Ac ſi quando eos poſitis laqueorum inſidiis Indi cõprehenſos in ſeruitutem redigere uelint, abſtinent ſe cibo & potione, quòd ſeruiendi indignitatẽ acerbiſſime ferant.

*Pœphagus.*

Dimidio quàm equus maior pœphagus eſt, ani- H
mal Indicũ, ſpiſſiſſima cauda & nigerrima: humani pili ſubtilitatẽ eius ſetę uincunt. Ad bina cubita ſingulæ ipſius ſetæ longitudine procedunt: ex una radice triginta ſimul exoriuntur. Omniũ animalium timidiſſimus eſt pœphagus.

*Alces.*

Septentrio fert & equorum greges ferorum: preterea alcem iumẽto ſimilem, ni proceritas auriũ & ceruicis diſtinguat: quibus in rebus mulo comparanda eſt: adeo propenſo labro ſuperiore, ut niſi recedens in poſteriora ueſtigia paſci non queat, ne in priora tendens labrũ inuoluatur. Scandinauia inſula è regione Germaniæ mittit animal quale alces, in hoc orbe nunquam uiſum, multis tamen narratum, machlin nomine.

*Machlis.*

Huic ſuffragines ut elephantis flecti nequeunt: propterea non cubat cum dormiendum eſt:

A eſt: tamē ſomnolentū arbor ſuſtinet, quæ prope caſura ſecatur, ut fera, dum aſſuetis fulcimentis innititur, faciat ruinam: ita capitur, alioqui difficile eſt eam manu capi: nam in illo rigore poplitum, incomprehēſibili fuga pollet. Sunt in Hercynia ſylua, ut Cęſar author eſt, quæ appellantur alces. Ha- *Alces.*
rum eſt conſimilis capris figura, & uarietas pellium: ſed magnitudine pau- *An eadem ſit cū machli, an*
lo antecedunt: mutilæque ſunt cornibus: & crura ſine nodis articuliſq; ha- *diuerſa.*
bent. Neque quietis cauſa procumbunt: neque ſi quo afflictæ caſu cōciderint, erigere ſeſe aut ſubleuare poſſunt. His ſunt arbores pro cubilibus: ad eas ſe applicant: atque ita paulum modo reclinatæ quietem capiunt: quarū ex ueſtigiis cum eſt animaduerſum à uenatoribus, quò ſe recipere conſueuerint, omnes eo loco aut ab radicibus ſubruunt, aut incidunt arbores, tā-
B tum ut ſumma ſpecies earum ſtantium relinquatur. huc cum ſe conſuetudine reclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atque unà ipſæ cō-
7 cidunt. Equos pennatos & cornibus armatos, quos pegaſos uocant, Æthio *Pegaſus.*
pia generat. ut uero alij referūt, ales eſt pegaſus: & hæc ales equinum nihil præter aures habet.

1 Intra ſextum annum molares ſuperiores cadunt, inquit Columella: Ariſtoteles uero, Maxillares nullum animal mutat. 2 Viuunt equi, inquit Plinius, annis quidem quinquagenis: fœminæ minore ſpatio. 3 Vt Theocritus ſcribit, ἱππομανὲς φυτὸν ἔστι παρ' ἀρκάσι, τῷ δ' ἔπι πᾶσαι, καὶ πῶλοι μαίνονται ἀν' ὤρεσι καὶ θοαὶ ἵπποι: ut uero Cratenas, fructum fert planta ficui ſimilē, ſed nigriorem, folium papaueris, ſed ſpinoſum. Sed φυτὸν forſitan dixit Theocritus quaſi φύμα, id eſt tuberculū quod in pulli frōte naſcatur, uti ſentit etiam Ariſtoteles. 4 Morborum ſigna & curationum genera
C à medicinæ ueterinariæ ſcriptoribus perquirenda ſunt: nonnulla quidē ab Ariſtotele: plura uero à Columella, Vegetio & aliis qui medicinam tradidere ueterinariam. 5 Quæ ſint in equo maxime uituperanda docet Pollux lib. 1. ubi & notæ etiam habentur generoſi equi. 6 Regiones in quibus nobiliſſimi procreantur equi, oſtendūtur præcipue ab Oppiano De uenatione lib. 1, & Gratio atque Strabone. 7 Equos pēnatos. Monſtro ſimile, uel monſtrum potius hoc uocauit Plinius: & fabuloſum arbitratur. Apuleius lib 8 De aſin. Meū ipſe reputabam pegaſum inclytum, illū motu magis uolaticum fuiſſe, ac per hoc merito pennatum proditum, dum in altum & aduſque cælum ſubſilit ac reſultat, formidans ſcilicet igniferæ morſum chimæræ.

## De aſino. Cap. CII.

VIlem uulgarémque aſellum rus omne tanquam maxime neceſſarium *Aſinus,*
D deſiderat: nec ſane iniuria: nam etiam eo rure quod paſcuo caret, con- *Aſellus, ὄνος.*
tineri poteſt, exiguo & qualicunque pabulo contentus: quippe cum non fruge ſolum & herba ueſcatur, ſed uel foliis ſpiníſque, uel perticis ſalignis alitur, uel obiecto faſce ſarmentorum: paleis uero, quibus pene omnes regiones abundant, etiam gliſcit, ſed potu maxime: tum imprudentis cuſtodis negligētiam fortiſſime ſuſtinet, plagarum & penuriæ tolerantiſſimus: laboris etiam & famis maxime patiēs, raro morbis afficitur. Huius animalis tam exiguæ tutelæ, plurima & neceſſaria opera ſupra portionē reſpondent: cum & facilem terram leuibus aratris poſcindat, & nō nimio pōdere uehicula trahat: & pleraque utēſilia & uehere in urbem, & reportare collo uel dorſo commode poſſit. Iam uero molarum & conficiendi frumenti pe-

ne ſolennis eſt huius pecoris labor. Frigidum animal aſinus eſt, inquit Ari- E
ſtoteles: quamobrem locis frigidis gigni non poteſt, utpote ſua natura ma-
xime impatiens frigoris: quapropter Pontica & Scythica terra aſinis caret.
Dentes priores, ut equus, triceſimo menſe amittit aſinus: proximos autem
ſexto poſtea menſe, atque etiam tertios quartóſque eodem modo. In aſini
cauda, caulis longior eſt quam in equis. Cor habet pro corporis ratione ma
gnum: & felle caret: ſanguinem habet nigerrimum & craſſiſſimũ. Aſinus
tam mas quam fœmina triceſimo menſe coire incipit: ſed magna ex parte
*Aliâ a bimatu & ſemiſſe ita du Ariſtoteles.* nequeunt generare. Partus tamen a trimatu legitimus eſt: quanquam iam
uel anniculam uẽtrem geſſiſſe aſellam aiunt, ita ut quod pepererat educari
ac perfici potuerit. Mulis tamẽ procreandis minor trimo, aut maior decẽni
non debet admitti. Reiicit ſemen a coitu, niſi ſi interpellatur aſina: quãob F
rem ne id faciat, ſtatim poſt coitum uerberant inſectantúrq;. Totidem pa-
riunt quot equæ, & eiſdem menſibus, & ſimili modo. Parit nanque aſina
duodecimo menſe: & ſingularẽ magna ex parte gignit prolem: nonnunquã
etiã, ſed raro, gemellos edit. Paritura lucẽ fugit, & tenebras quęrit, ne cõſpi-
ciatur ab homine. Cum uel equus cũ aſina uel aſinus cũ equa coierit, multo
magis abortus cõſequuntur, q̃ cũ unigenæ inter ſe iũgũtur: uerbi gratia, equa
cum equo, aut aſina cum aſino. Euenit etiam tempus gerendi uteri maris
norma: id eſt ut quanto ſpatio temporis mas perficitur ſuo in genere, tanto
etiam fœtus, quẽ ipſe procreat abſoluatur. At magnitudine, corporis ſpe-
cie & uiribus magis fœminæ quam mari ſimile euadit quod naſcitur. Si
frequenter coeant, neque ullo interpoſito tempore ceſſent, quæ ita iungun G
tur, breui fœmina ſterileſcit: alioqui uero parere tota uita poteſt aſina. uita
autem aſinis amplior annis triginta: & fœmina uiuacior mare eſt. Aſinæ
prægnantes, continuo lacteſcunt. Pullis earum, ubi pingue pabulũ, biduo
a partu maternum lac guſtaſſe, lethale eſt: genus mali uocatur coloſtratio.
Mammæ aſinis a fœtu dolent: ideo ſexto menſe arcent partus, cum equæ
anno prope toto præbeant. Partus charitas ſumma, ſed aquarum tædium
magis. Per ignes ad fœtus tendunt: eædem ſi riuus minimus interſit, hor-
rent, ita ut pedes omnino caueant tingere: nec niſi aſſuetos petant fontes,
qui ſunt in pecuariis: atque ita ut ſicco tramite ad potum eant: nec pontes
tranſeant, per raritatem earum tranſlucentibus fluuiis. Mirúmq; dictu, ſi-
*Aliàs, exonerandæue ſunt.* tiunt: & ſi immutentur aquæ, ut bibant cogendæ exorandǽue ſunt. Minor H
*Minor aſellus* aſellus maxime agro neceſſarius eſt, qui & laborem tolerat, (ut modo dixi- 1
mus) & cuſtodis negligentiam propemodum non recuſat. In hoc fere mu-
*Admiſſarius aſellus.* rinus color uulgaris eſt. Admiſſarius uero aſinus & qui mularum generi 2
ſeminando deſtinatur, ſpecioſior eſſe debet: ut ſcilicet amplioris ſit corpo-
ris, ceruice ualida, robuſtis ac latis coſtis, pectore muſculoſo & uaſto, fœ-
minibus lacertoſis, cruribus cõpactis, coloris nigri uel maculoſi: nã muri-
nus non optime reſpõdet in mula, ut Columellæ uidetur: uerum Palladius
admiſſarium nigri uel murini maxime coloris aut rubei uult: qui tamen ſi
diſcolores pilos in palpebris aut auribus geret, colorem ſobolis plerunque
uariabit. Sunt qui aſinorum, ubi iam ſenuerint, carnibus ueſcantur: quæ
ſiccum

A ſuccum procreant deterrimum. concoctu ſunt difficillimæ, ſtomachóque
3 noxiæ, & guſtui quoque inſuaues. Lac aſininum ſeroſi humoris plus habet quàm caſeoſi: eſtque conſiſtentia tenui: & ſecundum camelinum equinúmque liquidiſſimum ac minime pingue. In uentre minime omnium coagulatur, & quoquo uerſus ocyſſime in corpus digeritur: ac proinde ſicca uentriculi totiúſque corporis intemperie laborantibus utile eſt. & bibitur ab imbecillitate uires colligẽtibus, quos atrophos uocãt: & ut nõnullis placet, in febri etiam, quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum lactis aſinini heminam dari, aut ſi in exitu cibi roſiones ſentirent, antiqui in arcanis habuerunt: ſi hoc non eſſet, habuerunt è caprino. Aſinino lacte poto uenena reſtinguuntur, peculiariter ſi hyoſcyanum potum ſit, aut lepus mari-
B nus, aut opocarpathum, aut pharicon, aut dorycnium: & ſi coagulum alicui nocuerit: nam id quoque uenenum eſt in prima lactis coagulatione. Sunt inter exempla qui lac aſininum bibendo liberati ſunt podagra chirágraue. Sed meminiſſe oportebit recenti utendum, aut nõ multo poſtea tepefacto: nullum enim celerius euaneſcit. gargarizatur quoq; faucibus exulceratis utiliſſime. dentes collutos & gingiuas firmat. Cutem in facie erugari & tenereſcere lacte aſinino putant. Conferre aliquid & candori in mulierum cute exiſtimatur. Poppea certe Domitij Neronis cõiunx quingẽtas per omnia ſecum fœtas trahens, balnearum etiam ſolio totum corpus illo lacte macerabat, extendi quoque cutem credens. Aſini iecur aſſum comitialibus prodeſt: ieiunis autem edendum eſt. Oſſa aſini confracta & deco-
C cta cõtra leporis marini uenenum dantur. Aſinorum ungulas combuſtas, ſunt qui comitialem curare morbum dicant, ſi aſſidue binis cochleariis bibantur: ſi oleo miſceantur, ſtrumas diſcutere: & ipſum cinerem aridum inſperſum perniones ſanare. Quæ ex aſinis utilia eſſe diximus, eadẽ omnia *Aliàs, furunculos, φίχεθλα.* onagris efficaciora: aſinorum enim genera duo: unum manſuetum, ut ſunt optimi ex Arcadia, & in Italia ex agro Reatino: alterum ferum quos uocãt onagros. In Phrygia & Lycaonia, in Aſia quoq; & Africa ſunt greges mul- *Onagrus.* ti: nam ſimilitudine quadam nomen urbanorum accepere. Eſt uero ona- *Onager.* ger corpore ampliore, pulchriore ſpecie, colore albicante, auribus proce- *ὄναγρος. ὄναγρος ἄγριος.* ris, nigra linea ueluti uitta per mediam ſpinam protenſa. animal curſus uelociſſimi: quod tamen ferocioribus beluis prædæ eſſe ſolet. Mares in hoc ge- *Aſinus ſylueſtris.*
D nere ſinguli fœminarum gregibus imperitant: quos & ſua ſponte ſequuntur ad paſcua, ad fontes, denique quocunque duxerint. Timent mares libidinis æmulos: & ideo grauidas cuſtodiunt, & fœtum ſi fœmina ſit fouent, morſúque natos mares caſtrant. Contrà grauidæ latebras petunt, & parere furto cupiunt, gaudéntque copia libidinis. Onagri nõ tranſcunt montem, qui Cappadociam à Cilicia diuidit. Onagri in Phrygia & Lycaonia præcipui: pullis eorum, ceu præſtãtibus ſapore, Africa gloriatur, quos laliſiones *Laliſiones.* appellant. Aſinorum ſylueſtrium caro (quod ad alimenti bonitatem attinet) bouillæ, caprinæ & ouillæ comparatur, ſi ætate ſint adhuc mediocres, *Aſinus Indicus, ἰνδικὸς ὄνος.* ac bono corporis habitu. In ſolidipedum genere, unicorne aſinus tantum
4 Indicus eſt. gerit ſane medio ſui capitis cornu fixum, quo taurorum more

generoſiſſime pugnat: & talos quoque unus ſolipedũ habet. Ex huius cornu pocula conficere Indos aiunt:nec ullis morbis eo die affici,quo ex huius generis poculo hauſerint, neque ullis uenenis lædi, quæcunque nocendi gratia in potu dantur. Syluestrem aſinum hunc uocat Philoſtratus, quem in Hyphaſidis fluuij paludibus degere refert: alij uero ſylueſtres aſinos, equis magnitudine nihilo inferiores apud Indos in locis deſertiſſimis naſci degeréque referunt,eóſque reliquo corpore albos,capite uero purpureo,oculíſque nigris eſſe:cornúque in fronte gerere,cuius ſuperius puniceũ, inferius album,mediũ uero nigrum ſit:atque non omnes quidem Indos, ſed potentiores, cum tãquam armillis quibuſdã brachia,ſic cornua auro certis ſpatiis ornarunt,ex his ipſos bibere ſolere.Ex hoc cornu bibentem ab inſanabilibus morbis tutum fieri:neque eum conuulſionibus corripi,neque ſacro morbo tentari, neque uenenis ullis ferunt:quinetiam ſi quid peſtilens prius biberit,tum id euomere,túmque ad ſanitatem redire. Aſinos Indicos cornigeros Cteſias inquit,talis præditos eſſe, quos ſi quis confregerit,interiora quoque nigra deprehenſurum eſſe. Horum fœminæ poſtquam pepererunt,patres circũ pullos à partu recẽtes ſumma cuſtodia uerſantur.Cum à uenatoribus Indis inuaduntur,pullos ſuos adhuc ætate infirmos à tergo ſuo paſcentes habent, atque pro iis pugnant:ac contra equites audẽt uenire,eóſque ferire.Tanto ſane hi robore exiſtunt,nihil iis ut obſiſtere queat, quin ſtatim & concidat & perdatur:equorúmque incurſu latera diſcerpũt ac lacerant, & uiſcera diſrũpunt: quo fit ut ad eos equi appropinquare ualde metuant.Carnes eorum,quòd amariſſimæ ſint,haudquaquã eſculentæ.

1 Minor aſellus,Hunc degenerẽ & uulgarem aſellum uocat Columella: doſſuarium aſellum Varro. 2 Quæ forma maxime probãda eſt in aſino,qui ad mularum procreationem deſtinatur,oſtendit Apſyrtus in lib.ueterinario. 3 Craſſiſſimum, inquit Plinius,lac aſinæ eſt,ut coaguli uice utãtur. 4 An idẽ ſit cum eo,qui Æonius bos dictus eſt,aut bos Indicus: hunc AElianus,ni fallor,etiam equum Indicũ uocat.

*Equus Indicus.*

## De mulis. Cap. CIII.

*Mula. Mulus. Ἡμίονος. Ὀρεύς.*

MVli nõ ſuopte genere ab radicibus,ſed bigeneri & inſititij ſunt:creãtur enim ex equa & aſino,uel onagro & equa. Neque ullũ eſt in hoc pecore aut animo aut forma præſtãtius,quàm quod ſeminabit aſinus:quãquam poſſit huic aliquatenus cõparari,quod progenerat onager:niſi quòd indòmitum & ſeruitio contumax ſylueſtri more, ſtrigoſum patris proferret habitum: generantur enim ex equa & onagris manſuefactis. mulæ ueloces in curſu,duritia eximia pedum,uerum ſtrigoſo corpore, indomito animo,ſed generoſo. Vtiles etiam admiſſarij naſcẽtur ex onagro & aſina,& qui reliquos omnes antecellit.nam ubi aſina & onagro natus, admittitur equæ per gradus infracta feritate, quicquid ex eo prouenit, paternam formam & modeſtiam,fortitudinem celeritatémq; auitam refert. Ad mulorum generationem equas neque quadrimis minores, neque decẽnibus maiores legunt. Mulorum genus totum ſterile eſt,neque omnino fœcundum, ſed infœcundum ad perfectam fœtificationem. Concipere uero aliquando mula poteſt(quod iam factũ eſt)ſed enutrire atque in finem perducere non poteſt:

A poteſt:mas generare interdum poteſt:quod autẽ procreat ginnus eſt, quòd *Ginnus.*
1 ſcilicet mulus oblæſus eſt:(nam ex equo & ex aſino ginni proueniunt,cum conceptus in utero ægrotauit:)eſt enim ginnus idem quod metachœrus in porcis,aut in homine pomilio.Mulus ſuperuenire coiréque incipit, miſſis *Mulus,* ὀρεύς. primum dentibus:ſed ſeptennis implere poteſt: & cum equa coniunctus ginnum procreauit:poſt deinde ſuperuenire non ſolet. Mula quoque iam *Mula,* ἡ θή- grauida facta eſt,uti modo diximus:ſed non quoad perficeret atque ederet λυς ὀρεύς. prolem.Quidam uero non diſſimulãdi authores,ut M.Varro, & ante eum Dionyſius & Mago prodiderunt mularum fœtus regionibus Africæ adeo *Mulæ Afri-* non prodigioſos haberi,ut tam familiares ſint incolis partus earum, quàm *canæ.* ſint nobis equarum.Theophraſtus quoque uulgo parere mulas in Cappa- *Mulæ Cappa-*
B docia tradit:ſed eſſe id animal ſui generis. Vita mulis ad annos multos . Iã *doces.* quidam Athenis uel octogeſimum annum egerat. & ſerius fœmina ſeneſcit quàm mas.Gignitur autem mula & ex equo & aſina:ſed effrenis & tar
2 ditatis indomitæ.Qui ex equo & aſina concepti generantur mares, hinni *Hinnus.* uocantur & hinnuli. Eſt autem Hinnus matri quidem per omnia ſimi- *Hinnulus.* lior,minor quàm mulus corpore,plerunque rubicũdior.Iubam & caudam habet ſimilem aſini,aures tamen gerit equinas. Item in uẽtre eſt (ut equus) menſes duodecim.Hoſce item ut equulos & educant & alunt: & ætatem eorum ex dentibus cognoſcunt. Vngularum muli uel mulæ cinis ex oleo myrteo alopecias replet . Mulæ quas terra Syria fert, ſimilitudine quadam *Mula Syriaca* nomen accepere : quanquã non eadem qua mulę ſpecie cõtinentur.Coeũt
C enim & mutua generatione progenerant, & celeritate mulis præſtant . In India equarum & aſinorum greges ſunt: & aſinos equæ facillime admit- *Mulus Indi-* tunt,& rufos mulos pariunt,ad currendum præſtantiſſimos:quos pedibus *cus.* captos ad Praſiorum regem adducunt.Ex iis, qui bimi capiuntur,domari poſſunt: contra ueteli ab immaniſſimis & carniuoris feris nihil differunt. Hæc de uniuerſo quadrupedum uiuiparorum genere ſatis dicta ſunto.

1 Hinnum hunc uocat Plinius, id eſt paruum mulum, niſi deprauatus ſit codex. *Hinnus.*
2 Bardones etiam à nonnullis uocari hos ſcribit Hermolaus. *Bardones.*

# DE ANIMALIVM DIF-FERENTIIS LIBER VI. E

Continet ea quæ cortice integuntur, φωλιδωτὰ à Græcis dicta, quadrupedes ſcilicet ouiparas & ſerpentes.

## De quadrupedibus ouiparis. Cap. CIIII.

*Ouipara, ὠοτόκα.*

QVadrupedes quæ ſanguinem habent, eędémque oua pariunt, (unde & ouiparæ dictæ
ſunt) omnes caput, collum, dorſum, prona F
atque ſupina corporis poſſident: crura etiam
priora poſterioráque, & quod pectori proportionetur, modo uiuipari generis. Sed cru
ra iis ex obliquo habentur annexa, & humi
extenſa: retróque flectuntur tum priora tum
poſteriora, paulo in latus uergentia. Et pedes
hæc omnia in plures digitos habent diſcretos. Caudam quoque habent longiorem, exceptis paucis. Ad hæc omnibus
iis ſenſus totidem quot cæteris quadrupedibus ſunt. Oculos habent, &
conniuent palpebra inferiore (nam ſuperiorem non mouent) quemadmo
dum & aues: quanquam non more auium nictantur: ſunt enim oculis du- G
rioribus quàm aues. auriculis tamen hæc omnia carent, meatúſque tantū
habent audiendi. Foramina item iis ante os ſunt, ſed non ita explanata, ut
nares appellari poſſint, niſi ſpirandi officio. Et lingua quoque omnibus cō-
ſpicua data eſt, (excepto quem Ægyptus fert crocodilo:) ſed quæ in parte
maiore adhæret, & dura eſt atque inutilis ad uocis officium: quanquam ad
ſaporum guſtatum uſui illis ſit. Lacertis inter hæc lingua bifida eſt, ſicuti
ſerpentibus. Dētibus etiam ſerratis ſunt omnia more piſcium. Lingulam,
quam ὑπογλωττίδα Græci uocant, ſuperimpoſitam aſperæ arteriæ non habēt,
ſed dum alimentum in gulam admittunt, meatum ipſum conſtringunt:
atque ita efficitur, ut in pulmonem nihil delabatur. Mămis carent hæc: nec
genitale aut teſtes foris obtinēt manifeſtos, ſed intus conditos habent: nec H
pilo, ſed cortice, prope dixerim omnia, tecta ſunt: ſed alia præduro & teſtaceo, alia molliori. Pulmo in iis exiguus quidem & fungoſus, & tamen bipartitus eſt: & pars altera multum ab altera diſciſſa eſt, ita ut binos habere
pulmones uideantur. atque à ſingulari arteria partes in utrunque pulmonis latus duæ dependent, quemadmodum & in auibus conſpicimus. Quadrupedum ouiparorum iecinora pallidiuſcula ſunt: nonnullorū etiam uitiata omnino, ut corpora quoque eorum prauum tēperamentum ſortiantur, ut rubetæ, & teſtudinis, & ſimilium. Lien iis exiguus, ut propemodum
ſenſum effugiat: rigidus quoque eſt & reni ſimilis. Fellis etiam habent aut
plus aut minus omnia. Renes autem & ueſicam eorum nullū poſſidet, præ-

ter te-

A ter teſtudinem. Teſtes iis dati ſunt, non tamen qui foris pendeant, ut mo-
do diximus, ſed qui intus adhæreant lumbis, (quomodo etiam auibus ha-
bentur) uenulis admodum tenuibus circundati. Meatus de ſingulis ſingu-
li pertinent, eodémque coeunt ſupra oſtium excrementi, ſicuti & in aliis
ouiparis omnibus. isq́ue meatus qui ex coitu amborum conſiſtit, genitale
eſt. Vuluę ratio in iis eadem quę in auibus eſt: enimuero ceruix una in imo
& carnulentior eſt: fiſſura autem & oua proxima ſepto tranuerſo continen
tur. Ventris inteſtinorúmque eadem ratio eſt, quæ in uiuiparis quadrupe-
dibus utrinque dentatis: ſimplicem enim unúmque habent uentrem aut
canino aut ſuillo ſimilem. Os aut ſaltem ſpinam pro ſuæ magnitudinis mo
do ſortiuntur: maiora enim oſſis naturam potius obtinẽt: minora ſpina po
B tius in oſſis uicem fulciuntur. Quadrupedes quæ oua pariunt eodem co-
eunt modo, quo ea quæ animal generant, mare ſcilicet ſuperueniente, ut
teſtudo tam aquatilis quàm terreſtris. habent uero in quod meatus illi ge-
nitales contingant, & quo per coitum adhæreant: quibus autẽ ueſica deeſt,
(carent autem ueſica præter teſtudinem omnes, ut dictũ eſt) iis idem mea-
tus ſicco excremento, qui & ſemini pertinet foris: intúſque iuxta alter ha-
betur. Atque hæc quidem ſimiliter tam in fœminis eorum quàm in mari-
bus ſunt. Fœminæ in iis (ſicuti in cæteris ouiparis) maribus ſunt maiores.
Ortus iis uerno quidem tempore agitur, ſed coitus non tempore eodem: a-
lia enim uere, alia æſtate, alia circa autumnum coeunt, utcunque ſingulis
tempus ſequens ad prolem commodius eſt. Oua edunt, maxima ex par-
C te perfecta: quæ ut ſeruari poſſint, duro iam conſtent putamine oportet:
ſunt enim oua quandiu increſcũt molliora. Eodem igitur modo ſunt qua-
drupedum oua fere, quo auiũ, cruſta dura intecta, & bicolora: & ſupra iux-
ta cinctum conſiſtunt ut auium: & reliqua eadem tum intus tum extra eue
niunt. Sed quadrupedum oua, ut ualidiora, tempore cõcoquuntur: auium
imbecilliora ſunt, atque ob eam rem parentem incubantem deſiderant, cũ
quadrupedum oua uel ſine parentis incubitu tepore terræ cõcoquantur ac
perficiantur: (hæc nanque fere omnia in terra pariunt.) nam ſi quæ qua-
drupedes ouiparæ frequentantes fouent, quæ ediderint oua, cuſtodiæ gra-
tia potius id faciunt. Huius generis omnia & pariũt in terra, & dormiunt
uel in terra, uel ſi in aqua, roſtrum ex humore extollentia ſpirandi cauſa.
D Vocem quidem emittunt, ſed alia exilem & imbecillem, alia perexiguum
ſibilum. Ranis ſua uox quædam eſt. Omniuorũ hoc genus eſt: nam & car-
nem edit & herbam. Conduntur hæc hyeme fere, & menſibus quatuor fri-
gidiſſimis latent, nec per id tempus quicquam comedunt. Ex iis uero quæ
cortice molliori (non præduro & teſtaceo, qualis eſt teſtudinum) intecta
ſunt, ſenectutem exuunt ſeceſſus ſui tempore. Varia horum genera: in his
maximum eſt crocodilus.

De crocodilis & ſcinco. Cap. CV.

CRocodilus fluuiatilis (duo enim genera eorum) maximum animal ex
parua origine euadit: ouum enim non maius quàm anſeris, & fœ-

*Crocodilꝰ, κροκόδειλος. χάμψης.*

tus inde excluſus proportione eſt. Accreſcit deinde,& magnitudine exce- E
dit duodeuiginti cubita. Sunt qui eum tandiu augeri quandiu uiuat con- 1
firment:uiuit autem diu.uitam habet terræ amníque communem. Oculi
ſunt illi ſuis,& uiſus in aqua hebes,extra acerrimus. Vnum hoc animal ſu-
periori mobili maxilla imprimit morſum, (inferiorem enim habet im-
mobilem:) aliàs terribile, pectinatim ſtipente ſe dentium ſerie. Sunt præ-
terea dentes exerti magníque pro corporis ratione. Lingua tota inferiori
annectitur maxillæ,quæ uix ſentiri poteſt,parua adeo, ut non linguam,ſed
locum tantummodo linguæ habere putaueris. Crura habet à latere adiun-
cta,& in ſumma humo expanſa:pedes admodum paruos,atque ad capien-
dum retinendúmque inutiles. unguibus armatur robuſtis. cutis in tergo
corticea contra omnes ictus inuicta, in uentre mollis tenuíſque eſt. Parit F
oua,quanta anſeres,candida,circiter ſexaginta,quæ terræ gremio commit
tit, & ſexaginta diebus incubat. Dies in terra agit, noctes aqua, teporis u-
trunque ratione:quatuórque menſes hyemis,inedia ſemper tranſmittit in
ſpecu:uti uero alij narrant, ſexaginta dies uentrem gerunt crocodili, ſexa-
ginta oua totidem diebus pariunt:totidémque dies hæc fouent. Sexaginta
uertebras in ſpina habent,quam totidem neruis alligatam eſſe ferunt. Cu-
ratio partus ab eiſdem ſexaginta diebus peragitur. Annos uiuũt ſexaginta:
totidem dentes poſſident,totidem quotannis dies ſine ullo cibo in latibulis
quieſcunt. Alij uero crocodilos dicunt cum in terra partum ediderint, ob-
ruere oua,deinde diſcedere:ita per ſe naſcuntur & educantur. Crocodilum
habent Nilus & Indus,quadrupes malum & humani corporis auidiſſimũ. G
Terribilis hæc contra fugaces belua eſt, fugax contra inſequentes. Croco-
dilis in litore ſomno datis atque hiantibus, trochili aues inuolantes repur-
gant dentes,& intus fauces quoque:quo munere & ipſi aluntur, & croco-
dilus ſentiens ſecum commodè agi,nihil nocet:ſed cum egredi auem uult,
ceruices mouet ne comprimat. In hac quoque uoluptate nonnũquam cro
codilum ſomno preſſum conſpicatus ichneumõ, per eaſdem fauces ut telũ
aliquod immiſſum, erodit aluum. Fluuiatilium crocodilorum duo genera
Ganges fluuius generat:horum alteri nihil nocent,alteri inexorabili atque
immiſericordi in quidlibet uoragine carniuori ſunt: in eorum ſummo ro-
ſtro quiddam tanquam cornu eminet. Crocodilus alter priori illi ſimilis
*Crocodilus terreſtris.* eſt,multum infra magnitudinem (qua chameleonti æquatur) in terra tan- H
tum,odoratiſſimíſque floribus uiuit:ob id inteſtina eius diligenter exqui-
*Crocodilea.* runtur iucundo nidore farta, crocodileam uocant: alij terreſtris crocodili
fimum crocodileam appellant. Crocodilum terreſtrem ſola fert Africa, ut 2
author eſt Pauſanias,qui & bicubitalem habet magnitudinem. Herodo-
tus uero apud Ionas naſci crocodilos in ſepibus muríſue, à quorum ſimili-
tudine Niloticos illos crocodilos nominari:quos & halitus odoréſue mul-
tos uarióſq; edere prodidit. Crocodilea oculorũ uitiis utiliſſima fertur cũ
porri ſucco inuncta,& cõtra ſuffuſiones & caligines. illita quoque ex oleo
cyprino moleſtias in facie enaſcentes tollit: ex aqua uero morbos omnes
quorum natura ſerpit in facie, nitorémque reddit. Lentigines tollit ac ua-
ros,

A ros, omnéſque maculas. & cõtra comitiales morbos bibitur ex aceto mulſo binis obolis. appoſita menſes ciet. Optima eſt, quæ candidiſſima, & friabilis, & amyli modo minime ponderoſa, in humore ſtatim eliqueſcens: cũ teratur inter digitos, odore fermenteſcens. Felle inũctis oculis ex melle, cõtra ſuffuſiones nihil utilius prædicãt. Inteſtinis & reliquo corpore eius ſuffiri uulua laborãtes, ſalutare tradũt. Corij utriuſq; crocodili cinis ex aceto illitus iis partibus quas ſecari opus ſit, aut nidor cremati, ſenſum omnem ſcalpelli aufert. Sanguis utriuſque claritatem uiſus inunctis donat, & cicatrices oculorũ emendat. Corpus ipſum excepto capite pedibúſque elixum manditur iſchiadicis. tuſſim ueterem emendat, præcipue in pueris: item lũborum dolores. Et adipem habent, quo tactus pilus defluit: hic perunctos

*Quibus modis adulteratur, explicant & Dioſcorides, & Plinius.*

B à crocodilis tuetur, inſtillatúrque morſibus. Ex eadẽ ſimilitudine eſt ſcincus, quem quidam terreſtrem crocodilum ſui generis eſſe dixerunt, candidiore autem & tenuiore cute: præcipua tamen differentia dinoſcitur à crocodilo aquatico, ſquamarum ſeta à cauda ad caput uerſa. Apud Nilum gignitur in Indiáque, & ad mare rubrum, atque in Lybiæ quoq; Mauritania. Maximus Indicus, deinde Arabicus: afferũtur ſalſi. Minor ichneumone eſt in Nilo natus ſcincus contra uenena præcipuum antidotum: item ad inflãmandam uirorum uenerem: nam quæ circa renes ſunt partes, ad pudendi erectionem bibuntur: uenerémque accendere ferunt, ſi drachmæ pondere ex uino bibantur. Et roſtrum quoque eius & pedes in uino albo poti, cupiditates ueneris accendunt, utique cum ſatyrio & erucæ ſemine ſingulis

*Scincus, σκίγκος.*

*Sale adſeruãtur cum naſturtio. Dioſcorid.*

C drachmis omnium, ac piperis duabus admixtis: ita ut paſtilli ſingularum drachmarum bibantur. per ſe laterum carnes obolis binis, cum myrrha & pipere pari modo potæ, efficaciores ad idem creduntur. Prodeſt & contra ſagittas uenenatas, ut Apelles tradit, poſtea ſumptus. in antidota quoq; nobilia additur. Seſtius pluſquam drachmæ pondere in uini hemina potum, perniciem afferre tradit: præterea eiuſdem decoctum cum melle ſumptum uenerem inhibere. Apelles author eſt, ſi ex melle uenenato ſyncero faſtidiũ cruditáſue, quæ ſit grauiſſima, incidat, ſcincum circunciſis pedibus, capite, cauda, decoctum, antidotũ eſſe. Apud Indos naſcitur beſtia crocodili terreſtris ſpecie, magnitudine Melitenſis canis: cuius pellis ſquamis adeo aſperis ſcatet, ut more ſerræ æs diſſecet, & ferrum exedat atque conficiat:

*Aliàs, prodeſt & contra ſagittarũ uenena ante & poſtea ſumptus.*

D Indi phattagen uocant.

*Phattage.*

1 Ariſtoteles & Herodotus, Accreſcit ad decem & ſeptem cubita: uel ut alij legunt apud Ariſtotelem, ad quindecim cubita. 2 Crocodilum. Herodot. Apud Nomadas Africæ trium cubitorum magnitudine lacertis ſimilimum.

## De teſtudinum generibus. Cap. CVI.

1 GEminus ſimiliter uictus in aquis terráque & teſtudinum. Sunt autem teſtudinum genera, terreſtres, marinæ, lutariæ, & quæ in dulci aqua
2 uiuũt. Ariſtoteles tria prodidit genera: marinã terreſtrẽ & hæmyda, quam Plinius (opinor) lutariam uocat & murem marinum. Teſtudinum genera omnia à latere adiuncta habent, eadémque in obliquum flectũt, quemad-

*Teſtudo, χελώνη.*

modum crocodili & lacertæ, & cortice integuntur duro rigidóque, & qui E
oſſe firmior ſit. Teſtudinis iecur omnino uitiatum eſt, & totũ corpus pra- 3
uum temperamentum ſortitur, quemadmodum & ranæ rubetæ. Teſtudi-
ni marinæ lingua nulla manifeſta nec dentes, ſed roſtri acie comminuit
omnia. Sunt enim roſtri margines acuti, ſuperna parte inferiorem claudẽ-
te pyxidum modo: & os habent robuſtiſſimum: quicquid nanque in os ce-
perint, ſiue lapidem ſiue quoduis aliud, perfringunt ac deuorant. Pulmonẽ 4
habet teſtudo marina carnoſum & ſanguineum, ſimilem bubulo, ſed mi-
norem quàm ſit teſtudinis terreſtris pro corporis ratione: at contrà, ueſicã
ampliorem. Renes etiam habet ſimiles bubulis. Corde eius exempto, mo-
uetur tamen. In mari uiuunt conchiliis: habẽt enim os robuſtiſſimum, uti
dictum eſt. Exeunt in terram, & paſcunt herbam, & in herba pariunt oua F
auium cortalium ouis ſimilia, ad centena numero: eáque defoſſa extra a-
quas & cooperta terra, ac pauita pectore & complanata incubãt noctibus:
& educant fœtus annuo ſpatio: quidam oculis ſpectando quoq; oua foue-
ri ab ijs putant. Fœminę coitum fugiunt, ob rigorẽ aſperitatémq; genitalis
maſculi: quocirca non aliter coire creduntur, quàm coactæ, & pugna à
maribus ſuperatæ. Teſtudines tantæ magnitudinis Indicũ mare emittere
fertur, ut ſingularum ſuperficies habitabiles caſas integant, & numeroſam
familiam non arcte recceptent, ut Solinus teſtatur, atque inter inſulas rubri
maris his nauigẽt cymbis. Troglodytæ cornigeras habẽt, ut in lyra annexis
cornibus latis, ſed immobilibus: quorũ in natando remigio ſe adiuuãt: cel-
tinũ genus id uocatur, eximiæ teſtudinis, ſed raræ. Teſtudinis marinæ ſan- G
guis cum uino & leporino coagulo cuminóque cõtra ſerpentium morſus,
& hauſta rubetæ uenena utiliter bibitur. Sanguine, alopeciarum inanitas,
& porrigo, omniáque capitis ulcera curantur: inareſcere autem eum opor
tet, lentéque ablui. Inſtillatur & dolori aurium cum lacte mulierum: co-
mitialibus inſtillatur ori, diductis labris, iis qui modice corripiantur: ſpa-
ſmo cum caſtoreo clyſtere infunditur. Quòd ſi dẽtes per annum colluun-
tur teſtudinum ſanguine, immunes à dolore fiunt. Marinæ teſtudinis fel
oculorum ſuffuſionibus, albuginibus, & hebetudini medetur, claritatémq;
oculorum facit, & cicatrices extenuat. Oculorum quoque uitia omnia fel
inunctum cum melle emendat: tõſillas ſedat, & anginas, & omnia oris ui-
tia: priuatim nomas ibi: item ardentium teſtium. naribus illitum comi- H
tiales erigit attollítque. Marinarum teſtudinum carnes admixtæ ranarum
carnibus, contra ſalamandras præclare auxiliantur: neq; eſt teſtudine aliud
ſalamandræ aduerſius. Terreſtris teſtudo pulmonẽ habet pro corporis ra-
tione maiorem quàm marina: ueſicam autem admodum exiguam: adeo
ut urinam earum (quæ ad remedia nonnunquã perquiritur) aliter quàm in
ueſica diſſectarum inuenire difficile ſit. Oua durioris teſtę & bicolora edit,
quale ouum auium eſt: eáque defoſſa & cooperta terra & cõplanata ſupra
incubat, crebrius repetens: fœtúmque ſequente anno excludit. Sunt teſtu-
dines tetreſtres, quæ ob id in operibus cherſinæ uocantur, in Africæ deſer-
tis plurimæ, qua parte maxime ſitientibus arenis ſqualent, roſcido, ut cre-
ditur,

*Teſtudo marina.* χελώνη θαλασσία.

*Teſtudines Indicæ.*

*Teſtudines cornigeræ.*

*Aliàs, celtinũ, uel celetinum, uel, ut Hermolao placet celetum.*

*Teſtudo terreſtris.* χελώνη χερσαία.

*Cherſinæ.*

A ditur, humore uiuentes: neque ibi aliud animal prouenit. Teſtudinum putamina ſecare in laminas, lectóſq; & repoſitoria his ueſtire Carbilius Pol-
5 lio inſtituit. Terreſtrium teſtudinum carnes ſuffuſionibus proprie, & contra uenena ſalutares produntur. Teſtudinis terreſtris ſanguinem epotum comitialibus prodeſſe tradunt. plurimæ in Africa uti modo diximus.
6 Hę ibi amputato capite pedibúſque pro antidoto dari dicuntur: & ex iure in cibo ſumptæ ſtrumas diſcutere, ac lienes tollere: item comitiales morbos. Sanguis earum claritatem uiſus facit, ſuffuſionéſque oculorum tollit: et contra ſerpentium omnium & araneorum, & ſimilium, & ranarum uenena auxiliatur. ſanguine ſeruato, & in farina pilulis factis, & cum opus ſit in uino datis. Felle teſtudinum cum Attico melle glaucomata inungi pro-
B deſt: & ſcorpionum plagę inſtillari. Tegumenti cinis uino & oleo ſubactus pedum rimas ulceráque ſanat. Squamæ à ſumma parte deraſæ, & in potu datæ, uenerem cohibent: eo magis hoc mirum, quoniam totius tegumenti farina accēdere traditur libidinem. Oua durata illinuntur ſtrumis & ulceribus frigore aut aduſtione factis: ſorbentur in ſtomachi doloribus. Aliqui ſanguinem teſtudinum lethargicis illinunt. hydropicis medetur teſtudo, decisis pedibus, capite, cauda, & inteſtinis exemptis: reliqua carne ita cōdita, ut citra faſtidium ſumi poſſit. Teſtudinum eſt tertium genus in cœno & paludibus uiuentium, lutarium uocant: latitudo his in dorſo pectori ſimilis, nec conuexo incurua calice, ingrata uiſu. Ex hac quoque aliqua contingunt auxilia: tres nanque in ſuccenſa ſarmenta coniectæ diuidētibus ſe

*Lethargicis illinunt. An hæc de altero teſtudinũ genere dicantur.*

*Teſtudo lutaria.*

C tegumentis, rapiuntur: tum euulſæ carnes earum coquuntur in aquæ congio, ſale modice addito: ita decoctarũ ad tertias partes ſuccus paralyſin, & articularios morbos ſentiētibus bibitur. Detrahit item fel pituitas, ſanguinémque uitiatum: ſiſtitur ab eo remedio aluus aquæ frigidæ potu. Ariſtoteles αἱμύδα uocat, Plinius murem marinum. Hæc corticē (licet duriuſculũ) molliorem tamen habet quàm marina aut terreſtris teſtudo: ueſica & renibus uacat. Egreſſa hæc in terram, ſcrobe effoſſa dolij forma, parit oua, quę deſerit obruta terra, die triceſimo repetit: refoſſa breui excludit, fœtumq; continuo ducit in aquam. Cutē replet in alopeciis muris marini cinis cum oleo. Quartum teſtudinum genus eſt earum, quę ſunt in amnibus: has quidam è Græcis hæmydas appellant, longitudinis in India trium cubitorum.

*Mus marinus Ἀιμύς.*

*Mus aquatilis.*

*Teſtudo fluuiatilis, χελώνη ποταμία.*

*Hæmys.*

D Harum diuulſarum pinguia cum aizoo herba tuſa, admixto unguento & ſemine lilij ante acceſſiones perunguntur ægri præter caput: mox cōuoluti, calidam aquam bibunt, quartanis liberari dicuntur. Hanc teſtudinem quintadecima luna capi oportere, ut plus pinguium reperiatur, uerum ægrum ſextadecima luna perungi tradũt. Ex eodem genere teſtudinum ſanguis inſtillatus crebro capitis dolores ſedat, item ſtrumas. Sunt qui teſtudinum ſanguinem cultro æreo ſupinarum capitibus præciſis excipi nouo fictili iubeant: ignem ſacrum cuiuſcunque generis teſtudinum ſanguine illini: item capitis ulcera manantia, & uerrucas. Iidem promittunt teſtudinum omnium fimo pauos diſcuti.

*Teſtudines. Aliàs, crebos.*

1 Arrianus in rubri maris nauigatione aliter enumerat quatuor teſtudinum ge-

nera, ἀληθινὴν: (hác opinor marinā intelligit,) terreſtrē albā & montanā, quę maxima E
*Ἁιμύς.* eſt, & cortice craſſiſſimo. 2 Hæmyda, αἱμύδα: Ariſtoteles nūquā, quod meminerim,
*Teſtudo.* nomine teſtudinis appellar, imò potius diſtinguit, αἱμύδας τε καὶ χελώνας: ſed fere cum
*Χελώνη.* ipſis cōnumerat. 3 Hoc forſitan uerū eſt de teſtudine marina: nā terreſtriū carnes ad
remedia mādūtur. Teſtudinis etenim nomē apud Latinos, ſicuti & χελώνης apud Gręcos, abſq; ullo addito, quādoq; marinā, quandoq; terreſtrē ſignificat: ut apud Plin. lib. 11. cap. 37: & Ariſtotelē lib. 5 hiſt. animal. ca. 33. 4 Plinius (modo abſit mēda) inquit: Teſtudo pulmonem quāuis prægrandē, & ſub toto tegumento habeat, ſine ſanguine tamen habet: ut uero de terreſtri teſtudine intelligatur (ut mihi quidē uidetur) nō patitur contextus. 5 Vtriuſque generis teſtudinū putamina in laminas ſecari ad opera, ut ad pocula aliáque uaſa, perſpicuum eſt ex Martiale in Apophoretis, de Guſtatorio,

Fœmineū nobis Cherſon ſi credis ineſſe, Deciperis: pelagi maſcula præda ſumus.

Sunt apud Arrianū in rubri maris nauigatione (quæ ut opinor ad huiuſcemodi opera
*Teſtudines albæ.* exquiruntur) teſtudines quædam quę albæ dicuntur, maioribus corticibus: & aureæ, F
quæ reliquas facile ſuperant. Sunt & ὀρειναὶ, id eſt montanæ teſtudines prægrandes &
*Aureæ.* cortice craſſiſſimo, cuius pars inferna, quæ & ſubrufa eſt, ſectionem uix patitur. 6
*Ὀρειναί.* Hæ ibi, Plinius: Si ex melle ſyncero faſtidium cruditáſue, quæ ſit grauiſſima, incidat,
*Montanæ.* teſtudinem circūciſis pedibus, capite, cauda, decoctā, antidotū eſſe, author eſt Pelops.

## De ranarum generibus. Cap. CVII.

*Rana. Βάτραχος.* RAnarum genus ne uiuere quidem diu poteſt diſcluſum ab aquæ natura. Quadrupes eſt ex ouiparorum genere. Lingua ranis ſui generis eſt: pars enim prior, quę cæteris abſoluta eſt, iis cohęret eo modo quo piſcium: intima uero abſoluta ad guttur applicatur, qua ſuam uocem ſolent emit-
*Ololigo, ὀλολιγών.* tere. Et quidem genus illud ululatus, quam ololiginem nominant, mares intra aquam reddunt, ut cieant ad coitum fœminas: & flagrant tantiſper G
oculi modo lucernæ, dum uociferantur. Coitum uero noctu magna ex parte agere uiſuntur. Coitu ſuperueniunt ranæ, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendente, poſterioribus clunes. fœtum emittunt ſuum continuo filo ſibi cohęrentem. Pariunt minimas ueluti carnes nigras, quas gy- 1
*Gyrini.* rinos uocant: oculis tamen & cauda inſignes: mox pedes figurantur, cauda findente ſe in poſteriores. Mirúmque, ſemeſtri uita reſoluuntur in limum nullo cernente: & rurſus uernis aquis renaſcuntur. Cyrenis mutæ fuere ranæ, illatis è continente uocalibus. durat genus earum. Mutæ ſunt etiā nunc
*Rana fluuiati.* in Seripho inſula: eædem aliò tranſlatæ canunt: quod & accidere in lacu
*Rana aquatic.* Theſſaliæ Sicendo tradunt. Ranarum uaria ſunt genera. Rana fluuiatilis 2
*Rana lutaria.* circa ſtagna riuóſque uerſatur. hæ ſunt quæ apibus, ubi aquatum acceſſe- H
*Βάτραχος ποταμαῖος.* rint, inſidiantur, & eas rapiunt. Iubent aliqui naſcētium in aqua ranarum,
*Βάτραχος λιμναῖος.* quibus adhuc cauda eſt, in calice nouo combuſtarum cinerem, ſi per nares fluat ſanguis, iniiciendum. Contra omnium reptilium uenena pro antidoto ſunt ranæ, ſi ex ſale & oleo decoctæ carnes earum edantur, iúſue decoctarum ſorbeatur: proſunt & contra inueteratos tendinū rigores. Hydropicis quoque medentur ranæ aquaticæ in uino uetere & farre decoctæ, ac pro cibo ſumptæ. Ignes ſacros reſtinguunt ranarum uiuentium uentres impoſiti: pedibuſque poſterioribus adalligari iubent, ut crebriore anhelitu proſint. Ranæ uero in triuio decoctæ oleo, abiectis carnibus perunctos liberant quartanis. Decoquuntur ranæ ſingulæ in aceti heminis, ut dētes eo colluātur,

A colluantur, contineatúrque in ore ſuccus, dentium dolores ſedat. Si faſti-
dium obſtaret, ſuſpendebat pedibus poſterioribus eas Saluſtius Dionyſius,
ut ex ore uirus deflueret in acetum feruens, idque è pluribus ranis. Fortio-
ribus ſtomachis ex iure edendas dabat: maxillaréſq; ita ſanari dentes præci
pue putant: mobiles uero ſupradicto aceto ſtabiliri. Ad hæc quidam rana-
rum corpora binarum præciſis pedibus, in uini hemina macerãt: & ita col-
lui dentes labentes iubent: aliqui totas adalligari maxillis: alij denas in ace-
ti ſextariis tribus decoxere ad tertias partes, ut mobiles dentium ſtabili-
rent: alij iecur ranæ decoctum & tritum cum melle impoſuere dentibus.
Si carioſi & fœtidi ſunt, centum in furno areficri per noctem præcipiunt:
poſtea tantundem ſalis addi atque fricari. Pſoras tollit rana decocta in he-
B minis quinque aquę marinæ. excoqui debet donec ſit craſſitudo mellis. Ra
narum decoctarũ ex aceto ſuccus anginas illitus abolet: hic & contra ton-
ſillas prodeſt. Inſperſus earum cinis profluentis ſanguinis impetum ſiſtere
fertur: cum liquida pice illitus ſanare alopecias. Tuſſim ſanare dicuntur pi
ſciũm modo in iure decoctæ in patinis ranæ. Suſpenſæ autem pedibus, cũ
diſtillauerit in patinam ſaliua earum, exenterari iubentur, abiectíſque in-
teraneis cõdiri. Vermes ulceribus innati, ranarum felle tolluntur. Iecur ra-
næ geminum eſſe dicunt, obiicíque formicis oportere: eam partem quam
appetant contra omnia uenena eſſe pro antidoto. Ranarum adeps inſtilla-
3 tus, ſtatim dolores aurium tollit. Quæ βάτραχος ἕλειος à Græcis uocatur, & Βάτραχος ἕ-
ἑλειοβάτραχος (quaſi ranam paluſtrem dixeris) quibuſdam aut idẽ cum phry- λειος.
C no aut certe non diſſimilis uidetur: atque ex utriuſque ueneno eadem pro- ἑλειοβάτραχος. *Rana paluſtris*
creari ſymptomata feruntur: nempe corporis tumor cum colore admodũ φρῦνος.
pallido, ut buxo ſimilis appareat: ſpiritus anguſtia, oris fœtor, ſingultus: nõ
nunquam & ſua ſponte inuitóque effluit ſemen. facile autem ſanatur qui
4 poſt uomitionem meraci uini plurimum ingeſſerit. Nicander uero & Aë-
5 tius hæc omnia fere ranæ mutæ tribuunt. At βάτραχον ἕλειον ſumentibus, appe
titus deiectionem, oris nimiam humectationem, nauſeámque & frequen-
6 tem uomitum, ac præterea affectionem quam καρδιωγμὸν uocant: curari ue-
ro, ingeſta uini copia unà cum aliis quæ uehemẽtius calfaciant. Phrynos, φρῦνος.
ut Aëtius prodidit, ranarum genus eſt, quod cum paluſtris uitæ conditio-
nem in terreſtrem mutauerit, φρῦνος appellatur. Magnitudine teſtudinem
D paruam æquat. Dorſum exaſperat inflátq; ſe irata & intumeſcit: adeo pro-
terue audax ut in quodcunque aduerſum ierit, inſultet & quaſi uindicet.
Raro quidem mordet: uerum adeo uenenoſum exſufflat, ut uel ſolo anhe-
litu officiat: hoc malum ſequitur totius corporis tumor, ut quandoque rũ-
patur, ac breui intereat læſus. Phrynon Latini ranam rubetam uocant. Ra- φρῦνος, *Rana rubeta.*
næ rubetæ, inquit Plinius, quarum & in terra & in humore eſt uita, pluri-
mis refertæ medicaminibus, deponere ea quotidie ac reſumere à paſtu di-
7 cuntur, uenena tantum ſibi reſeruantes. Sunt quæ in uepribus tantum ui
uunt, ob id rubetarum nomine, quas Græci phrynos uocant, grandiſſimæ *Rubeta.*
cunctarum, geminis ueluti cornibus, plenę ueneficiorum. Ranæ rubetæ ho φρῦνος.
ſtis eſt buteo triorchíſue: rapit nanque eum & exedit. Apes hoc modo in-

terimit rana rubeta:adrepens nãque foribus aluei inſufflat, & deinde auo- E
lantes obſeruat ac deuorat. Nec ſentire ictus apum ranæ traduntur. Ranæ
rubetæ iecur omnino uitiatum eſt, & corpus denique totum prauum ſor-
titur temperamentum,uenenoſúmque eſt.Ranarum rubetarum iecoris al
tera fibra à formicis non attingitur, propter uenenum, ut arbitrantur. Ti-
mæus & Neocles medici rubetas dicũt bina iecora habere: & alterum qui-
dem occidere,alterum alteri aduerſantem ſalutem afferre. Ex iis ranis quę
in uepribustantum uiuunt,lien contra uenena quæ fiũt ex ipſis, auxiliatur.
cor uero etiam efficacius eſt.Mira de his alia certatim tradũt authores. Eſt
phryni genus alterum φρῦνος κωφὸς,id eſt rubeta muta,ſine uoce eſt.Exitioſa 8
*φρῦνος κωφός.* hæc,in arundinetis roris linctu uictitat: ex qua uenenum quoque appara- 9
*Rubeta muta.* tur.Huic eadem fere tribuunt Nicander & Aëtius, quæ alij ranæ paluſtri. F
*Rana uiridis.* Eſt parua rana,inquit Plinius,in arundinetis & herbis maxime uiuẽs, mu-
ta ac ſine uoce uiridis, ſi forte hauriatur, uentres boum diſtendens. Huius
*Penicillis, aliàs ſpecillis.* corporis humorem penicillis deraſum claritatem oculis inunctis narrant
afferre:ipſáſque carnes doloribus oculorum ſuperponunt.Huius ranę par-
uæ ſanies efficaciſſime pſilothrum eſt,ſi recens illinatur: & ipſa arefacta ac
tuſa,mox decocta tribus heminis ad tertias, uel in oleo decocta æreis ua-
*Rana ex arbore uociferãs.* ſis.Ranarum uiridium ſanguine,inquit Dioſcorides, palpebræ pili auulſi
renaſci prohibentur.Eſt rana parua arborem ſcandens,& ex ea uociferans,
*Dryphytes. Dryophytes.* in huius os ſi quis expuat,ipſámque dimittat,tuſſi liberari dicitur.Pilos in-
*Calamitæ.* utiles in palpebris euulſos cohibent, quas dryphytas & calamitas uocant: 10
ſanguis earum cum lachryma uitis ſi euulſo pilo palpebris illinatur. uene- G
rem concitat iecur ranæ dryophytes & calamitæ adalligatum. 3

*Geryni.*
1 Gyrinos,Gerynos uocat Nicander in Alexiphar. niſi menda ſubſit. 2 Ra-
*φρύνη λιμναῖα.* na fluuiatilis,φρύνην λιμναίαν uocat Nicander,quę multum uociferatur,uérque ipſum
*Rana leuis.* iam aduentare primum denuntiat. 3 βάτραχον λεῖον ex mendoſo codice forſitan le-
gerat Hermolaus, cum miratus ranam leuem inueniſſe diceret apud Dioſcoridem.
4 Si ingeſto uino copioſo euomat, inquit Nicander. 5 Quòd os bilioſo hu-
more humectum ſit refert Nicander de muta rubeta. 6 καρδιωγμός,& morſum o-
ris uẽtriculi ſignificat ,& crebrum uelocémque cordis motum ac ueluti palpitationẽ:
ſed ex Nicandro uidetur hoc in loco ſtomachi affectionem ſignificari. 7 Rubeta-
*Bufo.* rum,Bufo (ut opinor) huius eſt generis:de quo Vergil. Inuentúſque e cauis bufo: hoc
eſt rubeta terreſtris maxima,ut interpretatur Seruius. 8 Nicander, φρῦνος κωφὸς ἢ
ἄφθογγος ἐν δονάκεσι θαμίζων. 9 Roris linctu inter fruteta uiuere attribuit Nican-
*φρῦνος θερειόμενος, θερόεις.* der alteri rubetarum generi,quod θερειόμενον & θερόεντα cognominat, quaſi æſtiuam H
dixeris: & quod colorem corpori uiridiorem inducit, qualis eſt thapſiæ: corpúſque i-
pſum calore incendit,cum anhelitus anguſtia oríſque fœtore: quæ fere Dioſcorides &
Paulus,illi quam ranam paluſtrem uocauimus,tribuunt. 10 Si quis,Hæc Dioſco-
*Diopetes.* rid.de ranis uiridibus. 11 Diophytes,Aliàs dyophytas diopetes.

## De lacertis. Cap. CVIII.

*Lacerta. Lacertus. σαύρα. σαῦρος.*

QVadrupes ouipara lacerta eſt,& crura gerit à latere adiuncta. Cortice 1
quoque integitur,ſed molliori,ſerpentum more. Linguam præterea
ut ſerpentes longam habet & bifidam, & parte extrema, capil-
lamenti tenuitate.Omnia denique habet membra ſerpẽtibus ſimilia,ſi pe-
des

A des iis demas,longitudinem addas.Complexu etiam ſimili ſerpētibus coit lacertarum genus: in iis marem intelligi dicunt,quòd ſub cauda unam cauernam habeat. Lacertā ore parere creditur uulgo: Ariſtoteles negat. Neque incubant,oblitæ quo ſint in loco enixæ: quoniam huic animali nulla memoria. Itaque lacertarum oua ſua ſponte in terra aperiuntur: & catuli per ſe erumpunt.uitam eorum annum non complere,ſed ſemeſtrem finire aiunt.Menſibus certe quatuor frigidiſſimis latent. Renaſci lacertis caudas haud falſum eſt.Lacerti Arabiæ cubitales: in Lybię deſertis binûm cubitorum: in India uero in Niſa monte XXIIII in longitudine pedum, colore fului aut punicei aut cœrulei. Lacertæ combuſtæ cum radice recentis arundinis (quæ,ut una cremari poſſit, findenda eſt:) itémque myrteo oleo B permixto cineres,capillorum profluuia continent.Efficacius uirides lacertæ omnia eadem præſtant.Quidam denas uirides in X ſextariis olei ueteris diſcoquunt,contenti ſemel in mēſe ungere. Lacerti inueterati in os pēdentiū, addito ſale contuſi, & ab ictu læſas aures ſanant:efficaciſſimæ autē ferrugineas maculas habentes,lineis etiam per caudā diſtinctę.Lacertæ caput tritum & appoſitum prodidere nonnulli ſpicula extrahere: uerrucas quoque, quas myrmecyas & acrochordonas dicūt, clauóſque tollere.Iecur uero eroſis dentibus impoſitum,eos à dolore liberare.Si diſſecta apponatur, ictis à ſerpente prodeſt.

*Lacertæ uirides.* *Ferrugineas maculas habētes lacertæ.*

I χλοροσαῦρον uocat Theocriti interpres. χλοροσαῦρον

C

## De ſalamandra & ſepe quadrupede. Cap. CIX.

*Salamandra.*

LAcerti ſpecies(ut Dioſcoridi placet)ſalamādra eſt:lacerti quidem figura,ſed aſpera magis atque ſcabra:animal ignauū,& punctis ueluti ſtellis uariegatum:nunquam niſi magnis imbribus proueniens, & ſerenitate deficiens.Nihil gignit:neque eſt in iis genus maſculinū fœmineúmue, ſicut neque in anguillis.Huic tantus rigor, ut ignem illæſus pertranſire poſſit:ignémque tactum,ut aiunt,extinguere,nō alio modo quàm glacies. Et omnino ad certum uſque terminum ab igni nihil patitur:uritur autem, ſi longiore ſpatio igni ſit admota: ſi nanque diutius in igne immoretur, effluēte abſumptóque ex ea mucoſo quodam frigido humore,exuritur. Eius ſanie ſaliuáue,quæ lactea ore uomitur,quacunque parte corporis humani, D uel in pede imo contacta,omnis in toto corpore defluit pilus: id quod cōtactum eſt colorem in uitiliginem mutat.At ſi quem ſalamandra momorderit,dolor uehemēs ſequitur, & in uulnere ipſo cruſta.Inter omnia uenenata ſalamandræ ſcelus maximum eſt: cætera enim ſingulos feriunt, nec plures pariter interimunt:ſalamandra populos pariter necare improuidos poteſt.Nam ſi arbori irrepſerit,omnia poma inficit ueneno: & eos qui ederint,necat frigida ui, nihil aconito diſtans,inquit Plinius: quinimo ſi contacto ab ea ligno uel pede,cruſta panis incoquatur, idem ueneficiū eſt: uel ſi in puteum cadat: tamen talis ac tanta uis ueneni, à quibuſdam animalium,ut ſuibus,manditur.Venenum eius extingui primum omnium ab iis quæ ueſcantur illa ueriſimile eſt.Seſtius uenerē accendi cibo earum, ſi de-

tractis interaneis & pedibus & capite in melle ſeruentur, tradit: negátque E
reſtingui ignem ab iis. Vim habet (ut Dioſcorides author eſt) calfaciendi, exulcerandi & exedendi: additúrque non aliter atque cãtharis, in medicamenta quorum uis eſt erodere, & lepras abolere. Pilos euellit oleo liquefacta: exenterata, detractis pedibus & capite, in melle ſeruatur ad eundem uſum. Et combuſtæ quoq; ſalamandræ cinerem nonnulli ſepticis & lepricis pſoricíſque medicamentis admiſcent. Lacertæ quoque paruę ſimilis eſt

*Seps. Σῆψ. Chalcis. Zignis. Σαῦρα χαλκιδική. Lacerta chalcidica.*

ſeps, quem alij chalcidem uocant, alij zignida, alij σαῦραν χαλκιδικὴν, id eſt la- 1
certam chalcidicam.

Parua quidem ſerpens, ſed qua non ulla cruentæ
Tantum mortis habet.

Color illi ſerpentis quàm τυφλίνην cecilíamue dicunt. Si equum momorderit, aut interimit, aut uehementem do- F
lorem mouet: ſi hominem, tumor primum pellucidus ac ueluti ſplendeſcens, & cum nigritia circa uulnus undique: ſequitur poſtea membri primum affecti, & totius deinde corporis putrefactio. Lacerta chalcidica in uino epota morſus ſuos ſanare traditur.

1 Chalcis dicta eſt à uirgulis, quas in dorſo habet æræi coloris: longitudinem habet octo palmorum: gignitur in Syria, Lybia & Cypro. Hæc Nicãdri interpres: uerũ quod de eius longitudine affertur, uerius fortaſſe eſt de ſepe ſerpente, de quo infra.

## De ſtellione. Cap. CX.

*Stellio. Aſcalabus. Aſcalabotes. κωλώτης. Galeotes.*

LAcertæ figura & ſtellio eſt, quem Græci aſcalabum & aſcalaboten uo-
cant: alij coloten, alij galeoten: G

Combibit os illi maculas: aptúmque colori
Nomen habet, uariis ſtellatus corpore guttis:
Inque breuem formam, ne ſit uis magna nocendi,
Contrahitur: paruáque minor menſura lacerta eſt.

Chameleonũ ſtelliones quodammodo naturam habent, rore tantum uiuentes, præterquam araneis: cum quibus pugnãt, eóſque deuorant. Cubile habet ſtellio in locis oſtiorum feneſtrarúmque, aut cameris ſepulchríſue. Temporibus ſtatis ſe condunt ſtelliones: menſibus enim quatuor frigidiſſimis latẽt in cauernis. Senectutem quoq; exuunt, ut angues: eámq; protinus deuorant, ut Theophraſtus author eſt, præripientes comitiali morbo remedia. Operæpretium eſt ſcire, quomodo præripiatur, cum exuitur mẽ- H
brana hyberna, aliàs deuoranti eam: quoniam nullum animal fraudulẽtius inuidere homini tradunt. Obſeruant cubile eius æſtatibus: eſt autem in lo-
cis oſtiorum feneſtrarúmque, aut cameris ſepulchríſue, ut dictum eſt. Ibi 2
uere incipiente fiſſis arundinibus textas opponunt caſas, quarum anguſtiis etiam gaudet, eò facilius exuens circundatum torporem: ſed eo derelicto non poteſt remeare. nihil ei remedio in commitialibus morbis præfertur epoto. Arbores ſcandit ſtellio, uel reſupinus ingrediens. Colotis ſicuti & lacertis caudas renaſci haud falſum. Colotę hoſtis aſinus eſt: dormit enim colota in eius præſepi: & narẽ ſubiens aſini, ne comedat impedit. In inſulis Thraciæ uicinis frequens eſt. Peſtiferos ferunt ſtelliones in Græcia:

at in-

A at innocuos in Sicilia: Italiæ tamen quibuſdam locis morſus eorum exitiales ſunt. Duo eorum genera: alterum ſtellionem transmarinum nominant: hunc Græci coloten uocant, & aſcaloboten, & galeoten. In Italia non naſcitur: eſt enim hic plenus lentigine, & ſtridoris acerbi, & ueſcitur: quæ omnia à noſtris ſtellionibus aliena ſunt. Si quem ſtellio momorderit, locus affectus cum dolore aſſiduo liueſcit. Stellionē diſſectum ſcorpionum plagis nōnulli impoſuere: & ſcorpio tritus ſtellionum ueneno aduerſatur: fit enim & è ſtellionibus malum medicamentum: nam cum immortuus eſt in uino, faciem eorum qui biberint lentigine obducit: ob hoc in unguēto necant eum inſidiātes pellicum formæ: remedium eſt oui luteū, & mel ac nitrum. & ſcorpionibus contrarius maxime inuicem ſtellio ttaditur, ut B uiſu quoque pauorem iis afferat, & torporem frigidi ſudoris. Itaque in oleo putrefaciūt eum, & ita uulnera eo perungunt: quidam oleo eo ſpumā argenti decoquunt ad emplaſtri genus, atque illinunt. Hydrocœlicis ſtelliones mire prodeſſe tradūtur, capite, pedibus interaneíſque demptis: reliquum corpus inaſſatum, in cibo id ſæpius datur. Comitialibus morbis ſtellionis trāſmarini cinis potus in aceto prodeſt: & tunicula ſtellionis, quam, ut dictum eſt, eodem modo ut anguis exuit, pota: quidam & ipſum arundine exenteratum inueteratúmque bibēdum dedere: alij in cibo in ligneis uerubus inaſſatum. Mirum de ſtellionis cinere (ſi uerum eſt) in linamento inuolutum, in ſiniſtra manu uenerem ſtimulare: ſi transferatur in dextrā, inhibere. Fel ſtellionum tritum in aqua muſtelas congregaredicitur.

*Stellio tranſmarinus. Colotes. Aſcalabotes. Galeotes.*

C

## De chamæleone. Cap. CXI.

CHamæleo quoque & magnitudine & figura totius corporis lacertam plane repræſentat: uel ut alij referunt, ſimilis eſt magnitudine crocodilo terreſtri, ſpinæ tantum acutiore curuatura, & caudæ amplitudine diſtans. Latera deorſum ducta uentri iunguntur, ut piſcibus: & ſpina modo piſcium eminet. Roſtrum, ut in paruo ſit, haud abſimile ſuillo: uel ut depinxit Ariſtoteles, roſtrum ſimiæ porcariæ ſimillimum. Cauda prælōga in tenuitatem deſinens, & permultis implicata in ſe orbibus, lori modo. Elatior à terra eſt quàm lacerta: inflexus crurum perinde ut lacertæ, ſed crura habet recta. Pedes ſinguli bipartito ſecantur: partéſque talem inter ſe habent D ſitum, qualem pollex ad manus reliquam partem obiectam: ſed ipſæ etiam reliquæ partes paulotenus in digitos quoſdam finduntur: uidelicet primores triplici fiſſura interius, duplici exterius: poſteriores interius duplici, exterius triplici. Vnguiculi iis adunci. Corpus aſperum totum, ut cocodilo, oculi in receſſu cauo intus recepti, prægrandes, rotundi, cute ſimili atque reliquum corpus obducti, media ſui parte perquā exigua detecti qua uideāt: quæ uidendi ſedes nunquam cute operitur, nec pupillæ motu: ſed totius oculi uerſatione in orbem, mutationéque quoquò uerſus aſpicit quæ uelit. Color uarius, & in momento mutabilis: mutat nanque ſuum colorem inflatus. Habet autem & nigrum colorem non longe diſſimilem crocodilo, & pallidum, ut lacertę, & maculis diſtinctum nigris, ut panthera. Et muta-

*Chamæleo. χαμαιλέων.*

*Paulotenus, ἐπὶ βραχύ. Solinus. Hamati ungues ſubtili aduncitate.*

*Pallidum, ὠχρόν.*

tur color ſubinde toto in corpore:reddítque ſemper quencunque attingit, E
præter rubrum candidúmque. Et oculi quoque concolores reliquo corpori redduntur: & cauda eundem colorem accipit. palleſcit cum moritur: defunctúſque eundem colorem ſeruat. Motus illi piger admodum ut teſtudini eſt. Gulam atque arteriam ſitu eodem continet, quo lacertę. pulmonem habet portione maximũ. Carnem nuſquam niſi in capite & maxil lis, & ad commiſſuram caudæ admodum exiguam poſſidet. Nec alibi ſanguinem quàm in corde & oculis, & loco à corde ſuperiore, & uenulis hinc tenden- I
tibus: uerũ nec in iis quidem ulla copia, ſed pauxillum habetur ſanguinis: & omnium ouiparorum pedeſtrium maxime inopia ſanguinis riget chamæleo. Cerebrum paulo ſuperius oculis poſitum eſt, & prope iis contiguũ.
Cute autem exteriore detracta oculis, quiddam lucens, ueluti annulus æ- F
neus tenuis, nullo palo interceptus cingit. Membranæ in omnis fere corporis partes multæ ac ualidæ, longéq; firmiores, quàm in cæteris tẽdunt. Diſſectus hic totus ſpirare præterea diu poteſt, motu admodum exiguo adhuc circa cordis ſedem extante. Et cum omnes corporis partes contrahit, tum uel maxime coſtas cogere atque adducere poteſt: lienem conſpicuum nuſquam continet. Subit cauernas & latitat hyeme more lacertorum. Nullum animal pauidius eſſe exiſtimatur, & ideo uerſicoloris eſſe demutationis. Ipſe celſus hianti ſemper ore, ſolus animalium nec cibo nec potu alitur: nec alio quàm aëris alimento. Circa caprificos ferus, innoxius alioquin. Chamæleontem gignit Africa, quanquam frequentiorem India: per omnem

*Circa caprificos, id eſt mẽſe Iulio: uide Claymõdi ſcholia in Plin.*

quoque Aſiam plurimus eſt. Impetibilis eſt coraci: à quo cum interfectus G
eſt, uictorem ſuum perimit interemptus. Nam ſi uel modicum ales ex eo ederit, ilico moritur. Sed corax habet præſidium ad medelam, natura manum porrigente. Nam cum afflictum ſe intelligit, ſumpta frõde laurea, recuperat ſanitatem. Vis eius maxima contra accipitrum genus: detrahere enim ſupra uolantem ad ſe traditur: & uoluntarium præbere lacerandũ cæteris animalibus. Sanguine chamæleontis palpebras nudari pilis creditum eſt. Hæc de quadrupedibus quarum generatio ex oũo eſt.

## De ſerpentibus. Cap. CXII.

*Serpens. Anguis, ὄφις.*

SErpentum quoque genus, omnia fere corporis membra habet lacertis I
proxima, ſi pedes iis demas, longitudinem addas: quippe quod intectũ H
cortice ſit, & prona ſupináque perinde ut lacerti habeat. Serpentum itaque genus animal eſt terreſtre, ſanguine præditum, quod pedibus ex natura caret, idémque intectum cortice eſt. Terreſtris inquam: nam exigua ſerpentum pars aquatilis eſt, ſcilicet fluminum incolæ, & quę maris indigenæ ſerpentes ſunt terreſtribus ſimiles. Senſoria omnia ſimili modo hæc atque cætera etiam animalia habent: uerbi gratia, nares olfaciendi, oculos uidendi, aures, audiendi ſenſorium: non tamen hæc eminent, quo modo ne auibus quidem, ſed foramina tantum habentur. Nec palpebram ſuperiorem mouent hæc animalia, ut ne aues quidem, ſed inferiore conniuent: quanquam non auium more nictantur: ſunt enim oculis durioribus quàm aues. De

anguibus

A anguibus Thebanis perhibent Ægyptii, quòd cornua habent: extuberat e- *Angues Thebani.*
2 nim ueluti ueſtigium cornus. Lingua ſerpentum tenuis, longa & atri colo-
ris eſt: atque ſi extrahas, porrigi longius poteſt. Peculiare hoc præter cæte-
rorum linguas, ſerpentibus & lacertis eſt, ut eorũ lingua bifida ſit, ſed præ-
cipue ſerpentium: quippe quæ tenuiſſimis quibuſdam quaſi capillamentis
diſcreta uibretur. Dentes omnibus ſerrati ſunt: ſed duo in ſuperna parte
3 dextera lęuáque longiſſimi, tenui fiſtula perforati, ut ſcorpionũ aculei, ue-
nenum infundentes. Quidam unum eſſe eum tradunt: & quia ſit aduncus,
reſupinari cum momorderit: aliqui tunc decidere eum, rurſúſque recre-
ſcere, facilem decuſſu, & ſine eo eſſe quos tractari cernamus. Lingulã, quã
ἐπιγλωττίδα uocant, arteriæ ſuperpoſitam nõ habent: ſed meatum ipſum mo-
B do contrahunt, modo laxant pro ſui commodi deſiderio: atque ita efficitur
ne quid ponderis in pulmonem delabatur. Serpentis collum proportiona-
le potius cólli uideri poteſt: ſiquidem capite & armis humeríſue pars hæc
deſcribenda eſt. Proprium ſerpentibus præ cæteris cortice intectis eſt, ut ca
put uertere in auerſum reliquo quieſcente corpore ualeant. Angues circa
Æthiopiam uolare narrantur, pennas habentes cutaneas & ſine pedibus.
Omnia étiam interna fere eadem ſerpentibus ſunt, quæ lacertis: uerum o-
mnia earum uiſcera propter longitudinem & anguſtiam corporis longa
arctáque habentur: ita ut inter ſe dignoſci præ ſuæ figuræ diſſimilitudine
uix queant: arteria nanque longa admodum eſt, atque etiam gula longior.
Arteriæ origo ori proxima eſt: adeo ut ſub ea lingua eſſe uideatur: & quidẽ
C uidetur linguæ præminere, quoniam lingua contrahitur, neque eodem lo-
co ut cęteris animalibus permanet. Speciem quoque uiſcerũ habent proli-
xam, & cæteris animalibus diſſimilem: cor enim arteriæ poſtremæ adhæ- *Arteriæ poſtremæ, ὡδὶ τοῦ φάρυγγος.*
ret exiguum, ſed longum & renum ſpeciem referens. Pulmo deinde adne-
ctitur ſimplex, fibroſis fiſtulis diuiſus, prælongus, exiguus, fungoſus, mul-
túmque à corde ſepoſitus. Iecur item longum & ſimplex: ſed lien exiguus
rotundúſque, ut lacertis. Fel ſimiliter atque in piſcibus habetur: nam præ-
ter natricem, in omnibus fere inteſtino adnexum hęret. Neque ueſicam ha
bent neque renes, ſicuti neque alia, quę ouum pariunt. Ventriculum habẽt
ſerpentes uelut inteſtinum amplius, canino ſimilem: tum inteſtinum lon-
gum, tenue, & ad exitum uſque uniforme. Serpẽtibus ueluti piſcibus te-
D ſtes deſunt & penis: ſed meatus continent binos, qui de ſepto exorti, latus
ſpinæ utrinque perreptent, coeántque ſuperne iuxta ſpinam in unum: atq;
ita ad oſtium excrementi finiant. Pleni meatus ij humoris fœtifici (θορὸν uo
cant Græci) redduntur tempore coitus: attritúque mutuo ſemen effluit ge-
nitale: candidum eodem modo quo de piſcibus dicetur. Vulua bifida ſerpẽ
tibus omnibus fere tendit prolixior, modo corporis, exorſa inferius ab uno
continua meatu, diductáque utrinque in latus ſpinæ, quaſi duplex meatus
uſque ad ſeptum: in qua oua ordinatim gignuntur, & edi inde ſolẽt. At ui-
peræ uni (quandoquidẽ animal edit, poſtquam intra ſe oua pepererit) uul-
ua ſimilis ut cartilagineis eſt. Serpentibus dorſi ſpinam piſcium more com
pleri apertum eſt: ſpinam enim in oſſium loco continent. Coſtæ ſingulis tri

cenæ. Caudæ ſerpentibus ſimiliter atque lacertis amputatæ renaſcuntur. E
Vocem quidem emittũt ſerpentes, ſed exilem, & ueluti longum ſibilum.
Megaſthenes ſcribit in India ſerpẽtes in tantam magnitudinem adoleſce-
re,ut ſolidos hauriant ceruos tauróſque.Nota eſt in Punicis bellis ad flumẽ
Bagradam à Regulo imperatore, baliſtis tormẽtíſque,ut oppidũ aliquod,
expugnata ſerpens, c x x pedum longitudinis:pellis eius maxillæq́ue uſq;
ad bellum Numãtinum durauere Romæ in templo. Mas ſerpens fœmina
minor eſt,uti in cæteris etiam ouiparis.Serpẽtum coitus complexu mutuo
ſupinarum partium agitur:& quidẽ ſerpentes ita conuolutę ſibi cohærent,
ut unius ſerpẽtis bicipitis caput totum eſſe uideatur.Pariunt oua foris, ex-
cepta uipera omnes: non ſingulatim, ſed ad monilis muliebris quod collũ
ambit ſimilitudinem:incubant,quæ pepererint in terra,& fœtum ſequen- F
te excludunt anno. Anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus à 4
multis,inquit Plinius.Serpentes cum natant,eodem modo natant quo re-
punt,hoc eſt flexuoſis impulſibus.Serpentum genus omniuorum eſt: nam
λιχνότατοι. & carnem edunt & herbam.Serpẽtes omnium maxime animalium cupe-
diæ deditę ſunt:ſed deſiderium iis bibendi exiguum, ſicuti & reliquis,qui-
bus pulmo fungoſus eſt. Vini incontinẽtes ſunt ſerpentes: proinde uiperas
aliqui uino in fictilibus uaſis ad ſepes diſpoſito uenãtur: ebriæ enim capiũ-
tur,cum alioqui exiguo indigeãt potu,ut diximus.eędem minimo & pene
nullo cibo cũ adſeruantur incluſæ: ſed cum ſerpentes carniuoræ ſint, quic-
quid ceperint, ſucco exucto intus in uentre(non foris quemadmodum a-
ranei)reliquum totum per meatum ſui ſeceſſus emittunt.Accipit ſerpens G
undelibet quod datur,ſiue auis ſiue belua eſt.oua etiam deuorat:ſed cũ ac-
cepit,reducit,& uſque eo retractat,quoad partem nactus extremam è dire
cto conſtituat:tum colligit ſe,in breuéque contrahit,ut quod ori inditum
ſupra eſt,in imum extento corpore facilius deducatur: quod propterea ita
facit,quia gulam anguſtam habet & longã. Diu etiam ſerpentes uiuere poſ
ſunt ſine cibo. Condũtur ſerpentes hyeme ſub terra aut ſaxis aut in arborũ
ſaxorúmue cauis: & omnes ſeceſſus tempore, ueneno orbę dormiunt. Se-
nectutem exuunt ſerpentes,tum uere poſt latibula cum egrediuntur, tum
etiã autumno. Cum ſerpens exuere incipit,ab oculis primum detrahi aiũt,
ita ut obcæcari uideatur iis,qui rem non intelligunt.tũ caput exuitur: gla-
brum enim hoc omnium,antequã reliquum corpus apparet: atq; una fere H
nocte & die ſenectus tota exuitur,à capite orſa ad caudam : ciúſque quod
exuitur,quod internum erat fit externum.Serpentium frigori hedera gra-
tiſſima eſt,ut mirũ ſit illã in honore habitã: contrà,fraxinus adeo ſerpentẽ
fugat, ut ne matutinas quidẽ occidentéſue umbras, quanuis ſint longiſſi-
mæ,ſerpens arboris eius attingat. Experta prodimus,inquit Plinius, ſi frõ-
de ea gyro claudatur ignis & ſerpens,in ignes potius quàm in fraxinum fu
gere ſerpentem. Serpẽtes omnes natura frigidæ ſunt:ac proinde in æſtuo-
ſis locis fiunt grandiores:ubi & aliquanto magis peſtiferæ gignũtur. at Ita-
lia frigidioréſque regiones,hac quoque parte ſalubritatem habẽt,quòd mi
nus terribiles angues edunt.uenenorum ſimiliter maxima pars frigore in-
terimit,

A terimit, tam ictu quàm potu. Sunt tamen & uenenata nonnulla, quæ morſu ardorem inferant. nec aliud uenenum eſſe quàm fel ſerpentium diligentiſſimi quidam authores ſcribunt. Venenum autem anguium magis minúsue pernicioſum ex eorum paſtu euadit: id quod maxime manifeſtũ eſt ex uiperis, quæ in Arabia inter balſami frutices, & ex earundem lachryma uiuunt: morſum nanque eorum minime timent ij qui balſamum colligũt: nullum etenim ueneni periculum affert. Quibuſdam in locis ſerpentes indigenis innoxij ſunt, aduenas interimũt. In Syria nanque angues circa Euphratis maxime ripas dormientes, Syros non attingunt: aut etiamſi calcati momordere, non ſentiunt maleficia: alios cuiuſque gẽtis infeſti auide & cum cruciatu exanimantes. In ſerpentum genere omnia magis exitialia, ſi

*Venenum anguium.*

B ſuum genus edêre, antequam noceant. Illud præterea ignorare non oportet, omnis ſerpentis ictum, & ieiuni & ieiuno magis nocere: ideóque pernicioſiſſimæ ſunt cum incubant: utiliſſimúmque eſt, ubi ex anguibus metus eſt, non ante progredi, quàm quis aliquid aſſumpſit. Venenum ſerpẽtis (ut quædam item uenatoria uenenata quibus Galli præcipue utuntur) nõ guſtu ſed uulnere nocẽt. nam ſeps, quæ & lacerta Chalcidica dicitur, in uino pota, morſus ſuos ſanat. Quidam & uiperis utuntur in cibis. Et hominibus contra ſerpentes ineſt uenenum: feruntque ictas ſaliua ut feruentis aquæ contactum fugere: quòd ſi in fauces penetrauerit, etiã mori: idq; maxime humani ieiuni oris. Nihil autem æque aduerſari ſerpentibus ferunt, quàm cancros: ſuéſque percuſſas, hoc pabulo ſibi mederi: cum ſol ſit in can

C cro, torqueri ſerpentes. Anguibus in cibo ſumptis anguillarũ modo lendes tolluntur: aut uernatione earũ quam exuunt pota. Anguis inueterati ſuffitus menſtrua adiuuant. Membrana ſiue ſenectus anguium uernatione exuta in uino decocta, dolores aurium ſanat infuſa: & dentium dolores, ſi colluantur. Additur & in ocularia medicamẽta, præſertim uiperina. Senectus ſerpentium feruente teſta uſta inſtillatur, roſaceo admixto contra omnia quidem aurium uitia efficax, ſed contra graueolentiam præcipue: aut ſi purulentæ ſunt, ex aceto: melius cum felle caprino uel bubulo aut teſtudinis marinę. uetuſtior anno eadem membrana non prodeſt, nec imbre perfuſa, ut aliqui putant. Dentium dolores ſedat anguinæ uernationis mẽbrana cum oleo tædæque reſina calefacta, & auri alterutri infuſa. adiiciunt

D aliqui thus & roſaceum: eadémque cauis indita, ut ſine moleſtia cadant, præſtat. Phthiriaſin à toto corpore pota membrana ſenectutis anguium triduo inhibet. Anguium ſenectus adalligata lumbis faciliores partus facit: protinus à puerperio remouenda. Dant & in uino bibendam cum thure: aliter ſumpta abortum facit. ad canis rabidi morſum cum cancro maſculo trita illinitur: nam etiam per ſe repoſita in arcis armariíſque tineas necat. claritatem oculorum facit, ſi affricetur. Anguium adeps æругini mixtus, ruptas oculorum partes ſanat. Quoddam eſt ouorum genus in magna Galliarum fama omiſſum à Græcis: angues innumeri æſtate conuoluti ſaliuis faucium, corporúmque ſpumis artifici complexu glomerantur, anguium appellatur. Vidi equidem ouum, inquit Plinius, mali orbiculati

*Anguiũ, aliàs anguinum.*

R

modici magnitudine. ad uictorias litium, ac regum aditus mire laudatur à magis. E

*Viſæ iam etiã ſerpẽtes, inquit Plinius, anſerinis pedibus.*

*Non corticẽ, ſed cutẽ purã habere ſerpentes tradit Plin.*

*Ἑρπετά. Ἑρπυστικά. Ἕρποντα. Βαδίζοντα. Serpens. ὄφις, anguis.*

1 Serpentis nomen Latinis (ni fallor) nonnunquam ſignificat terreſtre animalculum omne, quod ſe non attollit ingreſſu, ſed humi repit, etiamſi quadrupes eſt, ut ſeps, ſalamandra: uel etiã multipes, ut ſcorpio, ſcolopendra: præſertim ſi aut morſu aut ictu uenenum inferat. Plinius enim ſalamandram ſerpentem uocat: & ſepa quoque, id eſt lacertam Chalcidicam. Cornelius Celſus ſcorpionem, araneum & phalangium inter ſerpentes numerat: (quanquam, ut Solino placet, ſcorpiones, ſcinci, lacertíque, uermibus, non ſerpentibus adſcribuntur.) Lucannus de ſepe, parua modo ſerpens, dixit. Ἑρπυστικὰ & ἑρπετὰ quoque, non ea ſolum quæ ſerpẽtum more repunt, ſignificant, ſed & alia quoque: ut quadrupedes paruas, quæ apud Ariſtotelem unguibus numeroſioribus apprehendendo (quod fit quinis digitis, quos in poſterioribus pedibus obtinẽt) facilius obrepunt ad ſuperiora. Ἕρποντα καὶ βαδίζοντα diſtinxit Galenus: nam ἕρπειν proprie de ſerpentibus dicitur & uermibus, quibus pedes deſunt: improprie etiam de pedeſtribus omnibus quæ tardius repunt. Hæc Theocriti interpres. Et diuus Baſilius ἑρπετὰ natatilia omnia uocauit, ut piſces, & alia quæ in aquis uictitant. Serpens nonnunquam unam ſpeciem ſignificat. Plin. lib. 29 ſerpentis oculorum dextrum adalligatum contra epiphoras prodeſſe, ſi ſerpens uiua dimittatur. Nec aliter apud Grẹcos ὄφις pro una ſpecie, ſcilicet uipera accipitur: ut apud Oppianum de murenæ & ſerpentis coitu, id eſt uiperæ. Anguis generale non minus eſt, quàm ſerpens, ut apud Celſum lib. 5. Serpentium quoque morſus nõ nimium diſtantem curationem deſiderant. quanuis in ea multum antiqui uariarunt, ut in ſingula genera anguium ſingula medẽdi genera præciperent: atque aliis alia. Item illud ignorari non oportet, omnis ſerpentis ictum & ieiuni & ieiuno magis nocere: utiliſſimúmque eſt, ubi ex anguibus metus eſt, non ante progredi, quàm quis aliquid aſſumpſit. Et aliàs frequenter anguis unã etiam ſpeciem ſignificat, ut apud Plin. lib. 29 cap. 4. 2 Tenuiſſima ſerpentibus lingua, inquit Plinius, & triſulca, uibrans, atri coloris, & ſi extrahas, prælonga. 3 Serrati καρχαρόδοντες, uetus interpres acuti, diuiſi, coniuncti ſecundum ſerram. 4 Anguem, Plutarchus in Cleomene: & Ouid. lib. 15 metamorph. eadem tradunt. Ouid. F G

Sunt qui cum clauſo putrefacta eſt ſpina ſepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

## De hydro, & aliis quibuſdam ſerpẽtibus aquatilibus. Cap. CXIII.

*Hydrus. Natrix. Cherſydrus.*

IN orbe terrarum pulcherrimũ anguium genus eſt, quod in aqua uiuit: hydri uocantur, nullis ſerpentium inferiores ueneno. Genus hoc nomen etiam cherſydri compoſitum inde ſortitum eſt, quòd primũ in aquoſis locis degit, poſtea aridiora petit: quo etiam tempore uenenum illi nocentius ineſt: ut quod ſyncerius iam uenenum ſit, minúſque alienis admixtum ſuccis, ac proinde atrocius redditur magíſq; noxium: uerum in humore dum uiuit, non adeo purum habet uenenum: ex humidiore nanque uictu alienis temperatur ſuccis. Calabria cherſydris frequentiſſima eſt: uti & Vergilius explicat: H

Eſt etiam ille malus Calabris in ſaltibus anguis
Squamea conuoluens ſublato pectore terga,
Atque no tis longam maculoſus grandibus aluum:
Qui dum amnes ulli rumpuntur fontibus, & dum
Vere madunt udo terræ ac pluuialibus auſtris,
Stagna colit: ripíſque habitans hic piſcibus atram

Impro-

A Improbus ingluuiem, raníſque loquacibus explet. *In paludibus,*
Poſtquam exhauſta palus, terręq; ardore dehiſcunt, *Nicander in Ther.*
Exilit in ſiccum & flammantia lumina torquens, *Ex Nicand.*
Sęuit agris, aſpérque ſiti, atque exterritus æſtu.
1 Forma ſimilis eſt aſpidi cherſææ paruæ, niſi quòd ceruicem non ita latã ha- *Hydra.*
bet: qua in re maxime ab iis differre uidentur aſpides. Huius iecori fel ad-
nexum eſt, cum in cæteris ſerpentibus inteſtino magna ex parte adhæreat.
Ex hydri morſu factum ulcus dilatatur, liueſcénſque ſubinde augetur: ni-
gráque ex eo ſanies copioſa maléque olens, ceu ex ulcere depaſcẽte manat.
Hydri iecur ſeruatum, aduerſus percuſſos ab iis auxilium eſt: quod & bibi
2 iubent ad calculos pellendos. Enhydris uocatur à Græcis coluber in aquis *Enhydris.*
B uiuens: eſt autẽ ſerpẽs maſculus albus. De colubro uero ita cecinit Vergil. *Coluber.*
Eſt tecto aſſuetus coluber ſuccedere & umbræ.
Peſtis acerba boum, pecoríque aſpergere uirus.
Fouet humum: cape ſaxa manu, cape robora paſtor: *Aliàs, fodit humum.*
Tollentémque minas, & ſibila colla tumentem
Deiice. iámque fuga timidum caput addidit alte:
Cum medij nexus, extremæque agmina caudæ
Soluuntur, tardóſque trahit ſinus ultimus orbes.
Coluber, inquit Plinius, eſt in aqua uiuens. huius adipem & fel habẽtes qui
crocodilos uenentur, mire adiuuari produntur, nihil contrà belua audẽte.
Enterocelæ iecur aquatici colubri illinitur enhydris (qui ut dictũ iam eſt,
C uocatur Græcis coluber in aquis uiuens.) Huius inquam quatuor dentium
ſuperioribus in dolore ſuperiorum gingiuas ſcarificãt, inferiorum inferio-
3 ribus: aliqui canino tantum contenti ſunt. Sunt & hydri marini, qui circa *Hydri marini,*
inſulas quaſdam Indiæ egrediuntur in terram, uicenûm cubitorum longi-
tudine. Sed ſerpentum marinorum genera cõplura ſunt, colore numeroſę *Serpens marinus.*
uarietatis. naſci eos non in altiſſimis gurgitibus certum eſt. Eſt ſerpens ma *ὄφις θαλάττιος.*
4 rina colore & corpore congro proxima, ſed obſcurior & acrior. Hec ſi ti-
5 meat atque piſcatores euadat, in arenam roſtro quamprimum adacto te-
rebrat ſubítque tota. Eſt ore acutiore hæc quàm terreſtres. Myronẽ piſcem *Myron.*
eundẽ eſſe cum marino ſerpente uolũt nonnulli: cuius alteruter oculus eru
tus pro amuleto geſtatur aduerſus oculorum uitia, quem oportet uiuum
D dimittere: alioqui fruſtra geritur amuletum: atque tũ deinde piſci alterum
renaſci oculum loco eruti aiunt. Sunt etiã maris indigenæ ſerpentes terre- *Vetus Ariſtotelis interpres ita habet, Niſi quòd caput & eis aſperũ atq; duriſſimum.*
ſtribus ſimiles, niſi quòd caput habeant congri. Inter aquatiles numeratur
& ſerpens quidam paruus, colore atro, oculis ſanguineis, cuius caput draco
nis formam imitatur. circa mare rubrum naſcitur, ut refert Arrianus. Hy-
dri quoque nomine à nõnullis appellatur dryinus: ab aliis chelydrus. In hu
midis paludoſiſq; locis, in quercuum ac fagorũ radicibus fere latibula ha- *Dryinus.*
bet: & in pratis ranas uenatur & molaridas, in Helleſponto frequens. Eſt *Chelydrus. Hydrus.*
autem dryinus ſerpens duorum circiter cubitorum longitudine, corpore
obeſo, aſperrimis ſquamis undique munito: in quibus latitant muſcæ quę-
dam paruulæ quæ ſerpentem conficiunt. colore in tergo ſubatro eſt: capi-

*Lucan⁹ lib. 9. Tractique uia fumante chelydri. Virgil. 3. Georg. Agitare graues nidore chelydros.*

te minime acuto: ſed æqualiter latiuſculo, hydro ſimiliter: odore tetro, adeo ut fœtor latentem prodat. Eſt autem odor, qualem reddere ſolent præſegmina tergorum equinorum humentia, cum à coriariis abraduntur. Eſt uero dryinus ſerpēs pernitioſus adeo, ut refert Galenus, ut ſi quis eam calcauerit (ut aiunt) cutis illi à pedibus excorietur, tota crura maiorem in modum intumeſcant: & quod magis mirum eſt, manus quoque curantium medicorum excorientur. Si quis autem aggrediatur dryinum interficere, olfactum adeo illi corrumpi aiunt, ut quemlibet odorem quanuis etiam gratiſſimū, prauum eſſe exiſtimet: nec aliud præterea olfactu ſentire queat. Sequuntur dryini morſum graues dolores: & in ipſo morſus loco inſurgunt puſtulæ: nonnunquam & aquoſus effluit humor: cordis dolor, qui καρδιωγμὸς uocatur, atque tormina. E

*Serpentes bicipites.*

In flumine nomine Arcade, quod ad Perſicam Pſittacen eſt, bicipites ſerpentes Cteſias narrat binis pedibus ad caudam præditas eſſe: eaſdémque capite albas, reliquo corpore nigras: quatuor cubitorum longitudinem habere: & quos percuſſerint interimere: interdiu eas haud quaquam natare ſolere, ſed noctu uel aquantibus, uel lintea lauantibus perniciem inferre. F

*Hydra.*

1 Forma, Huius generis, ſed ingenti magnitudine erat hydra ab Hercule in Lerna confecta: quam primus omnium Periāder, & hunc ſecuti poëtarum turba monſtrum multorum capitum effinxerūt. Ex Pauſania. 2 Colubri nomine etiam pro genere abutuntur: fœmina colubra dicitur.

*γραῖαι. Ophydion.*

3 Hydri aquatiles ſunt & quæ γραῖαι dicuntur apud Arrianum in rubri maris nauigatione. 4 Ophidion Plinio piſciculus eſt congro ſimilis, uel, ut alia habet litera, ſcombro ſimilis: urinæ incontinentiā cum lilij radice emendat. 5 Hæc ſi, Theodorus: Hæc ſi capta dimittatur foris, &c. Hæc fere de dracone marino piſce à Plinio narrantur. G

## De ſerpentibus terreſtribus, & primo de aſpidum generibus. Cap. CXIIII.

*Aſpis.*

Aspis in Africa gignitur: cherſydro non diſſimilis eſt: hoc enim inſigne ſolum præ illis poſſident aſpides, quòd ceruicem latam tumidámue habent: ſimilis alioqui cherſydrus eſt aſpidi cherſææ paruæ, ut modo diximus. Eſt uero aſpidum color uarius: ſunt aliæ flauæ aut ſubuirides, aliæ coloris cinerei, aliæ ſubatri fuliginoſiue.

*Subatri fuliginoſiue, αἰθαλοιωσα.*

In fronte circa ſupercilia extant duo ueluti calloſa tubercula cornuum inſtar, quibus efficitur ut oculi caui appareant: quos & hebetes huic malo dedit natura: eóſque non in fronte, aut ex aduerſo cernere, ſed in temporibus: eoſdémq; ſemper fere quaſi ſomno conniuentes: & excitatur ſæpius auditu quàm uiſu. H Dentes fœminis prominent quaterni incurui: maribus bini. Sub lingua cuticula inuenitur, quę dentes etiam operit. Non obliquo ut ceraſtes, ſed recto inceſſu ſerpit.

*Aliàs coniuge.*

Coniuga ferme uagantur, nec niſi cum compare uita eſt. Itaque alterutra interempta, incredibilis alteri ultionis cura: perſequitur interfectorem, unúmque eum in quantolibet populi agmine notitia quadam infeſtat. Perrumpit omnes difficultates, permeat ſpatia: nec niſi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Longitudo quibuſdam orgiæ eſt, id eſt pedum ſenûm: magnitudo uero, quanta eſt uenabuli, quo ad tauros leonéſque conficiendos uti I ſolent.

A ſolent. Alterum genus (quidam enim duo ſtatuunt aſpidum genera) ϖι-
θαμιαῖον, id eſt dodrantale eſt. hoc celerius interficit. Verum, ut aliis placet,
aſpidum tres ſunt ſpecies: quædam chelidoniæ uocãtur, aliæ cherſææ, id eſt *Aſpis cheli-*
terreſtres, aliæ ptyades. Chelidoniæ circa fluuiorum ripas, præcipue Nili, la *donia.*
tent: unius cubiti longitudinem paulo ſuperant, & colorem habent hirun-
dini ſimilem. Cherſææ maiores ſunt: inueniuntur enim nonnunquam quę *Aſpis cher-*
quinque cubitorum longitudinem æquent, colore fere cinereo: quãquam *ſæa.*
& ſubuirides aliquando reperiantur. Ptyades omnium maximæ ſunt, co- *Ptyas.*
lore & ipſæ cinereo ſubuiridante, & qui aurum imitetur. omnium perni-
cioſiſſima ptyas eſt: quæ collo exporrecto, ueluti ratione quadam loci in-
teruallum coniectans, uenenum expuit uel in hominum oculos, & aliorũ
B quorumlibet animalium corpora. Aſpidis morſus (ſigna enim fere cõmu-
nia ſunt iis quos aſpis momorderit) nullum affert dolorẽ, neque phlegmo-
nem excitat: ſed animal quodcunque momorderit (uno ichneumone exce
2 pto) torpore & ſomno interficit, omnium ſerpentium ictu minime ſana-
bili. Mors autem intra tertiam diei partem accidit: ex cherſææ quidẽ mor-
ſu, tribus ad ſummum horis: ex chelidoniæ uero ictu, præſentiſſima mors
& ad manum eſt. At iis qui à ptyade conſpuuntur, tardius paulo: præcedit
nanque uiſus hebetudo, faciei tumor, ſurditas, & deinde ſequitur mors.
3 Quin & aliæ ſunt aſpidum ſpecies, uerum diſparis effectus ad nocendum:
aliarum uirus quoniam medelas facilius admittit, minus famæ meretur.
Cunctarer in proferendo ex his remedia, inquit Plinius, niſi M. Varronem
C ſcirem LXXXVIII uitæ anno prodidiſſe, aſpidum ictus efficaciſſime cura-
ri hauſta à percuſſis ipſorum urina. Venenum earum, ſi ſanguinem attin-
git, aut recens uulnus, ſtatim interimit: inueteratum ulcus tardius. De cæ-
tero potum, quantalibet copia non nocet: non enim eſt tabifica uis. Ita-
que occiſa morſu eorum animalia cibis innoxia ſunt. Membrana aſpidis
quam exuerit cum adipe eiuſdem, iumentorum oculis claritatem inun-
ctis facit.

1 Ægyptij aſpides quatuor cubitorum longitudine nonnunquam apparuiſſe fe-
runt. Ælianus. 2 Aſpida ſomniferam, dixit Lucanus. Solinus uni aſpidis ſpeciei *Hypnale.*
hoc tribuit, hypnali ſcilicet, quòd ſomno necat, teſte etiam Cleopatra. emitur ad mor-
tem: quanquam Cleopatræ mors, ſi aliis credimus, ptyadi potius debetur: niſi fortaſſe
D eadem ſit ptyas, quæ hypnale: aut hypnale genus ſit ad hæc tria: quod lectoris iudicio
relinquimus. 3 Aſpis anguis, inquit Ariſtoteles, ex quo medicamẽtum putrificum
illud componunt, in Africa gignitur, cuius ictui nullum remedium eſt.

## De uipera, dipſade, ceraſte, & hammodyte. Cap. CXV.

1 VIpera mas echis, fœmina echidna uocatur: colore eſt ſubflauo, pluri- *Vipera.*
bus ornata maculis rotundis, longitudine cubitali: nonnunquam ue- Ἔχις.
2 ro trium dodrantium. In Aſia certe orgyæ longitudinem æquant, id eſt ſe- Ἐχίδνα.
num pedum. Sunt in India, authore Strabone, quę nouem cubitos ſuperẽt. *Dodrantium.*
Caudam habet fœmina excarnem, & ſquamis duriuſculis aſperam, nõ pau παλαισῶν, ϖι-
latim gracileſcentem ut mas, ſed ſimul uniuerſim acceruatímue. Caput ge- θαμῶν.
rit latiuſculum, oculos ſubrufos, collum quàm ſit mari anguſtius, aluum

prominulam, meatum ad caudæ extrema propius accedentem. Inceſſus il- E
li quietus & tardior. Dentes uiperæ gingiuis conduntur: ſed qui canini uo-
cantur dentes, fœminis quaterni, & uulnera ex illius morſu infliguntur
quaterna. At contra mari caput anguſtius, collũ craſſius, dentes canini tan-
tum bini, & uulnera ex plaga, bina. Oculi, cum irritatur, rubicundi. paula-
tim huic graciléſcit cauda, aliorum more ſerpentium, non aceruatim, ut in
uipera fœmina. Meatus ille, ſuperne magis, & uentri propinquior eſt. Cor-
pus illi uniuerſum tenuius, & modo quodã procerius, & inceſſus alacrior.
Color idem qui fœminæ. uiperæ uulua ſimilis, ut in piſcibus cartilagineis
eſt. Cum cætera ſerpentum omnia genera oua edant in lucem, uipera è ſer
pentibus una foras animal uiuum in lucem edit, cum intra ſe ouum prius
peperit piſcium ouis ſimile, hoc eſt unius coloris, nec cortice ullo, ſed mol- F
li cuticula opertum: parit inquam catulos, in utero antea excluſos, & parit
eos obuolutos membranis, quæ tertia die rumpantur. Euenit interdum, ut
qui in utero adhuc ſunt, abroſis membranis erumpant. Parit autem ſigil- 3
latim uno die plures quàm uiginti. Nec nos lateat quoſdam de uiperarum

*Hæc & à Galeno referũtur ex Nicãdro in lib. De Theriaca ad Piſonẽ.*

*Vide ne mẽdoſa ſint exẽplaria Pliniana in hoc loco.*

*Hæc fere ex Dioſcoride, Alia ex Paulo colligas licet & Aetio.*

coitu ac partu aliter ſentire. Vipera, inquiunt, mas in coitu caput inſerit in
os fœminæ, quod illa abrodit uoluptatis dulcedine: appetente deinde par-
tus tempore, fœtus tarditatis impatientes, erodunt latera, occiſa parente.
Cum cæteræ ſerpentes cauernas ſubeant terræ, uiperæ tamen ſub ſaxis con
duntur hyeme. Ita Ariſtoteles: contra Plinius. Serpentium uipera ſola ter-
ra dicitur condi, cæteræ arborum aut ſaxorum cauis. Vipera ſenectutem
exuit (ut alij ſerpentes) tam uere quàm autumno. Ex uiperæ morſu à uul- G
nere ſanies primum effluit ſubpinguis oleoſáue, deinde cruenta: inſurgũt
& puſtulæ, ambuſtis ſimiles: ſequitur poſtea ulcus quod uicinas omnes par
tes depaſcitur, non in ſumma cute ſolum, ſed altius in carnem deſcendit.
Sanguinolentæ fiunt & gingiuæ: & iecur phlegmone tentatur. Tormina
præterea accedunt, & uomitiones bilioſæ. Ad hæc tremor, & ſopor, & uri-
næ difficultates, ſudórque frigidus: mors poſtremo intra horas ſeptem im-
minet, aut cum diutiſſime (in iis qui non euadunt) die tertia. Quidam ta 4
men uiperis utuntur in cibis, ut modo diximus. Primum omnium occiſæ
ſtatim ſalem in os addi iubent, donec liqueſcat humor: quatuor digitorum
menſura (ſi prægrandis fuerit) utrinque præciſa, exemptíſque interaneis
diſcoquunt in aqua, condientes ſicuti anguillas, oleo, ſale, anetho, & porro: H
& omnibus aut ſtatim ueſcuntur, aut pane colligunt, ut ſępius utantur. Vi-
perarum carnes, inquit Galenus, cum in anguillarum morem cõdiuntur,
excalfaciunt palam, deſiccántque, & corpus totum per cutim euacuant. Vi
perinæ carnes, ait Dioſcorides, ſi coctæ edantur, claritatem oculis afferunt:
neruorum uitiis auxiliantur: creſcentes reprimunt ſtrumas. Adiiciunt nõ-
nulli longam fore ſenectutem iis qui earum carne in cibo utuntur. Carni-
bus hiſce ueſcentibus, pediculos procreari tradunt quidã, quod plane à ue-
ritate abhorret, inquit Dioſcorides. Sal ex iis ad eadem conficitur, ſed inef
ficacior. Antonius Muſa medicus cum incidiſſet in inſanabilia ulcera, ui-
peras edendas dabat, miráque celeritate perſanabat. Viperam uiuam in fi-
ctili

A ctili nouo comburere addito fœniculi ſucco ad cyathum unum & thuris
manna una,atque ita ſuffuſionem oculorum,& caligines inungere utiliſſi-
mum eſt:echion uocatur hoc medicamentũ.Fiunt & ex uipera paſtilli qui *Echion.*
theriaci uocantur,quibus ad multa medicamenta utũtur. Viperę caput ari
5 dum aſſeruatum & combuſtum,igni ſacro medetur.pellium uiperinarum
cinis alopecias celerrime explet. Dipſas(ut quibuſdã placet)ſpecies uiperæ *Dipſas.*
eſt in maritimis locis,aut aliàs ſalſuginoſis reperta: ut aliis uero, non eiuſ- *Solinus aſpidis*
dem omnino generis,ſed ſpecie ſimilis eſt uiperæ paruæ. Eſt enim quàm *ſpeciẽ eſſe uult.*
mas uipera,minor,cauda gracili & nigra:at reliquo corpore albicante, ma
culis partim rufeſcentibus,partim nigris uariegato.Et in cauda quoque li-
6 neas habet duas nigras:magnitudine cubitali,inquit Aëtius,ex craſſa in te-
B nuem deſinens, capite quàm uipera anguſtiore.Morſum eius ſequitur in-
ternarum partium ardor intolerabilis, ſitis inexplebilis & interficiens: a-
deo ut quantumuis potus exhibeatur, nihilo magis ſedetur ſitis: cum ta-
men neque urina aut uomitu, aut ſudore quicquam excernatur: pre- *Preſter, πρηστὴρ, cauſos,*
ſter à nonnullis uocatur: ab aliis cauſos aut melanurus, aut ammoatis,aut *melanurus,*
7 centris dicitur uel centrine. Eſt uero preſter ſerpens (ut uidetur) alius. *ammoatis.*
Hic ſi quem percuſſerit,diſtenditur,enormíque corpulentia necatur extu- *Cẽtris uel centrine.*
beratus. Ceraſtes quoque ex agnita uipera facile cognoſcitur: corpore e- *Preſter.*
nim non admodum diſſimili eſt: ſed cornua habet (unde illi nomen) bina: *Ceraſtes,*
uel,ut alij tradunt,quadrigemina:id eſt extantia quædam corniculis ſimi- *κεράστης.*
lia,quæ uiperis deſunt.Longitudo illi cubitalis, nonnunquam & cubitorũ
C binûm.Color arenæ ſimilis: cauda ſquamis hirta:ſquamæ uero & ſub aluo *Cauda ſquamoſa reddit Hermolaus.*
in ordinem quendam conditæ: quo fit ut ſonitum ſibilo non diſſimilem
ſerpendo edat.non recta incedit,ſed oblique, & in alterum potius latus in-
clinata,in nauiculæ modum quæ uenti uiolentia in alterum latus inclina-
tur.in arena aut rotarum orbitis fere deliteſcit.Corniculorum illorũ oſten
tatione ueluti eſca ilice, ſolicitatas aues perimit. Nam reliqua corporis de
induſtria arenis tegit: nec ullum indicium ſui præbet, niſi ex ea parte qua
inuitatis dolo paſtibus,necem præpetũ aucupetur. In iis quos ceraſtes mo-
mordit,tumeſcit locus una cum duritie & puſtulis: uaria è uulnere effluit *Sunt & alia ſigna apud Aëtium.*
ſanies,quandoque atra,quandoque uero ſubpallida.Genitale tenditur:ac-
cedit ad hæc delirium: caligant oculi, & à conuulſione tandem ſequitur
D mors. Hammodytes uiperæ fere ſimilis eſt,ſerpens cubitalis longitudinis. *Hammodytes*
Color illi non ſufflauus,ut uiperæ,ſed arenæ concolor eſt, & maculis qui- *ἀμμοδύτης.*
buſdam nigris inſignitus.Maxillæ item quàm ſint uiperæ latiores. Cauda
ſuperiore ſui parte fiſſa & prædura,unde & cercrias illi nomen.Serpẽtis hu *Cercrias.*
ius ictum maxima ex parte feſtina ſequitur mors.Qui uero nõ ſtatim per- *Cenchrias.*
eunt,iis à uulnere ſanguis primum effluit:deinde ſanies, ſequitur poſtea ca *Cercrias nõ cẽchrias legendũ*
pitis grauitas & animi deliquium. Qui autem uehementius ueneno infe- *cẽſet Hermolaus.*
ſtantur,triduo moriuntur:quanquam aliqui uel ad diem uſque ſeptimum
perdurauerint.Citius pereunt,quos fœmina momorderit.

1 Ἔχιν Oppianus in fœminino quoque genere protulit,aſpidem ſignificans: & ἔχιν
pro fœmina dixit Ariſtoteles. 2 Rotundis, τροχοειδῶν potius quàm τροχωδῶν legit

hîc Hermolaus apud Aëtium. 3 Sigillatim, id eſt non binos aut ternos, ſed unũ poſt alterum. & ſi Plinius, & illum ſecutus Theodorus hunc Ariſtotelis locum aliter reddant, quòd ſingulos diebus ſingulis parit. Ex Leoniceno De ſerpentibus. 4 Viperæ quomodo condiantur ad eſum, docent Plin. lib. 29, & Galen. lib. 11 de ſimp. medic. & Dioſcorid. lib. 2. 5 Theriaci, Horum compoſitionem uideas apud Galenum lib. 1 antidot. & Plinium lib. 29 cap. 4 & 6, & Aëtium & Paulum. 6 Nicandri interpres caput latum eſſe dipſadi ait, & collũ amplũ. Exemplo eſt Aulus Iuuenis apud Lucanum, quem dipſas momorderat. 7 Centris uel centrine uocatur, quòd roſtrum eius in acutum tendat, ut centro, id eſt ſtimulo non ſit diſſimile. Huius exemplũ præclarum eſt apud Lucanum, Narſidius à preſtere percuſſus. E

## De hæmorrho, ſepedone, ſepe, cenchri & cenchrite. Cap. CXVI.

*Hæmorrhus. Hæmorrhois.*

HÆmorrhi quoque color arenę ſimilis eſt, quandoque obſcurior: non- F
nunquam uero ſplendeſcens magis. Et inceſſus ceraſte ſimiliter obli- 1
quus. Longitudo pedalis: craſſitudo uero eius à capite ad extremam uſque caudam paulatim in tenuitatem deſcendit. Caput habet aſperum horridúmque: oculos ſimiles locuſtarum generi, quæ πάρνωπες dicuntur. Supra oculos bina ueluti cornua: collum anguſtum, caudam ab umbilico gracileſcentem. Meatum excrementi mas habet ſuperne ad uentrem: fœmina inferne ad caudam. corpus uniuerſum maculis ornatum, partim candidis, partim uero nigris. dum ſerpit, ob ſquamarum aſperitatem ſtrepitum edit haud magnum, quaſi per arundinum aceruum tranſiret. in petrarum cauernis fere degit. Hæmorrhus mas eſt, hæmorrhois fœmina. Ab effectu nomen habet: à morſu nanque eius interit homo præ copioſo ſanguinis pro- G
fluuio, tum ex ore tum è naribus, tum etiam ex uniuerſo corpore. Si qua uero corporis parte obducta iam olim cicatrix aliqua fuerit, ſanguis ex ea denuo erumpit. Alui quoque excrementa ſanguinolenta egerũtur. Quin & ex pulmone ſanguis tuſſi expuitur, & mors certa cum uomitu ſequitur. Hæmorrho ſimili forma eſt ſepedon, ſed greſſu celeriori: neque cornua ha-
bet ulla. Color illi coccineus: caput prægraue: cauda quanuis ſit prolixior, 2
breuis tamen apparet, eo quòd dum ſerpit tãtopere per anfractus torqueatur. A ſepedone percuſſo, undique defluunt pili, & ex capite & ſuperciliis palpebríſque. Sequitur deinde per totum corpus uitiligo atque leuce. Seps anguis longitudinem habet cubitorum binûm, capite lato, ore exacuto, to-
to corpore ex craſſo in tenuius deſcendente, multis albis maculis uariega- H
to, inceſſu recto tardóque. Seps colorem in eorum quæ contingit ſimilitudinem immutat. Eius imos quatuor dentes tuniculæ quædam occultant. Si quem ſeps momorderit, ex uulnere (quod manifeſto apparet) ſanguis primum excernitur, ſanies deinde fœtens: intumeſcit autem locus cum dolore quodam mitiore. Et membrum putreſcit iam, & colorem recipit album: toti denique corpori & color ineſt qualis uitiligine affectis: & pili undique defluunt: biduóque aut certe triduo ſequitur mors. Seps, ut Pauſanias ſcribit, anguis eſt minimæ uiperæ magnitudine æqualis: maculis ex interuallis quibuſdam uarius, capite lato, ceruice anguſta, uentre maiori, cauda breui, inceſſu obliquo, cancri in morem: id quod illi cum ceraſte

*Alia quoq; ſigna legito apud Aëtium.*

*Σηπηδών.*

*Seps, Σήψ.*

*An idẽ ſit ſerpens cũ ſepedone conſidera lector.*

*Seps.*

A raſte commune eſt. At contrà in obliquum non niſi tardiſſime mouetur, cum aliàs uelociſſime:

*κέγχρις, Cenchris, uel Cenchrine.*

Sed ſemper recto lapſurus limite cenchris:
Pluribus ille notis uariatam tingitur aluum
Quàm paruis tinctus maculis Thebanus ophites.

*Leo, λέων.*

Hunc & leonem uocauere quidam, ferociſſimum anguem, & qui ſeſe cauda uerberet, atque ad ferocitatem irritet. Corpus illi longum & craſſum: æſtate media petit montes, pecorı́que inſidias tendit, ſanguinis auidiſſimus. In inſulis Thraciæ uicinis frequens eſt. morſum eius ſequitur aquæ in uentre collectio, & corporis tumor, qualis in hydrope euenire ſolet: necnō carnis tanta cum dolore putredo, ut uel ſpōte diffluat. Veternum præterea in-
B fert & ſoporem: atque, ut Eraſiſtratus teſtis eſt, iecur, ueſica, & craſſius inteſtinum in iis corrumpitur, quos cenchris momorderit. Cenchrites, qui & acontias, ſerpens eſſe traditur, cubitorum binūm longitudine, corpore toto à craſſitudine in exilitatē deſinente: colore, præſertim circa uentrē, uiridi, ut uideatur milio (cum adhuc recēs ſeges eſt) perſimilis: unde nomē illi cēchrites: quem & fortiorem ſeipſo fieri aiunt, cum milium floret. Cēchrites cum ſe infeſtum alicui reddere uoluerit, in iaculi uibrati modum inuolat, atque ita ferit. Ab huius morſu grauiora quàm ab aliis ſequuntur pericula, ut ſimul & putreſcant & defluant carnes. Iaculum ex arborum ramis uibrari uulgatū eſt, inquit Plinius, & miſſili uolare tormento. Subeunt enim iaculi arbores, è quibus ui maxima turbinati, penetrant animal quodcunq;
C fortuna obuium fecerit. Adeo ualet ſaltu iaculus, ut uiginti cubitorum ſpatium tranſilire queat: protinúſque ad ea quæ ſaltu appetit, inhæreſcat.

*Cenchrites. Acontias. Ἀκοντιὰς apud Nicandrū aliud gen⁹ ſerpentis eſt: de quo infra.*

*Iaculus. Iaculique uolucres, inquit Lucanus.*

1 Longitudo, Ita Nicāder: Aëtius uero hoc modo, Recta & tarde prorepit. Longitudo illi trium palmorum, uel trium dodrantium: nam utrunque ſignificat παλαιστής. Sed uide ne ſint exēplaria mendoſa. 2 Coccineus, Nicāder: Color illi, qualis eſt hirſuti tapetis, id eſt (ut uult interpres) coccineus.

## De baſiliſco, & aliis quibuſdam ſerpentibus, quorum uenenum remedio caret. Cap. CXVII.

BAſiliſcum Cyrenaica generat prouincia, malum in terris ſingulare: qui uel conſpectus ſolum, ut aiunt, & ſibilo auditus, interimit: uel ut referunt alij, qui hominem, uel ſi aſpiciat tantum, dicitur interimere. Et quic-
D quid morſu eius occiditur, non depaſcitur fera, nō attrectat ales: ſi uero attigerit, ſtatim interit. Alios quoque ſerpētes olfactu necat: nec hominis tātum, uel aliorum animātium exitiis datur, ſed terræ quoque ipſius, quam polluit & exurit: necat enim frutices arboréſque non contactas modo, uerum & afflatas. Extinguit herbas, rumpit ſaxa: ipſas etiam corrūpit auras: ita ut in aëra nulla alitum impune tranſuolet infectum ſpiritu peſtilenti. ta
1 lis uis malo eſt. Baſiliſcus parua ſerpens eſt trium palmorum longitudine, colore flauo fuluóue, capite acuminato, & candida in eo macula, ut quodam diademate inſigni. uiribus reliquos ſerpentes longe ſuperat. Nec flexu multiplici, ut cæteræ corpus impellit: ſed cum mouetur, media corporis parte ſerpit, media celſus & erectus incedit. Vulnus ab eius morſu factum

*Baſiliſcus.*

*Baſiliſcus. αἴθος.*

(ut inquit Eraſiſtratus) aureo colore obducitur: ſtatímque à uulnere ſequi- E
tur mors. Sibilum eius etiam ſerpentes alij perhorreſcunt: & cum acce-
perint, fugam quæque quoquò poſſunt, properant. Huic tali monſtro mu-
ſtelarum uis exitio eſt. adeo naturæ nihil placuit eſſe ſine pari. interficiunt
eos in cauernis, in quibus deliteſcunt: uis tamen ne defuncto quidẽ deeſt.
Baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio pergameni compararunt: & ut ędem A-
pollinis manu inſignem, nec araneæ intexerẽt, nec alites inuolarent, cada-
uer eius reticulo aureo ſuſpenſum, ibidem locarunt. Sanguinem magi mi-
ris laudibus celebrant coëuntem picis modo, & colore dilutum cinnabari

*Serpentes Indici.*

clariorem fieri: quidam id Saturni ſanguinem appellarũt. Eſt in Indica re-
gione ſerpens paruus, inquit Ariſtoteles, cuius unius remedio carent inco-
læ. In regionibus ultra Indum fluuium, ut author eſt Diodorus, ſerpentum F
uis eſt, qui haud magni ſunt, & corporum uarietate diſtincti. Aliqui æneis
uirgis ſunt ſimiles: alij denſam & hirſutam criſtam geſtãt. atque omnium

*Porphyrus.*

ea eſt morſus uis, ut mortem citiſſimã inferant. Eſt & Indicus ſerpens por-
phyrus nomine, palmi magnitudine, colore ad purpurę ſimilitudinem ac-
cedente, capite albiſſimo. locis Indiæ calidiſſimis reperitur. Dentiũ expers
eſt: idcirco mordendi poteſtas illi nulla. At eius uomitio, ſi quod uel homi
nis, uel alterius animalis attigerit membrum tabeſcat neceſſe eſt.

1 Baſiliſcus, Plinius: Duodecim non amplius digitorum magnitudine. Solinus:
Pene ad ſemipedem longitudinis. 2 Candida, Solinus: Alba quaſi mitrula lineatus
caput. (An igitur in Plinio legendum potius mitrula pro macula.) Aëtius: ἀποφροχὰς,
id eſt tubercula tria habet: & Galenus ad Piſon. G

## De dracone, amphiſbæna, & aliis quibuſdam ſerpentibus, quorum morſus minus affert periculi. Cap. CXVIII.

*Draco, Δράκων. Draco uerus.*

DRaco nõ habet uenena. Porro ueris draconibus ora parua, & ad mor-
ſus non dehiſcentia: ſed arctæ fiſtulæ, per quas & trahũt ſpiritus, & lin
guas exerunt. Proinde neque draconis morſus dolorẽ ullum uehementem
excitat, etiamſi pro uiribus maxime nitatur morſum infligere: ſed qualem
mus mordẽdo efficiet: quippe non in dentibus uim, ſed in caudis dracones
habẽt: & uerbere potius quàm rictu nocent. Speciosa draconis forma eſt.
dentes quoque habet utrinque duplici ordine: frontem & ſupercilia craſ-

*Subflaua ſubuiridiáue, χολιβάφα.*

ſa. ſub mento ueluti palearia dependent ſubflaua ſubuiridiáue, quæ barbę H
ſpeciem referunt. Id modo mirum, unde criſtatos Iuba crediderit: draconũ 1
enim criſtas qui uiderit, non reperitur. Non admodum diſſimile huic ui-

*Draco Epidaurius.*

detur eſſe genus quoddam draconum, quod ſola fert Epidaurus, manſuetũ
& colore ſubflauum, quod Æſculapio ſacrum erat: author Pauſanias. Qui

*Anguis Aeſculapius.*

Æſculapio dicatus eſt, anguis à Plinio uocatur: neque anguis hic uenena-
tus eſt, niſi per menſem luna inſtigatus: ſed prodeſt uiuus comprehẽſus, &
in aqua contuſus, ſi foueatur ita morſus. quin & ineſſe ei remedia multa

*Anguis Aeſculapius. Draco.*

creduntur, & ideo Æſculapio dicatur. Atqui anguis Æſculapius Epidauro
Romam aduectus eſt, uulgóque paſcitur, & in domibus: ac niſi incẽdiis ſe-
mina exurerentur, non eſſet fœcunditati eorum reſiſtere. Draconum genus
eſt

A eſt magnitudine quinque aut decẽ cubitorum:reperiũtur autem & uiginti
2 aut triginta cubitorum longitudine:& ut aiunt, nonnunquã maiores. Generat Æthiopia dracones Indicis pares,uicenûm cubitorum.Artemidorus draconum in Arabia magnitudine refert tricenûm cubitorum, qui tauros
3 elephantóſque perimant:moderatus ſane in his: nam Indici ac Lybici dracones fabuloſiores ſunt,ſuper quibus herba etiam naſci dicitur.Draconum ingens hoc genus ſquamis tegitur toto corpore aſperrimis. oculis eſt prægrandibus:ſupráque oculos extantibus quibuſdam ceu umbraculis: in mẽto uero,quam barbam uocant,ore uaſto,lingua longius exporrecta,dentibus magnis,quales ſunt ſuis ſylueſtris,quibus mordẽdo oſſa frangunt. Nõ *Vmbraculis, ὠφθοσκωνίοις.*
4 enim niſi in locis æſtuoſis uenenũ habet draco: ſed morſu uiolẽto perniciẽ
B quãdoq; affert.Color illis uarius:ſunt enim alij nigri,alij rufi flauíue, alij cinerei coloris.In Phrygia dracones ad magnitudinẽ quadragenûm pedũ naſci ferunt:qui quotidie media æſtate ex cauernis prodeũt,cauda ad terram adnitentes,reliquo erecto corpore, & toto gutture eminente: & paulatim laxato ore hiante,uolucres ſuper uolantes (tametſi ſublimes & perniciter ferãtur)ſua aſpiratione ad ſe pertrahere atque allicere:eas autem ex horum ſpiritus ductibus detractas in illorum uẽtrem decidere atque illabi:& hæc quidem maxime ad occidentem ſolem agere.Spectanda quidẽ draconum ars in deuorandis ouis:aut enim ſolida hauriunt,ſi iam fauces capiunt:quæ deinde in ſemet conuoluti frangunt intus, atque ita putamina excutiunt: aut ſi tenerior eſt & catuli adhuc ætas,orbe apprehẽſa ſpiræ, ita ſenſim ue- *Rufi flauíue, κιῤῥοί.*
C hementérque perſtringũt,ut amputata parte ceu ferro,reliquam quæ amplexu tenetur,ſorbeant. Draconis adipe & melle cum oleo uetere incipiẽtes caligines diſcuti tradunt. draconum quoque adipem uenenata fugiũt. Draconum maguitudini fidem faciũt in Italia appellatæ boæ, quas gignit Calabria.Hunc anguem ad immenſam molem ferunt coaleſcere. captat primo greges bubulos: & ſi quæ plurimo lacte rigua bos eſt, eius ſe uberibus innectit,ſuctúque continuo ſaginata,longo ſeculo ita funebri ſatietate ultimo extuberatur,ut obſiſtere magnitudini eius nulla uis queat.poſtremo depopulatis animãtibus,regiones quas obſederit,ob uaſtitatem cogit. Deniq; D.Claudio principe, in loco ubi Vaticanus ager eſt, in aluo occiſæ boæ ſpectatus eſt ſolidus infans. Amphiſbæna aut ſcytale etiam ſi mor- *Boa.* *Amphisbæna.*
D deant, non enecant: ſed horum ſerpentium morſus & obſcuri ſunt,& inflãmationes tantũ inferunt,quales fere ex apum ueſparúmue ictibus cõtingunt:ſcytales tamẽ chalcidicæ morſum aiunt eadẽ fere ſequi ſymptomata, ac ſi quẽ uipera momorderit. Animalcula hæc inter ſe ſimilia ſunt, niſi q̃ magnitudine differunt. Neque ut alij ſerpentes ex craſſiore corpulentia in caudam tenuem deſinunt: ſed terete corporis figura utrinque æque craſſa exiſtunt:ut aſpectu diſcernere neſcias, utra in parte caput aut caudam eſſe dixeris. Differunt,quòd amphiſbæna in utranque partem,in caput ſcilicet *Scytale.* *Scytale chalcidica.*
5 & in auerſum ſerpit:quo fit ut à nõnullis biceps eſſe dicatur, & ἀμφικέφαλος. parua ſerpens,lumbrici terreſtris magnitudine,colore terreo maculis paruis diſtincto:ob maxillarum craſſitiem modo quodam cæcutiens. Sola ſer

pentium frigori ſe committit,prima omniũ procedens,& ante cuculi can- E
tum . Amphiſbænam mulier prægnans ſi tranſcenderit, abortum faciet,
mortuam duntaxat:nam uiuam habẽtes in pyxide impune tranſeunt, etiã
ſi mortua ſit atque adſeruata: partus faciles præſtat uel mortua. Mirum, ſi
non adſeruatam tranſcenderit grauida,innoxiam fieri,ſi protinus tranſcẽ-
*Scytale.* dat adſeruatam. Scytale grandior eſt:quippe cuius longitudo ligonis aut
ſecuris manubrium æquat. Tanta præfulget ſcytale tergi uarietate, ut no-
tarum gratia uidentes retardet: & quoniam reptando pigrior eſt, quos aſ-
ſequi nequit,miraculo ſui capiat ſtupentes: in hoc tamen ſquamarum ni-
tore,hyemales exuuias prima ponit. Phlegmonem quoque excitat, neque 6
*Spathiurus.* aliàs mortis periculũ affert ullum ſpathiuri morſus aut paroi. Eſt uero ſpa- 7
*Parous.* thiurus ſerpens capite lato,è craſſitudine in tenuitatem ad caudam uſque F
*Parous, uel* deſinens. Naſcitur in locis Chalcidi uicinis. muribus ueſcitur. Parous aut 8
*Pareas.* pareas anguis eſt in locis Syriç proximis natus.In hoc genere alij colore æ-
*Parias,uel* ris ſimili,alij uero nigro conſpiciuntur. Ælianus parian uocat: uel, ut uult
*Parias.* Apollodorus,pariian:igneo colore,& acerrimo oculorum ſenſu:largo ore,
*Elaps,uel* morſu nihil nocet. Sed mitis cum ſit Æſculapio dicatus eſt. Elapis uel elo-
*Elops.* pis notæ non ſunt à ueteribus authoribus explicatæ: ſicuti neque peliadis:
*Pelias.* relicti enim uidentur tanquam ſerpentes nulli non cogniti. Mordent qui-
dem,ſed nullo cum periculo mortis:uerum elapis morſus tormina excitat,
*Pelias.* qualia uoluuloſis accidunt:iiſdémque remediis curantur. iis uero quos pe-
lias momorderit, dolor circa locum uulneratum cum putredine quadam
prouenit:ſed abſque omni mortis periculo : oculorum pręterea dolor cum G
*Typhlinæ.* caligine:nimirum ex ueneni ui ad ipſos pertingente. Typhlinę, qui & ty- 9
*Typhlopes.* phlopes à Nicandro dicuntur, colore ſimiles ſunt Chalcidi ſiue zignidi. Ri
*Cæciliæ.* mam quandam ſub imo uentre habent, qua dehiſcente aut diſrupta, oua
pariunt:à partu autem uiuunt, & uulnus coaleſcit. Hæ ſi etiam calcentur
non mordere feruntur. Circa Thebas Ægypti ſerpentes quidam ſunt ho
*Sacer ſerpẽs.* minibus minime noxij, ideóque ſacri dicti: corpore puſillo, binis cornicu
lis è ſummo uertice extantibus.Sacer item appellatur à nonnullis alius ſer-
pens quidam minutus,quem ſerpentes alij permagni fugiunt. Magnitudo
huic ad cubitum,ſpecies hirſuta:quicquid momorderit, continuo circiter
*Serpens in* putreſcit. Gignitur in Africa agro,in quo laſer, ſerpens quidam puſillus, 10
*Sylphio.* cuius remedium lapis eſt,quem ex ſepulchro cuiuſdam regis antiqui acci- H
piunt:eóque infuſo in uino bibunt. Innocui & alij notantur quidam à Ni-
*Molurus.* candro,ut ij qui moluri dicũtur, & qui acontiæ uocantur. Volat ſerpentũ 11
*Acontias.* genus quoddam,ut fertur,uere ineunte ex Arabia in Ægyptum, forma hy
*Serpẽs alatus.* dris ſimile. Alas autem habet hoc genus non penneas,ſed cuteas ueſperti-
*Sphondile, uel* lionibus ſimiles.Genus ſerpentis eſt ſpondile,inquit Plinius. Hæc nullam 12
*ſpondile.* radicem, quamuis acrem intactam reliquit earum,quæ diutius ſiccæ man-
ſerint:cum è beſtiolis externis nulla alia radicem aliquam tangit. Hoc er-
go naturæ animalis iſtius deputandum ſit.Et de ſerpentibus aliíſque quæ-
cunque cortice intecta ſunt, dictum ad hunc modum eſt. Sequitur natu-
ra auium.

1 Dra-

A 1 Draconum, Hæc Plinius: Philoſtratus autem, paluſtribus draconibus, inquit,
criſta non eſt: montanis uero, iuuenibus quidem adnaſcitur criſta mediocriter promi-
nens, prouectis uero ætate, grandior. 2 Hos Epidaurici, ut refert Pauſanias, non
dracones, ſed angues potius uocari dicunt. 3 Draconum cum elephantis pugnam *Anguis, ὄφις.*
depinxit egregie Plin. lib. 8. 4 Draco. Lucan. Vos quoq; qui cũctis innoxia nu
mina terris Serpitis aurato nitidi fulgore dracones Peſtiferos ardens facit Afri
ca. 5 Et ἀμφικέφαλος, Solin. Quę cauſa efficit, ut caput utrinq; ſecus nitibũdo ſerpat
tractibus orbiculatis. 6 Lucanus, Et ſcythale ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuuias poſitura ſuas. 7 Aut idem cum ſpathiuro, aut certe non diſſimilis ſer *Μύαγρος.*
pens eſſe uidetur, qui à Nicandro μύαγρος uocatur, πολυστεφής, id eſt pluribus inſignitus
coronis lineíſue, ut exponit eius interpres. Eſt & Ariſtotelicus quidam ſerpens, de quo
lib. 9 hiſtor. animal. Serpentem quoque impugnat muſtela, eum præcipue qui mures
uenatur: uidelicet ea cauſa, quia ipſa etiã mures proſequitur. 8 Pareas apud Lucanũ,
B Et contentus iter cauda ſulcare pareas. 9 Typhlinæ, Nomen hoc ſortitæ ſunt, *Cæci ſerpẽtes.*
quia cæcæ ſunt. Hermol. Cæci ſerpentes etiam à Plinio uocantur. Cophiæ etiam no- *Cophias.*
men idcirco habet, quòd hebetes illi aures ſint: adeo item dura eſt pelle, uix ut tandem
ſecari queat. 10 Laſer, Ariſtoteles, ἐν τῷ σιλφίῳ, id eſt in laſere, uetus interpres habet,
in loco qui dicitur ſilphiar. 11 Moluri dicti ſunt, quaſi cauda ingredientes. 12
Sphondyle apud Ariſtotelem è genere eſt inſectorum, quæ & coit more eorundem.
Theodorus uerticilla interpretatur. Et alio loco uerticillos dixit pro σφονδύλας: uerũ *Verticillus.*
apud Theophraſtum nihil aliud reddidit latine quàm ſphondylas: ut uideatur ſentire *Verticillum.*
etiam Theodorus diuerſa hæc eſſe animalia.

# DE ANIMALIVM DIF-

C

# FERENTIIS LIBER VII

## DE AVIBVS.

### De partibus auium exterioribus. Cap. CXIX.

1 IN genere animaliũ, quod bipes eſt & alige- *Auis, ὄρνις.*
rum, pennísque opertum, auem appellamus.
In auibus partes nonnullæ ſimiliter atque in
iis quæ expoſui animalibus, habentur: omni-
bus enim caput ineſt, & collum, & dorſum:
D & ſupina corporis pars, & quod pectori pro-
portionetur. Crura quoq; bina, hominis mo
do: ſed manibus pedibúſque prioribus ca-
rent. Auium nonnullis in capite criſta ad-
dita eſt: quam cum cæteræ pennarum emi-
nentia quadam extructam gerunt, gallinaceus unus peculiarem ſibi ſorti-
tus eſt: ſic enim inſtitutam, ut nec caro ſit, nec à natura carnis omnino alie-
na. Oculi omnibus ſicut cęteris animalibus bini, ſine ciliis. & grauiores pal
pebra inferiore conniuent: columbæ autem & ſimilia utraque: quæ uero
ſpeciem noctuæ gerunt (γλαυκώδεις uocant) ſuperiore etiam palpebra conni-
uent. Nictantur omnes ab angulo obeũte membrana. Volucribus uſus cer

nendi ex longinquo eſt:unde fit,ut quæ unguibus ſunt aduncis, clariſſime E
cernant:cibus enim de ſublimi conſpiciendus iis eſt: & quidem uolare in
excelſum omnium maxime auium genus id ob eam rem aſſolet: terreſtres
autem parúmque uolatiles aues,ut gallinacei & ſimiles, nõ acie oculorum
adeo ualent. Auriculis carent omnes & naribus,meatúsque odorandi in ro
ſtro continent,audiendi in capite. foramina bina ante os habent,ſed nõ ita
explanata ut nares appellari poſſent. Os ſibi propriũ aues poſſident: non
enim labra,non dentes,ſed pro maxillis roſtrum habent (ῥύγχος Græci uo- 2
*Roſtrum. ῥύγχος. ῥάμφος.*
cant & ῥάμφος,)quod in ſenectute maius redditur. Rôſtrũ hoc uarie pro ui-
ctus ratione & auxilio datum auibus eſt: quæ enim adũcis unguibus ſunt,
quoniam carne uiuunt,& nullo fructu ueſcuntur, roſtrum habent omnia
aduncum:cæterarum rectum. Sed aliis prædurũ eſt,ut coruino generi: mi- F
nutis auibus lautum ſubtiléue, ad terræ fruges colligendos, & ad beſtiolas 3
capiendas idoneum. Quę autem herbis uiuunt, & quę ad paludes uictitãt,
(ut palmipedes,& quæ collum habẽt longum)partim alio quodam modo
roſtri commoditatem obtinẽt, (nonnullis enim roſtrum longum eſt ut &
collum)partim latitudine roſtri ſibi ſufficiunt:quippe quæ roſtro eiuſmo-
di infodere poſſint. Quinetiam aues quæ latius habent roſtrum,& quæ ra-
dices eſitant, & reliquæ quarũ uictus ſimilis,nonnullæ ſerratũ roſtri extre-
mum habent:ita enim herbarũ carptus quo uiuunt facilius agitur. Lingua
omnibus eſt,ſed uarie:aliis enim longa,aliis breuis,aliis lata,aliis anguſta.
Quę aduncis ſunt unguibus,latiorem fere linguã habent. Collũ auibus por
rectum eſt:ſed hoc aliis breuius,aliis longius:quibus enim longa ſunt cru- G
ra,iis collum longum:quibus breuia,contrà,collum breue, præterquã pal-
mipedibus. Carniuoris uolucribus longitudo colli incommoda eſt:quam-
*Parũ diductis. σεσιμωμένοις.*
obrem nulli collum longum quibus ungues adunci. Palmipedes uero, &
quę diuiſis quidem,ſed parum diductis digitis ſunt,(ut quæ eodem genere
cum palmipedibus contineantur)collum longius habẽt : tale enim collum
ad cibum ex humore petẽdum commodius eſt:ſed crura iis breuia, ut me-
lius natare poſſint. Omnes aues uncæ breui ſunt collo (uti modo diximus)
& lingua lata,aptæque ad imitandũ. Pectus in auibus integrum eſt, & ſibi
continuum carinatúmque, & acutum atque carnoſum. Et inter eas aqua-
ticis maxime carinatũ. Pectori uenter ſubiacet ad oſtium uſque excremẽti
*Pluribus explicãtur hæc lib. 6 hiſt. anima.*
& ſuffraginem crurum. Vmbilicus auibus iam adultis deliteſcit incertúſq; H
eſt,inteſtini enim coalitu conſiſtit non uenarum pars ulla eſt,ut in uiuipa-
ro genere. Carent aues manibus pedibúſque prioribus,ut dictũ eſt : ſed pe-
*Ala, πτέρυξ.*
culiare inter cætera animalia alas poſſident:alæ enim iis pro brachiis & pe
*Scoptulis.*
dibus prioribus dependent: quamobrem pro ſcoptulis extrema alarũ dor-
ſo adhærent. Clunem habent fœmori ſimilem,longiorem, uentréque me-
dio tenus porrectũ cohæſione perpetua, ita ut ipſum diuulſum fœmur eſſe
uideatur:ſed enim parte alia iunctum tibiæ eſt. Sũt fœmora ſane maxima
iis auibus,quæ ungues habent aduncos, & pectus quàm cæteris robuſtius.
Crura auibus omnibus ut in homine bina,ſed intro flectenda,ut quadrupe
dum ſuffragines, nõ ut hominis poplites foras. Crura quibuſdam breuio-
ra,ut

A ra,ut palmipedibus.Sunt uero quæ longis cruribus innitantur: harum uita paluſtris eſt:nantes tamen non ſunt,ideo neq; palmipedes:ſed quòd in ſolo præmolli degunt,hinc digiti illis productiores, & flexus plures in digitis magna ex parte.Multifidę etiam omnes quodammodo ſunt: quippe cum pars maxima digitata ſit:& nantes quãuis palmipedes,tamẽ & ipſę digitos perfectos diſtinctóſque habeant.Iis autem natura aut pedum interualla penitus cõpleuit,omninóq; palmipedes reddidit:aut diſcretos quidem fecit digitos,ſed ſingulis digitis annexa eſt ductu perpetuo latiuſcula cutis,ut pedes etiam ad nandum utiles habeant. Omnibus tam multifido quàm palmipedi generi quaterni digiti dati ſunt, (nec fere eſt quod plures habeat digitos)terni in priore parte,ſinguli in poſteriore maxima ex parte pro calce:
B hic tamen deeſt quibuſdam longa crura habẽtibus: paucis quibuſdã utrinque bini,ut auiculæ quam iyngem uocant: & qui in calce eſt digitus, minutus eſt,ut in crece maxime patet. Copia auibus omnibus unguium eſt: & quibuſdam ungues adunci ſunt,indéque uncungues appellantur : quibuſdam uero rectiores. Vncungues omnes difficulter ambulãt: nec in ſaxis cõſiſtunt,quoniam ſaxi durities impedimento curuaturæ unguium eſt. Sunt nonnulla grauiorũ alitũ genera, (ex maribus ſaltem, ſed fœminæ omnino iis carent)quibus natura calcar etiam dederit: ſed nulli datum hoc eſt, cui ungues adunci ſunt. Cauda tali,qualis data quadrupedibus eſt,uolucres carent:ſed ὀῤῥοπύγιον uropygiúmue,id eſt caudam pennis conditam gerunt, breuem quæ longa crura habent,& quæ palmipedes ſunt:maiorem autem
C quæ è contrario conſtant, quæ etiam contractis ad uentrẽ pedibus uolant: cum illæ,quæ ſcilicet caudam puſillam gerunt,porrectis in caudam cruribus ferũtur,ut porphyrio,ardea,& aquaticæ aues. Vropygium hoc auibus ad dirigendos uolatus affigitur,ſicuti & piſcibus ſuæ caudæ,& nauigiis gubernacula: quo fit, ut aues quæcũque caudã talem ad hunc uſum ineptam habeant,ut pauones & gallinacei,& quæ minime uolaces ſunt, haudquaquam directe uolare poſſint, ſed ueluti gubernaculo carens nauigiũ agitẽtur ferantúrque quocunq; fors tulerit:niſi ſi quę caudæ loco protenſis cruribus uolent modo quo iam dictum eſt. Aues item hoc proprium habent ad cętera animalia,quòd non pilis,non ſquama,non cortice,ſed pennis teguntur. Pennæ omnes caule conſtant, fiſſæq; omnibus ſunt:nec ſimili ſpe-
D cie ſunt atque ea quæ ὁλόπτερα, id eſt totipenna à pennę continuitate appellantur:his enim fiſſa,illis infiſſa eſt pẽna:& altera excaulis eſt,altera caulem habet. Pennæ præfectæ non ſimiliter ac cæterorum animalium pili aut ab radice aut ſuperne ab inciſura poſſunt reparari,ſed cadant neceſſe eſt.

*Vncungues, γαμψώνυχα.*
*Calcar, πλῆκτρον.*
*Cauda, οὐρά.*
*ὀῤῥοπύγιον, Vropygium.*
*Penna, πτερόν.*

1 ὁ ὄρνις auẽ fere ſignificat,ἡ ὄρνις,gallinam:ſed cõfunduntur nonnunquã. 2 In auibus proprie ῥάμφος,in ſue ῥύγχος dicitur. 3 Lautum,γλαφυρόν,uetus interpres, ſubtile:an potius elegans?nã & ita uertit Theodorus:γλαφυρὸν in purpurarũ fauagine.

## De partibus auium interioribus. Cap. CXX.

AVes uero & inter ſeipſas differre, & à cæteris diſcrepare animalibus etiam interiorum partium ratione apertum eſt : lingula enim (quam

ὑπογλωττίδα uocāt) auibus deeſt:uerū laringis conſtrictione idipſum pręſtāt, E
quod lingula in aliis:dum enim alimentum capiunt alia, lingula arteriam
cooperiunt:aues arteriam ipſam contrahunt atque ita claudūt, ſicuti qua-
drupedes ouiparæ & ſerpentes. Auium pulmo exiguus eſt, parum habens
ſanguinis,fungoſus mēbranæque ſimilis, & aptus ampliari & extumeſce-
re cum inflatur.Pulmonis partes adeo inter ſe diſcretæ ſunt,ut binos habe-
re pulmones credideris. Auium iecur maxime ſimile eſt uiuiparorū : puro
enim & ſanguineo colore exhilaratur.Magnę auium parti lien uſque adeo
exiguus, ut propemodum ſenſum effugiat, ut in columbis, miluis, accipi-
tribus,noctuis experimur. capriceps auis liene omnino caret.Aues omnes
fel habent:ſed aliis uentri,aliis inteſtino iungitur, ut colūbæ, coruo,cotur-
nici,hirundini,paſſeri:aliis iecori ſimul & uentri,ut capricipiti : aliis iecori F
ſimiliter & inteſtino,ut accipitri,miluo. Renes uero non habent aues, ne-
que ueſicam : quanquam in nonnullis auibus carunculæ quædam ſint la-
*Ingluuies, πρόλοβος.* tiuſculæ ſpeciem renum oſtendentes. Auibus quibuſdam ingluuies præpo
ſita uentriculo eſt,ut gallinaceo,palumbo,columbo, perdici: (ingluuies cu
tis in amplum ſinuata eſt,qua primum cibus ingeſtus cōtinetur incoctus:
hæc parte qua iungitur gulæ anguſtior eſt, mox amplior, tum qua deſinit
in uentriculum arctior:) aliis ingluuies deeſt, ſed eius uice gula pertinet la
tior & patentior uel tota,uel quà propius uētriculo adit,ut monedulę,cor-
uo,cornici,coturnici,capricipiti,noctuæ:at anati,anſeri,laro,cataractæ,gu
la tota ampla & lata eſt. Multis etiā aliis auibus gulā huiuſmodi eſſe perſpe
ctum eſt.Nec deſunt quibus uētriculus ipſe ſimilis ſit ingluuiei,ut tinnun- G
culo. Sunt itē quibus neque gula neq; ingluuies amplior ſit, ſed uētriculus
longior,ſcilicet auiculis omnibus,qualis paſſer aut hirūdo eſt. Sunt etiam,
quanuis paucæ,quę neque ingluuiem neque gulam amplam habeant,lon-
gitudine autem ingluuiei admodum prolixa utantur: uidelicet quæ longa
anguſtáque colla habent,ut porphyrio:quæ fere omnes excrementum hu-
midius quàm cæteræ ſolent, reiiciunt. Diſtat ingluuies ab ea gulæ parte
quæ uentriculo propinqua eſt multum,magnitudinis proportione. Ven-
triculus auium parti plurimæ carnoſus calloſúſque eſt, cutis intus robuſta
& quæ facile à parte carnoſa detrahi poteſt: ſunt tamen,ut modo diximus,
nonnullæ quibus uentriculus longior ſit atque ingluuiei ſimilis. inteſtinū
quoque parti plurimæ auium tenue eſt,ſolutúmque ſimplex eſt. Appendi- H
ces paucæ in auibus ſunt,non ſupra & circa uentriculum,ut in piſcibus,ſed
infra quà deſinit inteſtinum.Habent eas non omnes,ſed plurimæ,ut galli-
naceus,perdix,olor,anſer & aliæ multæ. Minoris etiam generis nonnullæ
habent,ſed perexiguas,ut paſſer. Auibus teſtes dati ſunt omnibus: non ta
men qui foris pendeant,ſed qui intus adhæreant lumbis:quomodo de ſan-
guineis quæ pedes habent ouiparis omnibus dictum eſt. ij priuſquam coi-
re incipiant aues,aliis exigui,aliis omnino obſcuri ſunt. at uero cum uene-
rem exercent, inſigni tantiſper magnitudine augentur, quod apertiſſime
palumbis & perdicibus euenit.Vbi uero id tēpus prætericrit,adeo exiguos
habent,ut incertum fere an habeant,ſit:cum tamen eo tempore quo coeūt
gerant,

A gerant prægrandes: itáque fit ut hybernis menſibus ne ullos quidem teſtes
in iis haberi nonnulli arbitrentur. Salaciorum auium teſtes conſpectiores
ſunt, ut gallinaceorum & perdicum: temperatiorum minus. Auium ul-
ua iuxta ſeptum annexa eſt. ceruicem habet carnoſam calloſámque parte
inferiore. at ſuperne qua ſepto iungitur, membrana conſtat, & prætenuis
adeo eſt, ut oua extra uuluam eſſe exiſtimes. Auibus ergo auctioribus mē-
brana conſpectior eſt: & ſi per ceruicem infletur, extollitur atque ſinuatur.
at in minoribus obſcuriora hæc omnia habentur. Auium oſſa paulo in-
ter ſe differre uidentur: aquilis enim denſiſſima ſunt oſſa, ut dictum eſt, &
duriſſima: deinde & accipitrum ferocioribus, circo, palumbario & ſimili-
bus: gallinaceo uero, anatibus atque anſeribus laxa ſimul ac caua leuíſque
B oſſium eſt ſubſtantia. Semen genitale omnium auium album ut cæterorū
animalium eſt. Partes auium tum exteriores tum interiores ad hunc mo-
dum ſe habere conſtat.

## De coitu auium, & aliis quæ ad earum generationē pertinent. Cap. CXXI.

COitus uero differentias in auibus has annotamus, ut aliꝗ fœmina con-
ſidente humi, mare ſuperueniente coeant, ut gallinaceum genus: aliæ
non conſidente fœmina, ſed ſtante, ut grues: & quæ ita coeunt rem quàm
celerrime peragunt: mas enim ſuperſiliens, cito ut paſſeres perficit. Coeun-
di pariendíue tempus non idem omnibus auibus eſt: ſed parte plurima ue-
C re ac ineunte æſtate coeūt & pariunt, excepta halcyone, quę circa brumam
parere ſolita eſt. Sunt etiam quæ ſæpius generant, ut columbæ & gallinæ.
Auium ſylueſtres ſemel magna ex parte coeunt atq; pariunt: uerum hirū-
do bis parit & merula. at uero quæ aut urbana ſunt, aut traduci poſſunt ad
mores mitiores, hæc ſæpius generant, ut columbæ, quæ tota æſtate fœtant.
gallinæ etiam coeunt & pariunt, præterquā duobus menſibus brumalibus.
Auiū itaq; aliis aliæ fœcundius pariunt: quod bifariam fit: aut enim quia *Numeroſius, uetus interpres, multa generat.*
crebrius, ut colūbæ, aut quia numeroſius, ut gallinę. Omnes quibus ungues
adunci, minus ſalaces ſunt, & parcius generāt, excepto tinnūculo, qui plu-
rima in adunco genere parit. Sed quę graues ſunt atque item ueloces, qua-
rum ſcilicet corpus grandiuſculum eſt, ut colūba & ſimiles, aut graues nō
D uolaces, quarū corpus grande, ut gallina, coitu ſuperāt perfœcundæq; ſunt:
quomodo interdum plantæ minores ſunt fertiliores. Pariunt cæteræ in ni-
dis: quæ autem grauiores ſunt & minus uolāt, ut perdices, & coturnices, &
reliqua generis eiuſdem, non nidis, ſed condenſo frutice prolem muniunt:
facta enim in aprico area (alibi enim nuſquā pariunt) atque materia ut ue-
pribus quibuſdam cōgeſtis, quoad accipitrum & aquilarum iniuriam de-
uitare poſſint, oua edunt & incubāt: mox cum excluſerint, protinus pullos
educūt, propterea quod nequeunt ſuo uolatu iis cibū adminiſtrare. Aqua-
ticæ omnes quæ in lacubus aut paludibus uictitant, iuxta paludes & locis
herbam habentibus nidos faciūt: quem uero Bœotij meropem uocant, hic
unus ſubiens terræ cauernas facit cunabula. Vpupa una in ſuo genere non

nidificat:ſed ſtipites arborum ſubiens parit ſine ullo collecto ſtramento in E
cauis. Oua pariũt aues omnes,ſed quæ unicũ pariat ouum,excepto cuculo,
*Ouum.* nulla eſt. Ouum æque omniũ uolucrum duro putamine conſtat, ſi modo
non deprauetur:gallinæ enim nõnulla pariunt mollia,uitio. Bicolor quoq;
*Luteum oui.* ouum intus eſt:luteum interius,albũ exterius:mẽbrana hæc inter ſe diſcer-
*τὸ ὠχρόν.* nuntur. Sunt & quæ χάλαζαι, id eſt grandines dicuntur, uitelli initio adhæ-
*Vitellus.* *χάλαζαι.* rentes,quæ nil ad generationem cõferunt:quanquam aliqui ita non exiſti-
mant:has duas eſſe certum eſt, alteram parti ſuperiori iũctam, alteram in-
feriori. Vmbilicus ouis ( inquit Plinius) à cacumine ineſt, ceu gutta emi-
*Oua ſchiſta.* nens in putamine. Fiunt & oua tota lutea quæ uocant ſchiſta, cum triduo
*Schiſta, aliàs* incubata tolluntur. Differunt oua aquaticarum à terreſtribus, quòd multo
*ſiciſta.* plus lutei quàm albi ex proportione contineant. Differunt & colore inter F
ſe oua auium:ſunt enim alia cãdida,ut columbarum & perdicum:alia pal-
lida,ut paluſtriũ:alia punctis diſtincta, ut phaſianarum & meleagridum:
rubrum tinnũculi eſt modo minij. Quin & ipſum ouum in ſe ſuum habet
diſcrimen:quippe quod non plane rotundũ ſit, ſed parte ſui acutum, parte
latius ſit: qua quidem parte latiore exit,cum in lucem editur. Exit autem
pars oui acuta poſt:ea nãque parte adhæret,in qua & principium pulli eſt.
Itaque fit ut partus ouorum contra atque animalium euenit: animal enim
uerſum in caput ſuúmque principium naſcitur:at ouum quaſi in pedes cõ-
uerſum exit. Concipit fœmina cum coierit ouum ſuperius ad ſeptum trãſ-
uerſum: quod ouum primo minutum & candidum cernitur,mox rubrum
cruentúmque. Deinde increſcens luteum & flauum efficitur totum: iam G
amplius auctum diſcernitur, ita ut intus pars lutea ſit, foris candida am-
biat. ubi perfectum eſt,abſoluitur à corpore, & exit putamine dum pari-
tur molli,ſed protinus dureſcente, niſi uitio uuluæ defecerit. at poſtea oua
ipſa aceto macerata in tantum emolliuntur, ut per annulos tranſeant.
Sunt oua quibuſdam gemina, quæ binis conſtant uitellis. Hi ne inuicem
confundantur, facit in nonnullis prætenue quoddam ſeptum albuminis
medium: aliis uitelli contactu mutuo ſine ullo diſcrimine iunguntur. Gal-
linas aliquas & anſerum iuuencas expertes adhuc coitus parere oua quæ
*Oua ὑπηνέ-μια, ſubuen-tanea.* ὑπηνέμια, id eſt ſubuentanea dicuntur, uiſum ſæpius eſt: ſunt hæc ſterilia
& minora, ac minus iucundi ſaporis, & magis humida quàm ea quæ fœ-
cunda gignuntur,ſed plura numero. humor eorum craſſeſcere incubatio- H
ne auis non poteſt:ſed tam cãdida quàm lutea pars ſimilis ſibi perſeuerat.
Pariunt genus id oui plures aues, & maxime quæ non uolaces ſunt aut ad-
uncæ,ſed multiparæ ut gallinæ & perdices,colũbę,pauones,anſeres & uul-
panſeres. Redditur uero ouum ſubuentaneum illud fœcũdum, ſi prius co-
eat auis,quæ ſubuentaneum ouum fert,quàm ouum ipſum à luteo in can-
didam ambientẽ partem proficiat. Ita enim fit,ut ſubuentanea oua fœcun-
da reddantur:at ſi iam candidũ receperunt humorẽ,fieri non poteſt ut ſub-
*Oua zephyria* uentanea in fœcunda mutentur. Sunt qui hypenemia illa oua, zephyria
nominant, eo quòd uerno tempore aues flatus illos fœcundos ex fauonio
recipere uideantur. Celeriter magna pars auium, & impletur,& oua ſub-
uentanea

A uentanea illa concipit:quod uel in perdice percipi poteſt,eo quòd ad libidinem incitatur tẽpore. Generatio ex ouo omnibus uolucribus euenit modo quidem eodem:fit enim ut incubante & concoquente aue, animal ex parte oui ſecernatur, ex albumine ſcilicet: augeatur uero ex reliqua parte & perficiatur,nempe uitello : origo nanque in albumine eſt,cibus per umbilicum ex luteo petitur.Itaque auium incubitu fœtum excludi naturæ ratio eſt:non tamen ita ſolum oua aperiuntur:ſed ſi aut tempus ſit bene temperatum,aut locus,in quo oua manent,tepidus, concoquuntur nonnunquam & auium oua,ſicut & quadrupedum oupararum, ſine parentis incubitu, tepore terræ:ut in Ægypto oua obruta fimo pullitiem procreant. Nonnunquam uero & cum in uaſis quibuſdã tepidis eſſent coniecta,ſpõte
B oua pullos prompſere.Oui generatio ab initu,& pulli rurſus ab ouo concocto prouentus,non pari temporis ſpatio euenit omnibus, ſed pro magnitudine generantium intereſt. Ouum gallinæ conſiſtit à coitu, & perficitur decem diebus maxima ex parte:columbæ paucioribus. Gallinis tertia die ac nocte poſtquam cœpere incubare,indicium præſtare oua incipiunt. At maiorum auium generi plus prætereat temporis neceſſe eſt: minori autem
1 minus ſufficit.Effertur per id tempus luteus humor ad cacumẽ, à qua prin-
2 cipium oui eſt, & cor quaſi punctum ſanguineum in candido liquore conſiſtit: uel,ut Plinius tradidit,in medio uitelli.hoc punctum ſalit iam & mouetur ut animal. Tendũt ex eo meatus uenales ſanguigeri duo tortuoſi ad tunicam ambientem utranque, dum augetur. Membrana etiam fibris di-
C ſtincta ſanguineis,iam album liquorem per id tempus circundat, à meatibus illis uenarum oriẽs: paulo autem poſt, & corpus iam pulli diſcernitur, exiguum admodum primum & candidum, conſpicuum capite, & maxime oculis inflatis:quo modo diu permanet: ſero enim decreſcunt oculi, & ſe ad ratam contrahunt proportionem.pars autem inferior corporis,nullo membro à ſuperiore diſtingui inter initia cernitur.Iam meatuum quos ex corde tendere diximus, alter ad ambientem album liquorẽ fertur,(ex quo pulli origo eſt) alter ad luteum uelut umbilicus. Die iam decimo pullus totus perſpicuus eſt, & mẽbra omnia patent: caput grãdius toto corpore,oculi capite reliquo grandiores hęrent:quippe qui fabis maiores per id tempus emineãt,nigri nondum cum pupilla:quibus ſi cutem detrahas, nihil ſolidi
D uideris,ſed humorem candidum frigidúmque admodum refulgentem ad lucem,nec quicquam aliud:ita oculi & caput. Iam uero & uiſcera eo tempore patent: & alui inteſtinorúmq; natura perſpicua eſt. uiceſimo die iam pullus,ſi quis putamine ſecto ſolicitet,mouet intus ſeſe, pipítque aliquantulum: & iam ab eodem die plumeſcit,quoties ultra uiceſimum excluſio protelatur.Iam per id tempus pullum ipſum multum humoris lutei ſubit, atque in eius aluo aliquid ſubſidit luteum, quo uidelicet adhuc nutritur. Excrementum etiam album eodem tẽpore pullus emittit, & in aluo quiddam album conſiſtit.Demum uitellus paulatim abſumitur totus mẽbrorũ hauſtu,ita ut ſi pullo decimo die pòſt excluſo reſcindas aluum,nõnihil adhuc uitelli comperias. Initium nanque ſuæ generationis pullus à candido

ſumit,cibum à luteo capit & incremẽtum,ut modo diximus:ita enim pul- E
lum qui in ouo naſcitur,uti luteo exiſtimandum eſt,ut fœtus in uiuiparis 3
ſua parente utitur quandiu intra parentem continetur.Incubat aquila tri-
cenis diebus: & cæteris quoque magnis alitibus tempus incubandi tantũ-
dem à natura ſtatutum eſt,ut anſeri & tardæ: mediocribus uiceni perficiũt
incubationem,ut accipitri,miluo.Et auium quidem ortus ad hunc modũ
ex ouo agitur.Sed euidentiora hæc in auctioribus auibus ſunt: nam in mi-
noribus obſcura præ ſua exiguitate habentur. Excludunt celerius incubã-
tes æſtate quàm hyeme:ideo æſtate gallinæ duodeuigeſimo die fœtum ex-
cludunt,hyeme aliquando uigeſimoquinto. Diſcrimen tamen & auiũ eſt,
quòd aliæ magis aliis fungi officio incubandi poſſunt.Incubat magna auiũ
pars,fœminæ mare ſuccedente : aliqui mares incubandi munus tantiſper F
ſubeunt,dum fœminæ intermiſſo incubitu cibum quærunt. anſerum &
cornicum fœminę tantum incubant.Quæ in lacubus paludibúſue uictum
ſibi quærunt,omnes iuxta paludes ipſas,& locis herbam habentibus nidos
faciunt, ut dictum eſt: quo fit ut occupatæ negotio incubandi poſſint ſu-
mere cibum,nec omnino inedia laborent.Sunt quædam,ut in genere gal-
linarum,quæ pariant gemina omnia:ex iis quędam duodeuiginti peperit,
excluſitque gemina, præterquam ſi qua eſſent,ut fit,irrita:ſed qui fœtus ge
mini excluduntur, ita prodeunt, ut alter ſit maior, alter minor: & tandem 4
in monſtrum partus degenerat,qui minor nouiſſime prouenit.Deprauan-
tur quãdoque oua, & fiunt quæ urina & canicularia uocantur,uitello cor- 5
rupto,tẽpore potius calido,ut æſtate. Multiparis hoc accidit frequẽtius & G
uncunguibus: quanuis parũ fœcundis,nihilominus tamen idẽ euenit:ſæpe
enim uel alterum ex duobus urinum fit,uel tertium ſemper fere. Aues ma-
gna ex parte anniculæ nequeunt generare. Quibus partus numeroſior eſt,
unũ ſaltẽ ex pullis ſæpe nido expellunt. & omnes fere alites quibus ungues
adunci, pullos cum primũ prouolandi facultas fuerit, nido expellunt,per-
cutiẽtéſq; cogunt diſcedere: & cæterę quoq; aues maxima ſui parte idẽ hoc
faciunt:cúmque enutrierint, nihil præterea adhibent curæ,excepta corni-
ce,quę aliquandiu prouidet. Aues ad hunc modũ coeunt,geſtãt & pariunt.

*Vrina oua, Cynoſura, Canicularia.*

1 Quo pacto perficiatur pullus in ouo,pluribus uerbis atque apertius oſtendit A-
riſtot.lib.6 hiſtor.animal. 2 Non cor,ut Ariſtoteles,ſed iecur primum in anima-
lium generatione formari ſentit Galenus: id quod in uiuiparis & in homine maxime
explicat aperte:ſed in ouiparis minime. 3 Ipſum animal,inquit Plinius,ex albo li H
quore oui corporatur:cibus eius ex luteo. 4 Locus hic Ariſtotelis aliter fortaſſe
reddi potuerat,ut infra explicabitur in gallinaceo genere. 5 οὔρια ἢ κυνόσουρα,ſunt
urina,ut Plinius uult,oua incubatione derelicta.

## De uictu auium & de loci mutatione earum. Cap. CXXII.

*Carniuoræ, σαρκοφάγα.*

IN auium genere,quibus ungues adũci,omnes carniuorę ſunt: fruges au-
tem ipſæ etiam ſi in os indideris,nequeunt deuorare,ut genera aquilarũ
omnia,milui,accipitres:ſunt tamen etiam in genere nõ adunco,quæ carne
ueſcantur,ut hirundines : aliquæ uermiculis partim ex toto,partim magna
ex parte aluntur,ut fringillarum genera : aliæ ſpinã appetunt, & inter ſpi-
nas

*Σκωληκοφάγα. Ἀκανθοφάγα.*

A nas uictitant:uermem autem & quoduis animal aſpernantur,ut ſpinus & carduelis.item qui auriuinctis appellatur:atq; hæc omnia uictitant in ſpinis,& dormiunt paſcuntúrque eodem in loco. Aliæ uermiculis formicíſue in lignis degentibus gaudent, nec alio magis quàm eius generis animalculorum uenatu uiuunt:ut pipo tam maior quàm minor. Aliæ frugibus uiuunt:ut palumbes,columbus,turtur. Nōnullę etiam aues omniuoræ ſunt, ut cornix. Omnium fere auium aliæ uictum à terra petunt, aliæ à fluuio & lacu,aliæ à mari: & harum,quæ palmipedes ſunt omnes in ipſa aqua partē maximā temporis uerſantur. Multæ etiam fidipedes prope aquas paludéſque degunt:earúmque nonnullæ terra contēptis altilibus ueſcuntur, quæ ſcilicet carnem non tangunt. Palmipedum grauiores circa lacus & amnes

Σκνιποφάγα, ἢ κνιποφάγα. Καρποφάγα, ἢ καρποφαγοῦντα. Παμφάγα. *Palmipedes,* στεγανόποδα.

B uerſantur,ut olor,anas:omnes uero palmipedes apud mare,aut fluuios,aut lacus. Aues aduncæ,tum cætera animalia,tum aues aggrediuntur: ſed non ſui generis carniuoræ ſunt modo piſcium,qui plerunque ſibi cognatos rapiunt:nulla autem auis,quanuis etiam carniuora, ſui generis aliam deuorare ſolet. Genus auium cum omne potu exiguo contentum ſit, tum aduncis nullis omnino uſus bibēdi eſt,præterquam pauciſſimis quibuſdam, quę & ipſæ raro utuntur,qualis potiſſimum tinnunculus eſt:miluus etiam uiſus eſt bibere,quanquam raro: cæteræ aues bibunt quidem, ſed parum. Auium aliæ ſorptu bibunt:ſed quibus collum eſt longum,intermittunt capútque reſupināt.porphyrio unus morſu bibit. Loca uero in quibus degāt agreſtes uolucres,aptiſſime ad uictum & prolis ſalutem moliuntur. Colūt

*Aues aduncæ,* γαμψώνυχα.

C aliæ loca fragoſa & ſaxa: aliæ cauernas,ut qui charadrias appellatur: ſunt quæ montes colāt & ſyluas,ut upupa,brenthus:trochilus fruteta incolit & foramina. Viuunt apud mare,& flumina,& lacus palmipedes omnes,ut dictum eſt:ſed multæ etiam fidipedes circa aquas paludéſque degunt. Loca mutare quandoque ſolent aues nonnullæ: imbecilliores nanque hyberno & gelido tempore diſcedunt in campos,ut tepore potiantur: æſtiuo autem repetunt montes,ut æſtu careant. Sēper quæ imbecilliores ſunt, prius utrauis ratione diſcedunt: coturnices enim Auguſto, grues uero Septembri menſe incipiunt. Sunt profecto omnes pinguiores, quæ de locis diſcedunt frigidis,quàm quæ de calidis:ut coturnices autumno quàm uere ſunt pinguiores. fit autem ut ſimul de locis frigidis & tempore calido diſcedatur.

*Loca fragoſa,* χηραμούς. *Cauernas,* χαράδρας. *Fruteta,* λοχμάς.

D Auium complures conduntur,non ut aliqui putant,paucæ: nec omnes ad loca tepidiora abeunt:ſed quibus loca eiuſmodi ſunt uicina ſolitæ ſedis, iis eò ſecedere libet: ut miluos & hirūdines agere animaduerſum eſt. Quæ autem procul locis eiuſmodi morantur,non mutant ſedem, ſed ſe ibidē condunt: iam enim uiſæ ſunt multæ hirundines in anguſtiis conuallium nudę atque omnino deplumes: milui etiam de eiuſmodi locis euolaſſe,cum primo apparerent, uiſum eſt.quædam uero auium genera ſemper apparent, nec loca mutant aut latent: & in iis præcipue quæ in urbibus ſolent uiuere, ut coruus,cornix. Itaque temporum magna eſt differētia auibus: perennes, ut columbæ:ſemeſtres, ut hirūdines:trimeſtres, ut turdi & turtures: & quę cum fœtum eduxere abeunt,ut galguli,upupæ.

De uocis diſcriminibus & coloris in auibus. Cap. CXXIII. E

GEnus auium uocem mittere poteſt: & pleræq; uocem copioſe emittunt: & omnium maxime animalium poſt hominem conficiendæ locutionis nonnullis auium generibus datum eſt, ex iis uidelicet quibus lingua mediocriter lata uel tenuis. Quãuis autem latiorem habeant linguam quæ unguibus ſunt aduncis, tamen minores uocaliores ſunt, magíſq; garrulæ ac linguaciores: & circa coitum maxime talem fieri unãquanque auẽ moris eſt. Et aliis in pugna uox, ut coturnicibus: aliis ante pugnam, ut perdicibus, dum ſuos aduerſarios prouocãt: aliis cum uicere, ut gallinaceis. Canunt item nonnulli mares perinde ut ſuæ fœminæ: ſicut in luſciniarum genere patet: fœmina tamen ceſſat cantu, cum incubat, pullóſq; educat. Sed in nonnullis generibus cantus maribus tantum datus eſt, ut gallinaceis & F
coturnicibus. Vox illa explanata, quam eſſe quaſi locutionem dixeris, differt: quandoque etiam earum quæ eodem genere continẽtur: auicularum enim nonnullæ haud uocem eandem mittunt quam ſui parentes, ſi præreptæ paterna caruerint educatione, moribúſque & cãtibus cæterarũ auium inſueuerint. Lingua utuntur aues etiam ad ſui ſenſus mutuam interpretationem: ſed aliæ aliis amplius, ut in nonnullis uel uſus docendi mutuus eſſe uideatur.: iam enim luſcinia modulos ſuos pullos docere, uerſúſque quos imitarentur, trader e uiſa eſt. Immutantur aues nonnullæ per tẽpora & colore & uoce, ut merula, quæ ex nigra redditur rufa, & uocem mittit diuerſam: turdus colorẽ mutat: palumbes hyeme non gemit. Denique tunc maxime plurimáſque emittunt uoces, cum coeunt. Auium autem pẽnę nullæ G
per ætates mutantur, ut aliorum animalium pili, præterquam gruum, quas nigreſcere in ſenecta perſpectum eſt. At uero per affectus tẽporarios, quoties frigora urgent acriora, pennę uolucrum interdum è nigris aut nigriuſculis in albas tranſeunt: ut corui, paſſeris, hirundinis. Temporum quoque uiciſſitudine bona pars auium ita colore immutatur, ut quęnam ſint latere poſſint, niſi rem penitus noueris.

Ex inceſſu auium & uolatu differentiæ, atque ex ualetudine moribúſque. Cap. CXXIIII.

OMnibus animalibus reliquis certus & unius modi in ſuo cuique genere inceſſus eſt: aues ſolæ uario meatu ferũtur, & in terra & in aëre. Ambulant aliquæ, ut cornices: ſaliunt aliquæ, ut paſſeres, merulæ: currunt, H
ut perdices, ruſticulæ: ante ſe pedes iaciunt, ut ciconiæ & grues. Expandunt alas, pandentéſque raro interuallo quatiunt, aliæ crebrius, ſed & primas duntaxat pennas: aliæ & tota latera pandunt. Quædam uero maiore ex parte compreſſis uolant percuſſóque ſemel, aliquæ & gemino ictu aëre feruntur, uelut incluſum eum prementes. Iaculantur ſeſe in ſublime, in rectum, in pronum. Impingi putes aliquas: aut rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. Anates ſolæ, quæque ſunt eiuſdem generis, in ſublime protinus ſeſe tollunt, atque è ueſtigio cælum petunt, & hoc etiam ex aqua. Vultur & fere grauiores, niſi ex procurſu aut altiore tumulo immiſſæ non euolant. Sine

*Aliàs pendẽ-téſque.*

uoce

A uoce non uolant multæ,aut è contrario ſemper in uolatu ſilent, ſubrectæ,
pronæ,obliquæ,in latera, in ora: quædam & reſupinæ feruntur, ut ſi pari-
ter cernantur,plura non in eadem natura meare uideantur. Iterum auiũ
aliæ uolaces,quæ ſcilicet alis grandibus atque ualidis ſunt, ut quæ ungues *Aues uolaces.*
habent aduncos & quæ carne ueſcuntur: ſed non modo quæ aduncis ſunt
unguibus,uerum alia quoque uolucrum genera uolatu ſuperant, uidelicet
ea quæ pernicitate uolandi ſeſe tuentur, uel loca mutare ſolent. Sunt quæ
non uolaces ſed graues ſint,quibus uita terrena eſt,& aut fruge uiuunt aut *Aues graues.*
natant,& apud aquas immorantur. Quæ longis cruribus innituntur non
admodum uolaces fere ſunt,& in uolatu porrectis cruribus in auerſum uo
lant:ſicuti & aliæ omnes quæ caudam puſillam gerunt, ut palmipedes. At
B aliæ,quibus ſcilicet (ex iis quæ pedes habent fiſſos) crura breuia ſunt, hæ ad
uentrem contractis cruribus uolant.Quæ longo ſunt collo,ſi id craſſius ha
bent,uolant collo porrecto,ut olor, anſer:ſi tenue, collo curuato feruntur,
ut ardeola.Calcarigeræ præ ſua grauitate ſunt ad uolandũ ineptiores. Cor-
pora uncunguium exigua ſunt exceptis alis: contrà quæ uolaces non ſunt,
iis corpora euadunt in molem grandiorem:atque ita efficitur, ut ſint gran-
diores. Magnitudinem tamen auium minimam eſſe prope dixerim, ſi ad
alia reſpicias animalia,neceſſe eſt. Quod uero ad ualetudinem attinet, a-
uibus proſunt ſqualores,tum ad cęteram ſanitatem,tum etiam ad partum,
& præcipue palumbis: incommodi autem his anni pluuij ſunt: quippe cum
auium natura ſit,ut ne bibere quidem largius poſſint ſine detrimẽto. Cum
C aues ægrotant,plumæ indicium prę ſe ferunt:túrbantur enim,nec poſiturã
eandem ſeruant quam habent cum recte ualent. Aduerſus improbitatem
alitum depáſcentium ſemina allium, inquit Plinius, quod in aruis ſponte
naſcitur, (alum hoc uocant) coctum ne renaſci poſſit, abiicitur: ſtatímque
quæ deuorauere aues, ſtupentes manu capiuntur. Mores auium ita ha-
bent, ut aliæ ſeſe in puluere uolutent,aliæ ſeſe lauent, aliæ nec puluere ne-
que balneo utantur.Sunt pulueratrices,quæ non altiuolæ ſunt, ſed in terra
uerſantur,ut gallina,perdix,phaſiana, lotrices nõnullæ rectungues, & quæ
circa fluuios aut paludes,aut mare uerſantur. Aliæ utrunque tum lauare tũ
puluerare ſolent,ut columbus,ut paſſer.

D

### Eorum quæ in auibus alimenti medicamentíue rationem obtinent,diſcrimina. Cap. CXXV.

AVium genus omne carnem habet, quæ ſi cum quadrupedibus confe-
ras,& minus præſtat alimenti,& facilius concoquitur: maxime uero
perdicis, attagenis,columbæ & gallinæ. Turdorum autem caro merula-
rúmque & auium minutarum (in quibus ſunt qui πυργῖται uocantur) du- *Πυργῖται.*
rior eſt: quibus etiam durior,turturis, palumbi & anatis caro eſt. Phaſia-
norum autem, quod ad alimenti rationem attinet, gallinaceæ carni ſimi-
lis eſt:ſed ſuauitate præſtat.pauus durior,fibroſior, concoctúque difficilior
eſt.Perdix tamen & turtur,atque alię id genus (ſi qua illis ineſt durities) cũ
uel uno die mortuæ aſſeruentur ſuſpenſæ,duritiem illam reiiciunt, fiúntq;

friabiles omnino: & ſanguinem procreant craſſitie tenuitatéq; mediocrẽ. E
Probum gignit ſuccum auium fere omnium caro: earum tamen non par-
ua exiſtit differentia, quòd in montibus locíſque ſiccis degant: aut in flumi
nibus, ſtagnis, paludibus, lacuſtribúsue locis uictitent: pro locorum nanque
ratione ſicciores fiunt carnes, excrementíſque magis uacuæ, & ad conco-
ctionem faciliores: aut contra, humidæ excrementoſæq;, & concoctu dif-
ficiliores. Itaque probum ſuccum faciunt, ut gallinaceum genus, ita & pha
ſiani, perdices, attagenes, columbæ, merulæ, turdi, turtures, atque auicularũ
genera. Excrementoſa autem & deterrima earum caro quę lacuſtribus pa-
luſtribúſque locis ac fluminibus immundis & turbidis degunt. Alarum
ſubſtantia in iis auibus quæ paruæ ſunt & durę fibroſa duráque eſt: at pin-
guium iuniorúmque auium facile concoquuntur, & optimæ ſunt: ſicuti F
annoſarum graciliorúmque peſſimæ. Viſcera auium eandem habent ad
carnes proportionem, quã quadrupedibus diximus. Inteſtina omnium fe-
re ad cibum ſunt inepta: at uentriculi & manduntur & corpus noſtrum
alunt: ſunt autem craſſi duríque & concoctu difficiles: qui tamen abunde
nutriunt, ſi probe fuerint concocti: nonnulli uero ex iis ſapore ſunt ſuaui,
ut anſerum & altilium gallinarum. Cerebrum ex auibus longe præſtantius
eſt quàm ex quadrupedibus, ut quod ſiccius eſt, præſertim ſi montanæ a-

*Oua.*

ues fuerint, quæ paluſtribus longe melius habent cerebrum. Oua cibos
quot modis iuuent notũ eſt. Nullus eſt alius cibus, inquit Plinius, qui in æ-
gritudine alat neque oneret: ſimúlq; uini uſum & cibi habeat. Oua optima
ſunt gallinarum & phaſianarum: anſerum uero & ſtruthocamelorum de- G
teriora. Oua quo recentiora eo præſtantiora, ſicuti quę uetuſtiſſima eadem
& peſſima ſunt: quæ uero ætate media ſunt, proportione receſſus ab extre-
mis bonitate aut ſucci prauitate inter ſe differunt. & quę oblonga ſunt oua 2
gratioris ſaporis putat Horatius Flaccus. Ad concoctionem, digeſtionẽ,

*τρομητά, Tremula. Oua ſorbilia, ῥοφητά.*

nutritionem, boníque ſucci generationem præſtant, quæ τρομητὰ, id eſt tre- 3
mula uocantur, quæ ſcilicet cocta quidẽ ſunt, ſed modice: quæ uero ῥοφητὰ,
id eſt ſorbilia dicuntur, in aqua duntaxat excalfacta, liquida adhuc & mini
me coacta denſatáque, minus quidem nutriunt, ſed aluum magis mouent,
ac gutturis aſperitates, gulæque, nec minus uentriculi inteſtinorum atque
ueſicæ leniunt: ſtomachum tamen languidum ſubuertere ſolent. Quæ au- 4
tem diutius cocta duriora euadunt, craſſiorem ea procreant ſuccum: diffi-

*Tardius permeãt, βραδύποϱα. Oua frixa, τηγανιστά. Ὠὰ πνικτά.*

ciliúſque concoquuntur, & tardius permeant: longe his duriora ſunt ac tar H
dius permeant, quæ in feruenti cinere uehemẽter aſſantur. Omniũ deterri-
ma ſunt, quæ in ſartagine ſpiſſantur: unde & τηγανιστὰ, id eſt frixa appellãtur,
malum nanq; procreant ſuccũ, craſſum atq; excremẽtoſum nidoroſúmq;,
& qui reliquũ quoque cibũ in uentriculo corrũpat. Quæ πνικτὰ uocantur,
hoc modo parari ſolent: oua ubi oleo, garo ac uino modico fuerint imbu-
ta, in duplici uaſe ſupra ignem modice craſſeſcunt. Hæc & elixis & aſſis
meliora ſunt, ſi ad mediocrem craſſitiem peruenerint: nam & probum
generant ſuccum, & facile concoquuntur. Hic cõſiſtẽtiæ modus in iis etiã
ouis ſeruandus eſt, quæ ſuperne caldariis infunduntur: ne ſcilicet nimium
craſſeſcant,

A craſſeſcant,ſed dum adhuc liquida ſunt,uas ab igne ſummouendū. Ouum ſi edatur in aceto coctū alui fluxiones deſiccat: quòd ſi auſteri quippiam ouis addideris(quale rhus eſt,aut galla,aut balauſtium,aut id genus aliud) & ſuper prunas frixeris,efficacius fit medicamentū: & ad dyſentericos hoc modo cœliacósq; affectus efficaciſſime datur. Maceratorum in aceto molliri diximus putamen:talibus cum farina in pane ſubactis,cœliaci recreantur. Quidam ita reſoluta in patinis torreri utilius putant: quo genere non aluos tantum,ſed & menſes fœminarum ſiſtunt:aut ſi maior ſit impetus, cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Et per ſe lutea ex his decocta rurſum in aceto,donec indureſcant,iterúmque cum trito pipere torrentur ad cohibendas aluos. Fit & dyſentericis remediū ſingulare ouo effuſo in fictili no-B uo,eiuſdémque oui menſura,ut paria ſint omnia,melle, mox aceto, item oleo,confuſis crebróque permixtis:quo fuerint excellentiora, hoc præſentius remedium erit. Alij eadem menſura pro oleo & aceto reſinā adiiciunt rubentem,uinúmq;, & alio modo tēperant,olei tantum menſura pari, pineíque corticis duabus ſexageſimis denariorum, unà eius quod rhus dicimus,mellis obolis quinq; ſimul decoctis,ita ut cibus alius poſt quatuor horas ſumatur: ad puris & ſanguinis excreationes ouum crudum cum porri ſectiui ſucco paríque menſura mellis Græci calefactū hauritur. Ouo quoque toto crudo utimur admixto roſaceo ad palpebrarum, aurium māmarúmque phlegmonas,& quæ in partibus neruoſis contingunt,ut cubito & digitorum tendinibus,ſiue in manibus ſiue pedibus exiſtant. Et ambuſtio-C nibus,ſi ſtatim imponatur,prodeſt,ſiue cādidum oui ſolum molli lana exceptum,ſiue etiam cum uitello quis imponat:mediocriter nanque refrigerat ouum,& citra eroſionem deſiccat. Cādidum oui ægre concoquitur: tēperatura modice frigidum eſt,& mordacitatis expers atque emplaſticum: ophthalmiis,ſedíſque ac pudendorum ulceribus medicamentum eſt idoneum:ambuſtionibus innaſci puſtulas non ſinit,ſi quamprimū eo perungantur:faciem à ſolis uſtione tuetur:frōti impoſitum,cum thure fluxiones arcet: inflammationes oculorum lana exceptū,addito roſaceo,melle & uino mitigat. Crudum contra hæmorrhoidis ſerpentis morſum:tepidū uero ad ueſicæ roſiones renúmq; ulcerationes datur: ad aſperæ quoque arteriæ ſcabritiem,ſanguinis reiectionem,diſtillationes, thoracíſq; fluxiones. Mi-D ſcetur quoque medicamentis ſanguinis profluuium ex cerebri membranis quas meningas uocant,ſupprimentibus: & ad ulcera malefica, cum iis quæ abſque eroſione exſiccant: qualia ſunt pompholix et metallica quædā elota. Vitellus quoque natura ſimili eſt: miſceturque ceratis immordacibus,& cataplaſmatis quæ phlegmonas mitigēt,ouis uidelicet aut elixis aut aſſis: ſed paulo exſiccantior fit aſſatus: quantúmque ſiccitatis hoc modo habeat,tantum mitigatoriæ facultatis amittit. Luteum oui,inquit Dioſcorides,oculorum doloribus utile eſt. aſſum ſedis inflāmationibus prodeſt cum croco & roſaceo:& condylomatis cum meliloto:cum rhoe culinaria aut galla in ſartagine frigitur:& in cibo aluum ſiſtit: ad idem quoque per ſe offertur. Prodeſt tuſſientibus,inquit Plinius, per ſe luteum deuoratū li-

quidum, ita ut dentibus nō attingatur: thoracis diſtillationibus & faucium E
ſcabritię. Stomachum diſſolutum cōfirmāt pulli ouorum, gallæ dimidio:
ita ut ne ante duas horas alius cibus ſumatur. Dāt & dyſentericis pullos in
ipſo ouo decoctos, admixta uini auſteri hemina, & pari modo olei polentæq;. Membrana putaminis detracta ſiue crudo ſiue cocto, labiorum fiſſuris medetur: putaminis cinis in uino potus, ſanguinis eruptionibus. comburi ſine membrana oportet: ſic fit & dētifricium. Firmitas putaminum tanta eſſe traditur, ut nec ui nec pondere ullo frangātur, nec niſi paululum inflexa rotunditate. Et ne quid deſit ouorū gratię, cādidum ex his admixtum calci uiuæ glutinat uitri fragmenta. Vis uero tanta eſt, ut lignum perfuſum ouo non ardeat: ac ne ueſtis quidē contacta aduratur. De gallinarum autē
ouis fere tantum locuti ſumus, cum & reliquarum alitum reſtant magnæ F
utilitates, ſicut ſuis dicemus locis. Adeps auium nonnullarū, ut anſerinus
& gallinaceus, recēs & ſine ſale cōditus, uuluæ uitiis prodeſt: ſale inuetera- 6
tus, & qui temporis diuturnitate acrimoniā contraxit, uuluæ inimicus eſt. Fel auium ſiccius atque acrius eſt, quàm ſit quadrupedum.

1 Hoc in loco πυργίτας, ni fallor, paſſeres uocant Galenus & Oribaſius: nec ſecus Aëtius in Galerita. 2 Horatius, Longa quibus facies ouis erit, illa memēto Vt ſucci melioris, &c. 3 Hæc Dioſcorides ὠὰ ἀπαλά, id eſt oua mollia uocat. 4 Ἀυγοχυλικά hæc uocat Sethus, niſi mendoſus ſit codex. 5 Caldariis infunduntur, Hæc ἔξιφθα uocat Sethus. 6 Auiū adeps quo pacto curari reponíq; debeat, docēt Dioſc. & Plin.

*Ἀπαλά ὠά. Mollia. Ἀυγοχυλικά. ὠὰ ἔξιφθα.*

## De auium generibus quæ fiſſos pedes habent: & primo, de gallinaceo genere. Cap. CXXVI.

G

*Fidipedes. Digitatæ. Σχιζόποδα. Gallinarum genera. Gallina, Ἀλεκτορίς. Gallus gallinaceus. Gallinaceus. Capus.*

VOlucrum prima diſtinctio pedibus maxime conſtat: aut enim digitos 1
habent fiſſos, dicūtúrq; fidipedes, aut in palmipedum genere ſunt, uti modo diximus. Inter fidipedes uero, gallinarū plerunque agricolæ cura ſo-
lennis eſt. earum genera ſunt, uel cohortalium, uel ruſticarum, uel Africa- 2
narum: cohortalis eſt auis quæ uulgo per omnes fere uillas conſpicitur: &
ex tribus hiſce generibus, hæ propriæ appellantur gallinæ: mares autē gal- 3
li, ſemimares capi, qui hoc nomine uocantur cum ſint caſtrati libidinis abolendæ cauſa. Cum cæterę aues criſtam gerant pennarū eminētia quadam extructam, gallinaceus unus peculiarem ſibi ſortitus eſt criſtam: ſic enim inſtitutam, ut nec caro ſit, nec à natura carnis omnino aliena. Ingluuiē ha-
bet gallinaceum genus præpoſitam uentriculo, & appendices quaſdā pau H
cas infra, quà deſinit inteſtinum. Coeūt & pariunt gallinæ omni fere tempore: toto enim anno præterquam duobus menſibus brumalibus pariunt. Inhorreſcunt à coitu, & ſe excutiunt: ſæpe etiam feſtuca aliqua ſeſe luſtrāt, quod edito ouo interdum faciunt. Magna eſt generoſarum nonnullis fœcunditas: quando oua uel ſexaginta edunt ante incubitum: quanquam generoſæ minus fœcundæ quàm ignobiles uulgaréſue ſunt. Nonnullæ enim è cortalibus bis die pariunt. Iam aliquæ in tantum copiæ peruenerunt, ut effœtæ breui morerentur. Hadrianis laus maxima. Hæ paruo quidem ſunt corpore, ſed quotidie pariunt: ferociunt tamen, & pullos ſæpe interimunt: color his uarius. Ouum gallinæ cōſiſtit à coitu, & perficitur decem diebus

*Gallinæ hadrianæ.*

magna

A magna ex parte. Gallinarum iuuencæ pariunt primæ,ſtatim uere ineunte: & plura quàm ueteres,ſed minora. Sunt in genere gallinarum quę pariunt gemina omnia(gemina uoco, quæ binis cōſtant uitellis:)quędā enim duodeuiginti peperit,excluſitq; gemina:præterquam ſi qua eſſent(ut fit)irrita.
4 Cæteris itaque geminis fœtus prodijt:ſed ita gemini excluduntur, ut alter ſit maior,alter minor:& tandem in monſtrum degeneret, qui minor nouiſſime prodiit:aliqui negant omnino geminos excludi. Pariunt autē gallinæ oua nonnulla infœcunda,uel eorū quę conceperint coitu:nullus enim prouenit ex eis fœtus, quanuis incubitu foueantur. Oua plena ſint atq; utilia nec ne,animaduerti aiunt poſſe,ſi demiſeris in aquam: quòd inane, natat:plenum,deſidit. Qui(ut hoc intelligant)concutiunt,errare:quòd in eis
B uitales uenas confundunt:quo fit ut non gignant,cōfuſis ſcilicet uitalibus uenis. In iis idē aiunt,cum ad lumen ſuſtuleris:quod perlucet,id eſſe inane. Oua quæ incubantur,ſi habeant in ſe ſemen pulli, curator quatriduo poſtquam incubari cœperint,intelligere poteſt:ſi enim contra lumen cacumine ouorum apprehenſo,purus & unius modi perluceat color,ſterilia exiſtimantur eſſe,próque eis alia ſubſtituēda. Gallinas quæ incubare uolūt (glocientes uocant ruſtici)negant plus uigintiquinque oportere oua incubare. *Glocientes.*
5 Numerus autem ouorum quæ ſubiiciuntur(ut præcipit Columella)impar obſeruatur,nec ſemper idem: nam primo tempore, id eſt menſe Ianuario (fere enim cum primū partum conſummauerint, gallinæ incubare cupiūt ab idibus Ianuariis) quindecim,nec unquā plura ſubiici debēt: Martio de-
C cem & nouem,nec his pauciora,unū & uiginti Aprili. Tota deinde æſtate uſque in cal. Octobris,totidem:poſtea ſuperuacua eſt huius rei cura, quòd frigoribus excluſi pulli plerunque intereant. Plerique tamen etiam ab ęſtiuo ſolſtitio non putant bonam pullationem, quòd ab eo tempore etiamſi facilem educationem habent,iuſtum tamen nō capiunt incrementū: tantóque minus,quanto ſerius prouenere: uerum ſuburbanis locis, ubi à matre pulli non exiguis pretiis ueneunt,nec plerūque intereunt, probanda eſt æſtiua educatio. Diebus quibus animantur oua, & in ſpeciem uolucrū cōformātur,ter ſeptenis opus eſt gallinaceo generi. Verū celerius excluduntur calidis diebus: ideo ęſtate undeuiceſimo die aut duodeuiceſimo educūt fœtum:hyeme uero aliquando uiceſimo quinto. In gallinaceo genere ma-
D ribus tantū datur cātus. Hi,ut inquit Plinius,noſtri uigiles ſunt nocturni, quos excitandis in opera mortalibus rumpendóque ſomno natura genuit. norunt ſydera,& ternas diſtinguunt horas interdiu cantu. Cum ſole eunt cubitum,quartáque caſtrenſi uigilia,ad curas laborémque reuocāt: neque ſolis ortum incautis patiuntur obrepere:diémq; uenientem nuntiant cantu:ipſum uero cantum plauſu laterum. Imperitāt ſuo generi, & regnum in quacunq; ſunt domo,exercent:dimicatione paritur hoc quoq; inter ipſos, nec finis ſępe commorientibus. Quòd ſi palma cōtingit,ſtatim in uictoria canunt,ſéque ipſi principes teſtantur:uictus occultatur ſilens,ægréque ſeruitium patitur:nec in pugna aut ante pugnam canūt, ſed cum uicere. Gallinæ quoque cum mares uicere,cucuriunt:& preterea exēplo marium ten-

*Id eſt hora tertia poſt mediā noctem: ex Vegetio lib.3.*

*Cucuriunt; κοκκύζουσι.*

tant ſuperuentu coire:criſta etiam caudáque erigitur : ita ne facile præter- E
ea ſit an fœminæ ſint cognoſcere:nonnunquam etiam calcaria parua iis e-
naſcantur.Iam uero & mares uiſi nonnulli ſunt,qui cum forte fœmina in-
teriiſſet,ipſi matricis officio fungerentur in pullos ductando,fouendo,edu
cando,ita ne de cætero uel cucurire uel coire appeterent.Quin & iam inde
à primo ortu naturæ ita nonnulli mares effœminati proueniunt, ut neque
cucuriant,neque per coitum agere uelint, ac uenerem eorum qui tentant
ſuperuenire patiantur.Deſinunt etiam canere caſtrati:gallos enim caſtrãt,
*Capi.*
ut ſint capi libidinis abolẽdæ cauſa:quod duobus fit modis, lumbis aduſtis
candente ferro,aut imis cruribus,calcaribúſue,mox ulcere, dum conſane- 6
ſcant,oblito figlina creta : facilius ita pingueſcunt.In hoc uillatico genere,
qui procera corpora & animos ad prælia pertinaces requirũt, iis præcipue F
*Tanagrici galli. Rhodij gallinacei. Chalcidici galli. Medici galli. Melici galli.*
Tanagricum genus & Rhodium probant:nec minus Chalcidicum & Me- 7
dicum ( quod ab imperito uulgo litera mutata melicum appellatur)qui ſi-
ne dubio ſunt pulchri , & ad præliandum inter ſe maxime idonei , ſed ad
partus ſunt ſteriliores : nam Rhodij generis aut Medici propter grauita-
tem neque patres nimis ſalaces, nec fœcundæ matres . & Rhodiæ aues ne
ſuos quidem fœtus commode nutriunt , tantum abeſt ut alienos, ceu pa-
uoninos excludant. Tanagrici plerunque Rhodiis & Medicis amplitudi-
ne pares, non multum moribus à uernaculis diſtant , ſicut & Chalcidici.
At quibus cordi eſt induſtrij patrisfamilias uectigal inſtituere,mercari cer
*Gallinæ fœcundæ.*
te niſi fœcundiſſimas aues non expedit.Eæ ſint rubicũdæ uel fuſcæ plumæ,
nigríſque pennis,ac ſi fieri poterit, omnes huius & ab hoc proximi coloris G
eligantur:ſin aliter,euitentur albæ , quæ fere cum ſint molles ac minus ui-
uaces,tum ne fœcundæ quidem reperiuntur: atque etiam conſpicuæ ſunt,
propter quod inſigne candoris ab accipitribus & aquilis ſæpius abripiun-
tur.Sint ergo matrices probi coloris,robuſti corporis,quadratę,pectoroſę,
magnis capitibus,rectis rutilíſque criſtulis, interdum geminis,albis cruri-
bus,ore rubicundo,& ſub hac ſpecie quàm ampliſſimæ, nec paribus ungu-
*Plinius, Super quatuor digitos tranſuerſo uno.*
lis:generoſiſſimæque creduntur quæ quinos habent digitos, ſed ita ne cru-
ribus emineant tranſuerſa calcaria : nam quæ hoc uirile gerit inſigne,con-
tumax ad concubitum dedignatur admittere marem,raróque fœcunda,e-
*Gallinaceus.*
tiam cum incubat calcis aculeis oua perfringit. Gallinaceos mares niſi ſa
*Vnguibus lõgis, inquit Varro.*
laciſſimos habere non expedit:atque in his quoque ſicut in fœminis, idem H
color,idem numerus unguiũ,ſtatus altior quęritur: ſublimes ſanguineæq;
nec obliquæ criſtæ,rauidi uel nigricantes oculi,breuia & adũca roſtra,ma-
ximæ candidiſſimæque aures,paleæ ex rutilo albicantes, quæ uelut incanæ
barbæ dependent:iubæ deinde uariæ, uel ex auro flauæ per colla ceruicéſq;
in humeros diffuſæ : tum lata & muſculoſa pectora , lacertos æque ſimiles
*Varro. Caudis magnis & frequentibus pinnis.*
brachiis , alæ tum proceriſſimæ, caudæ duplici ordine , ſingulis utrinque
prominentibus pinnis inflexæ:quin etiam uaſta fœmina & frequẽter hor-
rentibus plumis hirta,robuſta crura nec longa,ſed infeſtis uelut ſudibus no
center armata. Mores autem quamuis non ad pugnam neque ad uictoriæ
laudem præparentur,maxime tamen generoſi probantur, ut ſint elati,ala-
cres,

Acres,uigilaces, & ad ſæpius canendum prompti, nec qui facile terreantur:
nam interdum reſiſtere debent, & protegere coniugalem gregem: quin
attollentem minas ſerpētem,uel aliud noxium animal interficere. Talibus
autem maribus quinæ ſingulis fœminę comparantur:cum Rhodij generis
aut Medici ternæ ſingulis maritentur. Tanagrici plerunq; Rhodiis & Me-
dicis amplitudine pares non multum moribus à uernaculis diſtant, ut di-
ctum eſt, ſicut & Chalcidici:omnium tamen horum generum nothi ſunt
optimi pulli: nam & paternam ſpeciem gerunt, & ſalacitatem fœcun-
ditatémque uernaculam retinent. Pumiles aues, niſi quem humilitas ea-
rum delectat, nec propter fœcunditatem,nec propter alium redditum ni-
mium probo, inquit Columella, tam hercule quàm nec pugnacem nec
B rixoſæ libidinis marem: nam plerunque cæteros infeſtat, & non pati-
tur iniri fœminas, cum ipſe pluribus ſufficere non queat. Quod ad gal-
linacei generis morbos attinet, pituita iis naſci ſolet, quæ alba pellicula *Pituita.*
linguam ueſtit extremam. Id porro uitium maxime naſcitur, cum fri-
gore & penuria cibi laborant aues:item cum per æſtatem conſiſtens in co-
hortibus aqua potatur :item cum ficus & uua immatura, nec ad ſatieta-
8 tem permiſſa eſt. Sub oculis etiam illis grana ipſa procedunt, quæ niſi acu
leuiter apertis pelliculis auferantur,extinguunt. Pediculis quoque infeſtan
tur & cruditate,& à ſuo lęduntur ſtercore, quod cum pedibus uncis adhę-
ſit,podagram creat. Caro gallinacea facile concoquitur, & probū gignit
ſuccum,neque craſſum,neque tenuem, ſed mediocrem: idq; tam ex mare
C quàm ex fœmina. Gallinaceæ carnis uſum iis quibus ratione uictus tenui
opus eſt,exercitatis quidem non prohibeo,inquit Galenus,præſertim earū
quæ in montibus fuerint educatę:at qui ſe non exercent,iis gallinacea car-
ne minus utendum eſt: alis tamē gallinarum uel in tenui uictus ratione ue
ſci licebit:quanquam neque uiſcera neque gallinaceorum teſtes huic diæ-
tæ ſunt idonea. Diſſectæ gallinæ & adhuc calentes appoſitæ ſerpentū mor-
ſibus auxiliantur,quas tamē ſubinde mutare oportet: ius quoque ex iis po-
tum pręclare medetur, & in multis aliis uſibus mirabile. datur in ſtoma-
chi ardoribus. Aluum ſoluit, inquit Plinius, ualidius è uetere gallinaceo.
9 Gallinarum iuniorum ius ſimplex (uti docet Galenus) ad temperanda hu
10 morum uitia datur,ſicuti ueterum gallinaceorum alui ſubducendę gratia.
D Coquere autem eos oportet cum ſale diutiſſime: aliqui incoquunt braſſi-
cam marinam, mercurialem, cnicum aut polypodium:crudos humores,
craſſos,lentos,melancholicos educit. Prodeſt longis febribus, aſthmati,ar-
ticulariis morbis,& ſtomachi inflationibus,(addit Plinius) torpētibus mē-
bris tremulíſq;, & capitis doloribus, epiphoris, faſtidiis,incipiēti tenaſmo,
iocineri,renibus,ueſicę. ueneficiis ex muſtela ſylueſtri factis cōtrarium eſt
ius gallinacei ueteris large hauſtum: peculiariter contra aconitum. Gal-
linarum gallinaceorúmue cerebrum in uino bibendum datur ad ſerpentū
morſus.(Parthi gallinę malunt cerebrum plagis imponere:)ſanguinē quo-
que à cerebri membrana profluentem ſiſtit. Contra phalangiorum omniū
morſus remedium eſt gallinaceum cerebrum cum piperis exiguo potum

in poſca. Gallinarum, ſaltem altilium, uentriculi alimenti bonitate ſua- E
uitatéque reliquarum auium omnium uentriculos ſuperant, pręterquam
anſerum. Quę in gallinacei maris uentriculi parte interiore cornus duri-
tiem habet membrana, eadem inter elixandum ſeparatur. Hæc, inquit Dio
ſcorides, membrana ſiccatur, tritáque in uino ſtomachicis bibenda datur.
Ventrem gallinæ arefactum, inquit Galenus, ſi bibatur, ſtomachicos iuua-
re nonnulli prodidere: id quod nos uanum eſſe comperimus. Gallinaceo-
rum uentris membrana, ut Plinius docet, inueterata & inſperſa potioni, di
ſtillationes pectoris, & humidam tuſſim uel recens toſta lenit, & membra-
nam è uentriculo gallinacei aridam, uel, ſi recens ſit, toſtam conteri & po-
tioni inſpergi iubent ad calculos pellendos. Gallinaceorum teſtes & ſa-
pore ſunt ſuaui, & optimum gignunt alimentum, eorum ſaltem, qui ſagi- F
nati fuerint: multóque maxime ſi ex lacte ſeroſo alimenta illis prębeãtur:
quippe qui & plurimum nutriunt, probúmque generant ſuccum, & conco
ctu faciles ſunt. Gallinaceorum teſtes ſubinde, ſi à cõceptu edat mulier, ma
res in utero fieri dicuntur. Gallinacei dextrum teſtem arietina pelle adalli-
gatum, uentrem concitare: contrà inhiberi uentrem pugnatoris galli teſti-
culis anſerino adipe illitis adalligatíſq; pelle arietina tradunt. Adeps gal-
linaceus inter ſuillum & anſerinum mediam obtinet naturam. recens &
ſine ſale conditus uteri uitiis prodeſt: ſale inueteratus, & qui temporis ſpa-
tio acrimoniam contraxit uuluæ inimicus eſt: conuenit & ad labiorum ri-
mas, & contra aurium dolores. laudant & gallinarum adipem contra pu-
ſtulas in papillis: has ſcilicet eius rei gratia ſaginant. Adiuuat mirifice & ru G
ptas oculorũ tuniculas admixtis ſchiſto & æmatite lapidibus. Fel ad me-
dicinæ uſum pręcipuum eſt gallinarum & perdicum. Gallinacei fel alliga-
tur ad argema & ad albugines ex aqua dilutum: item ad ſuffuſiones oculo-
rum, maxime candidi gallinacei. Laudant & gallinæ fel contra puſtulas in
papillis. Gallinaceum fimum ex aceto ſtrumas diſcutit: carbunculos perrũ-
pit cum melle, lini ſemine & oleo ſubactum: igni quoque ambuſtis mede-
tur. Gallinaceum fimum duntaxat candidum in hyſſopo decoctũ aut mul-
ſo, uenena fungorum boletorúmque adſtringit: item inflammationes ac
ſtrangulatus, quod miremur, cum ſi aliud animal guſtauerit id fimum, tor
minibus & inflationibus afficiatur. Alopecias celerrime explet gallinarum
fimum recens illitum. Fimum quoque gallinaceorum duntaxat rubrum H
luſcioſis illinendum monſtrant. & fimum gallinarum dũtaxat candidum
in oleo uetere corneíſque pyxidibus adſeruant ad pupillarum albugines.
Non prætaeribo miraculum, inquit Plinius, quanquam ad medicinam non
pertinens: ſi auro liqueſcenti gallinarum membra miſceantur, conſumunt
illud in ſe, ita hoc uenenum auri eſt: at gallinaceis ipſis circulo è ſarmentis
addito collo, nõ canunt. De uillaticis gallinis, quoniam uel nimium dictũ,
breuitate reliqua compenſabo.

*OEſypo puto legẽdum apud Plinium.*

ἀλεκτρυών. ἀλέκτωρ, ἢ ὄρνις. ἀλεκτρίαινα,

1 Fidipedes, χιζόποδα: digitatas uocat Plinius. 2 Cohortales uillaticæ etiã di
cuntur à M. Varrone. 3 Gallos gallinaceos ἀλεκτρυόνας & ἀλέκτορας Græci uocant:
gallinas uero ἀλεκτορίδας καὶ τὰς ὄρνιθας: & ἀλεκτρυαίνας Ariſtophanes ludẽs in comœ-

dia

A dia dixit & ἀλεκτρυόνας utrunque continere: inuenias, & pro maribus ἀλεκτορίδας acceptas. Hæc fere Hermolaus. 4 Cæteris itaque. Ita locũ hunc reddidit nobis Theodorus, uulgatam Plinij literã, ut uidetur, ſecutus, quæ ita habet. Et geminos ſæpe excludunt, ut Cornelius Celſus author eſt, alterum maiorẽ: alioqui negant omnino geminos excludi. Vetus quoque Ariſtotelis interpres ex Arabico ita uertit ad eundẽ ſenſum. Et in quolibet inueniuntur gemelli: & unus gemellorum paruus eſt, & alter magnus: & multoties eſt paruus monſtroſus. Hæc ille: Græca uero Ariſtotelis exemplaria (niſi mendam ſubeſſe iudicemus) ita habent: τὰ μὲν οὖν ἄλλα γόνιμα, πλὴν ὅσα τὸ μὲν μεῖζον, τὸ δ᾽ ἔλαττον γίνεται τῶν διδύμων, τὸ δὲ τελευταῖον τερατῶδες: hoc eſt (ut ego arbitror.) E cæteris itaque gemina fœcunda ſunt, niſi quibus hoc cõtingit, ut alter maior fuerit, alter minor: in iis enim tandẽ in monſtrum degenerat qui minor nouiſſime prouenit. Vtra autem ſententia fuerit uerior, indicabit experientia. Videtur certe Plinius uel ex profeſſo cum Ariſtotele hac in re minime conuenire: quando Celſum authorem non *ἀλεκτορίς.*

B Ariſtotelem citet. Obiter & illud admonuerim, in quibuſdam exemplaribus Plinianis haberi (uti recte annotauit Claymundus) non alioqui, ſed aliqui negant omnino geminos excludi. 5 Oua quo pacto gallinis ſubiicienda ſunt & pulli educandi, docent Columella & Varro. 6 Varro adurentes calcaria ad infima crura uſque dum rumpantur. Nec id patiuntur, inquit Columella, amiſſis genitalibus, ſed ferro candẽte calcaribus uſtis. 7 Gallinæ Medicæ, inquit Varro, primo dicebãtur, quia ex Media propter magnitudinem erant allatæ, quæque ex his generatæ poſtea propter ſimilitudinem. 8 Harum affectionum curationes ab iis perquirendæ, qui de uillaticis paſtionibus ſcripſere, ut à Columella & Palladio. 9 Quod Galenus dixit, ὑπερκρατητικῆς ἐστι δυνάμεως, Dioſcorides, δίδοται ὑπερκράσεως χάριν φαυλοτήτων. alij aliter reddiderunt: iudicent lectores. 10 Gallinaceus quomodo coquendus eſt, ut iuſculum efficiat ciendæ aluo idoneum, docent Dioſcorides & Plinius. *Medicæ gallinæ.*

C

## De gallinis ruſticis, Africanis, meliagridéque & pauone. Cap. CXXVII.

RVſtica gallina uocatur, quæ non diſſimilis uillaticæ per aucupem deci- *Gallina ruſtica.*
1 pitur: eáque plurima eſt in inſula quam nautę in Liguſtico mari ſitam producto nomine alitis, gallinariam uocitauerunt. Gallinæ ruſticæ, inquit Varro, ſunt in urbe raræ, nec fere manſuetæ ſine cauea uidentur Romæ, ſimiles facie non his uillaticis gallinis noſtris, ſed Africanis aſpectu, ac facie incontaminata. In ornatibus publicis ſolent poni cum pſitacis ac merulis albis: item aliis id genus rebus inuſitatis. Neque fere in uillis oua ac pullos
2 faciunt, (in ſeruitute enim non fœtant) ſed in ſyluis. Africana eſt quam plerique Numidicam dicunt, meleagridi ſimilis, ut ſentit Columella, niſi *Gallina Africana Numidica.*
D quòd rutilam galeam & criſtam capite gerit: quæ utraque ſunt in maleagride cœrulea. Et gallinarum Numidicarum eadem eſt fere quę pauonum educatio. M. autem Varro, Gallinæ, inquit, Africanæ ſunt grandes, uariæ, gibberæ, quas meleagridas appellant Græci. Meleagrides in Bœotia pugnant, inquit Plinius, Africę, hoc eſt gallinarum genus gibberũ uariis ſparſum plumis. Hæ nouiſſimæ ſunt peregrinarum auium in menſas receptæ, propter ingratum uirus: uerum Meleagri tumulus nobiles eas fecit. Et uęneunt propter pennariam magno. Porro meleagrides ita deſcribit Clytus Ariſtotelis diſcipulus: magnitudine ut ſint gallinæ generoſæ, capite ad portionem corporis paruo ac glabro, in quo criſta carnea rotunda & prædura, quæ paxilli in morem promineat, roſtro ligneo. Ad malas ab ore ortam ca *Meleagrides.* *Meleagrides.*

runculam habent longam dependentem, rubicundiorem quàm in genere E
gallinaceo. Quod autem in gallinis roſtro adhæret (πώγωνα uocāt Græci, La
tini paleam mentúmue) meleagrides non habent. roſtrum acutius & ma-
ius quàm gallinæ, ceruix craſſior breuiórque & nigra, corpus frequenti- 3
bus uarium maculis in nigro candidis, maioribus lenticula: & alæ ipſæ ua-
riegatæ, ſerrata ſpecie digeſtis in quendam uerſum maculis. crura ſine cal-
caribus, cætero ſimilia gallinaceis. locis gaudent paludoſis lacuſtribúſque.
Fœminæ maribus adeo ſimiles ſunt, ut uix dignoſcere genera poſſis. Hæc
Clytus. Hiſtrus tradit meleagridas à nullis auibus quę aduncis ſunt ungui-
bus uiolari. Oua generant meleagrides punctis diſtincta. pullos ſuos uelut
*Pauo.* peroſæ negligunt. At contrà pauones fœminæ ſua ſponte ſtudioſius pul-
*Pauus.* los enutriunt. Hæ ſine cuſtode tuto uagantur: maiorémque pabuli partem F
Ταώς. ſibi & pullis acquirunt. Hoc genus auium cum trimatum expleuit, optime
Ταώς. progenerat. ſiquidem tenerior ætas, aut ſterilis aut parum fœcūda eſt. hoc
Τάων. tempore & colores pennarum uarios recipit. coitus uere & partus breui à
coitu agitur: itaque poſt admiſſuræ tempus confeſtim matrices cuſtodien-
dæ ſunt, ne alibi quàm in ſtabulo fœtus edant: maximéq; temporibus qui-
bus parturiunt pluribus ſtramentis exaggerandum præcipiunt auiarium,
quo tutius integri fœtus excipiantur. Nam fere pauones cum ad nocturnā
requiem uenerunt, perticis inſiſtentes enituntur oua: quæ quo propius ac
mollius ceciderint, illibatam ſeruant integritatē. Excludit pauo diebus tri-
cenis aut paulo tardius. ſemel tantummodo anno parit oua duodecim, aut
paulo pauciora: nec continuatis diebus, ſed binis terníſue interpoſitis. pri- G
miparæ octona maxime edunt. Hæc Ariſtoteles. Pauo, inquit Plinius, parit
primo anno unum aut alterum ouum, ſequenti quaterna quináue, cæteris
duodena non amplius: uerum, ut alij tradunt, fœminæ quæ non incubant,
ter anno fere partus edunt: at quæ fouent oua, totum tempus fœcunditatis
aut excludendis aut etiam educandis pullis conſumunt. Primus eſt partus
quinque fere ouorum, ſecundus quatuor, tertius aut trium aut duorum eſ
ſe conſueuit. Irrita & ſubuentanea illa pauones etiā pariunt. Mas dum fœ-
mina incubat aduolans oua frangit, deſiderio incubātium: quapropter no-
ctu & in latebris pariunt: & earum curatores gallinis ſubiiciunt incubanda
oua pauonina. Pullos præterea ſuos mares perſequuntur uelut alienigenas
priuſquam illis criſtarum naſcatur inſigne: crinitæ enim pauoni in capite
exeunt arbuſculæ. Viuit pauo annis uiginti quinque. Colores incipit fer- H
re in trimatu. Amittit pennas cum primis arborum frondibus: recipit cum
germine earundem. Cauda, quæ pauoni magna eſt, etiam decidua eſt, & u-
tranque ob cauſam nullius in uolatu uſus. Huic uni natura formæ è uolu-
cribus dedit palmam: nec id quidem corporis ſpecie, ſed pēnarum pulchri-
tudine. Maſculus pauo gallinaceam ſalacitatem habet: atque ideo quinque
fœminas deſiderat. Porro ſigna ſunt extimulatę libidinis, cum ſemetipſum
(aduerſo maxime ſole, quia ſic fulgentius radiat) ueluti mirantem, caudæ
gemmantibus pinnis protegit, & ſingularum capita oculata pinnarum lo 4
cis ſuis exerit, cum ſtridore procurrens. Idē cauda, ut modo diximus, amiſ-
ſa cum

A ſa cum foliis arborum, donec renaſcatur iterum cum flore, pudibundus ac mœrens quærit latebram. Vitia quæ gallinaceo generi nocere ſolent, eadem has aues infeſtant. Sed nec alia remedia traduntur, quàm quę gallinaceis adhibentur. Pauonina caro dura eſt fibroſáque, & concoctu difficilis. Pauones fimum ſuum (cuius eſt ad oculorum uitia uſus efficax) reſorbere tradunt, inuidentes hominum utilitatibus. In India gallinacei naſcuntur maximi, qui criſtam habent non rubram ut noſtri, ſed ita uariam & floridam, quemadmodum coronam ex floribus cōtextam. Pennas poſteriores minime inflexas habent, neque in orbem reuolutas, ſed latas, quas cum nō erigunt, ut pauones trahunt, eorum pennæ ſmaragdi colorem gerunt.

*Gallinacei Indici.*

B 1 In mari Tuſco, inquit Varro, ſecundum Italiam contra montes Liguſticos. 2 Numidicæ, inquit Plinius, in parte Africæ Numidia. 3 Corpus frequentibus, Si cui contigerit emendatior Athenæi codex, hūc locum legat græce, quem nos ob exēplaria mendoſa totidē uerbis exprimere non potuimus, coniectura noſtra contenti, una cum Hermolai interpretatione. 4 Hæc luculētiſſime expreſſit Lucretius lib. 2,

Caudáque pauonis larga cum luce repleta eſt,
Conſimili mutat ratione obuerſa colores:
Qui quoniam quodam gignuntur luminis ictu,
Scire licet ſine eo fieri non poſſe putandum.

## De columbaceo genere. Cap. CXXVIII.

Columborum poſſeſſio non abhorret à cura boni ruſtici: nam fœcunC ditas quanuis longe minor ſit, quàm eſt gallinarum, maiorem tamen refert quæſtum: nā & octies anno pullos educat, ſi eſt bona matrix, & pretiis eorum domini complent arcam, ſicut eximius author M. Varro nobis affirmat. Quæ proprie columba uocatur, (ſunt enim columbacei generis ſpecies plures) duo continet genera: unū agreſte, ut alij dicūt, ſaxatile, quod
1 habetur in turribus ac columinibus uillæ. Hæ propter timorem naturalem ſumma loca in tectis occupant: & in turres ex agro uolant ſuapte ſponte ac remeant. Alterum genus columbarum eſt clementius, quod cibo domeſtico contentum, intra limina ianuæ ſolet paſci. hoc genus maxime eſt co-
2 lore albo: illud agreſte, ſine albo, uario: quāquam in India luteas eſſe colūbas ferunt. Ex his duabus ſtirpibus fit miſcellum tertium genus fructus cau
D ſa: atque incedunt in locum unum, quod aliqui uocant περιστεροτροφεῖον, alij περιστερεῶνα: in quo uno ſæpe uel quinque millia ſunt incluſæ. Columbæ utraque palpebra conniuent. Lienem habent paruum, adeo ut propemodū ſenſum effugiat. ueſica bilis in columbis non iecori adhæret, ſed aut uentriculo aut inteſtino. Vētriculum habent calidum columbæ, & facultatem concoquendi maximam. Coeunt intra annum columbæ: quippe quę ſemeſtres noſſe incipiant uenerē: uel, uti Plinius tradit, quinquemeſtres fœtificant. Columbæ proprio ritu oſculantur ante coitum: & niſi ante mutuo oſculentur, mas non aſcendit: ſed iunior ſit an ſenior intereſt: ſenior enim primum coitum oſculo exorditur, ſequentem & ſine oſculo agit: at iunior quoties libet coire, toties oſculatur. Igitur hic ritus columbarum proprius

*Columbus. Columba. περιστερά. περιστερός. Columba agreſtis ſaxatilis. Columba domeſtica. Καθοικίδιος περιστερά. περιστεροτροφεῖον, περιστερεών, Columbariū.*

eſt:atque etiam ille,ut fœminæ ſaliant, ac ſupergreſſu mutuo agant, ſi mas E
non ſit,& cum oſculo ut mares:& quanuis nihil altera emittat in alteram,
tamen plura ſic oua quàm ex maris coitu pariunt:uerum nullus ex his ena-
ſcitur pullus,ſed ſunt omnia irrita: quanquam & nonnunquam oua infœ-
cunda & irrita etiam ex maris coitu cum fœmina proueniunt. Columbę
ouum paucioribus quàm decem diebus à coitu conſiſtit & perficitur:& pa
*Aliàs die 25.* riunt,inquit Plinius,à coitu die quinto.Pariunt fere bina oua : ac marē ſem
*Poſtridie fœminā, inquit Pli.* per & fœminam pariunt,priorem marem,poſteriorem fœminam: etenim
cum pepererint primum ouum,uno interpoſito die ſecundum pariunt. Pa
riunt omnibus amni temporibus,pullóſque educant, ſi locum apricum ha
beant & cibum:ſin minus æſtate tantum fœtant.Sed proles præſtantiſſima
uere & autumno eſt:deterrima æſtate & omni tempore calidiore. Facultas F
columbis retinendi oui, etiam tempore parturiendi eſt : nam ſi ab aliquo
uexetur , aut penna in nido euulſa,uel quauis alia re infeſtetur , aut etiam
ſponte moroſius habeat,ouum per triſtitiam retinet,partúmq; differt. Ni-
hil columbis fœcundius : pariunt enim decies anno, nonnullæ undecies:
Ægyptiæ uero & duodecies . Et æſtate quidem interdum binis menſibus
terna edunt paria:nanque decimooctauo die excludunt, ſtatímque conci-
piunt : quare inter pullos ſæpe oua inueniuntur : & alij prouolant, alij erū- 3
punt : pulli autem cæci procreantur . Diebus circiter quadragenis conci-
pit, & parit, & incubat columba : & hoc fere totum annum faciunt : tan- 4
tummodo interuallum faciunt à bruma ad æquinoctium uernum. Incu-
bant in hoc genere ambo uiciſſim , interdiu mas, noctu fœmina. Exclu- G
dunt uiceſimo die,aut citra uiceſimum diem ouum quod prius ediderint.
Perforant ouum pridie eius diei,quo pullum excludunt: & fouent prolem
ambo ad certū tēpus,eodem modo quo oua. Quin etiā fœminæ parturiēti
mas adeſt,& cultu omníq; officio fungitur. Sæpe etiam fœminam pigrius
euntem ad nidum propter partus laborem mas percutit,cogítque intra-
re.Excluſis iam pullis,alimentum illis parat,quod pręmanducatum,in eo-
rum os inſerens ſuum, ingerit,atque ita præparat ad cibum recipiendum.
Pullis primo ſalſiorem terram collectam gutture in ora inſpuunt, præpa-
rantes tempeſtiuitatem cibo.Ita magna ex parte columbæ mutuo degunt
amore,ut neque cum pluribus coire uelint, neque coniugium iam inde à
primo ortu initum deſerant,niſi cœlebs aut uidua : ſed interdū tamen nō-
nullæ etiam ex maritatis cum aliis coeunt.Pugnax hoc animal eſt:alter al- H
terum infeſtat,nidúmque alter alterius ſubit, ſed raro: nam etſi ex longin-
quo minus,tamen apud ipſum nidum ſummo certamine dimicatur. Co-
lumbacei generis proprium eſſe uidetur,ne collum cum bibunt reſupinēt, 5
niſi ſatis hauſerint:& ut large bibant iumētorum modo. Frugibus uictitāt
columbæ:uiuūt autem uel ad octauum annum. Fertur à columba quodq;
accipitrum genus cognoſci:itáque cum accipiter prouolat, ſi ſublimipeta
eſt,manent quo conſtiterint loco:ſed ſi humipeta qui prouolat eſt,non ma
nent,ſed continuo auolant.Cum auium mos ſit,ut aliæ ſeſe in puluere uo-
lutent,alię ſeſe lauent,aliæ nec puluere nec balneo utantur:columbi utrūq;

tum

A tum lauare tum puluerare ſolet. Multiuaga auis columba: eſtq; ars illis inter ſe blandiri, & corrumpere alias furtóq; comitatiores reuerti: inducúntque alias in culumbarium, ſi cumino paſcantur aſſidue. 6 Columbarum caro facile concoquitur: ſuccum efficit craſſitie tenuitatéque mediocrẽ. Præſtantior autem eſt earum caro, quæ in turribus degunt quàm domeſticarũ: ex quibus nõ niſi modice deguſtare expedit iis, qui exercitio minime utũtur, ſicuti nec è gallinis. auxiliatur contra ſerpentum morſus columbarum caro recens cõcerpta. columbæ ſanguis cruorem è membranis cerebri erũpentem cohibet. Columbinum fimum quod à colũbis agreſtibus redditur, excalfacit & urit, miſcetúrque uice napyos cum ſemine naſturtij ſiccũ contuſum cribratúmq; ad ea quæ rubefieri deſiderãt: quales ſunt diuturniores B affectus, ceu coxendicis morbus, hemicrania, uertigines, ſcotomata, cephalea, & laterum, ſcapularum, ceruicis, lumborum inueterati dolores: nephritides & cœliaci dolores, podagręque & arthritides, quæ nondum poros in articulis contraxerint. Columbinum fimum ex aceto ſtrumas diſcutit: laudatur & ad ægylopas, & albugines, & cicatrices: carbunculos perrumpit cũ melle, lini ſemine & oleo ſubactum: igni quoque ambuſtis medetur. Fimũ columbinum cum oleo & uino potum uenerẽ inhibere: ſed ſi lutea ex ouis quinque columbarum, admixto adipis ſuilli denarij pondere ex melle ſorbeantur, uenerem concitare feruntur. columbarum ſyueſtrium fimum priuatim contra argenti uiui potum ualet. Genera columbarum quinque numerantur: quæ proprio nomine columba uocatur, palumbes, œnas quæ C uinago, pelias quæ liuia à nonnullis uocatur, & turtur: in his palumbi, turturis & columbæ ſanguine utuntur medici ad recentia oculorum uulnera, ad oculos cruore ſuffuſos atq; luſcioſos. In columbis maſculi ſanguinem efficaciorem putant: uena autem ſub ala ad hunc uſum inciditur, quoniam ſuo calore utilior eſt. ſuperimponere oportet ſplenium è melle decocto, lanámque ſuccidam ex oleo & uino.

*Columbarum genera.*

1 πυργίτης, nonnunquam à Galeno, arbitror, uocatur & περιστερὰ νομάς. 2 De coloris uarietate in pennis ceruicis columbarum ita cecinit Lucretius lib. 2.

Pluma columbarum quo pacto in ſole uidetur
Quæſita ceruices circum, collúmque coronat?
Nanque aliàs fit, uti claro ſit rubra pyropa,
Interdum quædam ſenſu fit uti uideatur
D Inter cœruleum uirides miſcere ſmaragdos.

3 Columba cum peperit, inquit Athenæus, poſtridie marem repetit. 4 Colũba citra dies triginta, inquit Ariſtoteles, prole expedita ſuperiore parit. 5 Niſi ſatis hauſerint, ἐὰν μὴ ἱκανὸν πίωσιν: ita Theodorus: uetus interpres, quouſque eis ſufficiat. Suſpecta mihi uidentur hoc in loco exemplaria Ariſtotelica. 6 Hæc Galeni eſt ſententia: Sunt ex Arabum ſchola, qui tradant corpora pullorum columborum eſſe tardæ digeſtionis, & longæ moræ in ſtomacho: Raſius tamen, columbus, inquit, leuis eſt cibus, & ſubtilis. Et iterum, eſt cibus mirabilis ad caliditatem declinans.

*πυργίτης, νομὰς περιστερά.*

## De palumbo, œnade, peliade & turture. Cap. CXXIX.

*Palumbes.*

INter columbarum genera maximo corpore eſt palumbes: quippe quæ nonnullis locis gallinaceum æquet magnitudine. Colorẽ habet cinereũ:

*Palumbus. Φάψ. Φάττα. Τίθασος.*

caput ſubcœruleum purpureúmue: & nigrum oculi rotundiſſimum. In- E
gluuiem habēt præpoſitam uentriculo. Cantus in hoc genere omnibus ſi-
milis atque idem terno conficitur uerſu, præterquam in clauſulæ gemitu,
hyeme mutis, uere uocalibus: hyeme nanque nō gemit palūbes, niſi quòd
aliquando ex aſperrima hyeme, cum placidum tempus ſucceſſiſſet, gemue
rit: id quod apud peritos in admiratione habitum eſt: cæterū ineunte uere
gemere incipit. Camporum incola palumbes eſt. Coitus tempore teſtes pa
lumbi magnitudine inſignes, aliàs uero parui & omnino obſcuri, ita ut hy-
bernis menſibus ne ullos quidem teſtes in his haberi nonnulli arbitrentur.
Palumbes & turtures trimeſtres coire fœtificaréque aliqui referunt, argu-
mento quòd larga eorum copia eſt. Gerūt uterum decem & quatuor die-
bus, ac totidem aliis incubant: & totidē aliis fœtus ita uolucer fit atq; perfi F
citur, ut uix poſſit apprehendi. Bina pariūt oua palumbes & turtur, & cum
plurimum terna: ſed nunquam plus duobus pullis educunt: nonnunquam
*Pariūt, inquit Plinius, palūbes poſt ſolſtitia.*
etiam unum tantum: reliquum ouum ſemper irritum eſt. Pariunt autē ue-
re, nec plus quàm bis: atque ita ſi prior fœtus corruptus eſt: pullos procreāt
imperfectos. Incubatus tempore palumbium fœmina incubat à poſtmeri-
diano incipiens, totáque nocte & uſque ad tempus ientaculi perſeuerans:
in reliquo tempore munus idem mas ſubit. dignoſci autem máſne an fœ-
mina ſit, haud facile eſt, niſi interiorum aſpectu. Collum cum bibit non re-
ſupinat palumbus, niſi ſatis hauſerit. Mare uno contenta & turtur & palū-
bes uiuit, nec alterum recipit: nidulātúrque & palumbes & turtures ſem-
per locis eiſdem. & cum mares in aliis fere animalibus diuturniores quàm G
fœminæ ſint, in his marem prius quàm fœminam mori nōnulli aiunt. Vi-
uere autem palumbes ad triceſimum annum, aliquos ad quadrageſimum
Ariſtoteles author eſt, uno tamen incommodo unguium, eodem & argu-
mento ſenectæ, qui citra perniciem reciduntur. Proſunt ſqualores maxime
palumbis. Horum aliqui latent, aliqui non latent, ſed cum hirūdinibus ab-
eunt, nec hybernare apud nos patiuntur: aliqui tamē ſemper uiſuntur. Vo-
lant gregatim tum palumbes tum turtures cum accedunt, & cum ſuo tem
pore abeunt. Palumbium caro durior eſt, quàm ſit columborū, turturum,
turdorum, merularúmue aut paruularum auium: eſtq; concoctu difficilis
excrementoſáque. In cōtractione neruorum caro palumbina in cibis pro-
deſt & inueterata: in aceto decocta dyſentericis & cœliacis medetur: è po-
ſca uero ileon & tormina ſanat. Palumbi ſanguine utuntur medici ad ocu H
lorum uitia, uti in columbis indicauimus. De palumborum eſu ita cecinit
Martialis coquus,

*Palumbus torquatus.*

Inguina torquati tardant hebetántque palumbi.
Non edat hanc uolucrem, qui cupit eſſe ſalax.

*Οἰνὰς, uinago.*

*Autūno tantū conſpicitur, inquit Athenæus.*

Secūdum magnitudinis locum in columbaceo genere œnas obtinet, id eſt
uinago, paulo maior quàm columbus, minor quàm palumbes eſt. Autūno
potiſſimum & conſpicitur & capitur. Modus maxime capiendi eam, dum
ſe in aquam bibendo propendet. ueniunt ad noſtra loca, cum iam fecerint
prolem. Frugibus quoque uiuit ut columba: & bina parit oua. Diuerſum
certe

A certe genus à columba peleias eſt,id eſt liuia: quippe quæ minor quàm co- *πελειὰς, liuia.*
lumba ſit, & minus patiens manſueſcere. liuet etiam plumis & pene nigri-
cat: & pedibus rubidis ſcabroſiſque eſt, paruáque adeo, ut nemo id genus
alere uelit. In India liuiæ columbæ uirides pennas habēt, ut primo aſpectu,
ſi quis in auium cognitione rudis ſit, pſitacum nō columbam dicat. Roſtrū
illis & cruor Græciæ perdicibus ſunt ſimilia. Diſcedunt hyeme liuiæ, nec
2 apud nos hybernare patiūtur: plurimum curæ proli impendūt. Minimum
in columbaceo genere turtur eſt, colore fere cinereo. Frugibus uiuunt tur- *Turtur,*
tures, bibunt, coeunt, gerunt uterum ac pariunt, nō aliter atque de palum- *τρυγών.*
3 bis diximus. Degūt æſtate locis frigidis, hyeme tepidis: ideóque æſtate tan-
tum apparet turtur: hyeme ſe cōdit aut diſcedit: nec enim hybernare apud
B nos patitur: nemo enim, prope dixerim, uidiſſe per hyemem uſpiam turtu-
rem dicitur. Latēre autem incipit præpinguis: & quanquam pennas in la-
tebra dimittit, tamen pinguedinem ſeruat. Volant gregatim cum accedūt,
4 & cum ſuo tempore abeūt. Turturi cum uocem reddit, pars nouiſſima al-
ui uehementer citatur: euenítque nonnunquam crepitus alui. Turturis ca-
ro difficilius quidem concoquitur quàm columbarum, turdorum, meru-
larum aut paruarum auium: ſuccum tamen probum gignit, ſi recte con-
coquatur. & temperatura ſicca turtur eſt, præſertim ſi in locis mōtanis ui-
ctitarit. neque recens mactata edēda eius caro eſt: ſed ubi uno, minimum,
die adſeruata ſit: fit enim hoc pacto, ut & minime dura euadat, ſed friabilis
iam, & omnino uitio careat. Turturis ſanguine utuntur medici ad recētia
C oculorum uulnera, uti in columbis dictum eſt: ſimum turturis albugines
extenuat. Turtur cum pyrali pugnat: locus enim paſcendi uictúſque idem *Pyralis.*
eorum traditur. Turtur quoque & chloreus pugnant: & occiditur à chlo- *Ignaria. Chloreus,*
reo turtur. *Luteus.*

1 Palumbes Italiam autumno relicturæ, quonam pacto capiantur, explicat Blō-
dus in regione Latina. 2 Plurimum curæ: Vide an hoc intelligat Oppianus de
columbis: nam id ſignificat πελειὰς nonnunquam apud poëtas. 3 Turtur uere oc-
cultatur, inquit Plinius, pennáſque amittit. 4 Turtures quo pacto capiātur cantu
& ſaltatione, legas apud Ælianum.

## De phaſiana, tetrace, erithrotaone, otide, & oto. Cap. CXXX.

1 GAllinam phaſianus alimēti bonitate cōcoctionísque facilitate æquat, *Phaſiana.*
D ſuauitate uincit. Auis eſt minime altiuola, ſed terrena & pulueratrix. *Phaſianus.*
Phaſianæ in Colchis geminas ex pluma aures ſummittunt ſubrigúntque
2 corniculis ſimiles. Oua pariunt punctis diſtincta. Phaſianum Epænetus ta- *Tatyras.*
tyran, Ptolemæus tetarton uocari dixit & tetraona: nam tetrax alia auis *Tetartos.*
eſt, & tetrix itē alia. Tetrax, ut Alexander Myndius author eſt, auis eſt ma- *Tetraos. Tetrax.*
gnitudine ſpermologi: colore figlino, ſordidis quibuſdam maculis lineíſq;
3 magnis uaria: frugibus ueſcitur, & quando pepererit, quadruplicē emittit
uocem. Tetrax altera gallinaceum maximum ſuperat magnitudine, ſpecie *Tetrax altera,*
porphyrioni ſimilis: ab auribus utrinque paleæ dependēt, ut in gallinaceo: *Tetrix,*
uox illi grauis. Tetrix quam Athenienſes uragem uocant, nec terræ nec ar- *urax.*

bori ſuum nidum committit,ſed frutici: & non aliter atque alauda nidum E
*Erythrotaon.* patére auræ cupit. Decet Erythrotaonas ſuus nitor,abſolutáque nigritia, in 4
ſuperciliis cocci rubor. Alterum eorum genus uulturum magnitudinẽ ex- 5
cedit,quorum & colorem reddit:nec ulla ales,excepto ſtruthiocamelo,ma
ius corpore implens pondus,in tantum aucta,ut in terra quoque immobi-
lis prehendatur. Gignunt eos Alpes & ſeptẽtrionalis regio. In auiariis ſapo-
rem perdunt:moriuntur cõtumacia ſpiritu reuocato. Proxime iis ſunt(ter-
*Auis tarda. Otis.* tium ſcilicet genus)quas Hiſpania aues tardas appellat,Græci otidas,dãna-
tas in cibis:emiſſa enim oſſibus medulla odoris tædium extemplo ſequitur.
ὠτίς. Otides in Hiſpania frequẽtes,inquit Strabo. Otides,ut authores ſunt Xeno
phon & Plutarchus, carnem habẽt ſuauem, & facile capiũtur. Sunt autem
ὦτος. otides(quos & ὦτον uocant)aues parum uolaces,& quæ uolando cito defati- F
*Hæc,ni fallor, eadem eſt cum ſecũda illa ſpecie erithrotaonis.* gantur,non aliter atque perdices. Imitatrix hæc auis eſt, eorum præſertim
quæ ab homine fieri uiderit,ut eadem quoque facere conetur. Aucupes in
aduerſum earum ſtantes , pharmaco quopiam oculos ſuos inungunt, un-
guento alio quod oculorum palpebras cõglutinet,haud procul inde in ua-
ſculis apparato:quod aues conſpicatæ idem facere tentant, medicamento
*Otis. Otus. Theodorus tardam uocat.* ex uaſculis accepto:itaq; facillime apprehenduntur. Ales magna otis otúſ-
ue eſt: & tricenis diebus incubat. Gula eius tota ampla eſt & lata:ingluuies
nulla. appendices habet paucas quaſdam infra quà deſinit inteſtinum. Fi-
dipes tribus inſiſtens digitis,magnitudine gallinacei grandioris,colore co
turnicis:capite oblõgo, oculis amplis,roſtro acuto,lingua oſſea,gracili col-
lo. Equis mirum in modum delectari fertur,adeo ut ſi quis pellem equinã G
λαγωδιάς. ſibi induat,eo pacto quot libuerit capere poſſe:nõnulli λαγωδίαν uocarũt. Vt 6
ὦτος, *otus.* uero alij otus colũbæ eſt magnitudine.noctuæ ſimilis,nõ tamẽ auis noctur
*Nycticorax.* na)pinnulis circiter aures eminentibus præditus,unde & nomen illi, quaſi
*Aſio.* auritum dicas:nonnulli nycticoraca eum appellant:quidam latine & aſio- 7
nem uocant. Hominum hic imitator in omnibus eſt: ſaltãtes quoque imi-
tatur, & capitur haud difficulter,ut noctua,inter ſaltandũ intentus ex imi-
tandi uoluptate in alterum aucupem,altero circumeunte,aut clanculum à
ὠτίς. tergo ſtante. Ducem ſe præbet otus coturnicibus aliò migrantibus. ὠτίδων 8
ὀτίς. (quas & ὀτίδας uocari tradit Galenus) caro media eſt inter gruum carnem
& anſerum,non tam dura ſcilicet atque fibroſa quàm ſit gruum caro. Ex-
crementoſa eſt,ac ptoinde uitanda iis qui ſalubri, id eſt tenui uictus ratio- H
ne uti ũolent.

*Phaſianica auis, ὄρνις φασιανικός.*

1 Gallinã,ὄρνιθας φασιανικοὺς uocãt nõnulli:ut Pollux & Atheneus. 2 Martial.lib.13:
Argiua primum ſum tranſportata carina:
Ante mihi notum nil niſi phaſis erat. 3 τετράζῃ τὴν φωνὴν,an quadri-
partitam. 4 Alij legunt apud Plinium tetragonas,alij tetrahonas,alij tetraconas.
5 Alterum genus, Hæc forſitan otis eſt Galeno atque Ariſtoteli:& otus Atheneo:
de quibus mox dicetur. 6 Otus,Plinius, Bubone minor eſt, noctuis maior. 7
Pennatorum animalium,inquit Plinius, buboni tantum & oto plumæ uelut aures.
8 Videtur ex Ariſtotele hoc loco quod uncos habeat ungues : ſtatim enim adiun-
git:Omnes uero aues uncæ,&c. Conſidera.

De coturnice

## A De coturnice, perdice, galerita, & aliis id genus quibuſdam terrenis grauioribúſue. Cap. CXXXI.

COturnices ægre uolant, propter ſui corporis pondus: ſunt enim corpo- *Coturnix:*
re grandiore, quàm ut ſuis pennis deferre poſſint, uociferántq; ob eam ὄρτυξ.
1 rem cum uolant: laborant enim quaſi oppreſſæ onere. Parua auis coturnix
eſt: cui prę cæteris hęc propria habentur, ut & ingluuiem infrà amplam, &
gulam prope uétriculum amplam & latam habeat. Fel aliis earum uentri,
aliis inteſtino adhæret. Fœmina coturnix, ut author eſt Alexander Myn-
dius, collũ habet gracilius: neq, ſub mento nigra illa adſunt quæ maribus:
& ſi diſſecatur, ingluuies inuenitur non adeo ampla, cor uero magnum,
& fel inteſtinis adnexum. Teſtes maribus ſub iecinore continentur, ut in
B gallinaceis. Nunquam in arbore, ſed humi conſiſtit coturnix, & humi ni-
dulatur, ſicuti & perdix & reliqua generis eiuſdem, quæ ſcilicet aues gra- *Perdix.*
uiores ſunt, & non alte uolant. Nidos autem non faciunt, ſed facta in apri- *In aprico, ἐν τῷ*
co area, atque uepribus quibuſdã & materia huiuſcemodi cõgeſtis, quoad *λείῳ:*
accipitrum & aquilarum iniuriam deuitare poſſint, oua edunt & incubãt.
Mox cum excluſerint, protinus pullos educunt, propterea quòd nequeunt
ſuo uolatu iis cibum adminiſtrare. Refouent ſuos pullos ſub ſeipſas ducẽ-
do more gallinarum & coturnices & perdices. nec eodem loco & pariunt
& incubant, ne quis locum percipiat longioris temporis mora. Mares cum
diffugerit fœmina ut incubet, tumultuant, clamitant, pugnámque inter ſe
conferunt: (hos autem χήρους uocant, id eſt cœlibes:) qui autem uictus fue-
C rit, ſequitur uictoris uenerem patiens. uerum hoc non ita fieri ſemper, ſed
2 certo tempore anni planum eſt: uſqueadeo tum perdices tum coturnices
copia libidinis gaudent, ut in aucupantes corruant, & ſæpenumero capiti-
bus eorum reſidant. Coturnix uel in pugna ipſa garrula eſt, & ante pugnã
mares canunt. Coturnicibus ueratri ſemen gratiſſimus cibus: quam ob cau
ſam eas damnauere in menſis, ſimulq; comitialem propter morbũ deſpui
ſuetum, quem ſolæ animalium ſentiunt præter hominem. Adeo tamen pa
latis uidentur gratæ, ut in auiariis paſtæ pinguéſque ueneant care, ſicuti &
3 quæ miliariæ dicuntur. Diſcedunt coturnices menſe Auguſto in calidiora *Miliariæ:*
loca, niſi paucæ locis apricis remanſerint, & pinguiores per id tempus ca-
piuntur. Et cum ad nos redeunt, aduolant gregatim non ſine periculo na-
D uigantium, cum appropinquauere terris: quippe uelis ſæpe inſidũt, & hoc
ſemper noctu, mergúntq; nauigia. Iter eſt his per hoſpitia certa. Auſtro nõ
uolant, humido ſcilicet & grauiore uento: aura tamen uehi uolũt, propter
pondus corporum uiréſque paruas. Aquilone ergo maxime uolant. Cum
ad nos ueniunt, terreſtres potius quàm ſublimes, & ſine ducibus pergunt:
4 at cum hinc abeunt, ducibus oto & lingulata & ortygometra proficiſcun-
tur, atque etiam cenchramo, qui eas noctu hortatur, excitat, admonétque *Cenchramus.*
itineris, perſeuerantiórque feſtinat peruenire ad expetitas ſibi terras. Hu- *Cynchramus.* *Cychramus.*
ius uocem cum ſenſerint aucupes, intelligunt parari diſceſſum. A cotur-
nicibus magnitudine tantum differt lagopus, croceo tinctu, in cibis gratiſ- *Lagopus.*
ſima. Eſt & alia lagopus, pedes leporino uillo ei nomen hoc dedere, cætero *Lagopus alia.*

candidæ, columbarum magnitudine. Non extra terram in qua naſcitur ea E
ueſci facile: quando nec uiua mãſueſcit, & corpus occiſæ ſtatim marceſcit.

*Perdix.*
*Cacabis.*

Neque perdix altiuola eſt, ſed terræ propinqua uolat, ſpatiíſque breuibus:

Nec facit in ramis altóque cacumine nidos.
Propter humum uolitat, ponítque in ſepibus oua.

Perdix ingluuiem habet præpoſitam uentriculo, & appendices quaſdã pau
cas infra quà deſinit inteſtinũ. In Paphlagonia bina perdicibus corda. coi-
tus tempore teſtes habẽt perdices magnitudine inſignes, aliàs uero omni-
no obſcuros: ita ut hybernis menſibus ne ullos quidem teſtes in his haberi
nonnulli arbitrentur. perdicẽ non pingueſcere tradunt. nidificãt, pariunt
& incubant oua fœminæ non aliter ac de coturnicibus diximus. Mares itẽ
libidinis intemperantia ſimiliter tumultuant, clamitant pugnámq; inter F
ſe conſerunt. Pariunt fœminæ oua nõnunquam quindecim aut ſexdecim.

*Videbitur forſitan Ariſto. his in locis non ſatis ſibi cõſtare lib. 6. hiſt. animaliũ, & li. 9.*

Et bina ouorum receptacula faciunt nonnunquam perdices: in altero fœ-
mina incubat, in altero mas: excludítque ſua uterque & educat. Nonnun-
quam uero oua mares quæ compererint, peruoluunt & frangunt præ ſua
ſalacitate, ne fœmina incubet: quod ne accidat fœmina contra emolliens,
clanculo diffugiens parit: ſed fit ſępius, ut prę turgore parturiendi, quolibet
loco edat, & mare prę́ſenti: uerum ut oua ſeruentur, nunquam ad ea ſubito
accedit. Plerunque uero fœminæ tranſuehunt partus, ut mares fallant. Et ſi
quis hominum ubi incubent, propinquabit, egreſſæ matres uenientibus ſe-
ſe ſponte efferunt: & ſimulata debilitate uel pedum uel alarum, quaſi ſta-
tim capi poſſint, greſſus fingunt tardiores. Hoc mẽdacio ſolicitant obuios G
& eludunt, quoad prouecti lõgius à nidis auocentur. Coitus tempore uo
lant tam mas quàm fœmina ore hiante, exertáque lingua: uel, ut Ariſtote-
les refert, ore hiante exertáque lingua & mares & fœminæ coeunt. Neque
in alio animali par opus libidinis: ſi contra mares ſteterint fœminę, eo quo

*De cauſis horum pulcherrimã inuenies cõtẽplationẽ lib. de generat. animalium,*

ad libidinem excitantur tempore, aura ab his flante, prægnantes fiunt. Ple-
runque etiam uoce marium, utero ingraueſcunt, ſi geſtiunt ac libidine tur
gent. Quin & uolatu quoque ſuperne marium effici idem poteſt: quaſi ui-
delicet mas ipſe in fœminam fœtificum ſpiritum demittat. Puluere ſe uo-
lutare ſolẽt perdices. Earum uita amplius quàm ad ſexdecim annos durare 5

*Perdix altera.*

exiſtimatur. In Italia alterum eſt perdicum genus, magnitudine minore,
& uolatu incompoſito: roſtro minime rufo. Perdix uulture maior ex India H
ad Cæſarem miſſa eſt. Perdices ſane cum ubique liberæ ſint, ut aues uniuer 6
ſæ, in Bœotia non ſunt: nec cum uolant, ſui ſunt iuris: ſed in ipſo aere, quas
tranſire non ualeant, metas habent, ut nec in Atticum ſolum tranſmeent.

*Syroperdix.*

Syroperdix in Antiochia Piſidiæ, perdice minor eſt, & niger excepto ro-
ſtro, quod rufum ſpectatur. lapides deuorat atque conficit. Non manſue-
ſcit, ſed ſemper perſeuerat ferus eſſe. Eius carnes & denſiores ſunt quàm cæ
terarum, & ſuauiorem cibi uſum præſtant. Perdicis caro facile concoqui-
tur, probúmque generat ſuccum: quæ tamen minime recens edẽda eſt, ſed
ubi unum, quàm minime, diem ſuſpenſum adſeruaueris: ita nanque eius
durities facile amittitur. Quę circa Cirrham perdices inueniuntur, earum

caro

A caro ingrati ſaporis eſt,neque edendo ſunt.Si ſorbeantur oua perdicis, pu-
tantur fœcũditatatem facere,lactis quoque copiam.Perdicis fel atque gal-
linæ ad medicinæ uſum aliis præſtat. Fel perdicum cum mellis ęquo pon-
dere,contuſis oculis inungitur : per ſe uero ad claritatem: Hippocratis (ut
putant) authoritate adiicitur, quod in argentea pyxide obſeruari iubent.
Oua perdicum in uaſe æreo decocta cum melle,ulceribus oculorũ & glau-
comatis medentur.Sanguis perdicis oculorum ulceribus recentibus, & o-
culis cruore ſuffuſis illinitur atque luſcioſis. Currunt ut perdices ruſticu- *Ruſticula.*
læ: de qua Martialis,

> Ruſtica ſum perdix:quid refert? ſi ſapor idem eſt: *Ruſtica perdix*
> Carior eſt perdix,ſic ſapit illa magis. *Aliàs, ſi ſapit.*

B Terrena quoque & pulueratrix attagena eſt,neque uolax multum: corpo- Ἀτταγὴν,
7 re quàm ſit perdix paulo grandiore,toto dorſo punctis maculíſue inſignis: *Attagena,*
colore aliàs figlino ad ſubrufum magis tendente . Ob corporis grauitatem *Attagen.*
alarúmque paruitatem,canibus facillime capitur à uenatoribus. Auis mul Ἀττάγα.
8 tipara eſt attagen, frugibúſq; uictitat, & pulueratrix eſt. Quondam exiſti- Ἀτταγάς.
matus inter raras aues: iam & in Gallia & Hiſpania capitur, & in Alpibus
etiam. Auis uocalis aliàs,captus uero obmuteſcens,adeo ut nullam edat uo
cem,tantum abeſt ut mãſueſcat.Traducti autem attagenes ad Pylas ex Ly-
cia, (ut Socrates author eſt) coturnicum uocem aliquandiu edidere. Atta-
9 genæ caro facillime cõcoquitur,& probum creat ſuccum. Attagen Ionius
maxime celebratur,teſte uel Coquo Martiale,

C
> Inter ſapores fertur alitum primus
> Ionicarum guſtus attagenarũ.

Attagas (tagenarium quoque uocari ſolet) pennas geſtat maculis pũctíſue Ἀτταγάς,
uariegatas. in locis uictitat campeſtribus atque ſtagnantibus: ideóque in Ταγηνάριον;
Marathone frequens. Humi quoque uerſatur,nec unquam in arbore cõ- *Scolopax.*
10 ſiſtit,quæ ſcolopax dicitur uel aſcalopax.Per ſepes hortorum capitur. ma- *Aſcalopax.*
gnitudine quanta gallina eſt, roſtro longo, colore attagenæ: currit celeri-
ter, & hominem mire diligit. Quæ galerita, ab apice quem in capite ge- *Galerita.*
ſtat,quondam appellata eſt,poſtea alauda gallico uocabulo dicta eſt,Græ- *Alauda.*
ci corydon & corydalon uocant. Auicula hæc non in arbore conſiſtit, ſed Κόρυδος,
humi,in uiis & ſemitis ubique nobis occurrens,apicem in capite ueluti cri Κορύδαλος:
D ſtam ex pilis conſtantem geſtans,pauonis in morem . Hæc & pulueratrix Κορυδαλίς:
eſt. Alaudarum duo genera,alterum terrenum & criſtatum,ut dictum eſt,
galerita à criſta appellatum: ſimilis hęc eſt paſſerculis auiculíſue,quos pyr-
11 gitas uocant,uerum maior eſt galerita.circa uias & ſemitas reperitur,ut di
ximus,hyemis pręſertim tempore:alterum gregale,nec ſingulare more al-
12 terius,uerum colore ſimile, quanquam magnitudine minus, & galero ca-
rens,cibo uero idoneum. Cõdenſo frutice nidificat alauda. Alaudæ cum a-
uibus uariis dictis diſſident:oua enim inuicem exedunt: ardeolarum quo-
que oua diripit alauda . Quæ apicem geſtat galerita, inquit Galenus, in
ſimplici iure elixa, colicos iuuat, ſi unà cum ſuo iure ſæpe atq; aſſidue eda-
31 tur:aſſam ſcribit Dioſcorides cœliacis prodeſſe. Et Plinius, coli uitium, in-

quit,ſanatur ab aue galerita aſſa in cibo ſumpta. Quidã in uaſe nouo cum E
plumis exuri iubent,conteríque in cinerem, bibíque ex aqua cochlearibus
ternis per quatriduum: quidam cor eius adalligari fœmini:alij recens te-
pénsque adhuc deuorari. Cõſularis Aſprenatum domus,inquit Plinius,in
qua alter è fratribus colo liberatus eſt aue hac in cibo ſumpta,& corde eius
in armilla aurea incluſo.Hæ fere ſuum nidum patêre auræ cupiunt.Quem
*Merops. Apiaſter.*
uero Bœotij meropa uocant,hic unus corporis grauitate prohibitus ſubli-
me petere,ſubiens terræ cauernas,facit cunabula & parit, in ſpecu ſcilicet
ſex pedum defoſſa altitudine.Et pẽnæ huius auis intus pallidæ ſunt, ſuper-
ne cœruleę ut halcyonis:poſtremæ pinnulę rubrę habẽtur.Parit ſex aut ſe- 14
ptem æſtate.Apibus inimica hæc auis eſt.Sunt qui meropas genitorum ſe- 15
nectutem educare confirment,educationis uicem reddere:ut parentes nõ F
modo ſeneſcentes,uerũ etiam ſtatim cum iam datur facultas, alantur ope-
ra liberorum: nec matrem aut patrem exire, ſed in cubili manentes paſci
labore eorum.

*ὀρτύγιον. χέννιον.*

1 ὀρτύγιον uoce diminutiua dicitur:& χέννιον quoque parua uocatur coturnix.
2 De coturnicis effrenata libidine leges apud Athenæum, lib.9. 3 Miliariæ à
milio quo ueſcuntur,ut inquit Varro,de lingua Latina. Hæc an eadem ſit auis cum
cenchramo, conſideret lector. 4 Quanam aucupij ratione capiãtur coturnices in
Italiam primo uere aduentantes,explicat Blondus in regione Latina. 5 Theodo-
rus lib.5 hiſt.animaliũ, ad quinque & uiginti annos habet: ſed errore,ni fallor, exem-
plaris Græci,aut ſcriptoris. 6 Minime rufo,οὐχὶ κινναβάρινον,ita legitur apud Athe
næum:ſed melius fortaſſe ſi expungatur οὐχὶ,ut ſit roſtro rufeſcente:ſed nihil uoluimus
mutare. 7 Non ἀτταγὴν,ſed ἀττάγα dicetur,ſi Athenæo credimus,& ἀτταγᾶς lingua G
Attica: punctis maculíſue inſignis, κατάγραφος. 8 Frugibus uictitat: σπερμολόγος
ἐστί.An potius? ſeminibus frugibúſue erutis atque effoſſis uictitat, uti in ſpermologo.
9 In alimenti ratione coniunguntur fere attagenę cum perdicibus,& apud Galenum
*Gallinago. Scolopax.*
& Oribaſium, & cæteros medicos. 10 Gallinaginem uocat Theod.uernaculã uo-
cem ſecutus,ut ſcribit Hermolaus.Scolopax uel aſcalopax, uide ne codex Ariſtoteli-
cus mendoſus ſit in alterutro loco,an diuerſæ ſint aues. Hominẽ mire diligit, φιλάν-
θρωπον ἐστί. uetus Ariſtotelis interpres ita reddidit: & diligit appropinquare ad homi-
nes. 11 Lib.8.hiſtor.animaliũ. Galerita inter eas aues numeratur,quę hyeme latent:
ubi equidem mendoſa eſſe exemplaria crediderim:tum quòd Aëtius dicat hyemis ma
xime tempore galeritas inueniri,tum uero quòd etiam uetus Ariſtotelis interpres eo
in loco,habet foredoz, cũ aliis in locis pro galerita habeat corozat, aut coroneon pro
corydon. 12 Alterum gregale,Hęc forſitan eſt,de qua Hermolaus:ſimilis eſt alau-
dæ terrancola uocata,niſi quòd apice careat,in terra nidificans,unde nomen. Parcus
(ſi Hermolao credimus) auis eſt ab alauda differens,(etiam ſi qui negant) palũbo mi H
nor aliquanto,ſubtus cãdida, cætero pauoni ſimilis,& criſta quoq;. 13 Cœliacis,for
ſitan colicis legendum. 14 Poſtremæ pinnulæ.Ita Theodorus, τὰ δὲ ἐπάκρον τῶν
πτερυγίων ἐρυθρά,id eſt (ut mihi certe uidetur) in ſummis alis rubræ.Plinius hæc ita red
didit,colore pinnarum,ſuperne cyaneo,priori ſubrutilo. 15 Æſtate,περὶ τὴν ὀπώραν.

## De turdorum merularúmque generibus,& aliis quibuſdam,quæ cum iis ſimilitudine quadã coniungũtur. Cap. CXXXII.

*Turdus, κίχλη. κιχάλη. τειχάς.*

IN omni certe rure,& intra uillarum ſepta paſcebãtur in auiariis & turdi
& merulæ.Turdorum tria ſunt genera,unum uiſciuorum,quod niſi ui-
ſco atque reſina nõ ueſcitur: & magnitudine picæ eſt: alterum τειχάς, id eſt
pilare,

A pilare, quod ſonat acute, & magnitudine merulæ eſt: tertium quòd ἰλιάδα ἢ ἰλλάδα quidam uocant, alij τυλάδα: iliacum latine non inepte dixeris, minimum inter hæc, minúsque maculis diſtinctum. Turdi nidos ex luto, ut hi-
1 rundines faciunt in ſeceſſu in excelſis arboribus. ſtragulum ſubiiciunt ex uillo & lana, interioráque nidi ex eiſdem conſternunt. Mutat turdus colorem: æſtate nanque color circa collũ uarius, hyeme cõcolor: uoce tamẽ eadem eſt. Aliquot diebus hyeme latet, in uicináque abit, quo hybernum pabulum petat. itáque in Germania hyeme maxime turdi cernuntur. expetitur à turdis & fagi glans. Turdorum caro durior eſt quàm ſit gallinarum, perdicum, attagenarum, & id genus aliarum auium: ſuccum tamen, ſi probe concoquatur, & probum generat & minime excrementoſum: eſtq́; , in-
B quit Martialis,

> Inter aues turdus, ſi quis me iudice certet,
> Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Turdus inaſſatus cum myrti baccis dyſentericis medetur: turdos quoque ediſſe cum baccis myrti prodeſt urinæ. Venere in Italiam Debriacenſibus bellis ciuilibus trans Padum externę & nouę aues: ita enim adhuc uocantur, turdorum ſpecie, paulum infra columbas magnitudine, ſapore gratæ. Merularum duo ſunt genera, alterũ nigrum & uulgare, & roſtrum illi rutilum: alterum candidum: magnitudine quidem compari, & uoce ſimili: ſed circa Cyllenam Arcadiæ familiare, nec uſquã alibi naſcens. Prius illud genus immutatur per tempora & colore & uoce: ex nigro nanque ru-
C feſcit, & per hyemem ſtrepitat, cum per æſtatem tumultuanter cantet. roſtrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus. Merula poſtquam ſibi nidũ fecerit, ſtragulum ſubiicit ex uillo & lana, interioráq; nidi ex eiſdem conſternit, turdorum in morem. Bis parit merula, ſed primi partus intereunt frigore hyberno: omnium nanque auium prima hæc parit: poſteriorem partum educat, & feliciter ducit ad finem. ſaliendo incedit merula. Latet hyeme: hoc eſt in uicina abit, nõ occultatur, quemadmodum & turdus. Eius caro quod ad ad alimẽti rationem attinet, nõ aliter atque turdorum durior eſt, ſed probum generat ſuccum, uti de turdis diximus: & merulæ inaſſatæ caro cum myrti baccis dyſentericis medetur. Eſt & altera auis κόσυφος, id eſt merula à comicis uocata, nõ cantans, ſed muta.
D E merularum genere eſt bæos auis, merulæ nigræ ſimilis: ſed magnitudine
2 paulo minor. uerſari hæc in ſaxis & tectis ſolita eſt: nec roſtrum rutilum ut
3 merula habet. Merulis affine genus quoddam eſt uenaticum, colore nigrũ, ſplendide canorum, recte ex eo uenaticũ appellatum, quòd ex auibus multas ſui cantus permulſione ad ſe allicit & capit. quòd ſi quãdo captã illam
4 concluſeris in caueam, muta permanet atque elinguis. Quẽ caprimulgum appellant, auis montana eſt, magnitudine paulo maior quàm merula (ut aſpectu ſit merula grandior,) minor quàm cuculus, moribus egnior molliórue. Parit oua duo aut tria cum plurima. intrat paſtorum ſtabula, caprarumque uberibus aduolat, ſuctum propter lactis, unde nomẽ accepit: cum ſuxerit, uber extingui caprámque excęcari aiunt. Αἴξ, id eſt capella, alia auis

*Turdus pilaris.*
*ἰλιάς, ἢ ἴλλας.*
*τυλάς.*
*Iliacus turdus.*
*In cacuminibus arborum, Plinius.*
*Hyeme ψαρός, id eſt, ut uertit Theodorus, murino diſtinctus.*
*Aues nouæ.*
*Merula.*
*κόττυφος.*
*κόσσυφος.*
*Hyeme balbutit, inquit Plinius, circa ſolſtitium muta.*
*Merula altera*
*Bæos, βαιός.*
*Vetus interpres, & roſtrũ eius rubeum.*
*Venatica auis.*
*Venatrix.*
*Caprimulgus.*
*Αἰγοθήλας.*
*Αἰγοκέφαλος, Capriceps.*
*Αἴξ, Capella.*

eſt: circa amnes enim & lacus uerſatur. Fur nocturnus eſt: parum clare nã- E
que interdiu uidet, ſed noctu perſpicax eſt. Sturnus quoque niger eſt, & 5
merulæ magnitudine, ſed colore uario eſt. Sturnorum generi proprium
cateruatim uolare, & quodam pilæ orbe circumagi, omnibus in medium
agmen tendentibus. Hyeme abeunt & ſturni ſimili modo atque merulæ
in uicina, propter hybernum pabulum, ſed non aliter occultantur. Stur-
norum oryzam ſolum paſcentium ſtercus ſimile eſt crocodileę, quam uo-
cant, eiúſque loco uenditur. Collurio auicula ſimilis eſt merulæ, niſi quòd 6
magnitudine ſit pardali, mollicipitis, atque aliarum huiuſcemodi. Vt in
merularum genere alia nigra tota eſt, alia uero candida: ita & ſuum ha-
bent colorem, cœruleus, chlorion, molliceps & pardalus. Cœruleus cya-
nóſue auicula eſt colore tota cœruleo, quæ maxime in Scyro colit, ſaxa a- F
mans, urbanas commorationes odio proſequitur: his locis ubi magna ho-
minum ſolitudo eſt, ut montium iugis, delectatur: magnitudine minor
quàm merula, maior paulo quàm fringilla. pede magno eſt, ſcandítque
ſaxa, roſtro tenui & longo: crure breui ſimiliter ut pipo eſt. Chlorion totus 7
eſt luteus. coloris minime grati. hyeme hic non uidetur: ſed æſtiuo ſolſtitio 8
uenit in conſpectũ. Diſcedit exortu arcturi ſyderis: magnitudine turturis
eſt. docilis & ad uitæ munera ingenioſus notatur: ſed male uolat. Molli-
ceps colore totus cinereo, grandi & cartilagineo capite eſt: magnitudine 9
paulo maior quàm turdus. Ore firmo, paruo, rotundo: ualet pedibus, ſed
pennæ inualens eſt. Eodem in loco ſemper ſibi ſtatuit ſedem, atque ibidem
capitur: capitur autem maxime per noctuam. Pardalus auicula eſt colore G
tota cinereo, magnitudine proxima ſuperioribus, ſed pennis ac pedibus bo
nis. magna ex parte gregatim uolat, nec ſingularem hanc uideris: uocẽ fre-
quentem nec grauem emittit. De fidipedibus quæ grauiores ſunt, & quæ
in auiariis aut fructus aut ganeæ cauſa paſci ſolebant, quæq́ue iis quoquo
modo cognata ſunt, hæc dicta ſunto.

*Sturnus. ψάρος. ψάρα.* — *Collurio. κολλύριον.* — *Cœruleus. κύανος.* — *Chlorion. Vireo, uel uirio.* — *Molliceps. Μαλακοκρανεύς.* — *Pardalus.*

1 Quod uero ſequitur in Ariſtotele, ἐφεξῆς δὲ ποιοῦσιν ἀλλήλαις καὶ ἐχομένας, &c. ut equidem arbitror, de hirundinibus intelligitur, non de turdis: etiam ſi Plinius addit, pe- I
ne contextim, ſcilicet hoc ipſum de turdis intelligens. 2 Non βαιὸς ſed φαιὸς legit Theodorus. 3 In tectis, Græci ὑπὸ τῶν κεραμῶν, id eſt in figlinis. 4 Eſt apud Ariſtotelem & αἰγοκέφαλος, id eſt capriceps, cui gula inferiore parte lata eſt. lienem nõ habet: fel uero adhæret ſimul & uentri & iecinori. 5 Theodorus, Niger eſt, albis diſtinctus maculis. 6 Ita ex ueteri traductione Græca lectio Aldina, & Theodorus, ita. Collurio eiſdem quibus merula ueſcitur: magnitudo, &c. 7 Tenui, & uetus H
interpres, anguſto habet. χαλεπὸν, fortaſſe λεπτὸν erat legendum. 8 Totus luteus, Theodorus, totus uiridans ex obſcuro, χλωρὸς ὅλος. Hunc nonnulli marem eſſe arbitrantur in luetarum genere. 9 Et cartilagineo, χονδρότυπος: uide ne ſit locus hic corruptus apud Ariſtot. uetus certe interpres non habet, ſed ſolum, caput habet magnũ.

## De auibus carniuoris, & primo de aquilarum generibus. Cap. CXXXIII.

IN auium genere quibus ungues adunci, prope dixerim omnes, carniuoræ ſunt, ut dictum eſt, ut genera aquilarum omnia, milui, accipitres: ueſcuntur tamen & glande in hoc genere pomíſque nonnullæ. Ex his aquilæ

*Aquila, ἀετός.*

A maximus honos,maxima & uis quoque:quocirca oſſa iis natura tribuit du
riſſima craſſiſſimáque, quibus & medullæ minimum ineſt. Nidificant a-
quilæ locis non planis,ſed celſis: præcipue quidem arduis ſaxis & præcipi-
tibus,ſed arboribus etiam. Incubant tricenis diebus:oua pariunt terna, ſed
pullos binos excludunt, ut ex uerſu quem ad Muſæum referunt autho-
rem conſtat:

Excludit binos,edit terna,educat unum.

Sed quanuis magna ex parte ſic fiat,tamen & tres uiſi aliquando ſunt pul-
li:alterum nido in educando expellunt tædio nutriendi: quippe eo tem-
pore ipſis cibum negauit natura,proſpiciens ne omnium ferarum fœtus ra
1 perentur. Vngues quoque earum inuertuntur diebus iis: albeſcunt inedia
B pennæ,ut merito ſuos oderint partus. Sed pullum eiectum oſſifraga exci-
pit & educat. Genera aquilarum non æque omnia prolem faſtidiũt:ſed dif
ficilior in alendo una cui nomen pygargo:benignior quę nigra eſt (melan-
aëtos dicta.) Alunt aquilæ ſuos pullos donec poteſtas uolandi fiat: tum ni-
do eos expellunt,poſt regione,quam ipſi genitores incolunt, tota extermi-
nant,æmulos ſcilicet rapinæ.Et alioqui unum par aquilarũ magno ad po-
pulandum tractu ut ſatietur, indiget: unde fit ne ſuos pullos ullo pacto ui-
cinos habere patiantur. Prædantur locis non ſuo nido propinquis,ſed lon
ge diſtantibus. A meridiano autem tempore operantur & uolant: priori-
bus horis diei donec impleantur hominum conuentu fora, ignaue ſedent.
2 Rapta non protinus ferunt,ſed primo deponunt,expertæque pondus, tunc
C demum abeunt. Venatur aquila etiam lepores,hinnulos, uulpes & reliqua
quæ uincere ualeat. Condunt reſeruántque aquilæ ſuo in nido quantum ci
bi pullis ſuperſit: quòd enim die quaque facultas uenandi non datur,fit in-
terdum ne quod portent extrinſecus habeant. Viuit aquila tempore lon-
go,quod diuturnitate nidi eiuſdem declaratur. Seneſcẽtibus aquilis roſtrũ
ſuperius accreſcit,incuruatúrque ſubinde magis magíſque, ut demum fa-
me intereant,non ſenio nec ægritudine. Rhodus aquilam non habet. Aqui
larum pennæ mixtas reliquarum auium pennas deuorare feruntur. Diſ-
ſidet aquila cum dracone:ueſcitur enim aquila anguibus:cum ardeola etiã
pugnat:unguibus enim ualens aquila aggreditur:ardeola autem repugnan
do emoritur. Sitta & trochilus cum aquila pugnant: ſitta enim oua aquilæ
D frangit:aquila tum ob eam rem,tum etiam quòd carniuora eſt, aduerſatur
omnibus. Cum aquila etiam pugnat uultur & olor: uincítque eam ſæpius
olor. Cymindis chalcíſue cum aquila pugnat adeo acriter, ut ſæpius ambæ
implexæ deferãtur in terram, & uiuæ à paſtoribus capiantur. Aquilarum
fel acre admodum eſt, atque corpora exeſt: coloréque ſpectatur ærugi-
neo. Hoc, ut fertur, ſi unà cum Attico melle inungatur, cui hebeſcunt o-
culi, plane uiſum recreabit, reddétque oculos acutiſſimos. Lapis aëtites
in aquilæ repertus nido cuſtodit partus contra omnes abortuum inſidias.
Aquilarum plura ſunt genera: unum quod pygargus ab albicante cauda di *Pygargus. Albicilla.*
citur, ac ſi albicillam nomines. Verſatur hæc in cãpis, & lucis, & circa op- *Hinnularia,*
pida,hinnularia à nonnullis uocata cognomine eſt:mõtes etiam ſyluámq; νεβροφόνος.

*Plangus, uel Plancus, uel Clangus. Νηττοφόνος, Anataria. Morphnos, uel morphna. Parcnus.*

ſuis freta uiribus petit. Reliqua genera raro plana & lucos adeunt. Hæc ma E
xime inter aquilas difficilem ſe præbet in fœtu alendo. Alterum genus ſe-
cundum magnitudine & ui, plangos nomine, νηττοφόνος etiam cognomi-
natur, id eſt anataria, & morphnos: Homerus parcnon uocauit. Huic ui- 4
ta circa lacus ſtagnáue, & ſaltus quoque & conualles. Phomonoe Apollinis
dicta filia dentes ei eſſe prodidit, mutæ alias carenti lingua: eãdem nigerri-
mam, prominentiore cauda: conſenſit & Boëthus. Ingenium eſt ei teſtudi-
nes raptas frangere è ſublimi iaciendo: quæ ſors interemit poëtam Æſchy- 5
lum. Aquaticas aues hæc appetit, mergẽtes ſeſe ſubinde, donec ſopitas laſ- 6
ſatásque rapiat. Spectanda dimicatio, aue ad perfugia litorũ tendente, ma-
xime ſi condenſa arundo ſit: aquila inde ictu abigente alæ, & cum appetat,

*In lacus, aliàs in latus.*

in lacus cadente, umbrámq; ſuam nanti ſub aqua à litore oſtendente: rur- F
ſus aue in diuerſa, & ubi ſe minime credat ſpectari emergente. Hæc cauſa
eſt gregatim auibus natandi, quia plures ſimul nõ infeſtantur, reſperſu pẽ-
narum hoſtem obcæcantes. Sæpe & aquilæ ipſæ nõ tolerantes pondus ap-

*Μελανάετος, Pulla aquila, Fuluia. Λαγοφόνος, Leporaria, Valeria.*

prehenſum unà merguntur. Tertium genus magnitudine minima, ſed ui-
ribus omnium præſtantiſſima hæc eſt. Colit montes & ſyluas μελανάετος à
Græcis dicta, id eſt pulla aut fuluia: & λαγοφόνος, id eſt leporaria: eadémq; ua-
leria. Sola aquilarum fœtus ſuos alit atque educit: cæteræ fugant. Pernix
eſt & prompta ac pugnax intrepidáque. liberalis non inuida eſt, modeſta 7
etiam nec petulans: quippe quæ non clangat neque murmuret. Quartum 8

*Percnopterus, ὀρειπελάργος, Ciconia montana. Γυπαίετος.*

genus percnopterus, capite albicante, corpore maiore quàm cæteræ adhuc G
dictæ, ſed alis breuioribus, cauda longiore, uulturina ſpecie, ὀρειπέλαργος co- 9
gnominatur, id eſt ciconia montana, & γυπαίετος imbecillis & degener eſt:
quippe quæ à coruo cæteríſque id genus alitibus uerberetur fugetúrq;: gra
uis eſt enim & uictu iners, famelica ſemper eſt & querulę murmurationis,
incolit lucos. Nec cæterarum aquilarum uitiis caret: & bonorum quæ illæ
obtinent expers eſt. Sola aquilarum exanima fert corpora: cætera cum oc-

*Haliæetus. Haliaëtus.*

cidêre conſidunt. Quintũ genus quod haliętus, hoc eſt marina aquila uo-
catur, ceruice magna & craſſa, alis curuantibus, cauda lata. Moratur hæc in 10
litoribus & oris maritimis: & lacus quoque petit. Clariſſima eſt oculorum
acie, librans ex alto ſeſe, uiſóque in mari piſce præceps in eum ruens, & diſ-
cuſſis pectore aquis rapiens. Accidit huic ſæpius, ut cum ferre quod cepe-
rit, nequeat, in gurgitem demergatur. Haliętus tãtum (inquit Plinius) im- 11
plumes etiamnum pullos ſuos percutiens ſubinde cogit aduerſos intueri H
ſolis radios: & ſi conniuẽtem flentémque animaduertit, præcipitat è nido,
uelut adulterinum & degenerem: illũ cuius acies firma contra ſteterit, edu
cat. Haliæeti (ut Plinius author eſt) ſuum genus non habent, ſed ex diuerſo

*Γνήσιος ἀετός. Χρυσάετος, Stellaris aquila. Media magnitudine, inquit Plinius.*

aquilarum coitu naſcuntur: & id quidem quod ex iis natum eſt, in oſſifra-
gis genus habet. Mixto huius aquilæ felle cũ melle Attico, inunguntur nu-
beculæ ſuffuſionéſque oculorum. Sextum genus γνήσιον appellant, id eſt ue-
rum ac germanum, uelut ſolũ incorruptæ originis: alij chryſaëton, alij ſtel-
larem uocant. Maxima aquilarum omniũ hæc eſt, maior etiam quàm oſſi-
fraga: ſed cæteras aquilas uel ſeſquialtera proportione excedit: colore ſub-
rutilo,

A rutilo,rara conſpectu.Hoc genus aquilarum hinnulos,lepores,grues,aues
12 cortales uenatur:quin et tauros inuadit. Ex aquilarum genere una tantum
quæ Iouis appellatur carnes non attingit,ſed ad uictum illi herba ſatis eſt. *Iouis aquila.*
13 Quod ex haliæetis natum eſt, in oſſifragis genus habet, ut dictū eſt: è qui- *Oſſifraga.*
bus uultures progenerantur minores:& ex iis magni,qui omnino non ge- *Oſſifragus.* φλώνη.
nerant.Oſſifragam Græci φλώνην & φίνιν dicūt:aquilis cognatum genus un- φίνις.
cungue carniuorúmque : eius magnitudo maior eſt quàm aquilę: color ex *Vultur.*
cinere albicās.Parum hæc oculis ualet:nubecula enim oculos habet læſos. *Nubecula et c.*
Probe & fœtificat & uiuit: cœnægerula & benigna eſt. Nutricat bene & πεπύρωται
ſuos pullos & aquilæ : cum enim aquila ſuos nido eiecerit, hæc recipit eos γάρ.
ac educat . Eiicit nanque ſuos aquila antequam uolandi tempus ſit, adhuc
B parentis operam deſiderantes,nec uolandi adeptos facultatē.Deiecti pulli
uociferantur:ſed oſſifraga recipit eos benigne,& tuetur,& alit dum quan-
tum ſatis ſit adoleſcant.Oſſifragi uenter paulatim epotus,calculos cum lo-
tio pellere proditur . Vnū eſt oſſifrago inteſtinum mirabili natura,omnia
deuorata conficienti:huius partem extremam adalligatam prodeſſe cōtra
colum conſtat. Vultures minores ex haliæetis progenerantur,uti modo di *Vultur,* γὺψ, αἰγυπιός.
ximus.Vulturum nanque duo genera:alterum paruum & albicantius, al-
terum maius & coloris cinerei aut nigri. Vultur ut fere grauiores, niſi ex
procurſu aut altiore tumulo immiſſum non euolat. Nidificat in excelſiſſi-
mis rupibus:unde fit ut raro nidus & pulli uulturis cernantur : ideo etiam
fuere qui putarent illos ex diuerſo orbe nobis incognito aduolare falſò:
C quanquam enim difficile nidum eius alitis uideris, tamen uiſus aliquan-
do eſt:neque certe locorum pluriū incola auis hæc eſt.Edit non plus quàm
unum ouum,aut duo cum plurimum: & fœtus ſæpe cernuntur fere bini.
Vmbricius aruſpex author eſt triduo ante aut biduo uolare eos, ubi cada-
uera futura ſunt:& multi exercitum ſequētes repente apparent. Cū aquila
pugnat uultur : & inimici inter ſe ſunt uultur & æſalo . Ex uolucribus in
auxilio contra ſerpentes primum uultur eſt.Annotandum quoque minus
uirium eſſe nigris . Pennarū ex his nidore,ſi urantur,fugari eas dicunt:uul-
tures unguento fugantur, ſed alios appetunt odores. Immuſſulum aliqui *Theophraſt.*
uulturis pullum arbitrantur:& ſanqualem oſſifragam: Maſſurius immuſſu *Vnguento necantur.*
lum dicit eſſe pullum aquilæ priuſquam albicet cauda:quidā poſt Mutium *Immuſſulus*
D augurem uiſos non eſſe Romę cōfirmauere.Ego(quod ueri ſimilius eſt,in- *ſanqualis.*
quit Plinius)in deſidia rerum omnium non arbitror agnitos.Sunt in Arca-
dia circa paludem quæ Tantali dicitur , aquilæ,quæ cycniæ uocantur,co- *Cycniæ.*
lore candido æque atque olores.

1 Plinius:Eiectos ab ijs cognatum genus oſſifragi excipiunt,& educant cum ſuis.
2 Hæc tribuit Ælianus pręcipue generi illi,quod chryſaetos & ſtellaris appellatur.
Quàm caute lepores uenatur aquila oſtendit Ariſtoteles : quo uero pacto educantur
inſtituuntúrque ad uenationem apud Indos,explicat Ælianus. 3 Lucis, τὰ ἄλση.
4 Circa lacus,uetus interpres in deſertis & montanis 5 Quæ ſors, Lege Valeri.
Max.lib.9,& Gellium lib.13, & lib.7. Hæc de aquila in genere uel de haliaeto dicun-
tur,niſi codex ſit mendoſus apud Ariſtotelem. 6 Donec ſopitas &c. Ariſtoteles ita,
Donec uel ſtranguletin humore,uel per ſumma corripiat. 7 Plinius,Sola ſiue clā-

*ὑπαιετός, ſubaquila.* gore ſine murmuratione. 8 Percnopterus, ab alarum notis, inquit Theodorus, uel E
ab alarum nigritia. 9 γυπάετος, Videtur Theodorus ὑπαίετος hic legiſſe, id eſt ſub-
aquila. Alis minimis, Plinius: Corpore maiore, &c. μεγέθει μέγιστος. uetus interpres, Quã
titas eius eſt, quaſi medietas aliorũ: ubi ſuſpecta forſitan uideri poterent Græca exem-
*Niſus.* plaria, & legẽdum eſſe corpore minore. 10 Niſus in haliaetum mutatus narratur.
Ouid. lib. 8 Metamorph. 11 Quæ Plinius hoc in loco de haliaeto narrat, alij ad
alia aquilarum genera referunt: ut Ambroſius lib. 5 Hexamer. & Ariſtoteles lib. 9 hi-
ſtor. animaliũ, niſi forſitan totum illud caput ſit mendoſum: quod ſane ſuſpicor. 12
Quonam modo tauros inuadit hoc aquilarum genus, leges apud Ælianum lib. 14.
*Barbata.* 13 Genus aquilæ quam barbatam uocant, Thuſci oſſifragam dicũt. Oſſifragam ab
oſſifrago diſtinguit Hermolaus, in Corr.

## De accipitrum generibus. Cap. CXXXIIII.

F

*Accipiter, ἱέραξ.* ET accipitrum quoque generi natura 1
Oráque adunca dedit, curuos dedit unguibus hamos.

Hi multo inter ſe magnitudine differunt. Color iis maculis diſtinguitur
ceu lineis. Fel habet accipiter iecori ſimul & inteſtino adhærens. Lien illi uſ
queadeo exiguus, ut propemodum ſenſum effugiat: & uentriculus quoque
feruentior: & quanuis uorax ſit, auium tamen quas ceperit, cor nunquam
comedit. Nidulatur locis arduis & ſaxoſis: & uicenis diebus incubat. Acci-
pitres tutius Maſſilię humi fœtificãt, nec alibi naſcuntur illis aſſueti genti-
bus. In Thraciæ parte homines atque accipitres ſocietate quadam aucupã-
tur: hi ex ſyluis frutetíſue & arundinetis excitant aues: illi ſuperuolantes
deprimunt: rurſus captas, aucupes diuidunt cum illis. Accipiter Ægyptius G
manſuetior eſt quàm ſint alij. Accipiter decoctus in roſaceo efficaciſſimus
ad inunctiones omnium oculi uitiorum putatur: item fimi eius cinis cum
Attico melle. Genera non pauciora quàm decem eſſe accipitrum aliqui
prodiderunt. Plinius accipitrum genera inquit, XVI inuenimus. Differunt
autem, quòd alij columbam humi cõſidentem feriunt rapiúntque, uolan-
tem non appetunt: alij ſuper arborem aut tale quid conſcendentem uenã-
tur: ſin humi eſt aut uolat, non inuadunt: alij neque humi neque in ſublimi
manentem aggrediuntur, ſed uolantem capere conantur. Fertur etiã à co-
lumbis quodq; accipitrum genus cognoſci: itaque cum accipiter prouolat,
ſi ſublimipeta eſt, manent quo conſtiterint loco: ſed ſi humipeta qui prouo
lat, eſt, non manent, ſed continuo auolant contra naturam eius auxiliantes
*Triorchis.* ſibi. Accipitrum genus primum uiribúſque ualentiſſimũ triorchis à nu- 2
*Buteo.* mero teſtium nuncupatus: buteonem hunc appellãt Romani: miluo æqui- H
paratur magnitudine, ſempérq; cernitur, uti Ariſtoteles author eſt. Buteo 3
hoſtis eſt ranæ rubetæ & angui: rapit enim eos atque exedit. In Balearibus
*Æſalon.* in honore menſarum eſt. Secundum genus æſalona Græci uocant, qui 4
*Æſalo.* (ſi Plinio credimus) omni tempore apparet: cæteri hyeme abeũt. Æſalo &
uultur inuicem inimici ſunt. Et uulpi quoque hoſtis æſalo eſt: ferit enim,
pilóſque eius euellit, occidítque catulos, ut qui uncos habeat ungues: con-
tra coruus (ut qui uulpi amicus eſt) pugnat cum æſalone: unde fit ut uulpi,
*Circus, κίρκος.* cum ab æſalone percutitur, auxilietur coruus. Tertium circus, claudum
altero pede: cui cum uulpe quoq; inimicitiæ ſunt, & propter communem
uictum

Auictum: (carne enim uiuunt) uulpem inuadit & uulnerat. Ex ferociorum accipitrum numero circus eſt: & gallinarum domeſticarum quoque pullis inſidiatur. Et alia accipitrum genera ſunt, aſterias, id eſt ſtellaris, & pernes, & palumbarius ſiue φασσοφόνος φαβοτύπος ue, qui in ferociorum accipitrũ numero cenſetur. Subuteones uel ὑποτριόρχαι appellantur accipitres, qui

*Aſterias, ſtellaris.* *Pernes.* *Palumbarius, φασσοφόνος. φαβοτύπος.*

5 latiores ſunt: alij perci, & σπιζίαι uel fringillarij: alij λεῖοι, id eſt leues: & φρυνολόγοι, id eſt rubetarij: hi abunde uiuunt, & propter humum uolitant. Chalcis raro apparet, rarus etiam in ſyluis: montes etenim incolit. nigro colore eſt, magnitudine accipitris, quem palumbarium nominant, forma longa ac tenui, Iones cymindem eam appellant: cuius Homerus etiam meminit in Iliade, cum dicit,

*Subuteo, ὑποτριόρχης.* *Percus.* *λεῖος, uel leuis.* *Chalcis.* *Cymindis.*

B Chalcida dij perhibent, homines dixere cymindem.

6 Nocturnus accipiter eſt. Sunt qui hanc auem non aliã eſſe quàm ptyngem uelint. Interdiu minus apparet, quia clare non uidet, ſed noctu uenatur more aquilæ. Et pugnat uero cum aquila adeo acriter, ut ſæpius ambæ implexæ deferantur in terram, & uiuæ à paſtoribus capiãtur. Parit hæc oua duo, & in ſaxis ſpeluncíſq; nidulatur. Genus accipitris tinnunculum uocãt ruſtici, qui fere in ædificiis nidos facit. Columbas defendit hic, terrétque cæteros accipitres naturali potentia, in tantum ut uiſum uocémque eius fugiant. Hac de cauſa præcipuus columbis amor eorum. Ferúntque ſi in quatuor angulis defodiantur in ollis nouis oblitis, non mutare ſedem columbas: uel uti narrat Columella, eius pulli ſinguli fictilibus ollis conduntur,

*Ptynx.* *Tinnunc*

C ſtipantiáque opercula ſuperponuntur, & gypſo lita uaſa in angulis columbarij ſuſpenduntur: quę res auibus amorem loci ſic conciliat, ne unquã deſerant, multiuaga alioquin aue. Sunt qui Cenchrin tinnunculum uocãt: & accipitrum quoque generis hanc Græci faciunt. Ventriculus illi minime carnoſus, ſed ingluuiei ſimilis. Plurima in adunco genere parit: cum omnes quibus ungues adunci, parcius generant. huius quatuor reperti ſunt pulli, ſed plures etiam poſſe procreari apertum eſt. Rubrum eſt eius ouum modo minij. ſola fere aduncarum bibit. Cenchridis fimum albugines extenuat. Milui ex accipitrum genere magnitudine differũt. Rapaciſſima & famelica ſemper ales atque carniuora. Ventriculum habet miluus calidũ, & lienem exiguum. fel quoque habet iecori ſimul & inteſtino adhærens.

*Cenchri* *Miluus.* *Milui* *ἰκτῖν.*

D Videntur milui artem gubernandi docuiſſe caudæ flexibus, in cælo monſtrante natura, quod opus eſſet in profundo. Oua pariunt milui bina magna ex parte, interdum terna: totidémque excludunt. uicenis diebus incubant. Hybernis menſibus latent paucis quibuſdam diebus: non tamen ante hirundinem abeunt. Traduntur autem & ſolſtitiis affici podagra. Miluus cum coruo pugnat: eripit enim miluus à coruo quicquid tenet, ut qui & unguibus ſit præſtãtior & uolatu. Piphex, harpa & miluus amici ſunt. Laudatur milui iecur ad oculorum uitia: ſed miluorum bilis acris admodũ eſt, atque erodit. Colore quoque æruginoſo ſpectatur, & nonnunquam atro. In Ægypto auem colunt incolæ, quem accipitrem uocant: qui nec noſtris ſimile quicquam habet, nec Ægyptiis: ſed & magnitudine excellit, & ua-

*Piphex.* *Accipiter Ægyptius.*

*Accipiter Aethiopicus.* rius magis multo eſt. Hunc eſſe Æthiopicum dicunt, & illuc ex Æthiopia E
afferri. Mitis hic præ cæteris eſt qui alibi reperiuntur.

*φάλκων.* 1 φάλκων nomen & ſpecies accipitris eſt, authore Suida. 2 Primum, &c. κράτιστον,
*Accipiter.* id eſt præcipuum, dixit Theod. 3 Buteo, inquit Feſtus, ex eo ſe alit quod accipitri eripuerit: uaſtitatíſque cauſa eſt in iis locis quæ intrauerit. Vbi aduertendum quòd Feſtus hoc in loco accipitrem pro una ſpecie accipit. 4 Æſalon (inquit Plinius) uocatur parua auis oua corui frangens, cuius pulli infeſtantur à uulpibus: inuicem catulos eius ipſámque uellit: quod ubi uiderint corui, contra auxiliãtur uelut aduerſus cõmunem hoſtem. 5 σπιζίας uel fringillarius, φρυνολόγος, uel rubetarius. 6 Sunt qui, &c. Ita legit Theodorus apud Ariſtotelem Plinium ſecutus, qui hæc quæ in contextu ſequuntur cymindi attribuit: uerum in Græco exẽplari aliter habetur, ἡ δ' ὕβρις, φασὶ δέ τινες εἶναι τὸν αὐτὸν τοῦτον ὄρνιθα τῷ πτύγγι, οὗτος ἡμέρας μὲν οὐ φαίνεται, &c. Et uetus itẽ interpres ita reddidit, Et inuenitur etiam alia quæ dicitur, &c. ut ex iis alia uideatur
*Hybris.* eſſe auis, cui hæc attribuit Ariſtoteles, quæ hybris dicatur, & non cymindis. F

## De cuculo. Cap. CXXXV.

*Cuculus.* COccyx ex accipitre fieri, tempore anni immutata figura nonnullis pu-
*Coccyx.* tatur: quoniã quo tempore is apparet, accipiter ille cui ſimilis eſt, non aſpicitur: ſed ita fere euenit, ut ne cæteri quidem accipitres item cernãtur, cum primum uocem emiſit cuculus, niſi perquam paucis diebus: ipſéque modico tempore æſtatis uiſus, hyeme non cernitur. Eſt hic neque aduncis unguibus ut accipiter, neque capite accipitri ſimilis: ſed ea utraq; parte columbum potius quàm accipitrem repræſentat: nec alio quàm colore imitatur accipitrem, niſi quòd accipiter maculis diſtinguitur ceu lineis, cuculus
uelut punctis. Magnitudo atque uolatus ſimilis accipitrum minimo, qui G
magna ex parte id temporis non cernitur, uti modo diximus, quo cuculus apparet: nam uel ambo uiſi aliquando ſunt. Quinetiam ab accipitre abſumi uiſus eſt, ſi quãdo una apparuere: quod nulla auis ſuo in genere ſolet facere. Pullos cuculi fere nemo ſe ait uidiſſe: parit tamen non in nido quem ipſe fecerit, ſed in nidis parit alienis: & interdum quidem in nidis minorũ auium: præcipue autem in palumbium & curucæ, & alaudæ humi, atque etiam in nido chloridis ſuper arborem. Parit maiore ex parte ſingula, raro bina, aut terna cum plurimum. nec ipſe incubat, ſed auis in cuius nido peperit, incubat, excludit atque educat: quo quidem præcipue tẽpore & pinguis & grati ſaporis pullus cuculi eſt. Atque adeo cum iam uolandi potens
eſt cuculi pullus, nulla tum auium ſuauitate carnis comparatur illi. Illa ue- H
ro quæ educat, cum alienigena pullus accreuerit, ſuos eiicere dicitur, ita ut pereant. Sed de pullorum interitu non conuenit inter omnes: alij eos à genitrice occidi & dari in cibo cuculi pullo aiunt, uidelicet improbatos propter ſpeciem cuculi elegantiorem: ille enim nitidus in ſe nutricem conuertit, ut aiunt: illa gaudet eius ſpecie, miratúrque ſeſe ipſam quòd talem pepererit: ſuos comparatione eius damnat, ut alienos: abſumíque etiã ſe inſpectante patitur, donec corripit ipſam quoque iam uolandi potens. Alij cuculum ipſum repetere nidum cui ſuum ouum mandarit, pullóſque deuorare nutricis uolunt: alij pullum cuculi, quòd magnitudine præſtet, poſſe percipere cibum omnem oblatum, atque ita cæteros fame perire autumant: alij

ipſum

A ipſum ut fortiorem, cæteros paſtus conſortes occidere authores ſunt. Sed
prudenter ſane prolis ſuæ procreationem moliri uidetur cuculus: cum e-
nim ſe timidum miniméque opitulandi potentem nouerit, facit quaſi ſup
poſititios ſuos pullos, quo ſeruari poſſint. Timiditate enim hæc auis exce-
dit, quippe quæ ab auiculis uellatur, & præ metu earum fugiat. Cuculus im
mutatur colore, & uocem minus explanat cum ſe abditurus eſt, quod face-
re exortu caniculæ ſolet. Apparet autem ab ineunte uere ad eius ſyderis or
tum. Auem cuculum leporina pelle adalligatum, ſomnum allicere aiunt.

## De nocturnis auibus, quæ uncungues ſunt. Cap. CXXXVI.

NOcturnarum etiam auium nonnullæ aduncis unguibus ſunt: hæ in-
B terdiu nequeunt cernere, & noctu uenando cibum ſibi acquirunt. ue
rum non tota nocte id faciunt, ſed ueſpertino & matutino. Venantur autẽ
mures, lacertos, ſphondilas, parnopas, & huiuſmodi alias quaſdam beſtio-
1 las: γλαυκώδεις græce dicuntur, id eſt noctuæ ſpeciẽ habentes: quæ etiam ſu- *γλαυκώδεις.*
periore palpebra conniuent. Noctuam cæteræ aues omnes die circunuo- *Noctua,*
lant, quod mirari uocatur, aduolantéſque percutiunt: quapropter aucupes *γλαύξ.*
ea conſtituta, auicularũ genera multa & uaria capiunt. In genere adunco
noctua eſt. Gulam habet parte inferiore paulo latiorem: & appendices pau
cas quaſdam infra quà deſinit inteſtinum. Lienem adeo exiguum, ut pro-
pemodum ſenſum effugiat. Diebus quibuſdam paucis latitat hyeme. No-
2 ctuas ſexagenis diebus hyemis cubare & nouem uoces habere tradit Nigi-
C dius. Harum genus in Creta inſula nõ eſt: etiam ſi qua inuecta ſit, moritur.
Diſſidet cornix cum noctua: cornix enim meridie oua ſurripiens noctuæ
abſumit, cum non clare interdiu noctua uideat: noctua contrà oua corni-
cis noctu exedit: eſtq; altera interdiu, altera noctu potentior: item noctua
cum orchilo: nam is quoque oua exedit noctuæ. Noctua apibus contraria,
& ueſpis crabronibúſque, & ſanguiſugis. Noctuarum contra aues ſolers di
micatio: maiore circundante multitudine, reſupinæ pedibus repugnant,
collectæque in arctum, roſtro & unguibus totæ teguntur. Auxiliatur acci-
piter collegio quodam naturæ, bellúmque partitur. Noctuas ferunt à cau-
da de ouo exire, ſicuti & bubonem & trogonem, quoniam pondere capitũ *Trogon.*
peruerſa oua poſteriorem partem corporum fouendam matri applicent. *Aliàs trigonẽ;*
3 Noctua imbre garrula ſerenitatem, ſereno tempeſtatem enuntiat. Ebrioſis *non trygonẽ.*
D oua noctuæ per triduum data in uino, tædium eius adducunt. Noctuarũ
genus maximum aſio eſt, quibus pluma auriũ modo micat. Huius felle re- *Aſio.*
centi glaucomata emẽdari dicũt. Nocturna auis & bubo eſt, & uncos un- *Bubo.*
gues habet. Plumas habet uelut aures. deſerta incolit, nec tantum deſolata,
ſed dira etiam & inacceſſa. Noctis monſtrum, nec cantu aliquo uocali, ſed
gemitu. itaque in urbibus aut omnino in luce uiſus, dirum oſtenſum eſt.
Priuatorum domibus inſidentem plurimis ſcio non fuiſſe feralem, inquit
Plinius: uolat nunquam quò libet, ſed tranſuerſus aufertur. Bubonis pe-
des uſti cum plumbagine herba, contra ſerpentes auxiliari feruntur. Eiuſ-
dem ouo ad capillos remedia demonſtrant. Quis autem, quæſo, ouum bu-

*Aſcalaphus.* bonis uidere potuit,cum tam ipſam auem uidiſſe prodigiũ ſit. Aſcalaphũ E
fabulantur in bubonem uerſum. De quo ita cecinit Ouidius,

> Ingemuit regina Erebi, teſtémque prophanum
> Fecit auem:ſparſúmque caput phlegetontide lympha
> In roſtrum,& plumas,& grandia lumina uertit.
> Ille ſibi ablatus fuluis amicitur ab alis:
> In caput creſcit:longóſque reflectitur ungues,
> Víxque mouet natas per inertia brachia pennas:
> Fœdáque fit uolucris uenturi nuntia luctus
> *Bubo.* Ignauus bubo,dirum mortalibus omen.

*Aſcalaphus.* Aſcalaphus appendices quaſdã paucas habet,ut noctua,adnatas infrà quà
*Byas.* deſinit inteſtinum.Byas græce dicitur(hunc & bubonem nonnulli uocãt:) F
*Bubo.* ſpecie ſimilis noctuæ eſt: ſed magnitudine nõ minor q̃ aquila. Nocturna
*Ἔλεος, aluco.* auis & aduncis unguibus aluco eſt,maior gallinaceo: picas uenatur. Hæc
*Αἰγωλιός, Vlula.* tria ſimili ſpecie conſtant,aluco,ægolios,& ſcops.Ægolios quoque(quam
ululam interpretantur)nocturna auis eſt, & uncunguis,ſpecie ſimilis alu- 4
coni & ſcopi: aluconi compar: & picas quoque uenatur. Interdiu raro ap-
paret:ſed noctu uagatur & paſcitur:colit ſaxa & ſpeluncas: pollet ingenio
ac induſtria in uitæ muneribus.ægolios quaternos nunquam edit pullos.
*Colaris.* Colarem ulula cæteríque adunci exedũt,unde his oritur bellum. Vlulæ fel
prædicatur ad albugines,ſuffuſiones,caligines: adeps ſimiliter ad claritatẽ. 5
*Scops, ὁ σκώψ, κώψ.* Aluconi & ululæ ſpecie ſimilis eſt, qui ſcops uocatur, & uncunguis quoq;,
& carne ueſcitur:uerum magnitudine minor quàm noctua eſt:colore plũ- G
beo candidis quibuſdam maculis diſtincto:in capite utrinque ad tempora
emicant plumæ.Duo feruntur ſcopium genera: & hi quidem uocales, alij
uero muti.Et aliqui omnibus anni temporibus apparent: & ob eam rem
*Ἀεισκῶπες.* ἀεισκῶπες,id eſt perennes appellantur,qui eſui non ſunt propter uitiũ carnis. 6
*Perennes ſcopes.* colorem habent glaucum: alij autumno interdum apparent, nec plus uno
aut altero die immorantur,qui & eſui ſunt,& ualde probantur. Differunt
hi nullo fere alio à perennibus illis, niſi corpulentia pingui, & quòd uox 7
his deeſt,illis nõ deeſt:& quòd turturi aut palumbi æquales ſunt. Imitatrix
auis hæc eſt,non aliter atque otus:& eodem modo capitur(ut aiunt)ſaltãdi
imitatione: & ut nonnulli tradunt ſcopes aues omnes oris expreſſione &
articulata uoce longe ſuperant: & quemadmodum pſitacus & pica, ſic H
ſcops hominum & aliarum auium uoces exprimere fertur. Nominan-
tur ab Homero,inquit Plinius,ſcopes auium genus: neque harum ſatyri-
cos motus cum inſident pleriſque memoratos, facile conceperim mente:
*Nycticorax.* neque ipſę iam aues naſcuntur.Aduncis quoque unguibus eſt nycticorax,
quæ & noctu uenando cibum ſibi acquirit:habétque( quemadmodum &
noctua)appendices paucas adnatas infra quà deſinit inteſtinum. Non eſt 8
*Apud nos, id eſt in Creta.* ubique locorum ſimilis nycticorax.Apud nos,inquit Strabo,aquilæ ęqua-
lis eſt,uocemque grauem edit:in Ægypto uero graculi habet magnitudi-
nem,& uocem omnino diuerſam.Nycticoracem nõnulli uocant otum,a-
uem ſcilicet illam quæ ſe coturnicibus hinc abeuntibus ducem præbet.

1 Ouidius

A 1 Ouidius de Nyctimene in noctuam mutata: Conſpectum lucémque fugit, Et à cunctis expellitur æthere toto. 2 Vin'(inquit Penicatus in Plauti Menechmo) afferri noctuam, quę tutu uſque dicat tibi. Tutu noctuæ uox eſt. 3 Aliàs, Quibus pluma auri modo micat: uel quibus pluma aurium emicat. 4 Ariſtoteles ita habet, ὁ μὲν ἐλεὸς μείζων ἀλεκτρυόνος, ὁ δὲ αἰγωλιὸς, παραπλήσιος: ambiguo ſane ſenſu. Quod nec minus ambigue uertit Theodorus: Aluco maior gallinaceo eſt, ulula cõpar. Ambiguum ſcilicet an ulula ſit παραπλήσιος, id eſt ſpecie ſimilis, an magnitudine compar: & an ſit gallinaceo compar, an aluconi. Vetus interpres ita habet, ſenſu paulo apertiore, Heleos autẽ gallo maior, & agolius aſſimilatur ei multum: cuius ſenſum & nos ſecuti ſumus. 5 Scops, Aſionem uocat Theodorus: Tyrannio σκῶπας eſſe nycticoraces dixit: & σκῶπας dici quaſi σκιῶπας τὴν ὄπα, id eſt uocem noctu edẽtes. 6 Ἀεισκῶπες, Sempaſiones uocat Theodorus. Ἀκὶ δὲ γλαυκά, inquit Athenæus, ſi uerum ſit exẽplar. 7 Corpulentia pingui, Ita legit Theodorus apud Ariſtotelem: τῷ πάχει: uerum Athenæus τῷ τάχει habet, ut ſcilicet differãt nõ corpulentia, ſed pernicitate. 8 B Cicumam uocat Theodorus. aliàs, cicunia.

*Aſio.* *Sempaſiones.* *Cicuma.*

## De hirundinum generibus. Cap. CXXXVII.

1 SVnt etiam in genere non adunco quæ carne ueſcuntur, ut hirundo: ſoláque carne ueſcens auis, inquit Plinius, ex iis que aduncos ungues non habent: una quoque ex iis quæ carne ueſcuntur, bis anno nidificat: quæ (uti de ea cecinit Ouidius)

Tecta ſubit: neque adhuc de pectore cædis
Exceſſere notæ, ſignatáque ſanguine pluma eſt.

*Hirundo, χελιδών.*

Hirundinum pennæ quandoque è nigris fiunt albæ. Ventriculus hirundini longior: & neque gulam habet ampliorem, neq; ingluuiem. Fel earum C aliis uentri, aliis inteſtino adhæret, uel in eodem hirundinum genere. Volucrum ſoli hirundini flexuoſi uolatus, uelox celeritas: quibus ex cauſis neque rapinæ cæterarum alitum obnoxia eſt. Eadem demum ſola auium nõ niſi in uolatu paſcitur: uerũ ut pennis præualere, ſic pedibus degenerare ui-
2 detur. Hirundo nulla arte mãſueſcit. Diſcedũt hirũdines hybernis mẽſibus in uicina: & quidem uiſæ ſunt hirundines in locis quibuſdã anguſtis nudæ atq; omnino deplumes. Diſcedunt ad arcturi ortũ. Cõſpiciuntur denuo ad VII cal. Mart. itaque ſemeſtres apparent. Auerſæ hirundines coire ferũtur, contra atque cætera auium genera. Bis anno nidificat hirũdo (ut diximus:) & pullos edit imperfectos & cæcos: quorum adhuc recentium oculi, ſi quis ſtylo eos pupugerit, reſaneſcunt, & cernendi uim poſtea plane recipiunt. Indociles quidem ſunt, ſed intelligentiæ rationem quandam in effingẽdo D conſtituendóque nido oſtendunt hirundines: luto conſtruunt, ſtramento roborant. Si quando inopia eſt luti, madefactum multa aqua pennis puluerem ſpargunt. Ipſum uero nidum plumis floccíſque conſternunt tepefaciendis ouis: ſimul ne durus ſit infantibus pullis. In enutrienda prole ſumma æquitate alternant cibum tam mas quàm fœmina, obſeruantes ne qui pullus acceperit, bis accipiat. Notabili munditia egerũt parentes excremẽta pullorum: adultioréſque circumagi docent, & foras ſaturitatem emittere. apibus iniuria hirundo eſt. Hirundo tam iuxta aquas uolitans ut penna ſæpe percutiat, imbrem prænuntiat. Dicuntur hirundines excluſo pullo lapillum dare: itaque in uentre hirundinum pullis lapilli candido atque ru-

*Plinius lib. 8.* *VIII. calend. Mart.* *Aliàs, madefactæ.* *Lapis chelidonius.*

benti colore, qui chelidonij uocantur, magicis narrati artibus inueniũtur. E
Hirundinum caro recens cõcerpta auxiliatur contra ſerpentes. Vua & fau
cium dolor anginâue mitigatur hirundinum cinere cum melle illito: ſic & 3
tonſillis ſuccurritur & affectibus omnibus qui in gutture, aut columella,
aut ore contigerint: nõnulli & ad uiſus claritatem eo uſi ſunt. Anginis citiſ
ſime ſuccurritur cinere hirundinis ex aqua calida poto. Sed efficaciores ad
omnia, quæ ex hirundinibus monſtrantur, pulli ſylueſtrium: figura nidorũ
eos deprehendit, multo tamen efficaciſſimi ripariarum pulli. Sunt multi
qui cuiuſcunque hirundinis pullum edendum cenſent, ne toto anno me-
tuatur id malum. Strangulatos cum ſanguine comburunt in uaſe, & cine- 4
rem cum pane aut potu dant: quidam & muſtelæ cineres pari modo admi-
ſcent: ſic & ad ſtrumæ remedia. dant & comitialibus quotidie potu. In ſale F
quoque ſeruatæ hirundines ad anginam una drachma bibuntur: cui malo
& nidus earum mederi dicitur potus. Hirundinis roſtri cinerem cũ myr-
rha tritum, & in uino quod bibitur inſperſum ſecuros præſtare à temulen-
tia tradunt. Inuenit hæc Horus Aſſyriorum rex.

*Hirundo, Ruſtica. Agreſtis. Sylueſtris.*

Alterum genus hirun- 5
dinum ruſticarum & agreſtium, quæ raro in domibus diuerſos figura, ſed
eadem materia confingunt nidos, totos ſupinos, faucibus porrectis in an-
guſtum, utero capaci: mirum qua peritia occultandis habiles pullis, & ſub-
ſternendis molles. In Ægypti Heracleotico oſtio molem continuatione ni
dorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt, ſtadij fere unius ſpatio,
quod humano opere perfici non poſſet. In eadem Ægypto iuxta oppidum
Copton inſula eſt ſacra Iſidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, G
incipientibus uernis diebus palea & ſtramẽto, roſtro firmantes, continua-
tis per triduum noctibus, tanto labore, ut multas in opere emori conſtet:
eáque militia in illis cum anno redit ſemper.

*Riparia. Drepanis, Falcula. Theodor.*

Tertium eſt earum genus
quæ ripas excauant, atque ita in terra fœtificant: non faciunt hæ nidos. ri-
pariam uocant Latini, drepanis à Gręcis dicitur. rara auicula eſt, apparet æ-
ſtate tantum cum imber inceſſit: tunc enim & apparet & capitur. Riparia-
rum pulli ad cinerem ambuſti omnium hirundinum efficaciſſimæ morti-
fero faucium morbo, multíſque aliis morbis humani corporis medentur. 6

*Riparia altera Argathilis.*

In genere item ripariarum eſt, cui nidus ex muſco arido ita abſoluta perfi-
citur pila, ut inueniri non poſſit aditus. Sũt qui & argathilin in ripariarum
genere numerent. Solerti porro ingenio argathilis ſuum inſtituit nidum: H
intexit enim ſpecie pilæ lineæ aditu arcto.

*Apodes. Cypſelli.*

Vt pennis præualere, ſic pedibus 7
degenerare uidentur hirundo, drepanis, & qui apodes dicuntur: hæc enim
omnia & moribus, & uolatu, & ſpecie proxima inter ſe conſpiciũtur. Sunt
uero apodes, quos aliqui cypſellos appellant, hirundinum adeo ſimiles, ut
haud facile diſcerni ab hirundine poſſint, niſi quòd tibiis ſunt hirſutis. Ni-
dum ſpecie ciſtellæ productæ longius longius fictæ ex luto, uno aditu dato
arctiſſimo faciunt: idq; locis anguſtis intra ſaxa & ſpecus, ut & beluas deui
tare poſſint & homines.

*Intra ſaxa ĭ-τò, infra. Plinius, Nidificãt in ſcopulis.*

Apparent apodes omnibus anni temporibus. Plu-
rimum uolant quæ apodes uocantur, quia carent uſu pedum. hæ ſunt quæ
toto mari cernuntur: nec unquam tam longo naues támque continuo
cur-

A curſu recedunt à terra, ut non circumuolitent eas apodes. Cætera genera reſidunt & ſiſtunt: his quies niſi in nido nulla: aut pendent, aut iacent. Tormina ſanant apodes ex uino decocti.

1 Hirundo, Theocrit. εἰδύλ. 7, ἁ δὲ ὀλολυγὼν τηλόθεν ἐν πυκινῇσιν βατῶν τρύζεσκεν ἀκάνθαις. Sunt qui putent ὀλολυγόνα apud Theocritum hirundinem ſignificare. Interpres Theocriti, ex Ariſtotele (ut ſcribit) ὀλολυγόνα animal eſſe tradit, quod in locis uerſatur paluſtribus: eſſe uero gemebundum, indéque ὀλολυζόνα dici, noctúque præcipue laborare. Hæc ille. Ego uero apud Ariſtotelem non memini legiſſe ὀλολυγόνα animalis genus eſſe: ſed uocem quam edunt ranæ maſculæ, cum ad coitum fœminas cieant: coire uero noctu maxime. Aratus, ubi imbrium ſigna deſcribit, ita habet, ὀλολυγών.

ἢ τρίζει ὀρθρινὸν ἐρημαίη ὀλολυγών. Vbi ſcholiaſtes, ὀλολυγὼν auis eſt turturis in morem in deſertis locis ſylueſtribúſue uictitans. uel, ut alij: animal eſt paluſtre articulis

B membríſue minime diſtinctum: oblõgum terreno uermi ſimile, ſed gracilius. Hoc (inquit) non nouit Ariſtoteles. 2 Diſcedunt, inquit Plinius, Africos ſecutæ montiũ receſſus (uel ut quidam legere malunt) apricos montium receſſus. 3 Pullorum cinerem Aſclepiades & Andromachus anginis illinunt: at Dioſcorides tam matrum quàm pullorum cinere utitur. 4 Modum quo comburi debeant hirundinum pulli docuit Aſclepiades, uti ex eo refert Galenus. 5 Hęc non genera hirundinum dixit Ariſtoteles, ſed ſimilia hirundinibus. 6 In genere, Ita legendum cenſet Hermolaus hunc locum apud Plinium, neſcio quo pacto (ut ſcribit) ex Ariſtotele, Theodori fortaſſe uerſionem ſecutus ex lib. 9 hiſtor. animalium: alij legere malunt, In genere parrharum. 7 Specie pilæ lineæ: δίκην σφαίρας λίνη. Plinius Ex lino intexens.

## De coruino genere, ſcilicet coruo & cornice, & de monedula. Cap. CXXXVIII.

C

1 Corui non tantum carne aluntur, ſed & alio pabulo. Circa urbes præcipue uiuere ſolent: nec loca mutant aut latent, ſed ſemper apparẽt. Coruorum pennæ interdum à nigris in albas tranſeunt. Roſtrum coruino generi robuſtum ac prædurum eſt. Ingluuiem non habet coruus, ſed eius uice gulam amplam & patentem: in coruis ipſis fel aliis uentri, aliis inteſtino hæret. Coruinum genus, coruus, inquam, cornix, monedula, coniugium nunquam deſerit, neque mas ſcilicet fœminam aut fœmina marem relinquit: minime quoque ſalax libidinoſúmue eſt, & raro coit. Generat coruus ante ſolſtitium: oua uero non modo bina, ut aliqui uolunt, parit, uerũ etiam plura, quaterna ſcilicet quináue. Incubat autẽ uiginti diebus, & pul- Coruus, κόραξ

D los cum iam poteſtas uolãdi eſt, primum nido eiicit: deinde robuſtos iam regione tota expellit fugátque longius. Itaque paruis in uicis locíſque arctioribus, & ubi non ſatis cibi pluribus ſit, non plus bina coniugia ſunt. Circa Cranonem quidem Theſſaliæ ſingula perpetuo, authores ſunt Callimachus & Theopompus. Genitores etenim abeunt ipſi, & compares ibi relinquentes, ſoboli loco cedunt. Coruus tauro & aſino aduerſarius eſt: quippe qui aduolans feriat, & eorum oculos laceret. Miluus cum coruo pugnat: eripit enim miluus à coruo quicquid tenet. Coruus uulpi amicus eſt: pugnat enim cum æſalone: unde fit ut huic, cum ab illo percutitur, auxilie-

2 tur. Ægreſcunt corui ſexagenis diebus, ſiti maxime antequam fici coquantur autumno. Prædicunt corui ſingultu quodam latrantes ſeque concutiẽ-

tes, ſi continuabunt, uentos: ſi uero carptim uocem reſorbebunt, uentoſum E imbrem. Et ut Lucretius cecinit,

-Mutant cum tempeſtatibus unà
Raucíſonos cantus cornicum ſecla uetuſta
Coruorúmque greges, ubi aquam dicuntur & imbres
Poſcere, & interdum uentos auráſque uocare.

Corui ouum in æreo uaſe permixtum illitúmque deraſo capite, nigritiam capillis affert: ſed donec inareſcat, oleum in ore habendum eſt, ne & dentes ſimul nigreſcant: idq; in umbra faciendum eſt, neque ante triduum abluendum. Alij ſanguine & cerebro eius utuntur cum uino nigro: alij excoquunt ipſum, & nocte concubia in plumbeum uas condunt. Ouum corui grauidis cauendum conſtat, quoniam tranſgreſſus abortus aſperos facit. F

*Cornix, κορώνη* Cornici natura omniuora eſt: nam & litora petunt cornices, & quæ unda eiecerit animalia aggrediuntur. Nucis duritiam roſtro repugnantem uolantes in altum in ſaxa tegulásue iaciunt iterum ac ſæpius, donec quaſſatã perfringere queant. circa urbes præcipue uiuere ſolẽt: neque latent unquã, ſed omni tempore apparent. Ales eſt inauſpicatæ garrulitatis, à quibuſdã tamen laudata. Huic quoque deeſt ingluuies: ſed eius loco gulam habet latam & patentem. Inceſſu ambulant cornices, id eſt pedetentim progrediũtur, neque currunt neque ſaliunt. Cornicum fœminæ tantum incubant, aſſiduéque in opere perſeuerant: mares his cibum ſuggerunt, paſcúntque incubantes. Pullos edunt imperfectos & cæcos, magnámque proli curam impendunt: quippe quæ ſola in aduncorum genere etiam uolantes iam ſuos G pullos paſcens ipſa comitetur. Longa cornici uita eſt: & ab autumno corripitur morbo. Cornix cum noctua diſſidet: cornix enim meridie oua ſurripiens noctuæ abſumit, cum non clare interdiu noctua uideat: noctua contrà, oua cornicis noctu exedit: eſtq; altera interdiu, altera noctu potentior.

*Tympanus.* A cornice occiditur tympanus. Imbres prænuntiat cornix, cum ſcilicet contra aquam clangores dabit perfundens ſeſe. Et ut ait Vergilius,

Cum cornix plena pluuiam uocat improba uoce,
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena,
Et caput obiectat querulum uenientibus undis.

Et Cicero quoque,

*Fuſca cornix.* Fuſcáque nonnunquam curſans per littora cornix
Demerſit caput, & fluctum ceruice recepit. H

Cornicis carnes eſſe, & nidum illinere in longiſſimis morbis utiliſſimũ putant: & in tertianis fiat poteſtas experiendi. Cornicis cerebrum coctum in cibo ſumptum capitis doloribus remedio eſſe traditur.

*Monedula, κολοιός. Sed unde ne apud Athenæũ pro κ[illegible]οιὸς ſcribi debeat κολιὸς.*

Monedulæ quoque deeſt ingluuies, ſicuti & coruo & cornici, ſed eius uice gulã habet amplam & patentem. Monedulam κολοιὸν uocãt: de cuius uenatione hæc narrat Clearchus: Vaſculum ſi ſtatuatur oleo plenum, aues ad uaſculi margines accedentes, effigiémque ſuam in oleo conſpicatæ, ſeſe immergunt: quo fit, ut pennis earum ex oleo concretis, facile capiantur.

*Κορακίας, graculus.* Monedularum tria ſunt genera: unum quod coracias uocatur (latine graculum appellari putant) 3 magnitudine

A magnitudine quanta cornix,roſtro rotūdo & rutilo. In Lemno inſula gra-
4 culos ob id colunt, quòd aduerſo uolatu occurrant locuſtarū exitio. Graculi ſero à pabulis recedentes hyemem præſagiunt.Immenſa in Inſubrum
5 tractu examina ſunt graculorum monedularúmque, cui ſoli aui furacitas auri argentíque præcipue mira eſt. Alterum monedularum genus lycos, *Lycos,*
id eſt lupus cognominatum eſt:paruum eſt & ſcurra. Tertium genus pal- *Lupus.*
mipes eſt,Lydiæ ac Phrygiæ terræ familiare.Monedulæ ſimili ſpecie eſt a-
6 uis,quam ſpermologon uocant,magnitudine tetraci æqualis,ut author eſt *Spermologos,*
Alexander Myndius,ab eruendis ſeminibus ſpermologos & ſpermatolo- *Frugilega.*
gos uocatur. *Spermatologos.*

1 Apud Apuleium de deo Socratis, uulpes aſtute coruum laudat his uerbis,
B Quantum ad decorem,pluma mollis,caput argutum,roſtrum ualidum:iam ipſe oculis perſpicax,unguibus tenax: nam de colore quid dicam? Enimuero cum duo colores præſtabiles forent, piceus & niueus, quibus inter ſe nox cum die differunt, utrūq; colorem Apollo ſuis alitibus condonauit,candidum olori,nigrum coruo. 2 Apud Ouidium 2 Faſtorum Phœbus coruo minatur:

At tibi cum lactens hærebit in arbore ficus,
De nullo gelidæ fonte bibantur aquæ.

3 Coracias,Idem fortaſſe pyrrhocorax Alpium peculiaris,luteo roſtro niger,& præcipuo ſapore. *Pyrrhocorax.* 4 Graculos aues eſſe minime ſolitarias, ſed gregales apparet ex Varrone de re ruſtica lib. 3.
5 Monedula,ni fallor,de ſecunda illa ſpecie ἀντονομαστικῶς dicitur: cui & Ouidius immenſum illum auri amorem tribuit:

Scytonis accepto quod auara popoſcerat auro,
Mutata eſt in auem quæ nunc quoque diligit aurum,
C Nigra pedes,nigris uelata monedula pennis.

κολοιὸς quoque pro hac ſecunda ſpecie nonnunquam accipitur: ut apud Conſtantinum Cæſarē de agricultura lib. 14. *κολοιός.* 6 Spermologos. Ariſtophanis interpres, ἐκ τοῦ ὀρύττειν τὰ σπέρματα καὶ ἐσθίειν: ut uero Suidas, ἀπὸ τοῦ τὰ σπέρματα ἀναλέγειν. Et hanc Suidas auiculam eſſe dicit.

## De pico martio,pſittace,pica,& quibuſdam id genus aliis. Cap. CXXXIX.

SVunt & paruæ aues uncorum unguium, ut picus martius cognomine: *Picus Martius.*
cui & roſtrum aduncum eſſe tradunt.Hic humi nunquā conſiſtere pa- *Δρυοκολάπτης.*
1 titur:cirrum in capite habet. Tūdit hic quercus uermium cauſa, & eorum
2 quos σκνῖπας uocamus:recipit enim egreſſos lingua ſua, quam maiuſculā & *Picus arborarius.*
3 latiuſculam habet.Incedit per arbores uelociter omni quidē modo: ſed & *Arborum cauator.*
D ſupinus quoque more ſtellionum.ungues habet commodiores quàm monedula ad tutiorem arborum reptationem:his enim affixis aſcendit. Sunt pici martij cognomine tria genera:unum minus quàm merula,cui rubidæ aliquid plumę ineſt:alterum maius quàm merula: tertium non multo minus quàm gallina.nidulatur in arboribus:pullóſque in cauis educant pici auium ſoli.Picorum aliquis(inquit Plinius)nidum ſuſpendit in ſurculo primis in ramis cyathi modo,ut nulla quadrupes poſſit accedere. Picus martius paſcitur formicis & iis qui in arboribus naſcuntur uermibus: qui & percuſſi corticis ſono pabulum ſubeſſe intelligit: cū uermes uenatur,tum uehementer excauare dicitur. Iam uero miteſcēs quidam,amigdalū quod rimæ inſeruiſſet ligni,ita ut fixum conſtanter ictum reciperet, tertio ictu

pertudit,& nucleum edit.Et Trebius author eſt clauum uel cuneum ada- E
ctum quanta ui libeat in arbores, in quibus nidum habeat, ſtatim exilire
cum crepitu arboris,cum inſederit clauo aut cuneo.Picus martius inTarē-
tino agro negatur eſſe.pici martij roſtrum ſecum habentes ab apibus, ue-
*Iynx.* ſpis,crabronibúsue non feriri traduntur. Vngues iyngi grandes, quæ ſimi 4
*Torquilla.* les ut monedulis(uel,ut Plinio placet, graculis)exeūt.Iynx paulo maior eſt
*Turbo.* quàm fringilla,colore uario. digiti à calce iyngi bini,ut paucis quibuſdam
auibus,eo quòd corpus eius minus quàm cæterarū propēſum eſt in aduer-
ſum.Linguam habet ſerpentibus ſimilem: quippe quam in longitudinem
menſura quatuor digitorum porrigat,rurſúmque cōtrahat intra roſtrum. 5
Collum etiā circūagit in auerſum, reliquo quieſcente corpore, modo ſer-
*Pſittace.* pentum:uoce autem ſtridet. Pſittace Indica auis(quam ἀνθρωπόγλωττον dicūt, 6
*Pſittacus.* quaſi humanam linguam referentē)quemadmodum aliæ aues uncæ,collū F
*Ψιττάκη.* habet breue & linguam latam,aptámque ad imitādum. Et loquacior cum
*Ψιττακός.* biberit uinum redditur. Viridis eſt toto corpore,torque tātum miniato in 7
*Sittace.* ceruice diſtincta.Capiti eius duritia eadem quæ roſtro:ut ſi quando ad di-
*Ἀνθρωπό-* ſcendum plaga ſit admonendus pſittacus,ferreo uerberetur radio: nec ſen-
*γλωττος.* tit aliter ictus.Quę accipit uerba pronuntiat: ſtudétque ut quod homines,
loquatur.in ſyluis inconditam uocem, cuiuſmodi indoctæ aues ſolēt,mit-
tit:non autem expreſſum os & explanatum habet. Dum pullus eſt, atque
adeo intra alterum ſuæ ætatis annum, quæ monſtrata ſunt & citius diſcit
& tenacius retinet:maior paulo ſegnior eſt & obliuioſus &indocilis.Cum
deuolat,roſtro ſe excipit,illi innititur, leuiorémque ſe pedum infirmitati G
facit: cuius roſtri tanta duritia eſt,inquit Solinus,ut cum è ſublimi præci-
pitatur in ſaxum,niſu ſe oris recipiat,& quodam quaſi præſidio utatur ex-
traordinariæ firmitatis. Inter nobiles & plebeos diſcretionem digitorum 8
facit numerus.Qui præſtant,quinos in pede habent digitos, cæteri ternos,
inquitSolinus.Minor nobilitas,quia nō ex longinquo uenit,ſed expreſſior
*Pica,κίττα.* loquacitas certo generi picarum eſt. Adamant uerba quæ loquuntur: nec
diſcunt tantum,ſed diligūt, meditantéſque intra ſemet cura atque cogita-
tione intentionem nō occultant.Nec uulgaris his forma, quanuis nō ſpe-
ctanda:ſatis illis decoris in ſpecie ſermonis humani eſt. Verum addiſcere
alias negant poſſe,quàm quæ ex genere earum ſunt quæ glande ueſcantur:
& inter eas facilius,quibus quini ſunt digiti in pedibus: ac ne eas quidem
primis duobus uitæ annis.Pica uoces plurimas cōmutat:ſingulis enim fere H
*Variæ.* diebus diuerſam emittit uocem.Picarū genera longa inſignes cauda,uarię
appellātur:proprium his calueſcere omnibus annis cum ſeritur rapa.Pica 9
nidum in arboribus facit,ex pilis & lana: parit oua circiter nouē numero,
picæ cum diligentius uiſum ab homine nidum ſenſēre, oua trāſgerūt alio.
Glandes cum deficiunt colligit pica,& in repoſitorio abditas reſeruat.

1 Ouidius 14 Metamorph.de pico in auem mutato. - Duro fera robora roſtro
Figit & iratus longis dat uulnera ramis,
Purpuream chlamydis pennæ traxere colorem,
- Et fuluo ceruix pingitur auro.

2 Linguam

A 2 Linguam maiuſculam, μεγάλην, fortaſſe longam. uetus interpres, quam habet
longam & latam. 3 Supinus, Plinius, in ſubrectum, felium modo. 4 Theocriti
interpres iynga eam auem uult intelligi, quæ σεισοπυγὶς dicitur: ſed an recte hoc, an σεισοπυγίς.
ſecus, conſidera lector. Iynx ſola, inquit Plinius, utrinq; binos habet digitos. 5 Col-
lum, Hinc torquilla uulgo appellata eſt, inquit Theodorus: quanquam turbo ab an- *Torquilla.*
tiquis. 6 Solinus & Pauſanias, Sola India mittit pſittacum. 7 Torque tantum *Turbo.*
miniato, Solinus, torque puniceo. 8 Hæc apud Plinium uidentur potius ad picas
referri quàm ad pſittacos. Ouidius lib. 5 Metamorph. de Pœonibus in picas mutatis,
ſic habet, - Nemorum conuitia picæ.

Nunc quoque in alitibus facundia priſca remanſit,
Raucáque garrulitas, ſtudiúmque immane loquendi.

9 Rapa duas habet ſationes: ſeritur enim & uere ante calendas Martias & Au-
guſto, ex Plinio & Columella & Palladio: uidetur hic Plinius intelligere de ſecunda
B ſatione, quæ menſe fit Auguſto.

## De aliis quibuſdam auibus, quæ uictus cauſa arbores & ligna feriunt contundúntque. Cap. CXL.

NOn alio magis quàm uenatu uermiculorũ circa arbores lignáue na-
1 ſcentium (κνίπας, ἢ σκνίπας Græci uocant) pipra uiuit, tum maior tum Πίπρα.
minor: utranque δρυοκολάπτην, id eſt picum martium appellant. Similes in- Δρυοκολάπτης,
ter ſe ſunt, uocémque ſimilem emittunt, ſed maiorem qui maior eſt. paſci- *picus martius.*
2 tur utraque ad ligna aduolans. Pipra cum lutea diſſidet: oua enim inuicem
exedunt. Ardeolæ quoque inimica eſt: oua enim & pulli ardeolæ uiolantur
3 à pipra. In iis eſt & auis quæ proprio nomine κνιπολόγος dicitur: magnitu- Κνιπολόγος.
dine parua, quanta eſt acanthilis. colore cinereus diſtinctus maculis, uoce
C parua: hic etiam lignipeta eſt. Et κολιὸς (galgulum interpretantur) lignipeta κελιός, uel
mirum in modũ eſt: magnáq; ex parte ad ligna aduolans paſcitur. cui ma- κολιὸς, uel
4 gnitudo quanta turturi fere eſt: color luteus, uocem emittit magnã. Incola κελεός.
5 maxime Peloponeſi auis hæc eſt. Crex cum galgulo pugnat: amici ſunt gal *Galgulus.*
gulus & ledus: colit enim galgulus fruteta & nemora: ledus ſaxa & mõtes: *Ledus.*
ſuíſque locis uterque contentus degit pacifice. De galgulis hæc refert Pli- *Galgulus.*
nius. Galgulos quidem ipſos dependentes pedibus ſomnum capere confir-
mant, quia tutiores ita ſe ſperant. galguli cùm fœtum eduxere hinc abeũt.
Auis icterus uocatur à colore: quæ ſi ſpectetur, ſanari id malum tradunt, & *Icterus.*
6 auem emori. Hanc puto latine uocari galgulum, inquit Plinius. Sitta quo- Σίττη, ἢ σίττα
D que uiuit ligna contundens. mores huic pugnaces, ſed minus hilaris, con-
7 cinnus, cõpos uitæ familiaris. Rem maleficam ei tribuunt, quia rerũ callet
8 cognitione. prolem hæc numeroſam faciléque progignit. Cum aquila diſ-
ſidet ſitta, & oua eius frangit. Eſt & auicula quædã certhius nomine, cui *Certhius, uel*
domiciliũ apud arbores, uictus ex uermiculis in ligno naſcentibus, qui cu- *Certhia,*
licibus ſimiles ſunt (thripes uocantur:) mores illi audaces, ingenium ſagax, κέρθιος.
in uitæ officij uox clara. Quæ ungues habent aduncos, quæque carne fere
paſcuntur, aut uermiculis atque id genus beſtiolis in ligno naſcẽtibus: eo-
rúmq; cauſa arbores lignáue petunt, fere perſecuti ſumus.

1 Pipra, &c. Theodorus piponem uocat. 2 Ad ligna, πρὸς τὰ ξύλα, ad maceriem *Pipo.*
uertit Theodorus. Ariſtoteles, ni fallor, & arbores uiuentes intelligit, & ſucciſas atque Κνιπολόγος.
aridas: ut legi fortaſſe debeat, ad maceriem. 3 κνιπολόγος, Theodorus culicilegam di- *Culicilega.*

xit. 4 Luteus,χλωρός:uetus interpres, citrinus:fortaſſe uiridans. 5 Cum galgu- E
lo,Hæc utraque ſententia eſt mihi quidem ſuſpecta:tum quòd in Græca Ariſtotelis li
tera,quod Theodorus (cum galgulo) uertit,habetur κολιῷ: in poſteriore uero galgu-
lus κελεὸς bis dicitur:tum etiam quòd interpres Arabicus non idem habet utroque lo-
co nomen:nam pro galgulo in priore ſententia aut nihil habet,aut oreco:in poſterio-
*λιβυός.* re uero feleoz.Item quem Theodorus ledum, Ariſtoteles λιβυὸν uocat.Poſtremo,quod
Ariſtoteles dixit, ὁ μὲν κελεὸς παρὰ ποταμὸν οἰκεῖ καὶ λόχμας, Theodorus uertit,Colit e-
nim galgulus fruteta & nemora:quanquam & uetus interpres ante illum ita uertit,Fe
leoz uero manet prope fluuios,& loca in quibus ſunt arbores. 6 Ligna cõtundens,
ὑλοτομοῦσα. 7 Rem maleficam,&c. λέγεται φαρμακεῖα εἶναι, quod ita reddidit ue-
tus interpres,Et nigromantici utũtur ipſo,quoniam certificat in multis. 8 Victus
*Cerchnes.* ex uermiculis,&c. θριποφάγος: eſt & cerchnes,ſed alia uidetur auis,quę locuſtas deuo
rat: ex Ariſtophane in Auibus.

## ἀκανθοφάγα,id eſt quæ ſpinis uictitant. Cap. CXLI. F

NOn ligna arboréſue,ſed ſpinas appetunt nonnulla auium genera,at-
que in ſpinis uictitant aut dumetis:uermem autem aut quoduis ani-
*Acanthis.* mal aſpernantur:ut acanthis,carduelis ſiue traupis, & chryſometris. dor-
miunt hæc,& paſcuntur eodem loco.In his acanthidi à uepribus ſpiníſque 1
uictus:neq; uermes nec ullum animal comedit. Victu & colore ignobilis
eſt,ſed ualet uocis amœnitate. Acanthis oua parit duodena, auis minima:
hyeme ad loca nemoribus frequentia confugit.Acanthis & aſinus inimici
inter ſe ſunt:aſinus enim ſpinas tenellas adhuc paſcit,à quibus acãthidi ui-
*ποικιλὶς, Varia.* ctus eſt.Sunt qui ποικιλίδα quoque hanc auem uocari arbitrantur. Eſt autẽ
ποικιλὶς (quaſi uariam dixeris) auicula colore uario, & in dumetis uerſatur:
Quæ ποικιλίδες dicuntur, cum alaudis diſſident:oua enim inuicem exedũt. G
*Ægithus. Salus.* Ægithus auis minima cum aſino diſſidet, propterea quòd aſinus ſpinetis
ſua ulcera ſcabendi cauſa atterat,nidóſq; ægithi diſſipet : ob id igitur, ſi uel
rudierit aſinus,oua deiiciũtur,& pulli præ metu decidunt:itaq; ob eam in- 2
iuriam aduolans,ulcera eius roſtro excauat. Ægithus uitæ cõmoditate &
*Traupis.* partus numero commẽdatur,ſed pede claudus eſt.Traupis ſpinis uictitat:
*Carduelis.* uermem autem aut quoduis aliud animal aſpernatur:hanc carduelem eſſe
*Carduelus.* uolunt.Minimę auium cardueles imperata faciunt : nec uoce tantum, ſed
*Chryſometris.* pedibus & ore pro manibus.Chryſometris etiam in ſpinis uictitat, & uer-
*χρυσομῆτεις.* mem quoque & quoduis aliud animal aſpernatur,nõ aliter atque traupis.
*Auriuinctis.* Et hæ quidem in ſpinis dumetíſque maxime uiuunt : uermiculos uero aut
beſtiolas alias ne attingunt quidem. H

*Acanthilis. Lipurinum. Spinus. Ligurinus. Σπινίδα.*

1 Acanthis,& acãthilis,& lipurinum uocatur, ſpinum uertit Theodorus.Eſt ue-
ro σπίνος apud Athenæum & Suidã auis genus: & σπινίδα apud Pollucem:uerũ non-
dum conſtat an ſit acanthis. Vergilius de acanthide,
Littoráq; halcyonem reſonant,& acanthida dumi. 2 Oua deiiciantur.Pli.Quod
illa adeo pauet,ut uocem omnino rudentis audita,oua deiiciat,pulli ipſi metu cadãt.

## De iis auiculis, quæ maxima ex parte uermiculis aliíſque id genus animalculis uiuunt,σκωληκοφάγα dicuntur. Cap. CXLII.

*Paſſer, στρουθός.* PAſſeres autem fere uermiculis aluntur : circa muros urbium uerſatur 1
paſſer:minor eſt quàm alauda.Eius pennæ ob temporis mutationem,
(ut propter frigus) è nigris albidę fiunt.Neque gulam neq; ingluuiem am-
plam

A plam habet:ſed uentriculus illi lõgior,qualis eſt auiculis fere omnibus. Fel in aliis uētri,aliis inteſtino iungitur.Paſſeres tum lauare tum puluerare ſolent: incedūt autem ſaliendo. Procliuis in uenerē auicula eſt & multipara: ſuperſiliens coit,& cito perficit.Fœminæ maribus imbecilliores ſunt, tum aliis corporis partibus,tum uero maxime ipſo roſtro.Sūt qui fœminas hoc in genere uiuaciores eſſe uolūt, quàm mares, (& id quidem ob marium ſalacitatem:) capi enim has inter nouellos pullos, cognoſcíque labrorum callo aſſeuerant:mares uero anno diutius durare non poſſe arbitrantur, argumento,quòd ueris initio nulli mentum, id eſt partes ſub roſtro proximas habere nigrum ſpectentur:ſed poſtea,tanquam nullus anni ſuperioris ſeruetur.Terpſicles author eſt,uenerem concitare paſſeres in cibo,uel oua eo-
B rum.Paſſerum cinis ſarmentis crematorum cochlearibus duobus morbo reſiſtit regio.Paſſeres δειεῖτας uocant nonnulli, alij φωγλῦτας. Apud muros Δδεῖται.
ueteres ſepéſque uictum quæritat troglodytes,omnium auicularum mini Τρωγλῦται.
2 ma,præterquam illa quę βασιλίσκος appellatur,id eſt regulus.In multis quo- *Troglodytes.*
que baſiliſco auiculæ ſimilis eſt, niſi quòd in fronte aureas non habet pen- Βασιλίσκος.
nas troglodytes. Eſt uero troglodites baſiliſco regulóue paulo maior ma- *Baſiliſcus.*
gíſque nigricans,tenui roſtro,caudámque ſemper gerit ſubrectam,in auerſa parte candicantibus maculis interpunctam. magis item garrulus quàm
3 baſiliſcus eſt,& apud alarum extrema cinerei magis coloris.breues item facit uolatus.In hyeme frequens ubique apparet hoc auicularum genus.in cibo calculum renum comminuit,& aſſa & ſale condita,ſi aſſidue edatur:&
C ne alius progignatur calculus,efficit. Eadem pręſtat & combuſtæ auiculæ
4 cinis epotus:uerum ſale obruitur integra,auulſis pennis: uritur autem unà cum pennis. In iis quæ uermiculis uictitant tyrannus eſt,auis minima:ut *Tyrannus.*
cui corpus non multo grandius ſit quàm locuſtæ. Criſtam geſtat rutilam, *Criſtã*, λόφον.
cætera elegans auicula eſt cantúq; ſuauis. Vermiculos petit & ſpiza,frin- *Cantu ſuauis,* Εὔρυθμος.
gillam uocant:floro magnitudine æqualis, oroſpizæ non admodum diſſi- *Spiza.*
milis,& magnitudine quoque.Spiza contrà quàm turtur, æſtate tepidis lo *Fringilla,*
cis,hyeme frigidis degit. Oroſpizes (quaſi montiſfringillam dixeris) ſpizæ *Oroſpizes.*
ſimilis,& magnitudine proxima:ſed collo cœruleo, & in montibus degit. *Montisfrin-*
uermiculis maxima ex parte uiuit. Spizites, ægithali,id eſt pari ſpecies eſt. *gilla.*
Sunt autem pari tria genera: horum maxima ſpizites,ſiue fringillago eſt,
D quippe quæ fringillam æquet magnitudine:alter ὀρεινὸς,id eſt monticula co- *Spizites, Fringillago.*
gnomine eſt,quoniam in montibus degat,cui cauda longior: tertius cæte- *Parus,*
ra quidem ſimilis illis,magnitudine diſcrepat:eſt enim corpore exiguo. Pa Αἰγίθαλος.
rus,ut aiunt,plurima oua parit.Inferunt iniuriam apibus auiculæ,quas pa- ὀρεινός,
ros uocant.uermibus fere uiuunt. Para œnanthe græce dicitur, (ac ſi ui- *Monticola.*
tifloram dixeris.) ſtatos latebrę dies habet,exoriente ſyrio occultata,ab oc- *Para œnãthe.*
caſu eiuſdem prodit: quod miremur, ipſis diebus utrunque. Melancory- *Vitiflora.* *Melãcoryph⁹.*
phus etiam uermibus paſcitur,atricapillam uocant. Hanc plurima edere *Atricapilla.*
5 oua aliqui referunt poſt Africum ſtruthionem. Iam uel decem & ſeptem oua eius reperta ſunt:ſed plura etiam quàm uiginti parit,& numero impari ſemper,ut narrāt.Proprium huius & luſciniæ præter cęteras aues,ut lin-

*Melancoryphus. Ficedula. Συκαλίς.*

guæ ſummæ acumine careant. Melancoryphi & ficedulæ uicibus commu E
tantur:fit enim ineunte autumno ficedula,(& hoc nomen non niſi autūno 6
habet,) ab autumno protinus melancoryphus : nec inter eas diſcrimen aliquod,inquit Ariſtoteles,niſi coloris & uocis eſt. Ficedulæ, inquit Plinius, formam ſimul & colorem mutant. Auem autem eandem eſſe cōſtat, quia 7
dum immutaretur hoc genus, utrūque conſpectum eſt nondum perfecte mutatum,ſed cum utrique proprium quiddam ineſſet. συκαλίδα Alexander Myndius in parorum,ſiue ægythalorum genere numerat,quæ à nonnullis

*Συκαλίς. Ἐλαιός. Πυελάς. Luſcinia. Ἀηδών. Philomela.*

ἐλαιός,ab aliis uero πυελὰς appellatur : συκαλὶς uerò cū iam ficus maturuerint. 8
Epicharmus ἐλαιὰς συκαλίδας in ficuum maturitate capi dixit. Luſcinia, ut modo diximus,præter cæteras aues hoc habet commune cum melancorypho,ut linguæ ſummæ cacumine careat. Mutat quoque & uocem & colo- F
rem : canere nanque ſolet diebus ac noctibus quindecim ſine intermiſſu

*Luſciniæ uocis uarietatem elegantiſsime depinxit Plinius, & ad unum, ut aiunt.*

cantus, cum ſylua fronde incipit opacare. Dein canit quidem, ſed non aſſiduo:mox adulta æſtate, uocem mittit diuerſam, non inſuper uariam aut celerem, modulatámque,ſed ſimplicem. Singulis quidem ſunt cantus: & non idem omnibus,ſed ſuus cuique. Certant inter ſeſe,palámque animoſa contentio eſt:uicta morte finit ſæpe uitam, ſpiritu prius deficiente quàm cantu. Iam uero luſcinia modulos ſuos pullos docere,uerſúſque, quos imitarentur,tradere uiſa eſt. Audit tum diſcipula intentione magna,& reddit: uicibúſque reticent. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædam reprehenſio. Canunt in luſciniarum genere tam mas quàm fœmina: ceſſat tamē fœmina à cantu,cum incubat pullóſque educat. Colore etiam immutatur luſcinia: & quidem in terra Italia per id tēpus alio nomine ap- G
pellatur. Apparet non diu: abdit enim ſeſe & latet: & hyeme quidem non cernitur,uſque ad uernos dies. Parit æſtate quinque aut ſex oua cum plurimum.

*Erithacus. Rubecula. Siluia. Phœnicurus, Φοινίκουρος. Χλωρίς. Luteola. Curuca. Ἐπιλαΐς. Ὑπολαΐς. Aſilus. Batis. Rubetra.*

Inuicem tranſeunt & phœnicurus & erithacus. Eſtque erithacus hyeme,idem phœnicurus æſtate:nec alio fere inter ſe differunt, niſi pectoris colore & caudę: uermiculis paſcuntur erithacus & pyrrhulas. Chloris 9
à colore dicta pallido(ὠχρὰ)inferioris ſuæ partis. magnitudine alaudæ eſt: 10
uermiculos petit:parit quatuor aut quinque. Nidum ſibi ex ſymphyto herba euulſa ſtirpitus facit:ſed ſtragulum ſubiicit ex uillo & lana. In arbore nidulatur,& in eius nido parit nonnunquam cuculus. uermes paſcitur & curuca. In huius nido cuculus parit: fouet illa,& excludit, & educat: quo H
quidem præcipue tempore pinguis & grati ſaporis pullus cuculi eſt. Inter eas aues quæ uermibus paſcuntur numerātur & aſilus,& batis. Et hæc quidem uermiculis uictitant.

*Στρούθιον. Πυργῖται στρουθοί. Πυργῖται. Βασιλεύς. Regulus.*

1 Paſſeres,&c. Στρουθὸς nonnunquam pro ſtruthocamelo accipitur, ſed frequentius ut ſit generale ad omnes auiculas,ſicuti & στρούθιον. qui paſſeres dicuntur, à Galeno, ni fallor, πυργῖται στρουθοὶ uocantur, & πυργῖται. 2 Βασιλεὺς eſt apud Ariſtotelem inter eas quę uermes paſcuntur: an alia ſit auis à βασιλίσκῳ Aëtij & Pauli cōſidera lector: Theodorus regulum uocat: uerum de rege aue, quæ βασιλεὺς dicitur, infra in trochilo. Colore,inquit Paulus Ægineta, inter cinereum & uiride: uel fortaſſis inter cinereum & pallidum,ut legatur ὠχρὸν pro χλωρόν. 3 Cinerei magis coloris, Num coloris magis uarij: ψαρότερος. 4 Quomodo & ſale conditur & uritur, docet Aëtius. 5 Struthionem,

A thionem,&c. τὸν ἐν Λιβύῃ ϛρουθὸν: uetus interpres, paſſerem qui eſt in Libya dixit: & itẽ
Albertus. 6 Ficedula quòd ficus edat, hoc nomẽ ſortita eſt, ut inquit Varro: quod
& Martialis teſtatus hoc diſticho eſt,

Cum me ficus alat, cum paſcar dulcibus uuis,
Cur potius nomen non dedit uua mihi?

7 Ἀμπελὶς & ἀμπελών, auis ſunt nomina apud Pollucem: hæc ne ſit auis an alia, Ἀμπελίς,
nondum cõſtat. 8 Ἐλαιὸς, &c. Vide ne ſit Athenæi liber mẽdoſus hoc in loco. 9 Ἀμπελών.
Pyrrhulas eadem uidetur, quæ phœnicurus: quanquam Theodorus rubicillam inter- Πυῤῥούλας,
pretatur, cum phœnicurum ruticillam uocet: ſi cui ſecus uideatur, non contendo. 10 *Rubicilla.*
Chloreus (quem Theodorus quandoque luteum quandoque luteam uocat) mea qui- χλωρεὺς,
dem ſententia longe alia auis eſt, & maior quàm chloris: nam turtur & chloreus pu- *Luteus,*
gnant, & occiditur à chloreo turtur. Adhæc chloreus & pipra diſſident: oua enim in- *Lutea.*
uicem exedunt. Et coruus & chloreus pugnant, ut refert Plinius: niſi forte exemplaria
B hoc in loco ſint mendoſa. In hoc genere lutearum nonnulli uireonem marem eſſe o-
pinantur.

## De auibus, quæ circa aquam uictitant: primò de uolacibus. Cap. CXLIII.

VErmiculis etiam uiuit anthus: nec iis ſolum, ſed herbis quoque paſci- *Anthus,*
tur. Colit hic paludes & amnes, & fidipes eſt: coloris pulchri & uictus *Florus.*
facilis. Eius magnitudo quanta fringillæ. odio equum habet: pellit enim e-
quum à pabulo herbę, qua ueſcitur anthus. Nubeculans hic nec ualens acie *Nubeculans,*
oculorum eſt: uocem equi imitatur, & aduolans equum territat atque fu- ἐπάργεμος.
gat: ſed qui interdum excipitur, occiditúrque ab equo. Vt hic equi uocem,
ita auis eſt quæ boum mugitus imitetur in Arelatenſi agro, taurus appel- *Taurus.*
C lata, alioqui parua. Trochilus parua auis, rex auium in Italia uocatur: apud *Trochilus, rex*
aquas uictitat. Crocodilis hiantibus trochili aues inuolantes depurgant *auium.*
dentes, & os ipſum totum: quo munere & ipſi aluntur, & crocodilus ſen-
tiens ſecum commode agi, nihil nocet: ſed cum egredi auem uult, ceruices
mouet ne comprimat. Sed uaria ſunt trochilorum genera & nomina, nec
cum iis omnibus fœdere deuincitur amicitiámque colit crocodilus: ſed cũ
ſolo nũcupato cladorincho ſocietatem atque amicitiam ſeruat. Condenſa *Cladorinchus.*
loca incolit trochilus & foramina. capi difficile poteſt, & fugax eſt: uictus *Condẽſa loca,*
probitate & ſolertia præditus. uocatur idem πρέσϐυς & βασιλεὺς, id eſt ſenator λόχμας: *Theo*
& rex: quapropter aquilam cum eo pugnare referunt. πρέσϐυς priuatas con- *dor. fruteta.* πρέσϐυς, *ſe-*
1 tra noctuã inimicitias gerit. Elea inſpectat paludes ab arundinibus. par- *nator.*
D uo corpore eſt, ſed uoce proba, & cum primis uitæ cõmoditate nota. Con- Βασιλεὺς, *rex.*
ſidit æſtate in umbra & aura, hyeme in ſole & apricis. Genus halcyonum *Elea.*
aquas adamat, lacus ſcilicet & fluuios: ſed apud mare halcyon quoque uer *Velia.* *Halcyone,*
2 ſatur, & à mari uictum petit. Duplex hoc genus eſt, alterum uocale, arun- *Halcyon,*
dinibus inſidens: alterum mutum, quod ampliore corpore eſt. Minores in *Halcedo,*
arundinetis canũt. Halcedo paulo amplior eſt paſſere: colore tum cœruleo, Ἀλκυών.
tum uiridi, tum etiam leuiter purpureo inſignis: uidelicet nõ particulatim
colore ita diſtincta, ſed ex indiſcreto uarie refulgẽs corpore toto, & alis, &
collo. Roſtrum ſubuiride eſt, longum & tenue: collo gracili, inquit Plinius,
3 ac procero. talis ſpecies eius eſt. Nidus marinæ ſimilis pilæ, & iis quæ halo-
ſachnæ dicantur, præterquam colore, qui leuiter rufus eſt. figura proxima

cucurbitis medicinalibus, iis quibus collum porrectius eſt, magnitudo am E
plior quàm maximæ ſpongiæ. Inania quoque habet cauis ſpongiarum ſi- 4
milia. Renititur ferramento acuto, ut uix poſſit diſcindi: ſed ſi unà & ferro 5
tundis, & manu collidis, facile perinde ut flos maris aridus (haloſachnem dico) confringitur. os eius per quàm anguſtum, quoad ſit exiguus aditus, ut etiam ſi uertatur mare, influere nequeat. Ambigitur ex quanam mate-
ria componatur: uidetur tamen è ſpinis potius belones piſcis conſtitui: pi- 6
ſcibus enim halcedo uiuit, ſed amnes etiam ſubit aſcendens longius. Fœtificat toto ſuæ ætatis tempore. parere nata menſes quatuor incipit: partus huic maxime quinque ouis conſumitur. Circa brumam parere ſolita eſt. dies earum partus qui maria quoque nauigant nouere: ſternitur enim ma-
*Dies halcyonides, Plinius.* re halcyonum fœturæ, & inde nomen ii dies traxere, ſeptem ſcilicet ante F
brumam, & ſeptem à bruma: quamobrẽ quoties bruma ſerena exiſtit, dies halcyoneæ appellantur. Septem primis diebus nidum cõficere auem hanc fertur: reliquis ſeptem parere educaréque. Dies halcyoneas fieri circa brumam non ſemper noſtris locis contingit, ait Ariſtoteles: at in Siculo mari pene ſemper id euenit: ut uero Plinius, in reliquis partibus eſt quidem mitius pelagus: Siculum utique tractabile. Halcyonẽ uidere rariſſimum eſt: fere enim circa uergiliarum occaſum brumámque ipſam apparet: & ubi primùm per portum non plus quàm nauem circunuolarit, ſtatim abit, ut nuſquam præterea uideatur. Antigonus author eſt halcyonas cum ſenue- 7
*Κήρυλος. κείρυλος, Attice. Cerylus, Ceyx.* rint cerylos uocari, quos tamẽ Ariſtoteles ſeparare uidetur. Apud mare, in- 8
quit, halcedo uerſatur & cerylus. Idem quoque Antigonus tradit cerylos à 9
nonnullis mares halcyonas appellari: aliis ceyx mas eſt & halcyone fœmi- G
na. ut elegantiſſimo carmine oſtendit Ouidius de Ceyce & Halcyone coniugibus, quos fabulantur in huius generis aues mutatos:

Tandem ſuperis miſerantibus ambo
Alite mutantur: fatis obnoxius iiſdem.
Tunc quoque manſit amor, nec coniugale ſolutum eſt
Fœdus in alitibus: coeunt fiúntque parentes:
Pérque dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat halcyone pendentibus æquore nidis.

*Halcyoneum. Halcyonium.* Fit in mari halcyoneum appellatum ex nidis (ut aliqui exiſtimant) halcyo-
num & ceycum: alij è ſordibus ſpumarũ craſſeſcẽtibus, alij è limo uel qua- H
dam maris lanugine. Quatuor eius genera, inquit Plinius, cinereũ, ſpiſſum, odoris aſperi: alterum molle, leuius, odore fere algæ: tertium candidioris uermiculi: quartum pumicoſius ſpogiæque putri ſimile, pene purpureum:
*Mileſium.* quod optimum, id & Mileſium uocatur: quo candidius autem, hoc minus probabile eſt. Vt uero Galenus tradidit, unũ eorũ denſum eſt & graue, fœtidum: olet enim piſces putridos, figura ſpongiæ ſimili: alterum figura oblongiore, rarum & leue, odorem refert marinis fucis ſimilem: tertium uermis figura, colore purpuraſcente, ſubſtantia molli, Mileſium id uocant: quartum æque atque ſecundum genus rarum leuéque, ſuccidæ lanæ ſimile: quintum poſtremo extima ſuperficie leui, interna uero habet aſpera: o-
dore

A dore quidem nullo,ſed quòd guſtu manifeſtam præferat acrimoniã. Hoc
& omnium halcyoniorum calidiſſimum eſt:ut quod uel pilos exurere poſ
ſit.Halcyonij genus omne diſcutit & abſtergit,acri ſcilicet & calida ui:ma
gis tamen minúſue pro cuiuſque generis acrimonia caloréque, & quòd
aliud alio partes habeat tenuiores. Nam cum prima duo genera ad al-
phos,lichenas,lepráſque & pſoras utiliter adhibeantur, & præterea ſplen-
didam reddant cutim,id nõ præſtabit quod ultimo loco dictum eſt: quip-
pe quod non ſummam tantum cutim exterit:ſed abradit & exulcerat. Mi-
leſium omnium eſt tenuiſſimum:itaque uſtum alopeciis medetur ex uino
fuluo & tenui illitum.Vires habet minime omnium efficaces quartũ hal-
cionij genus,ut Galeno placet.Vſus,inquit Plinius, toſtis & ſine oleo mire
B lepras,lichenas,lentigenes tollunt cum lupino & ſulphuris duobus obolis.
10 halcyoneo utuntur & ad oculorum cicatrices. Phœnicopterus auis eſt la- *Phœnicopterus.*
cuſtris:circa lacus enim & paludes uictitat, uiſu pulchra & colore decora
purpureo. Phœnicopteri linguã pręcipui ſaporis eſſe Apitius docuit,nepo-
tum omniũ altiſſimus gurges. Auẽ hanc breui carmine depinxit Martialis:

Dat mihi penna rubens nomen:ſed lingua guloſis
Noſtra ſapit:quid ſi garrula lingua foret?

11 Ad hæc lacus & fluuios petunt albiculæ, ſchœniclos, cinchlus, & tringa, *Albicula.*
12 quæ omnes caudã motitant:quin etiam calidris, cui cinereus color diſtin- *Calidris.*
ctus uarie. Schœniclos in iis minor eſt turdo : aquas adamat, & cauda illi *Schœniclos.*
motitat. alaudę amica auis eſt. Cinclus minor itẽ eſt,quàm tringa: nõ apud *Iunco.*
C lacus ſolum & fluuios,ſed uitam etiam apud mare traducit. Aſtutus hic & *Cinclus.*
capi difficilis eſt:ſed captus maxime miteſcit. Læſus hic eſt & prope muti-
lus:incontinens enim parte ſui poſteriore eſt: ideo ſuapte natura & per ſe,
ut aiunt,nidum ſibi conſtruere non poteſt,ſed in alieno parit. Hæc ſemper
caudam motitat. Tringa inter minores has aues maxima eſt: turdo enim *Tringa.*
æquiparat.Hæc & circa aquas uiuit,& caudam motitat.

1 Elea,Theodorus(niſi culpa ſit librariorum) hanc auem confudit cum gnaphalo. 2 Alterum genus eorum,inquit Plinius,magnitudine diſtinguitur & cantu.
3 Pilæ figura,inquit Plinius,paulum eminenti,ore perquàm anguſto grãdiũ ſpongiarum ſimilitudine. 4 Theodor.Magnitudo maximis amplior quàm ſpongiæ.
5 Nidum ubi intertexêre,in mare deferunt:ubi fluitans ab intercurſantibus undis
D earum opus probatur: & partes quas aqua incidẽs oſtẽdit non firmas eſſe, ita ſarciunt,
ut neque ſi percutiarur ſaxo rũpatur,neq; ferro diſcindatur.Ita Ælianus. 6 Plinius,
Putant ex ſpinis aculeatis cõſtitui:piſcibus enim uiuunt. 7 In latebras abit,Plinius.
8 Cerylos, Theodorus carulos dixit. 9 Numerantur ab Ariſtotele ut diuerſæ aues halcyone & cerylus, cum differant tantum ſexu, ſicuti & melãcoryphus & ficedula pro diuerſis numerantur in eodem capite:& erithacus & phœnicurus:cũ tamen non differant ſpecie,ſed affectione quadam. *Carulus.* 10 Videtur phœnicopterus inſigni eſſe magnitudine,ex Suetonio in Caligula. Hoſtiæ erãt phœnicopteri, pauones, eritlirotaones:non tamen inter maximas aues numerandus,ſed inter mediocres magnitudine potius uidetur ex Cor. Celſo.Iuuenalis in Satyr.

Et Scythicæ uolucres & phœnicepterus ingens.

Heliodorus de rebus Æthiopicis lib.6.νειλῶον φοινικόπτερον dixit,id eſt phœnicopterum Niliacum. 11 Albicula apud Theodorum habetur,ſed non in noſtris exemplaribus Græcis. 12 Omnibus iis color cinereus,ut habet uetus interpres.

## De laro,charadrio,fulica,æthya & catarracta. E
## Cap. CXLIIII.

*Larus, λάρος.* LArus auis aquatica eſt,uorax admodum & guloſa:cui gula tota ampla 1
& lata eſt.In petris maritimis nidificant lari.Oua bina ternáue pariunt
æſtate:nec unquam latent. Lari duplex genus, alter colore eſt cinereo:hic
circa lacus & fluuios uictitat:alter albus eſt,& à mari uictũ quærit,ac pro-
*Brenthus.* inde cum brentho & harpa diſſidet larus:quandoquidem & hæ à mari ui- 2
*Harpa.* ctum petunt.Eãdem ob cauſam,quia ſcilicet uictus earum ſimilis eſt, ini-
*Phoix.* mica harpæ & phoix eſt:cui peculiare præ cæteris eſt,ut oculos auiũ deuo-
rare potiſſimum appetat.Harpa quoque cum triorche accipitre diſſidet:&
communibus inimicitiis harpa & miluus contra triorchin pugnant. Ga-
*Gauia.* uia eadem quæ larus creditur.In petris,inquit Plinius, nidificant gauiæ æ- F
ſtate,diſſidēt anates & gauiæ.Auis peralba illa,inquit Apuleius,gauia,quæ 3
ſuper fluctus marinos natat, demergit ſeſe propere ad oceani profundum
*Charadrius, χαραδριός.* gremium. Charadrius à mari uictum petit.degit plurimum in ſaxis & ca 4
uernis.Praua hæc auis & colore & uoce eſt: & noctu apparet, die aufugit.
*Rupex. Hiaticola.* Morbo regio medetur,(ut affirmant quidam) ſi ab ægro uel conſpiciatur
duntaxat.Quocirca qui auem uendunt,abſcondunt eam ne ab ægro prius
uideatur,quàm eam uendiderint,ut author eſt Euphranius: alij non hoc ui
*Cepphus. κέπφος, Fulica.* ſam,ſed in cibo efficere aſſeuerant. Cepphus (fulicam interpretantur) cir 5
ca mare uictitat.Cepphi ſpuma capiuntur:appetunt enim eã auidius: quo- 6
circa ſpuma inſperſa eas uenari in uſu eſt. Caro earum probi odoris eſt,ex-
cepta parte poſteriore,quæ circa clunes eſt, quæ ſola limum olet: fiunt au- 7
tem pingues.Cepphi,inquit Aratus,cum relicto mari gregatim in terram G
aduerſo uento reuolant,uentum prænuntiant.Fulica,ut Plinius tradit,cir-
rhum in capite pro apice geſtat.Fulicæ matutino clãgore tempeſtates præ-
*Fulix.* nuntiant: & ut carmine quoque ex Arato tradit Cicero, qui & fulicem
eam uocat,

Cana fulix itidem fugiens ex gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans inſtare procellas,
Haud modicos tremulo fundens ex gutture cantus.

Et Vergilius,

Iam ſibi tum curuis male temperat unda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi, H
Clamorémque ferunt ad littora:cúmque marinæ
In ſicco ludunt fulicæ.

*Æthya.* Æthya circa mare uictitat,& in aqua degit.æthyas cum frequentius in ma
re ſeſe immergunt tempeſtates nauigantibus futuras præſagire ferunt: hu-
ius cauſam reddunt,quòd tranquillo mari progredi non audet æthya ma-
rinarum beluarum metu : at cum tempeſtatem præſenſerit, audacter pro-
greditur, quòd tunc temporis marinæ illæ beluæ in altum abierunt:uerum
Auratus æthiæ, inquit, maria aut ſtagna fugientes pennáſque in terra ro-
ſtro purgãtes uentum præſagiunt.Æthyæ ſaxis maritimis oua bina terná-
ue ſtatim à bruma pariunt ineunte uere:nec ullo tempore latent. Æthyæ
uentriculum

A uentriculum amplectuntur nonnulli, tanquam medicamentũ, quod con-
coctioni conferat: uerum (ut inquit Galenus) neque ipſe facile concoqui-
tur,neque quicquam ad aliorum concoctionem iuuat. Iecur autem inuete
ratum exſiccatúmque ex aqua mulſa binis cochleariis epotum, ſecundas
8 eiicere author eſt Dioſcorides. Eandem eſſe æthyam cum κορώνη θαλασσίᾳ, id κορώνη θα-
eſt cum cornice marina authores ſunt Heſichius & Suidas. Et mergũ quo- λάσσιος.
que eandem eſſe auem nonnulli tradunt. Mergus, inquit Plinius, inſatiabi- *Cornix mari-*
*na.*
9 lis auis eſt, eo quòd à uentre protinus recto inteſtino (minime inquam fle- *Mergus.*
10 xuoſo) trãſeunt cibi. Mergi in arboribus nidificant: pariunt oua plurimum *Mergus ma-*
terna, idq; incipiente uere: nec unquam latent. Inter aquaticas mergi ſoliti *rinus.*
ſunt deuorare quæ cæteræ reddunt. Mergi pennas roſtro purgãtes, uentũ,
11 maria quoque aut ſtagna fugientes, tempeſtatem præſagiunt: ut & Vergi-
B lius teſtatus eſt,

Iam ſibi tum curuis male temperat unda carinis,
Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamorémque ferunt ad littora.

Vocem nonnunquam mutare mergum author eſt Lucretius:

Accipitres atque oſſifragæ mergíque marinis
Fluctibus in ſalſo uictum uitámque petentes,
Longe alias alio iaciunt in tempore uoces.

Mergi totam ſpeciem, ſeſéque immergendi frequentiam pulchre depinxit Ouidius in Æſaci in mergum mutatione:

C Vtque nouas humeris aſſumpſerit alas,
Subuolat, atque iterum corpus ſuper æquora mittit.
Pluma leuat caſus: furit Æſacus, ínque profundum
Pronus abit, letíque uiam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem: longa internodia crurum,
Longa manet ceruix, caput eſt à corpore longe.
Æquor amat, noménque tenet, quia mergitur illo.

Catarracta mari uictitat: & cum ſe in altum immerſerit, manet nõ minus *Catarracta.*
temporis, quàm quo ſpatium tranſieris iugeri. Minor quàm accipiter auis καταῤῥάκτης
hæc eſt: gula eius tota ampla & lata eſt.

D 1 Larus, λάρος, βουφάγος προσαγορεύεται. Athenæus. 2 Βρένθος, Theodorus anatẽ Βουφάγος.
interpretatur. 3 Ex hoc Plinij loco forſitan Theodorus apud Ariſtotelem βρένθον anatẽ uertit. 4 Charadrius, Inter fluuiatiles uidetur Ariſtophanes hanc auem numerare in Auibus: οἱ χαραδριοὶ καὶ τἄλλα ποτάμια ὄρνεα. 5 Cepphus, Theon Arati interpres, Auis & gracilis atq; macra admodũ, uti carnis nihil habere uideatur, ſed oſſa ſolum & pẽnas. 6 Quo pacto fulicæ ſpuma capiãtur, oſtendit Nicander in Alexiphar. 7 Limum olet. Quæ ſola fœtet. ita reddit uetus interpres. 8 Æthyam, Arrianus in Pontici maris nauigatione κορώνην θαλάσσιον una enumerat cum αἰθυίᾳ, tanquam aues diuerſas. Eadem fortaſſe apud illum eſt, quæ coruus marinus uocatur: de quo infrà. Mergum etiam bungam à poëtis uocari author eſt Phocion grammaticus. *Bunga.*
9 Quibus animalibus inteſtina recta ſunt, inquit Ariſtoteles, ea ciborũ auida ſunt.
10 Mergi in arboribus nidificant, inquit Plinius. Qui mergum eundem eſſe cum æthya ſentiunt, locũ hunc Plinij aliter legant neceſſe eſt. Io. Claymondus ex coniectura ita legendum arbitratur, Gauiæ in petris nidificant: mergi etiam in arboribus:

uerum codices omnes, quos equidē uiderim, in altera litera conſentiunt. 11 Maria E
quoque aut ſtagna fugientes, & cætera. Neque hæc quidem æthyæ conuenire uidentur.

## De elorio, crece, ortigometra & glottide. Cap. CXLV.

*Ἐλώειος. Crex. Creci ibin magnitudine comparat Herod. uti infra uidebitur. Ortygometra, ὀρτυγωμήτης. Tardi incrementi, δυσθαλής. Glottis. γλωττίς. Lingulata.*

ELorius auis eſt apud mare uictitans creci ſimilis. cælo tranquillo ad litus paſcitur. Habet porro crex roſtrum longum & acutum ſerratúmque: crura item lōga: & digitus pedis poſterior, qui loco calcis geritur, minutus eſt. Crex pugnax eſt, & ingenio ualens ad uictum, ſed cætera infelix. Cum galgulo pugnat, & merula, & uireone: nocet enim his & eorū pullis. Lacuſtribus auibus ſimilis ortygometra eſt, quæ ex iis una eſt quæ duces ſe præbent coturnicibus hinc abeuntibus. Magnitudo illi turturis, crura longa, auis timida, tardíque incrementi. Glottis etiam ex iis eſt quæ duces ſe F
præbent coturnicibus hinc commigrantibus: cui forma quoque ſimilis eſt auibus lacuſtribus: hæc linguam exerit prælongam, unde illi nomen. Hanc in initio blandita peregrinatione auide profectam pœnitentia in uolatu, cum labore ſcilicet ſubit, reuerti incomitatam piget & ſequi: nec unquam plus uno die peragit, in proximo hoſpitio deſerit: uerum inuenitur alia, antecedente anno relicta: ſimili modo in ſingulos dies.

## De ardeolarum generibus, porphyrione & hæmatopode. Cap. CXLVI.

*Ardea, Ardeola, ἐρωδιός. Ouidius de Ardea urbe in auem mutata.*

A Fluuiis & lacubus uictum petit ardeola: cui, ut inquit Ouidius,

Et ſonus, & macies, & pallor, & omnia captam G
Quæ deceant urbem: nomen quoque manſit in illa
Vrbis.

Volat ardea protenſis in auerſum cruribus, quibus loco uropigij utitur ad uolatum dirigendum. Ardeolæ pipra inimica eſt: oua enim & pulli ardeolæ uiolantur à pipra. Aquila etiam cum ardeola pugnat: unguibus etenim ualens aquila aggreditur: hæc autem repugnando emoritur. Et hoſtes ſunt ſorices & ardeolæ inuicem fœtibus inſidiantes. Rurſus amici cornix & ardeola contra uulpium genus communibus inimicitiis. Ardea in mediis arenis triſtis hyemem prænuntiat: uel, ut Aratus prodit,

*Herodion fulicam nonnulli uocant. Pella, Pellos, πέλλος. λευκὸς ἐρώδιος, Candida, uel alba ardeola. Aſterias, ſtellaris. ὄκνος, ardeola pigra. Albardeola, λευκερώδιος.*

herodius, cum ad mare magno cum clangore uolitat, imbres prænuntiat: ſed cum præter conſuetum morem relicto mari, terram etiam cum clangore petit, uentos. Ardeolarum tria ſunt genera, pella, alba, aſterias, id eſt H
ſtellaris. Pellæ coitus difficilis eſt: uociferatur enim mas, & ſanguinem ex oculis (ut aiunt) emittit. parit etiam ægre fœmina, ſummóque cum dolore. Sagax & in uictu queritādo operoſa eſt & cœnægerula. Agere interdiu ſolet: colore tamē eſt prauo & aluo humida. Pręlium cū iis init, à quibus lędi tur: hoc eſt cum aquila, à qua rapitur: cum uulpe, à qua noctu capitur: cum alauda, à qua oua eius diripiuntur. Reliquarum duarum, cādida colore eſt pulchro, & coit, & nidulatur probe in arboribus. Paſcitur in paludibus, lacu, campis & pratis: & hanc inter aues altero oculo carere tradunt. Sed aſterias, quæ & ὄκνος, id eſt pigra cognominata eſt, (ut cognomē ſonat) iners otioſáque eſt. Eſt & quæ λευκερώδιος, id eſt albardeola uocatur, quæ magnitudine

A dine minor eſt,roſtro lato porrectóque. Ardeolæ roſtrum in pelle aſinina
fronti adalligatum,ſomnum allicere aiunt. Putant & per ſe roſtrum eiuſ-
1 dem effectus eſſe uino collutum. Et crura lõga habet porphyrio,collúm- *Porphyrio.*
que longum & anguſtum:& uolat porrectis cruribus,ut ardea,cum uropy πορφυρίων.
gium ad uolatum ineptum habeat. Auis eſt Lybica porphyrio, ut author
eſt Alexander Myndius:uerum,uti Plinius refert,Baleares inſulæ porphy-
rionem mittunt:laudatiſſimi in Commagene. Gallinacei magnitudine eſt
2 porphyrio,colore cœruleum imitante. Roſtra porphyrioni & prælonga
crura rubent,pedibus fiſſis. Auium quibus longa ſunt crura ſolus porphy-
rio morſu bibit. Cibum omnem aqua ſubinde tingit:deinde pede ad roſtrũ
ueluti manu affert. Volatu porphyrio minime in ſublime fertur: puluera-
tionis inſatiabili gaudio tenetur. in locis ubi columbæ ſe lauare ſolent la-
B uatur: nec prius tamen ſe uel in puluerem dat uel in lauacrum, quàm am-
bulando certa ſpatia confecerit. In magnificis ſplẽdidíſque domibus por-
phyrio ludicra delectatio eſt: quarum intra clauſtra ſolutus errat. Porphy-
rionem qui cibi gratia in cœnis appoſuerit hominem ſcio neminem, in-
quit Ælianus. Scribit Polemon porphyrionem,ſi in ędibus nutriatur, mu-
lieres anxie obſeruare,ſenſúmque adulterij habere:ac ſignificare id patriſa
milias in cuius domo alitur:& id quidem haud alio modo quàm ſeſe iugu
3 lando. Hęmatopus multo minor eſt quàm porphyrio, quanquam eadem *Hæmatopus.*
crurum altitudine:roſtrum quoque illi & crura rubent. naſcitur in Ægy-
pto. inſiſtit ternis digitis. Præcipue ei pabulum muſcæ:uita in Italia paucis
C diebus. Clitarchus in India ſcribit uolucrem nomine horionem naſci, ma- *Horion.*
gnitudine herodio æqualem, rubris cruribus, oculis cœruleis, ſic muſica
inſtructum, ut naturæ munere tam ſuauiter canat,ut ipſas Sirenes laceſſe-
re poſſit.

1 πορφυρὶς, alia auis eſt apud Athenæũ,& latiporphyra alia. 2 Cœruleum imi- πορφυρίς,
tante, κυανόφρον:uel,ut habet Ariſtophanis interpres,κυάνεον,id eſt cœruleo,uel fuſco,uel *Latiporphyra,*
nigro. 3 Hæmatopus,aliàs himatopus. *hymatopus*

## De grue,platea,ciconia, & ibide. Cap. CXLVII.

GRues ad paludes aduolant:& de ultimis, prope dixerim, in ultima: ex *Grus, γερανός*
D Scythicis enim cãpis ad paludes Ægypto ſuperiores,unde Nilus pro-
fluit,ueniunt:quo in loco pugnare cum Pygmæis dicuntur. Immenſus eſt
tractus quò ueniunt,inquit Plinius,ſi quis reputet à mari Eoo. Roſtrum ha *Grues Balea-*
bent grues longum. Balearicæ grues cirrum in capite geſtant. Coeũt grues *ricæ.*
non conſidente humi fœmina, ſed ſtante:& quàm celerrime rem peragũt:
mas enim ſuperſiliens,cito,ut paſſeres,perficit. Pariunt oua bina. In inceſſu
ante ſe pedes iaciunt. In grandiorum alitum genere grues tantum mutant
colorem,& in ſenectute nigreſcunt. Grues etiã multa prudenter faciunt:
loca enim longinqua petunt (ut dictum eſt) ſui commodi gratia: & uolant
flatu ſecundo alte, ut procul perſpicere poſſint: & ſi nubes tempeſtatis ui-
derint,conferunt ſe in terram,& humi quieſcunt. Ideóque grues ſilẽtio per
ſublime uolantes, ſerenitatem: in mediterranea uero feſtinantes uentum

præſagire feruntur. Ducem etiam habent: & eos qui clament in extremo E
agmine diſpoſitos, ut uox percipi poſſit, quo gregem uoce cõtineant. Illud
quoque animaduerſum, grues cum maria tranſmittunt, trianguli efficere
formã: eius autẽ ſummo angulo aër ab iis aduerſus pellitur: deinde ſenſim
ab utroque latere dilatante ſe cuneo, porrigitur agmẽ: quæ ſequũtur grues,
in tergo præuolantium colla & capita reponunt: quod quia ipſe dux face-
re non poteſt, (quia non habet ubi nitatur) reuolat feſſus, ut ipſe quoque
quieſcat: in eius locum ſuccedit ex iis quæ aſſequitur: eáque uiciſſitudo in
omni curſu conſeruatur. Cum conſiſtunt, excubias habent nocturnis tem-
poribus lapillum pede ſuſtinentes, qui laſſatis ſomno decidens, indiligen-
tiam ſono coarguat: cæteræ dormiunt capite ſubter alam condito alternis
pedibus inſiſtentes. dux erecto proſpicit collo, & quod ſenſerit uoce ſignifi F
cat. Eædem manſuefactæ laſciuiũt, gyróſque quoſdam indecoro curſu uel
ſingulæ peragũt. Corn. Nepos, qui diui Auguſti principatu obiit, cum ſcri-
beret turdos paulo ante cœptos ſaginari, addidit ciconias magis placere q̃
grues: cum hæc nunc ales inter primas expetatur, illã uero nemo uelit teti-
giſſe. Gruum caro, inquit Galenus, tota fibroſa duráq; eſt: qua tamen ueſci
ſolemus poſtquã pluribus à morte diebus quaſi cõputruerit. In Balearibus
*Vipiones.* inſulis uipiones in menſarum honore ſunt: porro uipiones uocãt minores
*Gromphæna.* grues. Gromphænã auem in Sardinia narrãt grui ſimilẽ, ignotã iam etiam
*Platalea.* Sardis, ut exiſtimo. Plataleæ etiã migrant, & de Strymone amne ad Iſtrum 1
*πελεκών.* aduolant, prolémque ibi faciunt: roſtrum habet platalea magnũ. Hanc ſibi
*Platea.* cibum quærere aiunt aduolantem ad eas aues quæ ſe in mari mergũt: quæ G
cum emerſerint piſcémque ceperint, uſque eo premere earum capita mor-
dicus, dum captum illæ amittant, atque ita capturam extorqueat. eadém-
que hæc auis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eáſque cùm ſtomachi ca 2
lore concoxerit, euomere: atque ita hiantibus iam teſtis, eligere ex iis quæ
*Ciconia.* ſunt eſculenta. Ciconiæ circa lacus & fluuios degunt: ſed quonam è loco ad
*Pelargus.* nos ueniant, aut quò ſe referant incompertum adhuc eſt: è longinquo ue-
*πελαργός.* nire non dubiũ eodem quo grues modo, illas hyemis, has æſtatis aduenas:
hyeme nanq; latent ciconiæ. Abituræ congregantur in loco certo: comita-
tæq; ſic ut nulla ſui generis relinquatur, niſi captiua & ſerua, ceu lege præ-
dicta die recedunt. Nemo uidit agmẽ diſcedentium, cum diſceſſurum ap-
pareat: nec uenire, ſed ueniſſe cernimus: utrunque nocturnis fit tempori- H
bus. Inceſſu pedes ante ſe iaciunt ut grues. Sunt qui ciconiis non ineſſe lin-
guas confirmẽt: uerùm ſonum, quo crepitant, oris potius quàm uocis eſſe.
ciconiæ nidos eoſdem repetunt. Eximia illis ineſt pietas: etenim quantum
temporis impenderint fœtibus educandis, tãtum & ipſæ à pullis ſuis inui-
cem aluntur: ita impenſe nidos fouẽt, ut incubitus aſſiduitate plumas exu-
ant: & genitorum ſenectutem inuicem educare inuulgatũ eſt. Noceri eis
omnibus quidem locis nefas ducunt, ſed in Theſſalia maxime, ubi ſerpen-
tum immanis copia eſt: quos dum eſcandi gratia inſectantur, regionibus
Theſſalicis plurimum mali detrahũt. Proinde honos iis in Theſſalia ſerpẽ-
tum exitio tantum, ut capitale fuerit occidiſſe, eadem legibus pœna quę in
homicidam

A homicidam. Trãſpadana Italia iuxta Alpes Lariũ lacum appellat, ad quem ciconiæ non permaneant. Contra uenenata omnia ciconiarum uẽtriculus ualet. Ciconiæ pullum qui ederit, negatur annis continuis lippiturus. Figura & magnitudine ciconiæ ſimilis eſt ibis, auis mãſuetiſſima. *Ibis.* graditur magna tarditate: nec eam ocyus quiſpiam ingredi uideat, quàm molli gradu & tardo. Inuocant & Ægyptij ibes ſuas contra ſerpentium aduentum: ineunte nanque uere (ut aiunt) angues alati ex Arabia in Ægyptum frequentes aduolant, quos ibes interficiunt: eámque ob cauſam auem hãc colunt Ægyptij. Duplici genere diſtinguuntur ibes. Sunt enim aliæ candidæ, aliæ nigræ. *Aliæ candidæ. Strabo. aliæ, inquit, colore ciconiæ.* Candidæ apud Peluſium tantum nõ ſunt, cum in reliqua tota Ægypto habeantur. Nigræ contra, apud Peluſium tantũ, in cætera Ægypto nullę. Extra Ægyptum non progrediuntur ibides. Incolis tum utiles ſunt, tum

B inutiles moleſtęq;: utiles quidem, quòd ſerpentes aliáque noxia animalcula, & omnia macellorum purgamenta deuorant: inutiles uero & moleſtæ, quòd omnia deuorant, nec facile arceri poſſunt. Herodotus ita diſtinguit: Ibis quæ ſerpentes oppugnat, nigra tota uehementer eſt, cruribus gruinis: roſtro adũco, eadem qua crex magnitudine. *Roſtro adũco; πρόσωπον ἐπίγρυπον.* Alteri generi gracile caput ac totum collum, pennæ ubique candidæ præter caput ceruicémque atq; extremas alas & nates, quæ partes nigræ ſunt: cruribus atque roſtro priori ſimile hoc genus eſt. Cinis ibidis ſine pennis crematæ potus, tormina ſanare traditur.

1 Plataleæ, Ariſtoteles, οἱ δὲ πελεκᾶνες οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς γινόμενοι. 2 Cum ſto-
C machi calore. Ariſtoteles, ἐν τῷ πρὸ τῆς κοιλίας τόπῳ, hoc eſt: ubi ſua ingluuie coxerit, uel ea parte quæ ante uentriculum proxima eſt. Plutarchus hæc tribuit herodio.

## De aquaticis grauioribus, quæ omnes palmipedes ſunt: de anſerum generibus, de olore & onocrotalo. Cap. CXLVIII.

Palmipedum quæ grauiores ſunt, circa lacus & amnes uerſantur: huius generis anſer præcipue ruſticis gratus eſt: nam clauſæ paſcuntur in neſſotrophiis & anates, querquedulæ, boſcades, phalarides ſimiléſque uolucres, quæ ſtagna & paludes rimantur, ſed maiore impenſa: anſer autem nõ magni fructus, ſed minimi oneris eſt. *Palmipedes, στεγανόποδες. Anſer, χήν. Alias, boſchides.* Anſeri gula tota ampla & lata eſt: &

D appendices quaſdam paucas habet infra quà deſinit inteſtinum. Iecur fartilibus in magnam amplitudinem creſcit: exemptum quoque lacte mulſo augetur. Anſeres in aqua coeunt: à coitu ſeſe aquis ingurgitant. Anſeribus admittendis, ut Varro & Columella prodidere, tempus aptiſſimum eſt à bruma: atque ad pariendum & incubandum à calẽdis Martij uſque ad ſolſtitium. *Solſtitium Columellæ ſit ultima parte mẽſis Iunij.* Pariunt uere, inquit Plinius, aut ſi bruma coiuere, poſt ſolſtitium quadrageſimo die prope. Bis anno, ſi priorem fœtum gallinæ excludant: alias plurima oua quindecim, pauciſſima ſeptem. ſi quis ſurripiat, pariunt donec rumpantur. hæc Plinius. Singulæ, inquit Varro, non plus quater in anno pariunt: uel, ut Columella, ſingulæ ter anno pariunt, ſi prohibeantur fœtus ſuos excludere. Pariunt autem ſingulis fœtibus oua, primo quina, ſequenti quaterna, nouiſſimo terna. Fœminę tantum incubant: pullis autem

formandis excludendíſque triginta diebus opus eſt, cum ſunt frigora: nam E
tepidis quinque & uiginti ſatis eſt. negatur anſer aliena excludere oua, niſi ſubiecta quoque ſua habuerit. Supponuntur autem gallinis huius generis oua, ſicut pauonina, plurima quinque, pauciſſima tria: ipſis autem anſeribus incubanda ſubijci utiliſſimum nouem aut undecim: ſupponuntur autem pauciſſima ſeptem, plurima quindecim. Pullis anſerum urtica cõtactu mortifera: nec minus auiditas, nunc ſatietate nimia, nunc ſuamet ui: nam ſi anſerculus adhuc parum firmus & indigẽs ciborũ peruenit in paſcuum, fruticibus aut ſolidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, ut collum abrumpat. In legendo anſerum grege obſeruare ſolẽt, ut mares fœminæque quàm ampliſſimi corporis, & albi coloris eligantur: quòd plerũque pullos ſimiles ſui faciũt. Nam eſt & aliud genus uarium, quod à fero mitigatum, F
domeſticum factum eſt. Id neque æque fœcũdum eſt, nec tam pretioſum: propter quod minime nutriendum præcipiunt. Hoc auium genus, candidum præcipue, nutriendum: non quia magni ſit fructus, ut dictum eſt, ſed quia minimi oneris: attamen præſtat ex ſe pullos atq; plumam, quam nõ, ut in ouibus lanam, ſemel demetere, ſed bis anno, uere & autumno, uellere licet: rurſus enim plumigeri ueſtiuntur: molliórq; pluma, quę corpori quã proxima: & è Germania laudatiſſima. Candidi ibi, uerùm minores ganzæ uocantur: eſt uero Ariſtoteli anſer maior, eſt & minor, qui gregatilis eſt. Anſer ſolertiorem cuſtodiam præbet quàm canis: nam clangore prodit inſidiantem. Anſeres continuo clangore intempeſtiui hyemem præſagiunt.

*Ganzæ, aliàs, gantæ, ut Rhenano placet.*

Anſerum caro excremẽtoſa eſt, concoctúque difficilis: atque domeſticarũ G
omnium auium calidiſſima, humidiſſimáq; & craſſiſſima: ut eodem ordine apud ueteres habita ſit cum ſtruthocameli carne: alæ tamen nihilo ſunt cæterarum auium alis deteriores: uentriculi ſuauitate etiam ſuperãt. Iecur quoque anſeris in cibo gratum eſt, concoctioni facile optimíque ſucci: & qui abunde nutriat, ſi alimenta quæ anſeri antea præbentur, lacte fuerint imbuta. Teſtes anſerum in cibo ad ſobolem procreandam iuuare feruntur: lingua uero ſingulari quadam proprietate ſtranguriæ prodeſt. Sanguis anſeris aduerſus uenena in antidotis miſcetur: maxime uero contra lepores marinos ualet cum olei æqua portione. Item contra mala medicamẽta omnia aſſeruatur cum Lemnia rubrica & ſpinæ albæ ſucco, paſtillorũ drachmis quinq;, qui in cyathis ternis aquæ bibãtur. Anſerinus adeps calidior H
eſt, & partium magis tenuium q̃ ſuillus: qua ratione corpora facilius penetrat, & eorum quæ intus & in corpore ſunt, acrimoniam magis obtũdit. Ex anſerum adipe in Cõmagene Syriæ fit unguentum odore iucundo, pa- I
riter & medicamẽtum celeberrimi uſus, quod à gente dicitur Commagenum: utiliſſimum ad perfrictiones, conuulſiones, cæcos ac ſubitos dolores, omniáque quę acopis curantur. Adeps anſerũ labris fiſſis prodeſt, ſi eo perlinãtur: aurium grauitatẽ dolorémue ſedat inſtillatus: quidã adiiciunt ſuccum cepæ & allij pari modo. Si aqua in aurẽ intrauerit, præcipuũ remediũ eſt anſerinus adeps cum cepæ ſucco. Stercus anſerinum (ut author eſt Galenus) prę nimia acrimonia nullius eſt uſus. Chenalopex circa lacus & amnes uerſatur

*Cõmagenum.*

*χηναλώπηξ, Chenalopex, Vulpanſer.*

A uerſatur. Eſt uero chenalopex corpore quàm anſer minor, ſed animi robo-
re ſuperior atque ad inuadendum audentior, ut qui ſe ab aquilæ, felis ac
cæterorum hoſtiũ iniuriis melius defendat. Pullos ſuos uehementer amat:
eandémque operam, quam perdix, in eis tuendis ponit: nam ante ſuos fœ-
tus ſeſe prouoluens, aucupi ſpem ſui capiendi præbet: hi uero interea dum
uenator illuditur, elabuntur: quibus fuga elapſis, is ſeſe alis eleuãs diſcedit:
ac ſæpe, ut pulli facilius euadant, capiendum ſe uenatoribus præbet. Parit
2 chenalopex nonnunquam oua hypenemia. Anſerũ generis ſunt chenalo-
3 peces, & quibus lautiores epulas nõ nouit Britãnia, ceramides, fero anſere
minores. Olor grauius habet corpus: *Olor. κύκνος, Cycnus, Cygnus.*

Nec ſe cælóque Iouíque
B Credit, ſed -
Stagna petit patulóſque lacus: ignémque peroſus,
Quæ colat elegit contraria flumina flammis.
- Collumque à pectore longe
Porrigitur, digitóſque ligat iunctura rubentes:
Penna latus uelat: tenet os ſine acumine roſtrum.

Appẽdices quaſdam habet olor paruas infrà apud inteſtinum. oloribus ut
alter alterum deuoret in more eſt maxime in uolucrum genere. Aquilam,
ſi pugnam cœperit, repugnantes uincunt olores: ipſi autem nunquam niſi
prouocati inferunt pugnam. Canere ſoliti ſunt, & præcipue iamiam mori-
turi. in mari Africo hoc ſæpe ſentiri ferunt. uolãt etiam in pelagus longius.
C Præcipue faciem purgat atque erugat cycni adeps. Olorum ſimilitudinem
4 onocrotali habent: nec diſtare exiſtimarentur omnino, niſi faucibus ipſis *Onocrotalus.*
ineſſet alterius uteri genus. huc omnia inexplebile animal congerit, mira
ut ſit capacitas: mox perfecta rapina, ſenſim inde in os reddita in uerã al-
uum ruminantis modo defert. Gallia hos ſeptẽtrionalis proxima Oceano
mittit. Onocrotalorum duo produntur genera, alterum aquatile, alterum
ſolitudinis. Diomedeas aues Iuba cataractas uocat: & eis eſſe dẽtes oculóſ- *Diomedeæ aues. Cataractæ.*
que igneo colore, cætero candidas tradens:

Si uolucrum quæ ſit dubiorum forma requiris,
Vt non cygnorum, ſic albis proxima cygnis.
Magna pedis digitos pars occupat: oráque cornu
D Indurata rigent, finémque in acumine ponunt. Hæc Ouidius.

Solinus uero, Forma, inquit, illis quæ fulicis, color candidus, ignei oculi, o-
ra dentata. Congreges uolitant: duo ſuper iis duces, alter agmen ducit, al-
ter cogit. Cum fœtuum adeſt tempus, roſtro ſcobes excauant: deinde ſur-
culis in uerſum ſuperpoſitos imitantur texta cratium, & ſic cõtegunt ſub-
tercauata: hanc ſtruem comprimunt terra quam egeſſerant, cum puteos
excauarent: ſic nidos moliuntur bifori acceſſu. Aditus qui dimittit ad pa-
ſtus in ortum deſtinatur: qui excipit reuertẽteis, occaſum uerſus eſt: ut lux
morantes excitet, & receptui non denegetur. Aluum exoneraturæ aduerſis
flatibus ſubuolant, quibus proluuies longius auferatur. Aduenas barbaros
clangore infeſtant: Græcis tantum adulantur, miro diſcrimine. Hæ in ſolo

loco totius orbis uiſuntur in inſula cõtra Apuliæ oram, quæ tumulo ac de- E
lubro Diomedis inſignis eſt.

*πηνέλοψ.*

1 Vnguētū, Huius cõpoſitioné uideas apud Pli. lib.10,ca.22, & 29,ca.3. 2 Alij uero apud Plinium hoc pacto legi malūt. Anſerum generis ſunt penelopes, &, quibus lautiores epulas non nouit Britannia, chenalopeces, fere anſere minores: uerum penelops (ſi Ariſtophanis ſcholiaſtæ credimus) anati ſimilis eſt, columbæ magnitudine: uel, ut aliis placet, anate maior (niſi fortaſſe pro μείζων ſcribi debeat μειών.) Penelops, ut refert Ariſtoteles, circa lacus uerſatur & amnes. 3 Ceramides, alij legūt chenerotes. 4 Onocrotalos, Feſtus truones uocat. Onocrotali, ut quidam exiſtimant, dicti ſunt ab aſinino, quem in aqua faciunt, ruditu.

*Ceramides. Chenerotes.*

## De anatino genere, & aliis quę anatibus ſimiles ſunt. Cap. CXLIX.

*Anas. Νῆσσα, uel νῆττα.*

1
E Palmipedum grauiorum genere anates ſunt, quæ & circa lacus & a- F
mnes uerſantur. Anati gula tota ampla & lata eſt: appēdices quoq; pau
cas habet infra quà deſinit inteſtinum. Anas mas, ut Alexander Myndius
prodit, maior eſt fœmina, & colore magis uario. Anates ſolæ, quæque ſunt
eiuſdem generis, in ſublime protinus ſeſe tollunt: atque eueſtigio cælū pe-
tunt, & hoc etiam ex aqua: itaque in foueas quibus feras uenamur delapſæ
*Anates Ponticæ.*
ſolæ euadunt. Veneno anates Ponticas uiuere autumant. anates pennas ro
ſtro purgantes uentum præſagiunt. Anatis caro durior eſt, quàm ſit tur-
dorum merularúmue aut paruarum auium. Quod uero traditur in tormi-
nibus mirum eſt: anate appoſita uentri tranſire morbum, anatémq; emori.
*Anates Ponticæ.*
Sanguis anatum Ponticarum aduerſus omnia mala medicamenta pollet:
itaque & ſpiſſatus ſeruatur, uinóque diluitur. Mithridatis inuentum autu-
mant ſanguinem anatum Ponticarum miſcere antidotis, quoniam uene- G
*γλαυκίον, Glaucium.*
no uiuerent. Similes anatibus ſunt, ſed minores paulo, quos glaucia Græ-
*Boſcas.*
ci uocant ab oculorum colore. Anati quoque ſimilis, ſed minor eſt & bo- 2
ſcas: circa lacus quoque & amnes uictitans. Mas in hoc genere magis ua-
rius cernitur: habent & mares roſtra ſima atque minora. Inuenitur & bo- 3
ſcadis genus quoddam anate maius, ſed minus chenalopece. Quas ab u-
*Colymbis. Colymbus. Vrinatrix.*
rinandi uoluptate colymbidas & colymbos nominant. omnium aquatica-
rum quæ palmipedes ſunt, & in lacubus aut amnibus uictitant, minimæ
ſunt: atri ac ſordidi coloris, acuto roſtro. ſoli earum ſpectantur oculi, cæ- 4
*Phaſcades.*
tero merguntur. Phaſcades paulo maiores ſunt quàm colymbides: cæte-
*Vria, οὐρία.*
ro ſimiles anatibus. Eſt & uria dicta, non multo minor anate: roſtro lõgio- H
*Phalaris, Phaleris.*
re ac tenui, colore ſordido figlino. Anguſtum & phalaris uocata roſtrum 5
obtinet: caput rotundius, uentrem ſubcinericio colore, dorſum nigricans: 6
hæc & circa lacus & amnes uictum quærit. Phalarides in Seleuſia Partho-
rum, & in Aſia laudatiſſimæ.

1 Anates, νῆτται περιζωσμαλίαι dicuntur ab Ariſtophane, quaſi cingulum candidū habentes, ut uult ſcholiaſtes. Νήσσας ἀγριάδας uocauit Aratus aues marinas, quæ in inſulis ſunt. 2 Boſchidas dixit Columella: ſed uide an ſint exemplaria uera. 3 Magis uarius, κατάγραφος. 4 σκέπτονται δὲ ὄμματα, τὰ δὲ πολλὰ καταδύεται, id eſt ſæpiſſime merguntur, uel urinantur. 5 Longiore, μακρὸν, μικρόν. 6 Sordido figlino, ῥυπαροκέραμος. 7 In hoc lacuſtrium genere nominantur à Varrone & Columella, querquedulæ.

*Boſchides. Querquedulæ.*

De coruis

A De coruis aquatilibus. Cap. C L.

COrui aquatici naturaliter caluent,quibus apud Græcos nomen eſt inde.Phalacrocoraces aues Balearium inſularum peculiares, iam etiam
1 in Alpibus capiũtur.Qui corax,id eſt coruus appellatus eſt, magnitudo illi eſt quanta ciconiæ, ſed crura breuiora: palmipes natánſque,colore nigro. Inſidit arboribus,& nidulatur in iis unus ex hoc genere.Et hæ quidem aues circa aquas uictum ſibi quærunt.

*Coruus aquaticus.* *Phalacrocorax.* *Coruus marinus.* κόραξ.

1 Corax,κορώνη θαλάσσιος hæc eſt,ni fallor, apud Arrianum in ponti Euxini nauigatione, & alia ab æthya: quanquam aliter uideatur Suidæ & Heſichio, uti ſupra in æthya.

κορώνη θαλάσσιος.

De brintho & upupa. Cap. C L I.

B MOntes autem colunt & ſyluas upupa & brinthus: cui & uictus probus,& uox ſonora eſt. Vpupa quoque montium incola eſt & ſyluarum,coturnice paulo maior:& ut poeta de tyreo ait,

*Brinthus.* *Vpupa.*

-Cui ſtant in uertice criſtæ,
Prominet in modicum prælonga cuſpide roſtrum:
Nomen epops uolucri eſt,facies armata uidetur.

*Epops.*

1 Obſcœna paſtu auis,criſta uiſenda plicatili, contrahens eam ſubrigénſque per longitudinem capitis à roſtro reſidentem.Eminent pennæ, inquit Pau
2 ſanias,in galeæ modũ. Vpupa una in ſuo genere non nidificat: ſed ſtipites
3 arborum ſubiens,parit ſine ullo ſtramento in cauis: & nidum potiſſime è
C ſtercore hominis facit.Trimeſtris auis upupa eſt: quippe quæ cum fœtum eduxerit abit, &

Deſerta quærit nemorum, & inuias plagas,

ut Æſchylus teſtatus eſt.Colore etiam immutatur tempore æſtatis & hyemis, ut idem author eſt,

Colore ſpeciem multimodo pingit ſuam:
Nam uere candicans ubi extitit nouo,
Æſtate tum deinde ut recanduit ſeges,
Alas repente uarias maculatus quatit.
Vagatur hic ſemper faſtidiens locos,
Deſerta quærit nemorum & inuias plagas.

D Indicam upupam Indorum rex amores delitiáſque ſuas ob eius uenuſtatẽ circungeſtat. Vpupæ cor in lateris doloribus laudatur.

1 Criſta,&c. τριλοφίαν dixit eã Ariſtophanes,quaſi triplicẽ habentem in galea criſtam,uti in ſcholiis habetur: forſitan ab inſigni criſta dictum eſt. 2 In ſuo genere, τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν νοττευόντων. 3 Nidum hominis ſtercore luti loco circunlinit, in-
5 quit Ælianus.

De auibus partim peregrinis,partim monſtroſis. Cap. C L I I.

IN Hercynio Germaniæ ſaltu inuſitata genera alitum accepimus: quarũ plumæ ignium modo luceant,quamuis denſa uox obtegat & denſet tenebras.unde homines loci illius plerunque noctu rationem uiæ moderantur indicio plumarum refulgentium. Authores ſunt omnibus annis cater-

*Hercyniæ aues.*

*Memnonides, uel Mēnoniæ aues.* uatim aduolare Ilium ex Æthiopia aues, & confligere ad Memnonis ſepul E
chrum, quas ob id Mēnonidas aut memnonias uocant. Hoc idem quinto
quoque anno facere eas in Æthiopia circa regiam Memnonis exploratum
ſibi Cremutius tradit. Aues haſce terrã Mariandineam incolere ferunt, co-
lore nigras: corporis forma accipitris ſimili. Carne abſtinēt: eis enim ad ci-
*Seleucides aues.* bum ſemina ſatis ſunt. Seleucides uocantur auiculæ, quæ iugiter locuſtas,
quas ἀττελάβους uocant, edunt, eaſdémque celeriter excernunt. Harũ aduen-
tum ab Ioue precibus impetrãt Caſij montis incolæ, fruges eorum locuſtis
uaſtantibus. Nec unde ueniant, quóue abeant, compertum eſt: nuſquã cõ-
ſpectis, niſi cum præſidio earum indigetur. inexplebilem habent deuorãdi
*Scythica auis.* naturã. Scythicæ terræ incola auis eſt otidis magnitudine, quæ binos pro- 1
creat pullos. & quæ pepererit oua, non incubitu fouet, ſed condita in lepo- F
rina aut uulpina pelle relinquit: atque ita obuoluta in ſumma arbore col-
locat: cúmque à uenatione uacat, cuſtodit: & ſi quis ſcandit, impugnat &
*Rhyntaces.* uerberat alis, perinde ut aquilæ faciũt. Apud Perſas gignitur auicula rhyn-
taces nomine, in qua nihil inuenitur excrementi: ſed interna omnia adipe
plena: quo fit, ut eam aere atque rore ſolum nutriri arbitrentur. Chloriten
*Scylla.* dicunt magi gemmam inueniri in ſcyllæ auis uentre, congenitam ei: fer-
*Phœnix, φοῖνιξ.* róque includi iubent ad quædam prodigia moris ſui. Æthiopes atque Indi
diſcolores maxime & inenarrabiles ferunt aues: & ante omnes nobilem
Arabiæ phœnicē: haud ſcio an fabuloſe unum in toto orbe, nec uiſum ma-
gnopere. Manilius ſenator author eſt, neminem exiſtere, qui uideritueſcē- 2
tem. Nam ut tradit Ouidius: -Nec fruge nec herbis,

Sed thuris lachrymis & ſucco uiuit amomi. G

Aquilæ narratur magnitudine, capite honorato, criſtis faciē caput plumeo
apice honeſtante: plumarum ſerie, medio exeunte alio: auri fulgore circa 3
colla, cætera purpureus, cœruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus,

Et Tyrio pinguntur crura ueneno. 4

Viuere quadraginta & quingentis annis: uel ut aliis placet ſexcentis L X:
ſeneſcentem caſia thuríſq; ſurculis (uel ut tradunt alij, cinnamis) conſtrue-
re nidum, replere odoribus, & ſuperemori. Ex oſſibus deinde ac medullis
naſci primo ceu uermiculum, inde fieri pullum prodit idem Manilius.

Fœmina ſit uel maſculus hęc, fortaſſéq; neutrum:
Felix quæ ueneris fœdera nulla colit. H
Ipſa ſibi proles ſuus eſt pater, & ſuus hæres:
Nutrix ipſe ſui, ſemper alumna ſibi.

Hæc atque alia de phœnice Lactantius. In Arabia quoque cinnamomus
*Cinnamomus. Cinnamulgus. Cinnamolgus.* aut cinnamulgus auis appellatur, quam ſurculos cinnamomi portare, ac ni
dum ex his conficere aiunt. Nidificant excelſis arboribus & ramis: ad quos
quoniam non eſt peruenire ob ramorum altitudinem & fragilitatem, ac-
colæ congeries illas plumbatis petunt iaculis: deiectáſque pretiis uendunt
amplioribus: quòd hoc cinnamum magis quàm aliud mercatores probēt.
*Dacnades.* Aues dacnades nuncupatas Ægyptij ad potentium coronas alligare ſoliti
ſunt, ut uellicando & aſſidue cantitando potanteis à dormiendo ſuſtineãt.

In maris

A In maris Caſpij inſulis auem quādam naſci ferunt,quæ magnitudine anſe- *Aues Caſpiæ.*
rem ſuperet:pedes autem habeat grui perſimiles:dorſo ſit uehementer ru-
bro,uentre uiridi,collo albo & diſſeminatis maculis croceis diſtincto: non
minus quàm duo cubita longo,roſtro nigro. uocem ſimilem ranis mittit.
Auis etiā Caſpia eſt,uel potius Indica: (nam in India etiam naſcitur) anſe-
ris magnitudine: & lato quidem,ſed tenui capite,cruribus paruis. uario co
lore diſtinguitur:nam eius dorſum purpureum eſt, uenter maxime cocci-
neus eſt:caput & cutis exalbeſcunt:uocem caprinam mittit. Apud Caſpios
etiam fama eſt auē procreari magnitudine maximi gallinacei, uerſicolore
uarietate florentem:ſupinámque uolare, & ſub collum extenſis cruribus i-
pſum iiſdē ſubleuare, tū catelli uocē edere: neque in ſublime,ſed circū ter-
B ram idcirco uolare,quòd in altum non queat ſeſe attollere. Catreum exi- *Catreus.*
mia formæ pulchritudine auem Clitarchus prædicat, pauonis magnitudi-
ne:cuius pennarum extremitates ſmaragdi ſimilitudinem gerunt. Quæ ſi
alios intuetur,eius oculi quo ſint colore neſcias: ſin te aſpiciat, purpureos
dices.Quod in aliorum oculis album,illius pallidum eſt.peracuto uidendi
ſenſu prædita eſt. capitis plumæ partim candidulis ocellis, partim guttis
quibuſdam aliis in alias implicatis diſtinctę ſunt.Eius pedes ſandaracini: &
uox canora. eam in deliciis maxime omnium auium Indi habent, ut qui
aſpectu illius impleri non poſſint. ex oculis facula ſplendet, ut lucidiſſimæ
flāmulæ ſimilis ſit.gregatim uolant,ut nubes eſſe uideantur. Auis in India
naſci fertur:magnitudine triplo maior otide,ore permagno & longis cru-
C ribus: eam abſonum quiddam ſonare: ſummáſque eius alas pallidas: cæte
ras uero pennas cinericias eſſe:Indi celā uocant. In India auis ad ſturni ma *Cela.*
gnitudinem accedens,uariis coloribus picta naſcitur, quæ & humanā uo-
cem effingit,& pſittacis uocalior, & maiore eſt docilitate. Nō tamē huma-
num uictum æquo animo ſuſtinet: ſed libertatis deſiderio famem potius
quàm ſeruitutem amplectitur:cercionem appellant,quòd ſimiliter caudā *Cercio.*
atque cinclus mouet.Paruularum quarundam auium Indicarum genus in
excelſis rupibus nidificat:quarum magnitudo perdicū, ſandaracino colo-
re:Indi ſua lingua dicerum ſolent nominare:Græci,ut fertur,dicæum.Hu *Dicerus.*
ius ſtercus ſi quis milij magnitudine ſumpſerit in potionem diſſolutum,ad *Dicæus.*
ueſperam morietur:mors ſuaui ſomno ſimilis eſt,& nullum omnino ſen-
D ſum doloris habet.Quamobrem ſummopere Indi id aſſequi ſtudēt: ipſum
etenim malorum obliuionem exiſtimant inducere. Quod quidem ex In-
dia muneri miſſum rex Perſarum omnibus rebus antefert & aſſeruat,inſa-
nabilium malorum remedium,ſi ſumere ſit neceſſe:neq; apud Perſas quiſ-
5 quam alius quàm rex id habet. Peregrina auis & gnaphalus eſſe uidetur, *Gnaphalus.*
quippe quę raro in noſtris locis appareat,inquit Ariſtoteles.Gnaphalus uo
ce proba eſt,& colore pulchro:necnon ingenio ualet in uitæ officiis,& ſpe-
ciem præ ſe fert decoram. Incēdiaria auis inauſpicata eſt:propter quam ſę- *Incendiaria*
penumero luſtratam Vrbem in annalibus inuenimus(inquit Plinius): quæ *auis.*
ſit auis ea,nec reperitur nec traditur.quidā ita interpretantur incēdiariam,
quæcūque apparuerit carbonē ferēs ex aris uel altaribus: alij ſpinturnicem *Spinturnix.*

cam uocant. Sed hæc ipſa, inquit Plinius, quæ eſſet inter aues, qui ſe ſcire di- E
ceret non inueni. uerùm Feſtus ſpinturnix, ait, auis genus eſt turpis figuræ,
* occurſatrix: unde artificũ perditis. Spinturnix ea græce dicitur, ut ait San-
*Cliuina auis.* tra σπινϑαρις. Cliuinam quoque auem ab antiquis nominatam animaduerto
*Clamatoria.* ignorari: quidam clamatoriam dicunt: Labeo prohibitoriam. Et apud Ni-
*Prohibitoria.* gidium ſubis appellatur auis, quæ aquilarum oua frangat. Tragopanadem
*Subis, uel Subin.* uel tragopana plures affirmant maiorem aquila, cornua in tẽporibus cur- 6
*Tragopanades* uata habentem, ferruginei coloris, tantum capite phœniceo. Equidem &
*Tragopan.* hanc auem, inquit Plinius, & pegaſos (quos Æthiopia generare dicitur) e- 7
*Pegaſus.* quino capite uolucres, cornibus armatos: & griphas auritos aduncitate ro-
*Griphes.* ſtri, fabuloſos reor. Porro griphas ſunt qui tradunt quadrupedes uolucres 8
*γρὶψ.* eſſe, corpore & unguibus leoninis: ore & alis aquilinis, ſed candidis: oculis F
igneis, & capite cuiuſmodi pictores fingunt, alites ferociſſimas. Maculas
quaſdam griphibus ineſſe, quidã aiunt, quales pardalibus. in Aſiatica Scy-
thia aurum effodere, & cum his aſſidue bellũ eſſe Arimaſpis circa metalla.
*Stymphalides.* Circa Stymphali aquas, aues anthropophagos fuiſſe aiunt: quas Hercules
ſagittis confecit: uerùm Piſander Camireus Herculẽ minime aues interfe-
ciſſe, ſed crotalorum ſtrepitu abegiſſe tradit. Arabiæ terræ deſerta loca, &
alia fert ferarum genera, & aues quoq; ſtymphalidas cognominatas, leoni-
bus ac pantheris in homines haud minus atroces: inuolant enim in eos, dũ
illas aucupantur: roſtríſque feriunt, atque adeo interficiunt, & quæcunquẽ
ex ære aut ferro geſtant homines, ea perforãt aues: ſin uero ex cortice ueſtẽ
cõtexuerint craſſiorẽ, nõ aliter ſtymphalidum roſtra corticibus, q̃ minorũ
auium pennę uiſco inhærẽt. Sunt autẽ ſtymphalides gruum magnitudine, G
ibis ſpecie, ſed roſtra habẽt ualidiora, nec adunca more ibis. cirrũ in capite
geſtant. Aues iſtę Arabicæ Arcadicis cognomines, an eiuſdẽ fuerint gene-
ris, nihil affirmo (inquit Pauſanias:) alioqui fieri quidẽ poteſt, ut cum natæ
primũ in Arabia fuerint, earũ pars aliqua in Arcadiã ad Stymphalim flu-
*Strix, στρίγξ.* uium uolauerit: indéq; nomẽ ſtymphalidũ ortum, cum aliud tamen nomẽ
forſitan apud Arabas ſortitæ ſint. Eſſe in maledictis antiquis ſtrigem con- 9
uenit, ſed quæ ſit auium conſtare non arbitror. Has ita depinxit Ouidius:

Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinis,
Canicies pennis, unguibus hamus ineſt.
Nocte uolant, puerósque petunt nutricis egentes, H
Et uitiant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia uiſcera roſtris:
Et plenum poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis ſtrigibus nomen: ſed nominis huius
Cauſa, quòd horrenda ſtridere nocte ſolent.

Fabuloſum autem arbitror, inquit Plinius, de ſtrygibus eas infantium la-
*Sirenes.* bris immulgere. Nec Sirenes impetrauerint fidem, licet affirmet Dino Cli
tarchi celebrati authoris pater in India eſſe: mulceríque earum cantu, quos
grauatos ſomno lacerent. De his ita cecinit Ouidius,

-Vobis Acheloides undæ,

Pluma

A Pluma pedéſque auium, cum uirginis ora geratis. Deinde,
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures,
Tantáque dos oris linguæ deperderet uſum,
Virginei uultus, & uox humana remanſit.

1 Otidis magnitudine. Hoc in loco uetus Ariſtotelis interpres habet, Non minor aquila: ut legiſſe uideatur apud Ariſtotelem, ὀρνίθων γένος ἐστὶν ἀετῶδες: nõ αἱ ὠτίδες, uti legit Theodorus, & ante illum Plinius. Et mihi certe quadrare magis uidetur Ariſtotelis contextui, ut legatur ἀετῶδες quàm αἱ ὠτίδες: nõ propter phraſin ſolũ, ſed quòd antea uerba plura fecerat Ariſtoteles περὶ ἀετῶν γένους: uerum nihil muto. 2 Quando & ubi uiſus eſſe traditur phœnix oſtẽdunt Solinus & Plinius: ſed quæ falſa eſſe nemo dubitarit, inquit Plinius. De phœnice lege Herodotũ, Ouidiũ in Metamorph, Claudianum & Lactantium. 3 Solinus, Capite honorato, in conum plumis extantibus, criſtatis faucibus. 4 Solinus, Poſtera parte purpurẽs abſque cauda, in qua roſeis pennis cœruleus interſcribitur nitor. 5 Gnaphalus, &c. Hæc omnia refert Theodorus
B ad ueliam auem, ex Græco exemplari (ut opinor) mendoſo: nam & in noſtris exemplaribus & ueteri traductione tanquam diuerſæ ponuntur aues. 6 Solinus, Cornibus arietinis proferens armatũ caput. 7 Hæc ales, inquit Solinus, pegaſi ſcilicet, equinum nihil præter aures habet. 8 Griphas priſcis Latinis picos appellatos tradidit Nonius, ut Plaut. in Aulul. Pici diuites, qui aureos montes colunt: eos ſolus ſupero. 9 Strigem, &c. Hæc ſyrnia græce nuncupatur: uide Hermolaum in ſtriæ uocabuli explanatione poſt annotationes Plinianas.

*Pici.*
*Syrnia.*

## De ſtruthiocamelo. Cap. CLIII.

STruthio Africus, quem & ſtruthiocamelum uocant, animal eſt naturæ duplicis: partim enim auem, partim quadrupedem refert: quippe qui ut non quadrupes pennas habeat, ut non auis, neque ſublimis uolet, nec pen-
C nas ad uolandum commodas gerat, ſed pilis ſimiles. Item quaſi quadrupes ſit, pilos habet in palpebra ſuperiore: & glaber capite & parte colli ſuperiore eſt: itaque cilia habet utrinque piloſiora: ſed quaſi auis ſit, infra pennis tegitur. Bipes etiam tanquam auis, biſulcus tanquam quadrupes eſt: ut uero alij, in capite pilis minutis, oculis groſſioribus nigríſque, nõ diſſimili forma & colore camelis: collo oblongo, roſtróque acuto. Magnitudine non auis, ſed ceruorum eſt. Africi autem uel Æthiopici ſtruthiocameli altitudinem equitis inſidentis equo excedunt, celeritatem uincũt: ad hoc demum datis pennis, ut currentem adiuuent. Vngulæ uero ceruis ſimiles, biſulcæ, comprehendendis lapidibus utiles, quos in fuga contra ſequentes ingerũt
D pedibus. Oua pariunt complura, quæ propter amplitudinem pro quibuſdam habentur uaſis: conóſque bellicos & galeas eorum pennis adornant. Concoquendi ſine delectu deuorata, mira natura: ſed non minus ſtoliditas in tanta reliqui corporis altitudine: cum colla frutice occultauerint, latere ſeſe exiſtimantium. Struthocameli caro, ut & reliquæ partes omnes, excrementoſa eſt concoctúque difficilior. Ventriculus nonnullis in pretio habetur, & loco medicamenti quod concoctionem adiuuet: qui tamẽ ipſe non facile concoquitur, tantum abeſt ut aliorum ciborũ concoctioni conferat. Seuum ſtruthocamelinũ efficacioris ad omnia uſus, quàm eſt adeps anſeris. Animalium eorum quæ inter ſanguine prædita, terreſtria appellauimus, eo ſcilicet quòd aërem recipiant, partúſque faciant in terra, indicatæ iam differentiæ ſunt. Hinc natura aquatilium dicetur.

*Struthiocamelus.*
*Struthocamelus.*
*Struthio Africus.*
Στρουθὸς ὁ Λιβυκός.
Στρουθός,
*Struthio.*
*Struthius.*

*De ſtruthij uenatione lege Strabonẽ lib. 16, & Oppianum de uenatio. lib. 3.*

# DE ANIMALIVM DIF- E
## FERENTIIS LIBER VIII

Continet ea quæ in ſanguineo genere aquatilia dicuntur: quæ ſcilicet in aqua uictitant, & in aqua quoque pariunt, uidelicet piſcium & cæterorum genera.

### De piſcibus, & primo de eorum partibus exterioribus. Cap. CLIIII.

*Piſcis, ἰχθύς.*

INter ea quæ aquas incolunt, piſcium genus unum eſt ab aliis diſtinctum: quod & forma F euariat numeroſiore. Habet id caput & prona & ſupina ea parte qua uenter & uiſcera cõtinentur. Caudam cõtinuam indiuiſámque fere parte gerit poſteriore, ſed uarie. Mutilatius autem eſt piſcium genus atque imperfectius quàm auium, partibus exterioribus: piſcium etenim nulli ceruix, nulli manus aut pedes: ſed nec alas habet, ſed pinnulas quaſdam: nulli teſtes aut intus aut foris, nulli mammæ. neque meatum genitalium ullum habet piſcium genus foris conſpicuum, ſed continuo ac ſimplici corpore à capite in caudã uſque porrigitur. Capita piſcibus proportione G corporum maxima: oculi omnibus ſine palpebris: uerum non duri, ſed lubrici. Auditus uero olfactúſue nullum continent membrum manifeſtum: quod enim uideri tale poteſt per loca narium, id non ad cerebrum uſque tranſmeat: ſed partim obſeptum & cæcum mox deſinit, partim ad branchias fertur: audire tamen atque olfacere piſces palam eſt. Sunt autem qui uel maxime animalium piſces auditu ualere arbitrentur: uidelicet hominũ experimento, qui aſſidue in mari uerſentur, rémque piſcatoriam percallẽt. Sunt etiam qui liquidius inter piſces audire prodantur, ut lupus, mugil, ſalpa & alij quidam: cætera piſcium genera minus audiunt. Sunt in piſcium genere oris diſcrimina: aliis enim os ante & promptum eſt: aliis infrà parte ſupina, ut cartilaginei generis maximæ parti: quamobrem hoc genus niſi H conuerſum reſupinetur, cibum corripere nequit. Adhæc differẽtia exiſtit, quòd aliis os reſciſſum eſt, ut iis quæ carne ueſcũtur: iis enim uires ore cõtinentur: aliis ſubinde eſt in arctius compreſſum & coarctatum, iis ſcilicet qui non carne ueſcuntur. Dentes habent omnia piſcium genera ſerratos pectinatímque coeuntes, excepto ſcaro, & acutos: atque ſerie dentium multiplici fulciuntur. Piſcibus etiam data quidem eſt lingua, ſed imperfecta incertáque, ac minime explanata: oſſea enim nec fere abſoluta eſt, ſed adhæret, extrema eius parte tantummodo diſcreta. In lingua etiam dentes nonnullis & in palato & toto ore: ut turba uulnerum molant, quæ attritu ſubigere non queunt: præterea in os uergentes, ne excidant cibi, nullũ habenti-

*Huius rei argumentum uideas apud Ariſtotelem lib. 4. hiſtor. animal.*

A bentibus retinendi adminiculum. Palatum etiam quibuſdam adeo carno-
ſum eſt & molle, ut ſi parum diligenter aduertas, lingua id eſſe uideatur, ut
cyprino. Piſcibus nullum omnino collum eſſe dixeris, aut breue admodum
ex duabus ſolum primis uertebris compoſitum. Branchias autem piſces rẽ *βράγχια.*
habent peculiarem, quibus humorem, quem ore acceperint, reddũt: atque
etiam pinnas, quas magna ex parte quaternas gerunt, binas ſcilicet parte *Pinnas, πτερύγια.*
prona, & binas ſupina. Et hæc quidem in piſcibus ſimiliter quodãmodo ha-
bentur, atque alæ & crura in auibus: his enim alæ duæ ſuperne dependent:
illis pinnulæ duæ parte prona: his pedes reſupinæ parti ſubduntur, illis pin-
nulæ infra adhærent fere iuxta pronam partem. Binas illas quæ parte pro-
na lateribus geruntur, omnes fere habent: reliquis quæ ſubditæ ſunt carent
nonnulli ex iis qui longi ſunt & corpulenti: ut anguilla, ut conger & mugi-
B lum genus, quod in lacu Sipharum naſcitur: & pręterea quę tænia appella-
tur. Iis uero qui prælongi ſunt, atque magis ſerpentis ſpeciem referunt, ut
murena, nullæ omnino ſunt pinnæ, ſed flexuoſo impulſu corporum ita hu
more utuntur, ut terra ſerpentes: quibus neque branchiæ integræ atque di-
ſcretæ, ut cæteris piſcibus habentur. Cartilaginei quoq; generis aliqua pin-
nis carent, uidelicet quæ plana ſunt & caudam habent, ut raia & paſtinaca:
ſuáque ipſa latitudine natant. Ranã tamen pinnas habere uidemus: & quę-
cunque ſuam latitudinem colligunt in mucronem. Et branchias ipſas qui-
dam piſces operimento ſpineo inte ctas cõtinent: at cartilaginea omnia cu-
ticulari tantum operimento opertas. qui inte ctas habent, iis in obliquum
C utroque latere tenentur: qui tegumento illo ſpineo carent, cartilaginea di-
co, iis fere ſi plana ſunt, parte inferiore ſupináque habentur, ut raiæ. Rana
autem deductas in latera habet branchias: ſed ſi oblonga ſunt, eorum late-
ribus adhærent, ut in quouis muſtelino genere (quod galeodes uocant) cer
nitur. Item branchiatorum ipſorum, aliis ſimplices branchiæ ſunt, aliis du
plices: omnibus tamen ſimplex eſt, quæ nouiſſima corpori admota eſt: &
aliis paucæ, aliis multæ: uerũ in utrũque latus æque partitæ omnibus ſunt.
Habent quibus pauciſſimæ ſunt ſingulas branchias utrinque, eáſque dupli
ces, ut aper: aliis binæ utrinque, alteræ ſimplices, alteræ duplices, ut cõgro,
ſcaro: aliis quaternæ utrinque ſimplices, ut accipenſeri, dẽtici, murenæ, an-
D guillæ: aliis quaternæ duplici ordine, nouiſſima excepta, ut turdo, percæ, ſi- *Duplici ordine, δίστιχα.*
luro, cyprino: his qui galeodes dicuntur etiã duplices & quinæ utraque ex
parte ſunt: gladio octonæ duplices. Ita branchiarũ colligitur numerus. Sed
præter branchiarum diſcrimen, piſces à cæteris animalibus differunt, eo
quòd non pilis, ut terreſtria quæ animal generant, non cortice, ut nonnul-
læ quadrupedes quæ oua pariunt, non penna, ut genus auium, integuntur:
ſed plurimis ſquama cutis operta eſt: quæ præ ſua rigiditate tenuitatéque
facile auellitur. Pauci quidam ſcabri ſunt, cutémque habent aſperam: pau-
ciſſimi leues: cartilaginea enim ſquamis carent, ſed aſpera cute fere muni-
untur: leuia ſunt perpauca: congri autem & anguillæ & thunni leues ſunt.
1 Squama integuntur illi piſces tantum, qui ouum arenidum friabiléue pa-
riunt: nam ex longis conger tale ouum non edit, nec murena. qui autem

ſquamis integuntur,iis extenuatis ac ſeneſcentibus duriores craſſioréſque E efficiuntur ſquamæ. Teſtes non habent piſces,ſed nec genitale ullum foris conſpicuum,ſicut nec ullum aliud animalium genus quod careat pedibus: meatus tamen idem eſt coitus,qui & ſicci excrementi:quæ quidem ſimiliter tam in fœminis eorum quàm in maribus ſunt.Piſcibus cauda ad natatum data eſt, quẽadmodum auibus uropygium ad uolatum dirigendũ: ſed continua fere ac indiuiſa:uerum cauda ipſa nõ omnibus ſimilis eſt: ſed cum cęteris non euariet,planorum nonnullis ſpinoſa, & longa, & gracilior eſt,ut torpedini & paſtinacæ, & ſi quid aliud huiuſmodi cartilagineum eſt: quorundam carnoſa quidem,ſed breuis,ut ranis accidit.

1 Arenidum, ψαθυρὸν,quia non continuum,ſed quoddam arenulentum eſt,ita dif F fundi in multa poteſt. ψαθυρότητα σομφὴν,id eſt fungoſam & friabilem corpulẽtiam tranſtulit Theodorus,in mollibus,ſcilicet in ſepio.

## De piſcium interioribus partibus. Cap. CLV.

GVla paucis piſcibus ineſt, ut congro, anguillæ: iíſque breuis, ſed plurimis ab ore ſtatim ſequitur uenter: quocirca ſæpius euenit grandioribus nonnullis, ut dum per impetum inſectantur minores,uentriculus in ȯs procidat. Piſcium cor ſuum mucronem non ad pectus ſpectantem, ſed contrà quàm in aliis ſpectatur animantibus, ad caput & os habet: extremúmque eius inde pendet,quà branchiæ dextræ atque ſiniſtræ inter ſe coeunt copulantúrque.Sunt etiam meatus alij de corde ad branchias tenden G tes ſingulas pro ratione magnitudinis,hoc eſt maioribus maiores,& minoribus arctiores:inter quos in maioribus craſſa admodum & candida fiſtula eſt,quæ de cordis extremo oritur. Piſces omnino pulmonẽ non habent, neque arteriam: (non enim reſpirant) ſed branchias uice pulmonis obti- 1 nent,quibus diximus modis. Piſcium iecinora maxima ex parte pallidiuſcula ſunt.Iecoris partes in quibuſdã adeo dirimuntur,ut bina eſſe iecinora uideantur,ueluti cartilagineis. Iecur adipeum nonnullis eſt, ut cartilagineis:quorum iecinoribus colliquatis oleum facimus. Lien piſcibus partim non magnus eſt,partim uero notæ gratia duntaxat habetur. Fel habent omnes piſces:ſed aliis iecori adiunctum eſt, ut muſteligenis, ſiluro, ſquatinæ,leuiraiæ,torpedini:atque ex longis anguillæ, belonæ, zygenæ: aliis, & H magnæ quidem parti,inteſtino annexum eſt,dependens à iecore meatibus quibuſdam perpetuis ſummæ tenuitatis:& aut ſemotius a iecore, aut propius,ut ranæ,accipenſeri,dentici,murenæ,gladio. Nonnulli etiam toto inteſtino prętextum continent,ut amia. Sæpe etiam genus idem utrũque patitur ſitum,ut congri:aliis enim ad iecur,aliis infra ſepoſitum adhæret. neque renes neque ueſicam piſces habent. Venter piſcibus unus & ſimplex eſt,ſed figura uaria eſt:alij enim modo auium uentriculum habent carnoſum,ut mugilis:nonnulli uentrem inteſtino ſimilem habent,ut ſcarus, qui 2 & ruminare ſolus piſcium creditur. Inteſtinum etiam ſimplex eſt replicãs ſe,ſimiléque ſibi in omnibus eius partibus. Piſcibus magna ex parte ſuperne cir-

A ne circa uentriculum exeunt appendices, ut in iis quaſi lacunis cibum conditum macerent atque concoquant: nonnullis complures, ut gobio, galeo, percæ, ſcorpioni, mullo, ſparo. at mugili parte altera plures exeunt, altera una tantum: aliis paucæ, ut hepato, glauco, auratæ. Tum autem eiuſdẽ ſpeciei conſortes inter ſe differunt: auratarum enim aliis plures, aliis pauciores. Sunt etiam quibus nullæ omnino ſint, ut magnæ cartilagineorũ parti: cæteris ita ut aliis paucæ, aliis uel plurimæ habeantur: omnes tamen ad ipſum uentrem eas appendices habent. Piſces teſtibus carent, ut modo diximus: ſed πόρους, id eſt meatus continẽt binos, qui à pręcordiis uenáque maiore exorti bifurces, utrunque ſpinæ latus perreptẽt, coeántque ſuperne in unum caput, atque ita ad oſtium excrementi finiunt: (quod enim ad ſpinã eſt, id ſuperius nomino.) hoc ergo inſeritur atque in locis tenditur fœmi-

*Sparo, aliàs ſcaro.*

B narum. Pleni ij meatus in maribus θόρου, id eſt humoris fœtifici redduntur tempore coitus, latiſſiméque patent eo tempore, etiam imperitis, (æque in maribus atque illi qui in fœminis in matricem feruntur,) attritúque piſciũ mutuo, atque adeo etiam ſi compreſſeris, facile ſemen ipſum effluet genitale candidum. ubi uero id temporis pręteriit, incerti uel meatus ipſi interdum redduntur, ut de teſtibus in auiũ genere expoſitum eſt. Differunt inter ſe meatus genitales maris & fœminæ, tum aliis rebus, tum etiam quòd maris lumbis inhærent firmius, fœminæ mobiles ſunt. Piſcium uuluæ bifidæ ſunt, & non ut auium ſuprà iuxta ſeptum, ſed infra habentur ſicut bipedum aut quadrupedum quæ animal pariunt, ſed tenues & mẽbrana con

*θόρος.*

C ſtantes & longæ: ita ut in minutiſſimis piſciculis partem uuluæ utranque, dextram ſcilicet & ſiniſtram iungi in faciem unius oui uideatur. At galeis reliquíſque cartilagineis uulua bipartita pertinénſque ſuprà ad ſeptum, quomodo auibus eſt, & infra quoque porrecta: atq; etiam de medio ſui bipartiti ſinus arctior ad ſeptum uſque pertendit: ac oua hoc in loco ad ſepti originem maxima pro parte cõſiſtunt: mox prolapſis in ſpatium latius, fœtus animales excluduntur. Piſcibus ouiparis nõ infrà apud aluum, ſed lumbis adhærens uulua continetur: at cartilagineis uterus utrunque ſitum habet, ſcilicet in parte priore & ad lumbos: partem enim uuluæ ſuperiorem, in qua oua gignuntur, ſub ſepto ad lumbos & pronã habent, inferiorem ad

*Aliàs, partem utranque.* *Aliàs, ſinum utrunque.*

D aluum: hac enim iam procreant animal. Piſcium oſſa proportione ſimilia ſunt animantium terreſtrium uiuiparorum oſſibus: qui enim inter eos animal generant, cartilaginem pro ſpina habent, ut ea quæ cartilaginea appellantur. in iis nanque quod per dorſum proportionatum oſſibus tendit, cartilago eſt: quæ etiam humorem in medullæ ſpeciem continet. Quæ autem oua pariunt, ſpinam continent: quæ perinde ut ſpina dorſi in quadrupedũ genere habetur. Sed propriũ in piſcibus eſt, quòd nonnullis ſpinulæ quædam prætenues ſeparatim per carnem inhærent. Piſcium ſebum adipem præ ſe fert: nec enim concreſcere ſolet. Cartilaginea nullo diſcrete adipe carni uentríue adhærente pingueſcunt: eorum tamen quorundam iecinoribus colliquatis oleum facimus. Piſces genituræ loco θόρον habent, id eſt genitale quoddam uirus ſui generis, quod meatibus quibuſdam continetur,

*Χονδράκανθα ἐστί.* *ἄκανθα.* *Spinula, ἀκάνθιον.*

qui à ſepto uenáque maiori oriuntur, ut ante dictum eſt. Semen eiuſmodi E
genitale habent mares omnes præter anguillam.

1 Reſpirare etiam piſces contendunt nonnulli, ut apud Oppianũ lib. 2 de piſc. & Plinium. 2 Inteſtino, &c. εντόῤῥοιαδῆ potius lego apud Ariſtotelẽ hoc in loco, quam ἰτόῤῥοιαδῆ: tum ex ueteri traductione, tum ex lib. 3 de partibus animalium, cap. 14.

## De ſexus diſcrimine in piſcibus: déque eorum coitu, & aliis quæ ád generationem pertinent. Cap. CLVI.

PIſcium maxima pars conſummatur mare & fœmina. In piſcium tamẽ
genere ſunt qui omnino ſexus diſcrimen alterutram in partem non ha
beant: nõnullis enim nec mares nec fœminæ gignuntur. Sunt enim piſciũ
*Epitrageæ.* nonnulli epitrageæ appellati, qui nec ouum nec ſemen prolificum unquã F
habeant: ſed qui ſolidiores pinguioréſque in eo genere ſunt, iis inteſtinum 1
paruum eſt, & laus præcipua in paſtu. Nec deſunt quę abſque maribus ſexu
uno fœmineo formentur: ſunt enim genera quædam, ut paſſerum, erythri-
norum & chanarum, in quibus omnibus oua reperiuntur. Hæc perinde pa
riunt ut aues oua, quæ hypenemia dicuntur: uerum ea quæ aues concipiũt
pariúntque etiam ſunt infœcunda: piſcium uero nonnullis, cum ſpontina
ediderint oua, euenit, ut ex his animal progeneretur: in his tamen, ſi in eo
genere mas eſt, infœcunda manent oua, quæ ſponte conſtiterint, niſi mas
ſuum aſperſerit ſemen. Piſcium fœminæ plerunque maiores ſuis maribus
euadunt: ut qui ex cartilagineis parui ſint, & pars plurima gregalium, &
genus omne ſaxatile. Fœminas quoque maribus eſſe uiuaciores conſtat, eo G
quòd fœminæ uetuſtiores quàm mares capiantur. Piſces non coire exiſti-
mauere quidam: ſed mares uentrem ad arenas fricando ſemen exprimere:
fœminas deinde ore exſorbere, atque hoc pacto concipere. coeunt tamen
piſces omnes in quibus ſexuum diſcrimen reperitur, uel admotis inuicem
partibus ſupinis, exceptis planis cartilagineis: quanquam eorum coitus qui
oua pariunt, rarius cernitur: quoniam congreſſionẽ quamprimum digreſ-
ſio ſequatur: fieri tamen ita eorum coitum uiſum eſt. Tanta enim celerita-
te rem peragunt piſces, ut etiam piſcatores complures lateant: nemo enim
eorum aliquid tale cognitionis gratia obſeruat: ueruntamen coitus eorum
uiſus aliquando eſt. Ex cartilagineis autem plani, iidémque habentes cau-
dam, ut raia & paſtinaca, & reliqua huiuſmodi, non ſolum admotis ſupi- H
nis, ſed etiam tergo fœminarum ſupinis marium ſuperpoſitis (modo cau-
da nullo impedimento ob craſſitudinem ſit,) coeunt. Squatinæ & quibus
plenior cauda eſt, his attritu mutuo partium ſupinarum coitus agitur. Sũt
qui ſe uidiſſe confirmant nonnulla ex cartilagineis auerſa, modo canũ ter-
reſtrium cohærere. Coitus etiam tempore complura ex his ſibi adhærentia
capiuntur. Piſcium cæterorum diuerſa genera coire, uiſum à nemine eſt:
ſquatinam ſolam & raiam hoc facere creditur argumento piſcis cuiuſdam
qui nomen ex utroque compoſitum trahit, rhinobati. Conceptus piſciũ
magna ex parte uerno agitur tempore: ſed tamen & æſtate, & autumno, &
hyeme nonnulla coitu implentur. Apud Leſbum inſulam omnia tam pe-

lagica

A lagica quàm Eurypica parere ſolent in Eurypo,& coeunt autumno, pariũt uere. Cartilaginea etiam autumno mares cum fœminis congregantur: ſed uere ſubeunt Eurypum diſiuncta, neque coniugium reperitur ullum donec pariant: uerũ nec pariter omnibus aut ſimpliciter aut generatim id euenit,ſicuti plurimæ parti,ut uerno tempore concipiant:neque etiam cæteris temporibus tam numeroſo partu fœtificatur quàm uere. Denique latere non decet,ut ſtirpium & quadrupedum animantium generi,plurimum intereſſe ex regione nõ ſolum ad cæteram corporis fœlicitatem, ſed etiam ad coitum partúmque ampliorem:ſic in piſcium quoq; ratione locis ipſis diſcrimen plurimum oritur, non ad magnitudinem tantum habitúmque uegetiorem,uerum ad coitum etiam & partum: ut iidem alibi pluries generent,alibi minus.

B Tempore coitus cum mares meatus illos genitales plenos iam ſeminis genitalis habent,modo quo dictum eſt,fœminę mares ſequentes uentrem eorum ſuis percutiũt roſtris: quo etiam fit ut mares ſemen & celerius fundant & largius. Tempore deinde partus mares fœminas ſequentes,quæ illæ oua ediderint,ipſi mordicus fere uorant: piſces uero ex iis quæ remanſerint, oriũtur, quibus ſcilicet mas ſemen aſperſerit genitale. Sub partu enim mas ſequens,ſemen ouis quæ reliqua ſunt, aſpergit, & quæ uitale id uirus contigerint,ex his piſciculi enaſcuntur: quæ uero nõ attigerit liquor maſculi ille uitalis,ſterileſcunt & irrita fiunt. Nõ omnibus enim id contingit ouis in tanta multitudine: alioqui replerentur maria & ſtagna, cum ſinguli uteri innumerabilia concipiant.

C Diſcrimine partus ſic diſcrepant piſces,ut alij oua pariant,alia animal. pariunt oua omnes qui ſquama integũtur: animal omnes qui genere cartilagineo continentur, excepta rana. genus enim cartilagineum tam planum quàm muſtelinum animal generat:reliqua oua pariunt. Sed nec cartilagineis quidem fœtus ſine ouo: pariunt enim intra ſe primum oua, & augent atque excludunt, præterquam rana: mox animal foras pariunt. Oua piſcium imperfecta eduntur omnium,excepta rana,& putamine duriuſculo intecta: quæ poſtquam edita ſunt,foris augentur & perficiuntur: incremẽtum enim oui ſimile uermibus eſt. Animal enim quæ uermem pariunt, primo exiguum edunt,quod per ſe augetur ſine ullo annexu: ita & piſcium oua in mari creſcunt: ſed quædam ſumma celeritate, ut murenarum: quædam paulo tar-

D dius. Ouum piſcium non bicolor ut auium,ſed unicolor omnium eſt,& al

2 bum magis quàm luteum,tam antea quàm poſtea cum fœtus inſidet. Et piſcium generatio ex ouo,quanuis ab auium generatione differat, ſimili tamen agitur modo, ſiue intus ſiue foris eſt ouum: quippe cum & fœtus in ſummo ouo naſcatur,membrana obducta: & uenæ ſimiles inter initia ſpergantur,& caput & oculi:deniq; partes ſuperiores principio fiunt prægrandes:increſcente etiam fœtu,humor pari modo ſubinde abſumitur:demum nihil ſupereſt quod non fœtum ſubierit,ſicuti de uitello auium expoſitum eſt. Adhęc cibus in aluo ſuggeritur eodem modo piſciculis albus,quo auiũ pullis luteus:nutritur enim non ex luteo, cum oua piſcium unicolora ſint, ſed neque eſt luteum à candido ſeparatum, ſed miſcentur in iis iſta uſque-

quaque & confundũtur. Fœtus, ubi abſumptus fuerit oui humor, nuclei fi- E
gura iam conſtant: & primum nullum accipiunt cibum, ſed ex oui humo-
re iam hauſto increſcunt. poſt nutriuntur aquis dulcibus uſquedum ſatis
augeantur. Piſcibus autem hoc commune omnibus eſt, ut celeri incremēto
perficiantur, ſed præcipue coracino inter minores: orphus uero breui ex
paruo inſignem magnitudinem accipit. Qui oua pariunt piſces, in his ouũ
*Arenidũ, ψαδυρὸν, nõ ψαθυρόν.* ipſum arenidum eſt, & tota uulua ouis referta eſt: itaq; fit ut in paruis qui-
buſdam piſciculis oua tantummodo gemina eſſe uideātur: nam ob tenui-
tatem exiguitatémque uulua incerta in iis eſt. De coitu piſcium ſatis dictũ
iam eſt. Partus autem piſcium neque eodem tempore, neque ſimili mo-
do omnium fit: nec pari temporis ſpatio geritur uterus. Piſces plurimi ſe-
*χυτοὶ ἰχθύες, fuſanei piſces.* mel anno pariunt, ut ij fere qui χυτοὶ, id eſt fuſanei ex argumento cognomi F
nantur, quia fuſim retibus capiantur. quidam tamē ſæpius: ſunt enim qui
bis pariant, ut ſaxatiles omnes: & in iis mullus ter parit. Non deſunt qui o-
mnibus anni tēporibus pariant, ut murena. Pariunt piſces plurima ſui par-
te menſibus iis tribus, Martio, Aprili, Maio: Autumno pauci, ut ſalpa, ſar-
gus & nonnulla ſimilia, paulo ante æquinoctium: adde iis torpedinem &
ſquatinam. Sunt certe quæ per hyemem ſuos edant partus, ut lupus, mugi-
lis, belone. Mugilum quoque genera graueſcere menſe Decēbri incipiunt,
gerúntque diebus tricenis. Per æſtatem menſe Iunio thunna circa ſolſtitiũ
parit: ſpargi etiam per æſtatem pariunt: & qui pelagici ſunt, æſtate magna
ex parte pariunt. Nec etiam pari temporis ſpatio geritur uterus: alij nanq;
diebus tricenis ferunt uterum, alij minus. Pariendi terminus piſcium com-
pluribus eſt, ubi uermiculi nati in uentre fuerint: innaſcuntur enim minu- G
ta quædam animalia uermium ſpecie, partúmq; expellunt. Profecto omne
genus piſcium celeriter adoleſcit, & præcipue in ponto: quippe cum incre-
mentum ſingulis diebusintelligatur. Omnino ita exiſtimandum eſt, ut ei-
dem piſcium generi, non iiſdē locis degenti, nec coeundi uterúmue feren-
di tempus eſſe idem, nec fœtificandi, nec in magnitudine proficiendi. Ve-
rum hæc nos ita exponimus, inquit Ariſtoteles, ut magna ex parte res eue-
nit. Lacuſtres & fluuiatiles piſces quinto ſuæ ætatis menſe uterum ge-
ſtare magna ex parte incipiunt. pariunt omnes intra annum. Nec ſemen
*Semen generationis, θορόν.* generationis ſimul omne emittunt mares, nec ouum fœminæ: ſed modo
marinorum hi quoque ſemper intra ſe aliquid plus minúſue, fœminæ o- H
uorum, mares liquoris prolifici retinent. Cyprini quinquies aut ſexies an-
no, chalcis ter, reliqui ſemel edunt oua. Pariunt omnes in fluuiorum ſta-
gnantibus locis, & lacuum arundinetis, ut phoxini & percę. Non ſolum pa
res cum paribus, ſed etiam admodum grandes cum paruis conueniunt, ad-
*Vmbilici piſcium.* mouéntque meatus, quos aliqui umbilicos uocant: qua quidem parte fœ-
mina ouum, mas liquorem uenereum depromit. Et oua quæ liquor ille
uitalis contigerit, admodum glutinoſa redduntur, & candidiora ex tem-
plo cernuntur: maioráque reddi eodem die propemodum dixerim. paulo
autem poſt, oculi fœtus exiſtunt conſpicui, pręgrandéſq; apparent: quæ ex
ouis non attigerit liquor maſculi ille uitalis, hæc ſterilia redduntur, ut in
marino

A marino etiam genere euenire diximus: mas deinde oua quæ edita ſunt cuſtodit,fœmina abit cum peperit.Piſciculo iam ex fœcundis ouis increſcẽte,detrahitur uelut putamen,quod membrana eſt ouum ambiens & piſciculum.Horum quibuſdam tardius incrementum ex ouo eſt: ideóque ſilurus mas,uel quadraginta aut quinquaginta aſſidet cuſtodiens oua, ne à piſcibus occurrentibus abſumantur.at minorum nõnulla, uel tertio die ſpeciem piſciculi capiunt. Fœminas cũ parturiunt ſæpenumero ſingulas, mares tredecim ſequuntur.Mox fœmina oua procedẽdo emittit:mares ſectãtes ſemen illud ſuũ ouis reſpergũt,ut modo diximus. uerũ plurima pereũt: quòd enim fœmina non ſtabilis, ſed mutans continue parit, diſſipari oua neceſſe eſt,uidelicet ea quæ non in materiẽ inciderint aliquam,cui hærẽat,
B ſed excepta unda ferantur.Habent mares omnes ſemẽ genitale præter anguillam:quæ neutrum neque ouum neque ſemẽ ſortita eſt.Piſces maxima quidem ex parte ouo gignuntur,ut dictum iam eſt:quidam tamen uerme naſcuntur,ut mugilum genus quoddam,& aliorum fluuiatilium piſcium: ad hæc anguillarum genus.Sed ſunt qui & limo & arena proueniãt, etiam ex iis generibus quæ per coitum & oui primordio generantur: quod tum aliis locis paluſtribus,tum apud Gnidum factũ olim memoratur: ſtagnis enim ſub canis ortu reſiccatis,& limo iam arido, ubi primũ imbribus reſtagnare loca inciperẽt, piſciculi naſcebantur generis mugilum.Quod per coitum procreatur,magnitudine μαινιδων,id eſt halecula paruæ:nec in his aliquid uel oui uel ſeminis continebatur. Quæ autem nec ouum nec ani-
C mal pariunt,omnibus iis ortus uel ex limo uel ex arena,uel etiam ex putredine per ſumma aquæ facta agitur, ut in anguillis & apuarum generibus. De coitu & partu atque de omni piſcium generatione dictum iam eſt.

1 Epitrageæ,ab hirci ſterilitate ſic dicti,ut uult Theodorus. 2 Quo uero differat piſcium generatio ex ouo ab auiũ generatione, pluribus oſtendit Ariſtoteles lib. 6.hiſtor. animalium.

## De ratione uictus piſcium. Cap. CLVII.

PIſces omnes fœturam,etiam piſcium,ſuo tempore deuorant: reliqua uictus ratio non eadẽ omnibus ineſt: alij enim carniuori ſunt, ut cartilaginei,& congri,& alij quidam.Alter etiam alterum edit: maiorúmque
D minores ſunt præda,exceptis mugile & cephalo: ij enim ſoli carne omnino abſtinent: alij non carnibus tantum ueſcuntur,ſed & alia deuorant:alij nanque cœno ueſcuntur,ut cephali: alij cœno & ſtercore, ut daſquilli: alij alga,ut ſcarus,melanurus:alij & carne ueſcuntur & alga, muſchóq;,& cõ-
1 chis, & cœno,ut mulli.ſalpa ſtercore & alga:porrum etiã perit,& cucurbita capitur.Veſcitur mugilis unuſquiſque alga & arena.è cephalorũ genere eſt,qui non niſi mucore ueſcitur ſuo. Anguillæ plurimæ dulci humore uiuunt:nam qui in piſcium genere humorem accipiunt, cum non potus, ſed cibi potius gratia aſſumunt. Viuunt fluuiatiles tũ ſeſe mutuo deuorantes, tum ex herba,tũ ex radice,& ſi quid in cœno comperiant.nocte potius paſcere,interdiu ſecedere in altum ſolẽt.Cæteris piſcibus captura minorum

à fronte agitur ore,ut ſolent natare:at chartilaginei ( quẽadmodum etiam E
delphini & omnes fere cetacei generis)reſupinati corripiunt:habent enim
os ſubter. Victus cauſa ineunt prœliũ maiores contra minores:maior enim
quiſque atque robuſtior minorem infirmiorémque deuorat. Et piſciũ alij
*Dromas, δρομάς.* gregatim degunt amicíque ſunt,ut qui dromades uocantur & thynni & 2
hamiæ:alij non gregatim,inimicíque uiuunt. Qui amici ſunt congregãtur
partim cùm utero ferunt,partim cum fœtum ediderint. Eſt ſane plurima
piſcium pars gregatilis:nec ullus grex caret duce: & horum nonnulli non
*Coniugales, σύζυγα.* modo gregales ſunt,uerumetiam coniugales. Greges ſtatis temporibus (ut
modo dixi)conſtituunt:ſcilicet cum uterum gerunt, aut poſt partũ. Coeũt
in gregem nõ ſolum quæ eiuſdem generis ſunt,ſed etiam quibus idem aut
ſimilis paſtus appetitur, modo abundet cibus: nam lupus & mugilis quan- F
quam inimici ſint capitales, tamen ſtato tempore congregantur. Talis piſcium uictus eſt.

1 Porrum, πρασίον, id eſt marrhubium: ita habetur in noſtris exemplaribus Græcis.
*Curſor. Curſio.* 2 δρομάδας Theodorus curſores uocat & curſiones: ut lib. 6 hiſtor. animalium.
Æſtate pariunt omnes, qui curſiones uocatur.

## Quòd loca mutent piſces uarie, atque latitent. Cap. CLVIII.

LOcum etiam mutare ſolent piſces:alij enim ex ponto aut in pontũ tranant: alij per hyemem ex alto in litora teporis gratia ueniunt: contrà æſtate ex litore in altum uitantes æſtum diſcedunt. ſemper quæ imbecilliora ſunt prius utrauis ratione diſcedunt:ut ſcombri ante quàm thũni. Petunt autem pontum tum paſtus gratia, qui uberior & cõmodior ibi pro- G
pter aquarum dulcium admixtionẽ ſuppeditatur: facit enim copia amniũ loci illius,ut mare ſit dulcius, & cibus largior habeatur, quem iidem fluuij deferunt:tum etiam propter partũ: ſunt enim ibi loca ad partionem aptiora & tutiora: (beluæ nanq; magnę pauciores ibidem ſunt,nec in ponto fere quicquam maleficum eſt,) & humor dulcior ac potulentior fœtum melius educat. Quin & latẽt piſcium complures:alij hyeme,ut hippurus & coracinus,thũnus, & piſces ſaxatiles,omnéq; cartilagineum genus,diebus ſcilicet frigidiſſimis: nonnulli æſtate,ut glauci:non enim fere capiuntur hi niſi ſtatis quibuſdam temporibus,eiſdémque ſemper : cum cæteri omnes fere ſemper capiantur. Saxatiles uero coniugatim mares cum fœminis condũ- H
tur,quomodo & fœtificare ſolent:ut turdi,merulę,percæ. Duo lacus Italię, inquit Plinius,in radicibus Alpiũ,Larius & Verbanus appellantur, in quibus piſces omnibus annis uergiliarum ortu exiſtunt ſquamis cõſpicui crebris atque præacutis clauorum caligarium effigie:nec amplius quàm circa eum menſem uiſuntur.

## De coloris mutatione in piſcibus,uocéq; & ſomno. Cap. CLIX.

MVtant colorẽ piſces nonnulli pro anni tempore,(quemadmodum & ex auibus quædam) ut qui merulæ uocãtur & turdi:uere enim nigreſcunt,poſt uer albedinem ſuam recipiunt. Phuca etiã mutat colorem: cum

enim

A enim cæteris temporibus cãdida ſit, uerno uaria redditur. Piſces uocis quidem expertes ſunt: quippe qui neque pulmonem neque arteriam aut guttur obtineant, ſed ſonos quoſdam ſtridoréſq; mouent, qui uocales eſſe exiſtimantur, ut lyra & chromis: his enim quaſi grũnitus quidam emittitur: chalcis quodãmodo ſtridet. cuculus perinde ut cuculus auis obſtrepit, unde nomen accepit. Necnon cartilaginei generis nõnulla τρίζειν, id eſt ſtridere uidentur: uerum ab iis uocem emitti ullam, recte dici non poteſt: at ſonum ſiue ſtrepitũ reddi uerius dixeris. Dormiũt piſces noctu potius quàm interdiu: & magna ex parte uel ad arenam, uel ad lapidem aliquem procũbentes quieſcũt imis gurgitibus, uel ſub ſaxo aut limo abditi. Plani autem *Limo, θῖνα.* piſciũ arena ſeſe occultant: deprehendũtur ſitu ipſius arenæ, tolluntúrq; fu

B ſcina percuſſi: cartilaginea uero ita interdũ dormiũt, ut uel manu tollãtur.

De ualetudinis piſcium differentiis, tum ex locis, tum ex temporibus. Cap. CLX.

LOca pro ſua natura piſcium genera quæque ſibi habent ád incolumitatem commodiora: quod enim litorale aut pelagium eſt, huic ſuo loco pro naturæ deſiderio uerſari cõmodius eſt: quod autem ambigit, id cõmode utroque degere poteſt: ſed ſunt loca quædam ſingulis propria, in quibus rectius ualeant. Limoſa regio planum educat piſcem, ueluti ſoleam, rhombum, paſſerem: at arenoſi gurgites planos quidem non peſſime, ſed pelagios melius paſcunt, ut auratas ac dentices. nec omni mari poteſt piſcis

C omnis ineſſe, ut helops, qui Pamphilio profundo nec alio mari paſcitur, ut Atlantico faber. Cõmodiora piſcibus (quod ſimpliciter dixerim) loca ſunt ea quæ algarum copia ſcatent: pinguiores enim locis his capiũtur. nam & quibus alga in cibo eſt, abunde hîc paſcuntur: & quibus caro appetitur, plures piſces ſibi reperiunt. Intereſt etiã aquilonia loca ſint, an auſtrina: genus enim longum aquiloniis melius uiget: & quidem æſtate loco eodem in aquiloniis plures longi quàm lati capiuntur. Sed diſcrimen piſcium diuerſitate etiam locorum ac temporum exiſtere poteſt: ut circa Cretam inſulam gobiones omnéq; ſaxatile genus ſatis pingueſcit. Lupi piſces in Tyberi amne inter duos põtes meliores ſunt: rhombus Rauẽnæ, murenę in Sicilia, elopes Rhodi. Illa non in nouiſſimis mira, amariſſimos eſſe piſces ad Pelen

D inſulam & ad Clazemonas: contra ad ſcopulũ Siciliæ & Leptim Africæ, & Eubœam & Dyrrhachium: rurſus ita ſalſos ut poſſint ſalſamenta exiſtimari, circa Cephaleniam & Ampelon & Paron & Deli petras: in portu eiuſdẽ inſulæ dulces. Quam differentiam pabulo conſtare non eſt dubium. Thũnus poſt arcturũ melior eſt, æſtate deterior. Vigẽt piſces ouipari fere ueris tempore donec pariãt, uiuipari autumno: & mugiles item, & mulli, & reliqui generis eiuſdem. Pariendi tempore laborant omnes piſces: unde fit ut tunc potiſſimum ruant in terram: feruntur porro graui ſtimulo agitati in terram. Innaſcuntur enim in uentre minuta quædam animalia uermium ſpecie, quæ partum expellunt, ut dictum antea eſt. atque omnino id temporis motu perpetuo incitantur donec pariant: à partu ſtatim requieſcunt.

Piſcibus omnibus (exceptis quibuſdam paucis) imbres conducunt, tum ad E cæteram ſanitatem, tum etiam ad partum: contráque anni ſicci incõmodi ſunt: annis enim pluuiis non modo plus cibi naſcitur, uerumetiam pluuio humore plurimum iuuantur: ueluti etiam quę terra gignuntur: olera enim quanuis rigentur, tamen nõ tantum proficiunt quantũ imbre: quod idem arundinibus etiam lacu prognatis euenit: nihil enim fere accreſcunt, niſi aquæ pluuiæ incidant. Ex pluuiis autem ipſis æſtiui imbres commodiores ſunt parti maximæ piſciũ, & pręcipue cũ uer, & æſtas, & autumnus imbribus abũdauerint: hyems cõtrà ſerenior fuerit. Locis autẽ frigidis parum uigent: & hyeme maxime infeſtãtur, qui lapidẽ in capite habent: ut chromis, lupus, phanger, umbra: facit enim lapidis rigor, ut per algorẽ gelent & deficiant. Sed cùm plurimis piſciũ generibus imbres conducãt, quibuſdã tamẽ F nocent, ut mugili, cephalo, & ei qui à nonnullis myrinus uocatur: fit enim ut pluuiis multi excæcentur, ſi modum aqua exceſſerit, atque ad poſtremũ malo eodem intereant. quod tamen non magis imbrium copia quàm algore accidere uidetur: iam enim quibuſdam in locis multi capti ſunt cæci cum hyems fuiſſet aſperrima: multi etiam albos habẽtes oculos capti ſunt. Piſcium uiſus maxime fallitur circa ſolis ortum & occaſum. ac proinde retibus capiuntur præcipue non multo ante quàm ſol oriatur, aut poſtquam occidit: quippe cum noctu quieſcant, luce autem iam clariore melius uideant. Morbus peſtilens nullus incidere piſcibus uniuerſis uidetur, qualis plerunque hominibus & quadrupedibus nonnullis accidit, tum feris tũ urbanis: ægrotare tamen & ipſi putãtur. Et quidem piſcatores pro morbi indicio capiunt, cum aliquot extenuatos languentibus ſimiles, & colore im- G mutatos inter multos pingues ac ualidos eiuſdem generis ceperint. Marinum genus ita ſe habet: fluuiatile & lacuſtre peſte quidem & ipſum immune eſt, ſed nonnullis morbi incidunt proprij: glanis enim canis exortu potiſſimum ſyderatur & tonitruo ſopitur magno: quod & cyprino accidit, ſed leuius. Chalcida pediculi multi ſub branchiis innati interimunt, quod nulli ex cæteris accidit.

## In alimenti medicamentíque ratione piſcium diſcrimina. Cap. CLXI.

QVod ad alimenti rationem attinet, non parua eſt piſcium differentia. H Alimentum ſane quod ex piſcibus prouenit, ſanguinẽ gignit tenuiorem quàm quod ex pedeſtribus: adeo ut nec abunde nutriat, & per inſenſibilem halitum celerius digeratur. eſtque eorum caro temperamento frigidiore humidioréque. Piſces, prope dixerim omnes, boni ſucci eſſe iudicantur, exceptis lacuſtribus, paluſtribus, & qui in immundis fluminibus ac turbidis degunt. Præſtantiſſima uero eorum piſcium caro habetur, tum ad bonos gignẽdos ſuccos, tum ad guſtus uoluptatem, qui in mari ſyncero uictitant, ubi dulci aquæ non miſcetur: maxime uero ubi regionẽ uenti perflauerint: & ubi neque limoſo neque tranquillo litore continetur mare. Qui non apud litora ſed inter ſaxa & ſcopulos degunt, indéq; πετραῖοι, id eſt

πετραῖοι, *Saxatiles.*

A id eſt ſaxatiles appellantur, ſaluberrimi omnium ſunt: modo caro eorum minime dura ſit, ut phycides, iulides, percæ, ſcarus, merula, turdus. Hi neq; alimento utuntur uario, nec loca mutant, nec fluuiatilibus aquis gaudent: ideóque perpetuo manent inculpati: omniúmque molliſſimam ſimul ac maxime friabilem habent carnem: quamobrem & concoctu ſunt faciles, & probum generant ſuccum, ſanguinémque craſſitudine mediocrem: & humectant modice. corpus quoque recte & alunt & augent: neque excrementoſi ſunt, neque flatum gignunt: & ut Mneſitheus prodidit, uel ſiccius præbent alimentum. Saxatiles, ut diximus, carnem habent mollem & friabilem, ac proinde ſaluberrimam: alij molli quidem ſunt carne, ſed minime friabili, utpote quibus innatus eſt ſuccus quidam lentus pinguíſque: alij nihil uiſcidum pinguéue habent: qua quidem in re cum ſaxatilibus conue-
B niunt: eò tamen quòd caro illis durior exiſtat differũt: cuiuſmodi ſunt mulli & pelagici propemodum omnes, niſi qui forte prauo alimento ſuam corruperint carnem. Qui duri ſunt craſſiorem corpori præbent in cibo ſuccũ, ægréque conficiuntur: nam neque in uentrem concoctio, neque in iecinore uenísq; in ſanguinem mutatio, nec denique, quæ in ſingulis fit partibus adſimilatio, tam facile in duram habentibus carnem, perficitur, quàm mollem. Duram habent carnem ſcorpij, pagri, trachuri, orphi, glauci, caniculę, congri, hamiæ, coracini, myli, thunni, atque id genus alij: cartilaginea quoque omnia præter torpedinem & paſtinacam. Mediocritatem obtinent nonnulli piſces inter durum ac molle, qui ſcilicet neque tam molles ſunt
C quàm qui molliſſimi: nec duram tamen carnem habent, quales ſunt murenæ, lacerti, paſſeres, rhombi, cythari, ſciænæ, hepati: (&, ut Xenocrati placet, aſelli,) hos omnes Philotimus ἁπαλοσάρκους, Mneſitheus μαλακοσάρκους uocarunt, id eſt teneros piſces. Hominibus in otio uiuentibus, ſenibus, imbecillibus & ualetudinariis accommodatiſſimum ex his atque ſaxatilibus gignitur alimentum: qui autem corpus exercent, ualidius deſiderant. Quod uero ad ſucci craſſitiem tenuitatémue pertinet, in ſymmetria omníſq; exceſſus mediocritate cõſiſtunt piſces ſaxatiles, pelagici & litorales, ut gobij, murenæ, bugloſſi, aſelli, omnéſque qui neque inſuaue malíue odoris neque glutinoſum quicquam guſtu præ ſe ferant. Grandiores piſces omnes (quos
D cetaceos uocant) craſſum tenacémque ſuccum procreant. Saxatiles piſces febrientibus picrocholis utiliter in cibo dantur: nec ipſis minus aſelli conueniunt, niſi ſi qui prope lacum aut magnum flumen, quod in mare decidat, depaſti, humidam magis glutinoſámque habeant carnem. Proxime aſellos ſunt bugloſſus & torpedo: itémque lupus & mulus, poſt mugil è pelago. Qui ἁπαλόσαρκοι uocantur, ſaxatilibus humidiorem præſtant ſuccum: & iis qui à morbo conualeſcunt ſunt magis idonei, & uentrem quoque & urinam uehementius cient. E marinis piſcibus ſaxatiles, uti Diphilus prodit, facilius corrumpuntur, bonum procreant ſuccum, leuéſque ſunt, & modice nutriunt, atque abſtergendi uim obtinent. Pelagij contrà, copioſius nutriunt, difficilius concoquuntur digeruntúrque. Pelagicis litorales præſtãt, inquit Ariſtoteles: quippe qui cibo copioſiore melioréque potiantur: tum

*Turdos & merulas Mneſitheus nõ inter ſaxatiles numerat, ſed inter μαλακοσάρκους.*

*Mollioris carnis piſces, μαλακόσαρκοι.*

*Duri piſces, σκληρόσαρκοι.*

*Ἁπαλόσαρκοι. Μαλακόσαρκοι.*

*Κητώδεις. Cetacei piſces.*

etiam bene ex calido frigidóque temperata ſunt loca magis terrena: quo fit E ut caro eorum piſcium magis conſtet: cum pelagiorum humida, mollis ſolutáque ſit. Sed diſcrimen horum quoque, diuerſitate etiam locorum ac tẽporum exiſtere poteſt: ut thunnus poſt arcturum, uti diximus, melior eſt, æſtate deterior. Lupi piſces in Tyberi amne inter duos põtes meliores ſunt, inquit Plinius: rhombus, rauennæ, murenæ in Sicilia, elops Rhodi. Qui tamen pelagij dicuntur, longe perſtant iis qui limoſo litore uiuunt, aut ubi in mare influit amnis: tum ut ex iis probus gignatur ſuccus, tum etiam ad ſaporis gratiam. Deteriores ſunt, qui in paludibus aut maris ſtagnantibus locis uerſantur: his etiam peiores ſunt, ſi ſtagnantia loca in quibus uiuunt anguſta exiguáue ſunt, & neque magnos recipiũt fluuios, neque fontes habent ſcaturientes, neque multum eſt quod effluat. Quòd ſi nihil penitus ef- F fluat, ſed perpetuo ſtabilis maneat aqua atque immobilis, longe ſunt deteriores. Excrementitia penitus mucoſáq;, & omnino peſſima caro eſt eorũ, qui ſordidas limoſáſque aquas incolunt: ubi uero fluuios multos ingentéſque ſuſcipit mare, (uti in Ponto fit) qui locis eiuſcemodi degunt piſces, quò præſtantiores iis qui in paludibus nutriuntur, eò ſunt inferiores iis qui in ſyncero mari uictitant: mediúmque locum obtinent inter pelagios ac fluuiatiles piſces. Marini autem piſces ſuauiores ſunt fluuiatilibus, ut Xenocrates prodidit. facile in corpus digeruntur: ſanguinémque procreant copioſum, & bonum in corpore reddunt colorem. Qui autem in fluuiis aut ſtagnis uictitant, ut idem author eſt, ſtomacho ſunt ingrati, craſſiorem ſuccum gignunt, nec tam facile permeant. Sunt tamen & inter fluuiatiles qui G marinis minime cedãt, ut in Nilo coracinus. In Rheno perca & in Tyberi lupus: uictus enim in huiuſce generis locis probus eſt, & qui abunde ſuppeditatur. Porro eorum qui in fluuiis degunt, cæteris præſtãt qui in eo amne capiuntur, ubi & aqua copioſa eſt, & celeriter fluit: mali contrà ſunt, qui in paludoſis ſtagnantibúſue fluuiis uiuunt. Omnium autem peſſimi, qui in fluuiorum oſtiis uictum queritant, in quos cloacarum, balneorũ aut coquinarum, ueſtiúmue ac linteorum ſordes, cæteráque urbium purgamẽta defluunt. Qui in piſcinis ſeruantur piſces, ſi ad pelagios conferas, ingrato ſunt ſapore. qui è mari in fluuios aſcendunt puros ac lympidos, ſuauiores ſunt iucundioréſque: qui uero in aqua ſtagnante limoſa clauduntur, quanuis pingues, inſuaues tamen ſunt. Piſces quicunque herbis radicibúſque o- H ptimis ad ſaturitatem paſcuntur, ij meliores euadunt: qui autẽ cœnoſis herbis malíue ſucci radicibus uictitant, aut iis quæ ex urbibus expurgantur, (uti modo diximus) peſſimi: putreſcúntque ac male olent, ſi poſt capturam paulo diutius ſeruentur. Nec minus & qui in aquis uitiatis degunt, mali odoris atque inſuaues mucoſique euadũt: cúmque ſint aliis longe pinguiores, citiſſime putreſcũt. Minime uero tardiſſiméque omnium putreſcunt, qui puro ex mari uictum petunt, boníq; odoris ſunt & ſapore iucundo: pinguitudinis autem uel nihil uel minimum in ſe habent. Qui in paludibus aut fluuiis gignuntur, eorum caro fere ſpinis abundat: quod in marinis raro accidit. Piſces cum impleri incipiunt à coitu boni omnes ſunt: ſed procedente

*Aliàs, in Tyburtino agro, uide infrà in lupo.*

A cedente uteri tempore alij prȩſtant, alij non. Mæna utero grauis melior eſt. coracinus etiam cum utero fert optimus eſt. mugilis uero & lupus & reliqui fere omnes ſquama intecti, deteriores ſunt cum ferunt. Similes ſibi ferentes & non ferentes pauci ſunt, ut glaucus. Hæc Ariſtoteles. Xenocrates autem, uere inquit, cum utero geſtant, optima eſt piſcium maxima pars: æſtate præſtant phagri & ſynodontes. Hepatus autumno uileſcit, ut qui uitioſum tunc procreat ſuccum: lupi uero ac mugiles eo tēpore gratiores habentur. Subeunt etiam fluuios piſcium genera cōplura, & præſtāt in fluentis & lacubus, ut amia, mugilis. gobiones etiam pingueſcunt, qui in fluuios aſcenderint. Fluuiatiles & lacuſtres optimi ſunt poſt partum & ſeminis emiſſionem, poſtquam cibo ſe refecerint: ſed nonnulli etiam cum ferunt, cō mendantur, ut ſaperdes: alij damnantur, ut ſilurus. Cum cæteri omnes maB res ſuis fœminis ſint præſtantiores, glanis fœmina præſtat ſuo mari: & in genere anguillarum quoque meliores ſunt, quas fœminas nominant. Vitiantur ſenectute piſçes: & quidem thunni ad rem ſalſamētariam ſenes improbi ſunt: multum enim carnis ſale abſumitur, quod idem uel in cæteris piſcibus euenit. Piſciculi recens nati facile in uentriculo corrumpuntur: qui uero cetacea ſpecie ſunt & magni, duri ſunt, concoctu difficiles & ſtomacho ingrati: qui autem & ætate & magnitudine ſunt media, concoctionem pariter & digeſtionem facilius admittunt. In partibus quoque piſciū diſcrimen eſt: quȩ nanque caudæ proximȩ ſunt, ſuaues exiſtunt, & meliuſcule nutriunt, ut quæ ſui motione exercitentur magis: quæ uero ad uentrē C pertinent, pinguetudinis nonnihil habēt: ac proinde ſtomacho innatant, & per aluum facilius redduntur. Dorſum carnem habet duriorem: caput uero etiam minus præbet alimenti, & quod non facile digeritur. Rurſum piſces aſſi, Xenocrates ait, nutriunt magis, nec tam facile permeant: iurulēti minus exhibent alimenti & citius permeant: frixi guſtui ſuaues, ſed ſtomacho minus grati, faciléque corrumpuntur: minus nutriunt, & uētriculo innatant. Piſcium genus omne dum adhuc ſpirat, (ut ita dicam) coquendum eſt: non enim facile ſeruari patitur, niſi carnem admodum duram habeat. Piſcium ius, qui recentes ſunt, modo per ſe, modo cū uino aluum mouet: idem & urinas cit è uino maxime. Priuatim uero ad hunc uſum confiD citur è phycide, ſcorpione, iulide & percis, atque aliis ſaxatilibus molliori búſque: & qui uirus minime reſipiunt, ex aqua, oleo, ſale & anetho. addit Plinius apium, coriandrum, & porrum. Ius piſcium in patina coctorū cum lactucis tenaſmum diſcutit. Piſcium adipem ad ſuffuſiones impoſuere nō nulli. Omnium piſcium fluuiatilium marinorúmque adeps liquefactus oleo, admixto melle, oculorum claritati plurimum confert. Piſcium natura generatim ita ſe habet.

## De cartilagineis. Cap. CLXII.

QVicquid inter marina pedibus orbatum & branchias habens animal generat, ſub cartilagineorum nomine continetur, præterquā rana. Cartilagineis omnibus quod per dorſum proportionatum oſ- *Cartilaginea.*

ſibus tendit,cartilago eſt, (ut modo diximus) quæ etiam humorem in me- E
dullæ ſpeciem in ſe continet.Horum animalium,inquit Galenus,cutis eſt
*Σελάχια, Σελάχη.*
aſpera,noctúq; ſplendeſcit:inde σελάχια uocari putāt ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν:hęc cer
te græce in uniuerſum ſelache appellauit Ariſtoteles primus: hoc nomine
cis impoſito,nos diſtinguere nō poſſumus,ni cartilaginata appellare libeat
*Cartilaginata.*
aut cartilaginea. Huius generis maximę parti os infrà parte ſupina ſitū eſt:
quamobrem hoc genus,niſi conuerſum reſupinetur, cibum corripere ne-
quit.Horum aliqua pinnis carent,uidelicet quæ plana ſunt & caudam ha- 1
bent,ut raia & paſtinaca,ſuáque ipſa latitudine natant: ranam tamen pin-
*Aliàs, quæcūq; ſuā latitudinē colligūt in mucronem.*
nas habere uidemus,& quæcunque ſuam latitudinem nō colligunt in mu-
cronem.Branchias habent omnia cartilaginea,nō ſpineo, ut alij piſces, ſed
cuticulari operimēto opertas:atque iis fere ſi plana ſunt,parte inferiore ſu- F
pináque habētur,ut raiæ. Rana autem deductas in latera habet branchias:
ſed ſi oblonga ſunt,eorum lateribus adhærent, ut in quouis muſtelino
genere cernitur: in quibus omnibus branchiæ duplices ſunt, & qui-
næ ex utraque parte.Squamis minime operiuntur cartilaginea, ſed aſpera
cute fere muniuntur:leuia ſunt perpauca. Cauda ipſa non omnibus ſimilis
eſt:planorum enim nonnullis ſpinoſa, & longa, & gracilior eſt,ut torpedi-
ni,paſtinacæ & huiuſmodi aliis: quorundam carnoſa quidem ſed breuis,
ut ranis.Omnibus certe hoc commune eſt, ut partes quæ caudæ proximæ
ſunt,mediis partibus multo ſint carnoſiores. Differunt nonnulli mares à
ſuis fœminis,eo quòd maribus bina quædam circa excrementi oſtium pen
dent,quibus fœminæ carent,ut in galeorum genere perſpicitur. Raiæ fœ- G
minæ & id genus omnibus genitale ſimile muliebri eſt. Iecoris partes in
cartilagineis adeo dirimuntur,ut bina eſſe iecinora uideantur: eſtque iis ie
cur adipeum,adeo ut eorum quorundam iecinoribus colliquatis oleū fiat.
Magnæ cartilagineorum parti nulli ſunt circa uentriculū appendices: uul-
ua cartilagineis bipartita pertinénſque ſupra ad ſeptum, quomodo auibus
eſt, & infra quoque porrecta: atque etiam de medio ſui bipartiti ſinus ar-
ctior ad ſeptum uſque pertendit.ac oua hoc in loco ad ſepti originem, ma-
xima pro parte conſiſtunt:mox prolapſis in ſpatium latius,fœtus animales
excluduntur.Partem itaque uuluæ ſuperiorem in qua oua gignuntur, ſub
ſepto ad lumbos & prona habēt: inferiorem ad aluum,quà procreatur ani-
mal:uerum non omnibus oua iuxta præcordia hærent, ſed nōnullis galeo- H
rum generis in medio iuxta ſpinam conſiſtunt, ut caniculis. Cartilaginea
nullo diſcreto adipe carni uentríue adhærente pingueſcunt. Coeunt ex car
tilagineis plani,iidémque habentes caudā,ut raia, paſtinaca & reliqua hu-
iuſmodi,non ſolum admotis ſupinis, ſed etiam tergo fœminarum ſupinis
marium ſuperpoſitis: modo cauda nullo impedimento ob craſſitudinem
ſit.Squatinę & quibus plenior cauda eſt,iis attritu mutuo tantum partium
ſupinarum coitus agitur. Sunt qui uidiſſe affirmant nonnulla ex cartilagi-
neis auerſa modo canum terreſtrium cohærere. coitus etiam tempore cō-
plura ex his ſibi adhærentia capiuntur. Cartilagineum genuſtam planum
quàm galeodes animal generat:nec tamen cartilagineis fœtus ſine ouo eſt.

pariunt

A pariunt enim intra ſe primum oua, & augent atque excludunt, præterquã
rana: mox animal foras pariunt. Oua, maxima quidem ex parte, iuxta præ-
cordia omnibus: ſed nonnullis non iuxta præcordia, ſed in medio uuluę cir
ca ſpinam oua adhærent, uti modo diximus: unde aucta in imum transfe-
runtur uteri locum, efficiuntúrq; animalia infrà ad genitale, umbilico hæ-
rente ad uuluam: ita ut ouo abſumpto partus nõ aliter fiat, quàm in iis quæ
2 iam inde à primo ortu animal generant. Omnia fere cartilaginea ſimul &
oua parte ſuperiore continent complura, & alia maiora, alia minora, & in-
feriore animalia iam excluſa. unde fit ut genus id piſcium ſæpius menſe & *Animalia iam*
parere & coire nonnulli arbitrentur: quippe quod non ſimul uniuerſa ede- *excluſa*, ἔμβρυα ἤδη.
re ſoleat quæ conceperit, ſed particulatim repetens ſæpe & diu peragens: ut
dum ſuperius oua contrahit, inferius concoquat atque perficiat. Superfœ-
B tant cartilaginea, & ferunt utero menſibus cum plurimum ſenis: & cum tẽ
pus pariendi inſtat, repetũt litus & uada, pelago & alto relicto gurgite, ut
neque tepore careant, & progeniem tutius collocent. Oua omniũ cute mol
liore operta ſunt, pręterquam ranarum, quod unum ſolidum durúmq; eſt.
Omne genus cartilagineum minus fœtificat, quia animal gignit. Carni-
bus tantum ueſcuntur cartilaginei: & reſupinati corripiunt piſces quos de-
uorant: habent enim os ſubter, ut ante diximus. Motus eorũ lentus pigérq;
eſt: ut qui non ſpina aut neruo corroborãtur, ſed cartilagine. Latent omnes
diebus frigidiſſimis. In hoc genere torpedo & paſtinaca molliorem habẽt
carnem atque ſuauem, & quæ modice aluum moueat, nec concoctu diffi-
C cilem: quæ & mediocriter corpus enutriat, ſicuti & alia quæ carnem habẽt
mollem: ut nonnunquam in piſcium etiam ſaxatilium penuria his uti poſ
ſis. Raia uero leuiraia & ſquatina atque alia id genus duriora ſunt, & con-
coctu difficiliora: alimentum autem præbent copioſius, quàm aut torpedo
aut paſtinaca: ſenibus tamen inutilia ſunt. Diphilus omnium cartilagineo-
rum carnem concoctu eſſe difficilem, ſuccúmque gignere flatuoſum pro-
didit: uſúmque eorum aſſiduum ac diuturnum uiſus hebetudinem pro-
creare.

1 Plana ſunt, &c. τὰ πάμπαν πλατῆ uocantur hæc ab Ariſtotele lib. de animaliũ
greſſu. 2 De his plura uideas apud Ariſtotelem lib. 6 hiſtor. animalium, & lib. 1 de
D generatione animalium.

## De cartilagineis planis. Cap. CLXIII.

PLanorum piſcium unũ genus eſt, quod pro ſpina cartilaginem habet,
ut raia, paſtinaca, ſquatina, torpedo: & quos bouis, lamiæ, aquilæ, ranæ
1 nominibus Græcia appellat. Raia piſcis eſt cartilagineus planus: cutim ha- *Raia.*
bet aſperam, & caudam quoque ſpinoſam ac longam. pinnas nõ habet, ſed
ipſa extrema corporis ſui latitudine natat. Branchias habet nõ à latere, ſed
parte inferiore & ſupina. genitale fœminæ ſimile muliebri eſt. Coeunt raię
non ſolum admotis inuicem partibus ſupinis, ſed etiam tergo fœminarum
ſupinis marium ſuperpoſitis. Raiæ in utero gerunt teſtacea quædã, in qui-
bus humor ad oui ſimilitudinem conſiſtit: figura eius teſtæ ſimilis tibiarũ

ligulis eſt:meatúſque quidam ſunt capillamẽtorum ſpecie in teſtis. Atque E
cum pepererint, ruptis teſtis excluduntur fœtus. In locis uictitat raia cœ- 2
noſis,nec longe à litore,ut author eſt Oppianus. carnem habet ſapore qui-
dem gratam,ſed duriorem & cõcoctu difficiliorem quàm torpedo aut pa-
ſtinaca: & quæ copioſius præbeat alimentum . Raiam hyeme potiſſimum
comedẽdam ſuadet Archeſtratus. Auribus utiliſſimũ bati piſcis fel recens,
*Λειόβατος, leuiraia.*
ſed & inueteratum uino. In hoc raiarum genere, λειόβατος, quam leuiraiam
uocant,fel habet iecori adnexum: & carnem uiroſam & concoctioni reni-
*Rhina.*
tentem,candidam tamen: à nonnullis rhina uocatur . Ea uero quæ aſteria
*Ἀστερίας βάτις, raia ſtellata.*
batis nuncupatur (quaſi raiam ſtellatam dixeris) molliore eſt carne, ſuccí- 3
*Squatina.*
que melioris. Rhina, quam ſquatinam uocamus,planus piſcis eſt & carti- 4
*Rhina, ῥίνη.*
lagineus:aſperam gerit cutim,qua lignum & ebora poliuntur. fel habet ie- F
cori annexum.Squatinarũ coitus,eo quòd cauda his plenior craſſiórue eſt,
attritu mutuo ſupinarum partium agitur Bis anno parit ſquatina una ex
planis:primus partus uerno fit tempore:ſecundus autumno circa uergilia-
rum occaſum,qui partus felicior eſt . fœtus ſuos nonnunquam & emittit
& recipit intra ſeipſam:ut uero Oppianus ſcribit, nõ intra ſe recipit fœtus,
ſed ſub pinnulis ſuis tuetur.Piſcium ſola, more polypi,ſuum colorem mu-
tare creditur.Hoc quoque habet in piſcibus captandis ſolertiæ: obruit are- 5
na ſeſe,cúmque nullam ſui corporis partem intectam reliquerit, uerberat 6
radiolis ſui oris,quos piſcatores uirgulas uocant:quas cum piſciculi aſpexe
rint,adnatant quaſi ad algas quibus ueſci ſoliti ſunt.Squatina duram habet
carnem,concoctu difficilem: ſed quæ corpus magis alit quàm aut torpedo G
aut paſtinaca. Diphilus rhinam cibum eſſe leuem ait & concoctu facilem:
& ex his grandiores magis alere.Squatinæ piſcis cutis combuſta uerendo-
rum puſtulas diſcutit. Piſcium cæterorũ diuerſa genera coire uiſum à ne-
*Rhinobatos, Squatinoraia. Squatraia.*
mine eſt:ſquatinam ſolam & raiam hoc facere creditur argumento piſcis
cuiuſdam,qui nomen ex utroque cõpoſitum trahit rhinobati, quaſi ſqua-
tinoraiam appelles: eſt enim parte priore raiæ ſimilis,poſteriore ſquatinæ,
tanquam ex utroque proueniens genere . In hoc planorum piſcium car-
*Paſtinaca, τρύγων.*
tilaginatorum genere paſtinaca eſt, à Græcis τρύγων uocata. Pelagius piſcis,
ut & reliqua cartilaginata,ut Ariſtoteles tradit:uerum,ut Oppiano placet,
in locis degit cœnoſis,nec longe à litore.pinnas non habet,ſed ipſa ſua lati-
*Aduerſis ſquamis, ἀπεστραμμένον ταῖς φολίσι.*
tudine natat.Caudam habet longã & ſpinoſam,in qua naſcitur qui radius H
uocatur aduerſis ſquamis, quo nihil eſt uſquam uenenatius:utpote quo ar- 7
bores necantur,& hominum caro tabeſcit. Hoc radio (quod telum eſt ei)
latrocinatur ex occulto, piſces tranſeuntes figens: argumenta huius ſoler-
tiæ,quòd tardiſſimi piſcium hi,mugilem uelociſſimum omnium habẽtes
in uentre reperiuntur . Paſtinaca carnẽ habet molliorem, ſuauem conco-
ctúque facilem,& quæ corpus mediocriter alit: aluúmque modice mouet:
qua nonnunquam & in piſcium ſaxatilium loco in cibo uti licet.Cibi cau-
ſa extrahi debet è dorſo eius quicquid ſimile eſt croco,capútque totum : &
modice collui in cibis,quia ſaporis gratia perit.Paſtinaca contra ſuum ictũ
remedio eſt,cinere ſuo ex aceto illito, uel alterius . Radius qui eius caudæ
inna-

A innaſcitur, dentium dolores mitigat, inquit Dioſcorides: quos & frãgit atque excutit. Paſtinacæ radio ſcarificare gingiuas in dolore utiliſſimũ prodidit Plinius. Conteritur is & cum helleboro albo illitus, dentes ſine uexatione extrahit. Paſtinacæ item radius adalligatus umbilico, exiſtimatur faciles partus facere, ſi uiuenti ablatus ſit, ipſáque denuo in mare demiſſa. Iecur paſtinacæ in oleo decoctum, lichenas & lepras tollit. prurituũ ſcabiémque, non hominum modò, ſed & quadrupedum efficaciſſime ſedat.

Eſt & torpedo piſcis cartilagineus planus:
Hæc grauis & mollis, ſunt nullæ in corpore pigro
Vires: & nimium premitur grauitate. natantem
Non credas, liquidis ita clam ſubrepit in undis.

*Torpedo, νάρκη.*

B Duas parte prona iuxta caudam pinnas habet, pro reliquis latitudine utitur: & utroque ſui corporis ſemicirculo, quaſi geminis pinnis natat. caudam habet lõgam atque ſpinoſam. Huius iecori tenacitas nulla præfertur. Fel habet iecori annexum. prope litora cœnoſa uictitat, ut Oppianus tradit. Parit circa autumnum paulo ante æquinoctium. Fœtus etiã ſuos & emittit & recipit intra ſeipſam, ut ſquatina. & iam quidem uiſa eſt torpedo grandis, quæ fœtus intra ſe circiter octoginta haberet. Condi per hyemem torpedines terra, hoc eſt uado maris excauato, tradunt, quod frigoris cauſa eas facere Theophraſtus exiſtimauit. Sunt qui duo torpedinis genera tradunt: marinum ſcilicet & fluuiatile. Quæ de torpedinis ſolertia narrantur, uera omnino certáque ſunt, inquit Ariſtoteles. Torpedo piſces quos appe-
C tit, afficit ea ipſa quam ſuo in corpore continet, facultate torpendi: (ipſa tamen non torpens) atque ita retardos præ ſtupore, capit & ueſcitur. Abdit ſe in arena & limo: tum piſces qui adnatantes obtorpuerint, corripit: quam rem plerique à ſe conſpectam retulerunt. Plato torporem appropinquantibus tangentibúsue inferre torpedinem tradit. Quinetiam procul & è longinquo, uel ſi haſta uirgáue aut fuſcina attingatur, uel piſcatoris linea, quãuis præualidos lacertos torpeſcere: quãlibet ad curſum ueloces alligari pedes proditur. Torpedo, ut Galenus author eſt, mollem habet carnẽ & ſuauem, nec concoctu difficilem: quæ corpus mediocriter alit & aluum modice emollit: qua & nonnunquam in ſaxatilium piſcium inopia, eorum loco uti liceat. Iceſius torpedinem, exiguum in cibo præbere ſuccum tradit:
D & cartilagineum quoddam in ſe continere, quod ſtomacho ſit pergratum. Diphilus cum alioqui uiroſam torpedinem concoctúque difficilem eſſe dicat: quæ circa caput tamen ſunt partes, & teneras eſſe, ſtomachóque gratas, & concoctu faciles prædicat: aliàs uero minime: optimas quoque eſſe quæ paruæ ſint, præſertim ſi in ſimplici iure coquantur. Torpedo uiua adhuc diuturnis capitis doloribus admota, cruciatus uehementiam mulcet: id quod illi ob ſtuporem quem affert accidere putatur. Oleum quoque in quo uiua torpedo ſit decocta, uehementes articulorum dolores illitum lenit. Euerſam ſedem prociduámque coercet appoſita torpedo, ut prodidere quidam. Lieni medetur impoſita torpedo. Mirum & quod de torpedine inuenio: ſi capiatur cùm luna in libra fuerit, triduóque adſeruetur ſub dio,

faciles partus facere: poſtea quoties inferatur, adiuuare. Venerem inhibet E
fel torpedinis uiuæ genitalibus illitum.

*Rana marina.* Et uiſu turpes, & molles tergore ranæ

*Rana piſcatrix Βάφραχος, Βάφραχος ἁλίας.*

è planorum piſcium genere ſunt, quod pro ſpina cartilaginem habet. Ra-
nis caput amplum atque ſpinis aſperum: quo fit ut ſobolem non recipiat
intra ſe. Ranæ non ipſa ſua latitudine natant, ſed pinnas habēt: & quæ pro- 9
niori parti accommodantur, eas infrà gerunt propter amplitudinem par-
tis ſuperioris: quæ autem parti ſupinæ commiſſæ ſunt, eas iuxta caput ad-
iunctas habent: nihil enim latitudo impedit, quo minus moueantur. Rana
tametſi contrà quàm alia plana cartilaginata deductas in latera habet bran
chias, eas tamen non ſpineo tectas operimento continet, (ueluti ea quæ nō
cartilaginea ſunt) ſed cuticula. Poſteriorem partem carnoſam habet rana: F
& caudam quoque carnoſam & breuem. Dependent illi ante oculos gemi
na quædam, quę longitudine capilli ſpeciem referunt, quorum extrema ro
tundis quibuſdam præpilantur, quaſi eſcæ cauſa additis: his, inquam, ubi
locis arenoſis aut ſœculētis obturbato ſolo ſe abſconderit, piſcatur attollēs
illa pendentia fila, aſſultantéſq; piſciculos pertrahens, donec tam prope ac-
cedant, ut eos ſuum in os adducat. Fel habet rana ſemotum à iecore, inteſti
nis commiſſum. Rana cartilaginatorum ſola, non animal ſed ouum parit:
quod & ſolidum durúmque eſt, neque tamen proprie oui ſimilitudinē ha-
bet, cum ſit ſquamoſum atque aſperum. edit oua ſimul omnia, & iuxta ter
ram. Rana inter cartilaginea fœtificāt numeroſius: uerum quòd de facili
pereunt, hinc efficitur, ut appareant paucæ. Ranarum marinarum ex uino
& aceto decoctarum ſuccus contra uenena bibitur, & contra ranæ rubetæ G
uenenum, & contra ſalamandras. Quæ de ranis ad dentium dolores ſunt
deſcripta, omnia ex marina efficaciora. Ex hoc cartilagineorum piſciū pla-

*Plinius, Eminentia ſub oculis cornicula exerit. Oppianus, Carūcula quædā cādida ſub mēto enaſcitur.*

*Bos, βοῦς.* norum genere & bos eſt, latitudinē ingenti: ut qui in duodecim ſæpe cubi- 10
torum latitudinem porrigatur: corpore in tanta uaſtitate carnoſo, præmol
li atque imbecillo. Dentes intus parui & occulti, ac proinde

-Non uiribus ullis
Confidit: ſed fraude uiros in funera pellit. 11
Hinc grati paſtus, hinc mollia membra palato
Grata ſuo, & ſęuo nimium iucunda ſapore. H

*Lamia.* Non longe à litore uerſatur in locis cœnoſis. Lamia quoque in hoc carti- 12
lagineorum planorum genere eſt, magnitudine inſigni: quæ tamen non-
nunquam amiarum gregem aggreſſa, uulnera accepiſſe uiſa eſt. Et item
*Aquila, ἀετός.* aquila cum his numeratur, quam & Philotimum inter piſces duræ carnis
recte adnumeraſſe dicit Galenus.

*Βάτος, βάτις. Βότις.*

1 Raia, βάτις ἢ βάτος, nomen habet ex eo quòd cauda quibuſdam aculeis conſtat ad ſimilitudinem rubi agreſtis mora ferētis. Hæc Maſſarius. βάτιδα & βάτον Athenæus tanquam uarios piſces numerare uidetur. Et Sophron, βότιν piſcem quendam nuncupanit: ſed an idem ſit qui βάτις non explicatur. 2 Figura eius teſtæ, &c. Hæc ſententia non habetur in ueteri Ariſtotelis traductione, & mihi certe uidetur ſuſpecta. 3 Molliore, &c. ἔνχελος legitur apud Athenæum, ſed uide an rectius legeretur ὀνίσκος.

4 Squalus

A 4 Squalus (de quo eſt apud Plinium, niſi exemplaria ſint mendoſa, quod ſcilicet autumno parit circa æquinoctium ) idem uidebitur forſitan cum ſquatina: ſed Maſſarius hoc loco non ſquali, ſed galei legendum cenſet. 5 Obruit, &c. Plinius, Abdita pinnas exertas mouet ſpecie uermiculorum. 6 Verberat, &c. ῥαϐδίζεται τοῖς ἐν τῷ στόματι, ἃ καλοῦσι οἱ ἁλιεῖς ῥαϐδία. uetus interpres, Cum latuerit, habet in orificio quandã partem ſicut uirgam. 7 Venenatius, Huius mali uenenum pulchre deſcribitur ab Oppiano lib. 2. de piſcibus. 8 Pinnis natat, &c. iuxta, huic, inquit Maſſarius, caput parte prona ueluti duo foramina ſpectantur: os uero infrà parte ſupina, ut paſtinacæ. 9 Pinnas habent, &c. Suſpectus uidetur hic Ariſtotelis locus de pinnis ranarum & torpedinis. 10 Bouem numerauit Ariſtoteles uno in loco cum cetis: forſitan ob ingentem eius magnitudinẽ, & quòd animal pariat uiuum. Bos quoque à Strabone inter Niloticos piſces numeratur: an idem ſit piſcis, nondum conſtat. Item apud Oppianum inter cetos habetur malthe (μάλθη) quæ à corporis mollitie nomen traxit: idem ne ſit cum boue, an ſimilis? 11 Sed fraude, &c. Quo pacto homines natãtes per fraudem capiat bos, lege Oppianum lib. 2 de piſc. 12 Lamia quoque, &c. λάμνα piſcis
B ferox eſt cetaceus: an eadem ſit cum lamia an diuerſa: & an eadem ſit, quæ proximo capite carcharius uocatur.

*Squalus.*

*Malthe, μάλθη.*

*λάμνα.*

## De cartilagineis oblongis, ut de galeis & iis quæ γαλεώδη dicuntur. Cap. CLXIIII.

1 ET qui galei uocantur, quanuis non plani, cartilaginei quoq; ſunt. Quinas hi ex utroque latere adhærentes branchias habẽt, eáſque duplices,
2 nouiſſima excepta. In his circa excrementi oſtium, maribus omnibus bina quędam pendent, quibus fœminæ carent. Habet & galeus plures appendices ſuperne circa uentriculum. fel habet iecori annexũ. iecur ipſum fiſſum
C eſt: & partes in utroque latere, dextro ſcilicet & ſiniſtro ita ſepoſitæ ſunt, ut non eadem origine contineri uideantur, ſed bina eſſe iecinora. Habet uulua in galeorum genere paulo à præcordiis inferius ueluti mammas albidas, quæ non niſi grauidis inſunt. Porro galeorum non una eſt ſpecies. Differunt autem galeorum generis piſces inter ſe ratione uteri: nõnullis enim medio uuluæ circa ſpinam oua adhærent, ut caniculis: ſpinaces uero galei oua ad præcordia continent ſuper mammas. Cęteri galei bis anno pariunt, excepta canicula, quæ ſemel: & qui ſtellares uocantur, ſæpiſſime, quippe qui bis menſe putãtur parere: quod ideo uidetur, quia oua eorũ non ſimul perficiuntur. Cæteri fœtus ſuos & emittunt, & metu aliquo imminẽte re-
D cipiunt intra ſeipſos, præter unum ſpinacem: maxime hoc faciunt pœcylos & alopecius: cęteri minus ob cutis aſperitatem. Galeorum plura ſunt genera, canicula, quam Græci κύνα uocãt: alij νέβειον, alij σκύλιον uel σκύμνον, ἢ σκύμνιον: uulpecula, quæ & ἀλώπηξ & ἀλωπεκίας: ſpinax uel ἀκανθίας: & ἀστερίας, id eſt ſtellaris, quem ποικίλον alij uocant. Vna omnibus forma uictúſque idẽ eſt. ueluti criſtam habent extantem prope caudam, ſed in reliqua dorſi ſpina nullam. Differunt uero inter ſe maxime ratione uteri, uti modo diximus. Duram omnes carnem habent. cæteris ſuauitate præſtat, quæ aſterias uocatur, teneriórque eſt & melior, ut Iceſius author eſt. Canicula galeus (ut Xenocrates tradit) & qui illi ſunt ſimiles, ſapore uirus referunt, & malum procreãt ſuccum. Porro caniculæ trifariam dicuntur: unum genus ferox eſt, quod inter cetacea numeratur: magnitudine thynnos ſuperat, quos & deuorat.

*γαλεός, γαλεώδης, γαλεώνυμος.*

*Canicula, canis marinus, κύων.*

Hæ urinantes circa ſpongias, graui periculo infeſtant: atróxque cum his di E
micatio. In mari rubro tanta eſt earum copia, uix ut reſpicere è naui (nedū 3
urinare) tutum ſit nauigantibus, remos plerunque ipſos inuadentiū: Theo

*Carcharias. Canis carcharias, κύων καρχαρίας.*

phraſtus carchariam uocat: & canem carchariam Archeſtratus. In amnes
nonnunquam ſubit canicula. Huius caro, quæ prædura atque excrementi-
tia eſt, in uulgi cibum ſale maceratur, in quatuor partes diſſecta: ingrati au-
tem ſaporis eſt atque mucoſa: ideóque non niſi raro abſque ſinapi aut oxe-
læo aut alio id genus acri quopiam condimento edi ſolita. Ex iis qui bene
periti ſunt, aliud ex aliis membris, aliud ex ore pharmacum colligūt, quod

*Cynoſphaſtū. Lamia, ſcylla. Centrine, κεντρίνη.*

cynoſphaſtum appellant: Nicander Colophonius carchariam lamiā quoq;
uocari tradit, & ſcyllam. Alterum caniculæ genus centrine uocatur, acu- 4
leo inſignis, quem ad ceruicem geſtat, quod in aliis galeorū generibus non F
conſpicitur: uel, ut alij produnt, innati ſunt iis aculei duri, alter in capitis
ſummo uertice, alter in cauda: atque uenenatum quiddam habent. cibo in-
grata & hæc eſt grauíque odore. Hæc & inter galeodeis piſces numeratur, 5
& malefica eſt ictu aculei ueneno ſo. Tertium canicularum genus, idémq;

*γαλεὸς κύων, Galeus canicula. Σκύμνος, Σκύμνιον, Σκύλιον, Νέβειος.*

galei ſpecies, γαλεὸς κύων uocatur, id eſt galeus canicula, & σκύμνος, & σκύμνιον, &
σκύλιον & νέβειος. colore eſt uario. Caniculis hiſce in medio uuluæ circa ſpinā
oua adhærent: quæ cum accreuerint, abſoluta feruntur per uuluam bifurcé
annexámque ad præcordia. Caniculæ teſtacea quædam gerunt in utero, in
quibus humor ad oui ſimilitudinem cōſiſtit. figura eius, teſtæ ſimilis tibia- 6
rum ligulis eſt: meatúſque fiunt capillamētorum ſpecie in teſtis: fœtus de-
inde, rupta dilapſáque illa teſta proueniunt. Cum cæteri galei bis anno pa- G
riant, (uti modo diximus) canicula ſemel parit in uere. Fœtum ubi aliquis 7
imminet metus, in ſe recipit, & rurſus emittit, ut & cæteri galei. Galeus ca-
nicula uiroſo ſapore eſt, & malum procreat ſuccum. Dentium dolores ſe-
dantur cerebro caniculæ in oleo decocto adſeruatóque, ut ex eo dentes ſe-

*Ἀλώπηξ, ἀλωπεκίας. Vulpecula, uulpes marina.*

mel anno colluantur. ἀλώπηξ ἢ ἀλωπεκίας, id eſt uulpecula, guſtu ſimilis eſt ter
reſtri uulpeculæ quadrupedi, unde illi nomen. Oua ad præcordia continet
ſuper mammas illas: quibus, ut deſcenderint, iam abſolutis, fœtus innaſci-
tur. Fœtus ſuos frequentiſſime emittit & recipit alopecias. Piſces, qui uul-
pes marinæ nuncupantur, cum ſe degluti ſſe hamum ſenſerint, hoc modo
ſibi opitulantur: tranſglutientes magnam lineæ partem uſque ad tenuio- 8
ra fila, lineam ita abrodunt. Archeſtratus, inquit, uulpem galeum piſcem H

*Canis pinguis. Ἀκανθίας, ſpinax.*

Rhodi optimum eſſe: & canem pinguem à Syracuſanis uocari. ἀκανθίας, id eſt 9
ſpinaci idem generandi modus, qui uulpeculis eſt: oua enim ad præcordia
continent ſpinaces ſuper mammas illas: quibus ut deſcenderint iam abſo-
lutis, fœtus innaſcitur. Spinax unus ex galeis recipere intra ſe prolem ſpinæ
impedimento non poteſt. & hoc quoque illi peculiare, quòd cor habet pen

*λεῖος γαλεὸς, leuis galeus, uel muſtelus.*

tagonum. Galei λεῖοι, id eſt leues uocati, oua per uuluam mediam, ut canicu
læ geſtant: quæ poſtea in utrunque uteri ſinum deſcendunt, & animal gi-
gnitur umbilico hærente ad uuluam, ita ut ouo abſumpto, partus non ali-

*Ἀστερίας, ſtellaris, ποικίλος*

ter atque in quadrupede contineri uideatur. ἀστερίας, id eſt ſtellaris, quem
ποικίλον alij uocant, parit ſæpiſſime: quippe qui bis mēſe putatur parere: quod
ideo

A ideo uidetur, quia oua eorum non ſimul perficiuntur. ſępiſſime fœtus ſuos intra ſe recipit & emittit. Cæteros galeos ſuauitate uincit aſterias: eſtq; tenerior & melior, ut Iceſius prodidit. E galeorum genere eſt & qui apud Romanos maximo habetur in pretio, quem galexian uocant. Hic in Græco quidem mari nuſquam uidetur naſci. & cum cæteri galei duriorem habeāt carnem, hic teneriore carne præditus eſt. Quæ galei uocātur, ita ſe habere palam eſt: quæ autem γαλαὶ, id eſt muſtelæ appellātur, ſimilimæ ſunt murenis: nullámque cum muſtelo communitatem habent. in Silphio lacu naſcuntur plurimæ. De muſtela hæc cecinit Auſonius,

*Galexias, γαλεξίας.*

*Γαλῆ, muſtela.*

*Murenis, ταρτασίοισι.*

Quæque per Illyricum, per ſtagna binominis Iſtri
Spumarum indiciis caperis muſtela natantum,
B In noſtrum ſubuecta fretum: ne lata Moſellæ
Flumina tam celebri defraudarentur alumno,
Quis te naturæ pinxit color? atra ſuperne
Puncta notant tergum, quà lutea circuit iris:
Lubrica cœruleus perducit tergora fucus.
Corporis ad medium fartim pingueſcis: at illinc
Vſque ſub extremam ſqualet cutis arida caudam.

Vt uero alij, muſtela breuis piſcis eſt & iecorino adeo ſimilis, ut eundem ei ſe diceres. Pupillæ oculorum ad cyaneum colorem accedunt: eius mentum quàm iecorini maius eſt, & minus quàm chremytis. algas depaſcitur, & ſaxatilis eſt: atque ſimiliter ut muſtela terreſtris omnium cadauerum in quæ C inciderit, oculos exeſt. Proxima eſt ſcaris mēſa generis dūtaxat muſtelarū, inquit Plinius, quas mirū dictu inter Alpes quoque lacus Rhetiæ Brigan-
10 tinus æmulas marinis generat. Comitiali morbo correptis datur muſtelæ marinæ iecur.

*Muſtela marina.*

1 Galei uocantur, &c. Theodorus muſtelos uocat. 2 Squalus, ut equidem arbitror, apud Pliniū lib. 9 galeus eſt, cap. 24 & 51: quanquam Maſſarius in priore capite non ſqualum ſed galeum legi mauult. 3 Pugna ſpongiatorum cum canibus marinis pulcherrime deſcribitur à Plinio lib. 9. 4 Scyllam, &c. Eſt apud Oppianum ſcytale, quæ in alto degit pelago, raro litora adiens: uide an ſit eadem quæ ſcylla, an Oppiani exemplaria ſint mendoſa, & legendū potius ſit σκυλλαίπ pro σκυταλαίπ. 5 An idem piſcis hic ſit, qui apud Ouidium in Halieuticis inter pelagios piſces numeratur:

*Muſtelus.* *Squalus.* *Scytale.*

Cercyróſque ferox ſcopulorum fine moratus, uel cercuros, κερκοῦρος apud
D Oppianum, qui in ſaxorum cauernis uictitat. 6 Suſpectus mihi quidem uidetur hic Ariſtotelis locus, uti prius in raia admonui. 7 Quomodo fœtum emittit & recipit, docet Oppianus lib. 1 de piſc. 8 Hoc in loco libentius ſecuti ſumus ueterē Ariſtotelis interpretem quàm Theodori uerſionem, ex Oppiani quoque & Plinij authoritate. 9 Spinaces, inquit Maſſarius, ſic à ſpinis quæ binæ & albæ eminēt dorſo nuncupati. 10 Marinis, aliàs murenis, ſed potius legendum arbitror marinis: ut ſcilicet comparentur muſtelæ, quæ lacuſtres ſunt, marinis piſcibus uel optimis, uel marinis, ſcilicet muſtelis, de quibus Plin. hoc loco lib. 32: & inter marinos piſces Columel. lib. 8 auidas muſtelas habet: & Ennij uerſus eſt apud Apuleium apolog. prima,

*Cercyros, cercuros.*

Omnibus ut clupea præſtat muſtela marina.

De piſcibus longis. Cap. CLXV.

QVi longi ſunt piſces & corpulenti, ut anguilla, conger, ut mugilū genus quod in lacu Sypharum naſcitur, parte corporis prona binas ha-

bent pinnas: ſed quæ in cæteris piſcibus ſupina parte habẽtur, carent ex iis E nonnulli. Iis uero qui prælongi ſunt & ſerpentis ſpeciem magis referunt, nullæ omnino ſunt pinnæ, ut murenæ: ſed flexuoſo impulſu corporum ita humore utuntur, ut terra ſerpentes: & iis neque branchiæ integræ ſunt atque diſcretæ, ut cæteris piſcibus habentur. Genus piſcium longum aquiloniis locis melius uiget. Et quidem æſtate loco eodem in aquiloniis plures longi quàm lati capiuntur.

## De murena & aliis quibuſdam longis. Cap. CLXVI.

*Murena,* Μύραινα. Ταρτησία. Ταρτήσιον.

MVrena prælongus piſcis eſt, & ſerpentis potius quàm piſcis ſpeciem 1 referens. pinnas nullas habet: ſed flexuoſo impulſu corporis adnatatum ita mari utitur, ut terra ſerpẽtes ad greſſum: modóq; ſimili repit in hu F more, & in ſicco quoque nonnunquam: nec ullæ huic branchiæ, inquit Plinius. Licinius Macer murenas tantum fœminini ſexus eſſe tradit: Ariſtote 2 les myrum uocat maré qui generat. Diſcrimen, quòd murena uaria & infirma eſt: myrus unicolor & robuſtus, colore laricis. Myrum præterea, Dorion author eſt, nullas per carnem ſparſas habere ſpinas: ſed totum in alimentum utilem eſſe, & carne admodum tenera. Sunt uero duo eius genera, alterum nigrum, alterum ſubrufum eſt: præſtat qui niger eſt. Ad murenam reuertamur: dentes tam intus quàm extra os poſſidet. In Gallia ſeptẽtrionali murenis omnibus dextra in maxilla ſeptenæ maculæ ad formam ſeptentrionis aureo colore fulgent duntaxat uiuentibus, paritérque cum anima extinguuntur. Tenuiſſimum his tergus, contrà anguillis craſſius. Branchias non habet murena integras articulatáſque, ut cæteri piſces: qua- G ternas tamen utrinque poſſidet, & eas ſimplices. Fel habent murenę ſemotum à iecore, inteſtinis commiſſum. exeunt in terram, & ſæpe in ea capiuntur. Licinius Macer (ut diximus) murenas tantum fœminini ſexus eſſe tradit: & concipere è ſerpentibus in ſiccum litus elapſas, id quod falſo credi affirmat Andreas. Murenarum certe coitus, ut & Ariſtoteles prodidit, complexu mutuo ſupinarum partium agitur, ut ſerpentum. Murena omnibus anni temporibus parit oua parua: cuius partus & numeroſior eſt, & ex paruo in maximum cito adoleſcit. Murena neque in ſtagnis gignitur, nec temere fluuios ipſam ſubire inuenias: nonnunquam tamen & quæ in utroq; 3 uictitent, in mari ſcilicet & aqua dulci, reperiuntur. Partim pelagia partim H litoralis murena eſt, ſed fere in ſaxorum cauernis degit: & ſola ex pretioſis piſcibus (quanuis Tharſenſis Carpathiíque pelagi quod eſt ultimum, uernacula) quouis hoſpes freto, peregrinum mare ſuſtinet. Sola carne ueſcitur murena. pingueſcere iactatu traduntur. latent autem quibuſdam anni tẽporibus. Ouidius prodidit in eo uolumine quod Halieuticon inſcribitur, murenam rete circundatam maculas appetere ipſas conſciam teretis ac lubrici tergi: tum multiplici flexu laxare donec euadat. Murena ut hæſerit hamo, amplius deuorat hamum, admouétque dentibus lineas atque erodit. Idem infixam hamo inuertere ſe, quoniam ſit dorſo cultellato, ſpináque lineam præſecare. In piſcinis nonnullis commiſceri eas cum alterius notæ piſcibus

*Myrus,* Μύρος.

*Ardens auratis murena notis, inquit Ouidius.*

*Aliàs, lactatu*

*Hæc Ouidius in Halieu. anthiæ tribuit, non murenæ.*

A piſcibus non placet: quia ſi rabie uexantur, quod huic generi uelut canino ſolet accidere, ſæuiſſime perſequuntur ſquamoſos, plurimóſque mordendo conſumunt. Fuſte non interimi murenas aiunt, eaſdem ferula protinus. Animam in cauda habere certum eſt, (inquit Plinius) eáque icta celerrime
4 exanimari: at capitis ictu difficulter. Nouacula & ferrum quæ piſce tacta ſunt, olent. Murenæ morſus uenenoſus eſt: eadémque comitantur ſymptomata, quæ uiperæ morſum: uerum pernicioſas illas teretes eſſe minoréſque ac uarias, atque è uipera prognatas tradit Andreas. Murena polypo hoſtis eſt & carabo, atque cum utroque pugnat. Probantur ex murenis maxime
5 è Siculo freto quæ πλωταὶ & Latine flutæ dicũtur, quòd in ſummo ſupernatantes, ſole torrefactæ curuare ſe poſſe, & in aquam mergere deſinant: atq; ita faciles captu ſint. Carnem habet murena nec durã nec mollem, ſed me- *Flotæ, flutæ.*
B diocrem: quæ item ſuccum procreat neque tenuem neq; craſſum, ſed mediocrem: quæ tamẽ in uitioſis aquis degunt, peſſimæ ſunt. Alunt murenæ, inquit Iceſius, nõ minus quàm anguillæ aut congri. Murenæ morſus, ipſarum capitis cinere ſanantur. Lichenas & lepras tollit murenarum cinis cũ mellis obolis ternis. Eſt & murena quædam fluuiatilis, cui ſpina unica eſt, ut Dorion prodidit, non aliter quàm aſellorum generi, quod callariam dicunt. Serpentis quoque ſpeciem refert anguilla, piſcis longus ac leuis: binas habet pinnas iuxta branchias, quas utrinque quaternas gerit ſimplices, eáſque exiguas: gula quoque illi exigua: fel in iecore ineſt. In omento ſebũ pinguéue paucum, & in paucis ineſt: plurimæ eo carent. Nõ eſt in iis genus ma- *Murena fluuiatilis.* *Anguilla.* Ἔγχελυς. Ἐγχέλις.
C ſculinum fœmineúmue: nec per coitum procreantur, nec pariũt oua. Nec uero capta unquã aliqua eſt, quæ aut ſemen genitale aut oua haberet. Meatus quoque uel ſemini uel uuluæ accommodatos nulla reſciſſa oſtendit: ſed hoc unum fere inter ſanguinea genus totum ſine coitu, ſine ouo procreatur: quod ita eſſe argumento conſtat, quòd in nonnullis fœculẽtis ſtagnis, aqua omni exhauſta, & limo detracto, anguillę denuo generãtur ubi aqua acceſſerit pluuia: nam ſiccis temporibus gigni nequeunt, etiam in ſtagno perenni: quippe quę imbre & uiuant & alantur. Conuolutis ſibi inuicem anguillis attritu corporum mutuo, ut nonnulli tradunt, mucor quidam in arenam limúmque diſtillat: ut uero aliis uidetur, atterunt ſe ſcopulis: ea ſtri- *Mucor, ἰχώρ.*
D gmenta uiueſcunt. nec alia eſt earum procreatio: nam anguilla neque mas neque fœmina eſt, ut modo diximus, neq; prolem ex ſe aliquã poteſt procreare. Quam autem differentiam maris & fœminę anguillæ notarũt quidam, ſcilicet alteram caput habere amplius atque oblongius, alteram, hoc eſt fœminam, repandius, hæc non maris ac fœminæ differentia eſt, ſed generis: non ſunt enim fœminæ, ſed quia aſpectu à cæteris differunt, fœminę appellantur. & ſunt in anguillarum genere meliores quę fœminę uocantur. E fluuiis in mare deſcendunt anguillę: & in utroque humore degunt, marino ſcilicet & dulci. Anguillæ octonis uiuunt annis: durãt & ſine aqua ſenis diebus aquilone ſpirante, auſtro paucioribus. At hyemem eædem in exigua aqua non tolerant, nec in turbida: ideóque circa uergilias maxime capiuntur, fluminibus tum præcipue turbidis. Anguillæ paucæ quædã cer-

tíſque locis ueſcuntur limo atque eduliis,ſi quis apponat:ſed plurimæ dul- E
ci humore uiuunt,idq; qui uiuariis anguillariis dant operam (ἐγχελιοτρόφοι dicuntur)ſummopere curãt,ut quàm maxime pura ſynceráque ſit aqua af fluens ſemper & effluens per ripas,ubi uiuaria extruuntur:in turbida nanq; breui ſuffocatæ intereunt:ideóque quo eas facilius capiant,aquam perturbant.paſcuntur noctibus: interdiu in luto quieſcunt. exanimes piſciũ ſolæ non fluitant.Anguillæ quanuis uel ex puriſſima capiantur aqua, ſuccum probum nunquam efficient,ſed lentum pituitoſúmq;.Et anguilla paluſtris ſapore magis ingrato eſt quàm marina:ſed uberius alit,ut Diphilus author eſt.Iceſius autem anguillas inter piſces optimum procreare ſuccũ, & ſtomacho admodum gratas eſſe prædicat:abundéque nutrire,& edẽtes facile

*Anguillæ Macedonicæ,*
*Cõger, Gõger.*
*Γόγγρος.*
*Gryllus.*

ſaturos reddere. & Macedonicas anguillas inter ſalſamenta numerat. Cõ- F
ger(quem & gongrum appellant) gryllus quoque à nonnullis uocatur,an- 6
guillæ ſimilis eſt,lõgus leuíſque ac lubricus.Pinnulas tantum binas habet: & binas utrinque brãchias,alteras ſimplices,alteras duplices. gula illi exigua eſt.In fellis ſitu ambigit:aliis enim ad iecur,aliis infrà ſepoſitum adhæret fel.Conger ad ingentem creſcit magnitudinẽ,præſertim in Sicyone,ut Eudoxus author eſt.Congrorum generatio,ut Oppianus tradidit,nõ aliter fit atque anguillarum,attritu ſcilicet corporum mutuo, indéque mucore quodam in arenam limúmue diſtillante ex quo naſcuntur congri . uerùm ut Ariſtoteli uidetur,congri fœturam intra ſe continent,ouum ſcilicet,ſed minime arenidum,quale in piſcibus cernitur qui ſquamis integũtur . Nec
ipſa fœtura ſatis patet in utero pinguedine obeſo:eſt enim prolixiuſcula,ut G
in ſerpentibus,quod certe ignis periculo innoteſcit: pingue enim abſumitur atque euaporatur,oua autem crepitant & extruſa diſſiliunt. ad hæc ſi palpites &,atteras digitis,pingue leue utique ſenſeris:ouum autẽ duriuſculum. Congri itaque alij pingue habent,ouum nullum : alij contrà, pingue nullum,ouum autem quale modo expoſui poſſident. Congrorum genus duplex,albicantes pelagij ſunt:at uero nigricantes ambigunt,partímq; pelagij, partim uero litorales ſunt.Victitant autem frequenter in paludibus & ad fluuiorum oſtia,ubi copia influit aquæ dulcis:

Et fluctus cœno commixtus uertice multo
Voluitur à terra.

Carne tantum ueſcuntur congri,uti docet Ariſtoteles. Congri polypos e- H
dunt:leue enim & lapſum congri corpus uſum hoſtis in dimicatione effu- 7
git. Conger & murena caudas inter ſe prerodunt. Conger, ut Philotimo placet & Galeno,duram carnem habet:quę tamen concoctu non admodũ
difficilis eſt,uti Xenocrates docuit,nec mali ſucci . Nutrit copioſe, uerum 8

*Acus, belone.*
*Rhaphis.*
*Aculeatus,*
*Βελονίς.*

ori non adeo gratus eſt.Acus ſiue belone, quem & aculeatum uocamus & rhaphida,piſcis eſt longus,tenuis & leuis,roſtro præacuto & in cornus mo
dum duro. Dentes non habet, ut refert Athenęus : fel habet iecori annexũ. 9
fœtificat ſero,& hyeme parit. Vnus piſcium dehiſcẽte utero non tam pro-
pter multitudinem ouorum,quàm magnitudinem parit:habet enim hic ri 10
mam quandam ſub uentre imo,ut cæcę ſerpentes, τυφλίνους uocant, à partu

uiuit

A uiuit, & uulnus coaleſcit: & modo phalangiorum proles parentem offuſa
circundat, & ſi tetigeris, fugiunt. Victitat belone locis partim ſaxoſis, par-
tim arenoſis. Poſtquam laqueos retiáque piſcatorum euaſerit belone, uti
refert Oppianus, dum conuerſa morſu lacerare retia cupit, dentibus hæret
in lino, atque ita capitur. Stomacho minime grata belone eſt: malum pro-
creat ſuccum, faciléque corrumpitur & parum nutrit, ut Xenocrates pro-
didit: ut uero Diphilus, concoctu difficilis eſt, ſed probum efficit ſuccum.
Belonę ſphyræna ſimilis eſt, eam Athenienſes ceſtram dixere. Sudis Latine *Sphyræna.*
11 appellatur, quę à Græcis ſphyręna, roſtro ſimilis nomine, magnitudine in- *Sudis.*
ter ampliſſimos rarus, ſed tamen non degener. Duplex earum genus, utrū- *Ceſtra.*
que longum. Si reti claudatur ſphyræna, ſerpentis in morem è maculis ela-
B bitur: adeo lubrico eſt tergo. Gregatim degunt ſphyręnę. ſapore non admo
dum grato ſphyræna eſt: ſed ſuccum gignit bonitate mediocrem, & qui co
pioſius nutriat, quàm qui è congro. Zygæna piſcis longus eſt, ut prodide- *Zygæna.*
re quidam: ab aliis uero inter cete numeratur ferociſſima. Zygęnæ fel ad- *Libella.*
nexum iecori eſt. Caro zygęnæ & dura eſt & inſuauis. Zygęna cum ſit aſpe
ctu infauſto infelicíque, non eſt proſpera nauigantibus. Forma (ut Op- *Echeneis,*
12 pianus ſcribit) anguillæ proxima eſt echeneis, piſciculus ſeſquipedalis: Ἐχενηΐς.
quinque digitorum craſſitudine, ut Trebius Niger prodidit. Qui eum *Remora.*
uidere, inquit Plinius, limaci magnæ ſimilem eſſe dicunt. Saxis aſſue-
tus eſt, pelagiúſque, raro litora petens, colore nigricāte fuſcóue: roſtro a- *Colore nigricā*
cuto atque prope in hami morem incuruo. Hanc errore nonnulli pedes ha *te, &c. αἰθα-*
C bere prodiderunt: expes autem omnino eſt: ſed quoniam pinnas ha- *λόεσσα, fuligi-*
bet pedibus ſimiles, hinc fit ut pedibus inſtare uideatur. Hoc piſce carinis *noſo.*
adhærente, naues tardius ire creduntur, inde nomine impoſito: & è noſtris
quidam Latinis remorā appellauere eū. Ruant uenti licet, & ſęuiant pro- *Remora.*
cellæ, imperat furori, uiréſque tantas cōpeſcit, & cogit ſtare nauigia, quod
non uincula ulla, non anchoræ pondere irreuocabili factæ. Hæc prętoriam
Antonij nauim Acciaco marte tenuiſſe fertur: & poſtea Caij Caligulæ. Ad
mirandum certe, quomodo adhærēs teneat, nec idem polleat in nauigium
receptus: mirúmque è Græcis alij lubricos partus atque procidentes conti
neri ad maturitatem alligato eo, prodiderunt: alij ſale adſeruatum adalli-
gatúmque grauidis, partus ſoluere: ob id alio nomine odynolyontē appel- *Odynolyon.*
D lari. Præterea hanc eſſe eius uim adſeruati in ſale Trebius niger arbitratur, *Aliàs, appel-*
ut aurum quod reciderit in altiſſimos puteos, admotus extrahat: tamen in *lauere.*
cibos non admittitur. Oblongo corpore muſculus eſt, μυστικῆτον Græci uo- *Muſculus ma*
cant, piſcis paruus, cauda tenui. Dentes nullos habet: ſed pro his, ſetis, ſuillis *rinus.*
ſimilibus intus os hirtum, & linguam etiam ac palatum. Balenam antece- Μυστικῆτος.
dit muſculus, & oculorum uice fungitur, monſtrátque uiam ducítque per *Aliàs, & lin-*
æquor, nec balenę ſolum dux eſt, ſed & ceterum aliorum, ut tradit Oppia- *guā etiam ap-*
*pellatam.*
13 nus: nam cete non longe cernunt. βδέλλαι in quodam Lybiæ fluuio naſcūtur βδέλλα.
ſeptenûm cubitorum, quæ branchias habēt perforatas, ita ut per eas reſpi- *Hirudo.*
14 rare poſſint, inquit Strabo. βδέλλας, id eſt hirudines, quas & ſanguiſugas uo- *Sanguiſuga.*
cant, nonnulli captas ſeruant: diuerſus etenim earum ad extrahendū ſan- βδέλλα.

guinem uſus eſt.quippe eadem ratio earum,quæ cucurbitarum medicina- E
lium ad corpora leuanda ſanguine,ſpiramenta laxanda, iudicatur : ſed ui-
tium,quòd admiſſæ ſemel deſiderium facere circa eadem tempora anni
ſemper eiuſdem medicinæ feruntur.decidunt ſatietate & pondere ipſo ſan
guinis,aut ſale cineréue aſperſæ.Quòd ſi forte hirudinum penuria ſit, aut
cum admouentur,pauciores quàm pro deſiderio adhæſerint, forcipe cau-
da inciditur:ita enim fiet ut effluente ex ipſis ſanguine, ab attractione non
deſiſtant,donec cinere aut ſale aſpergãtur . Scire autem oportet,hirudines
non ſanguinem qui in intimo corpore eſt extrahere,ſed eum qui in extre-
ma carne continetur exugere. Aliquando,inquit Plinius,affixa relinquunt
capita:quæ cauſa uulnera inſanabilia facit,& multos interimit : inuehúnt-
*Hirudines rufæ.* que uirus remedio uerſo:maximéque rufæ ita formidantur. Ergo ſugẽtia F
ora forcipibus præcidunt:ac ueluti ſiphonibus defluit ſanguis, paulatímq;
morientium capita ſe contrahunt,nec relinquuntur. Hæc Plinius.Incedũt
hirudines parte corporis priore præcedente, & quod reliquum eſt corpo-
ris,ad illam contrahunt:& hoc quidem pacto,uno ex loco in alium ferun-
tur.Capillum denigrant ſanguiſugę, quæ in uino nigro diebus quadragin-
ta computruêre : alij in aceto ſextariis duobus ſanguiſugarum ſextarium
in uaſe plumbeo iubent putreſcere totidem diebus, mox illini in ſole.
Sornatius tantam uim habere tradit,ut niſi oleum ore contineant qui tin-
gunt, dentes quoque eorum denigrari dicat.Palpebrarum & aliis quoque
locis naſcẽtium pilorum,pſilothrum ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus
eſſe putatur.comburi eas oportet nouo uaſe fictili.In Gange Indiæ Statius 16
Seboſus haud modico miraculo affert uermes brãchiis binis LX cubitorũ G
*Cœruleus uermis.* cœruleos nomine & colore,(hi nomen à facie traxerũt)adeò robuſtis uiri-
bus,ut elephantos ad potum uenientes,mordicus comprehẽſa manu ipſo-
rum,rapiant in profundum. Cteſias Gnidius author eſt,in Indo fluuio be-
ſtiarum ferarum experte,uermem naſci, qui eorum qui in ligno gignũtur
& aluntur uermium,ſpeciem habet.Hunc ad ſeptem cubitorum longitu-
dinem,& eo amplius excreſcere:cuius craſſitudinem decem annos natus
puer manibus uix circũplecti queat.Huic in ſuperiori oris ſede unus dens
ineſt,in inferiori alter:ambo quadranguli cubitalem longitudinem habẽt:
& quodcunque ſiue animal ſiue lapidem comprehenderit, facillime cõte-
rit.Interdiu ima in ſede fluminis uerſatur, noctu ad terram procedit, & in H
quodcunque inciderit,uel equũ, uel bouem,uel aſinum cõficit, atq; in ſuas
ſedes trahit:& in flumen abſtruſus,membra omnia,excepto uentre,exeſt.
Ac ſi interdiu fame premitur,ſiue camelus ſiue bos in ripa bibit, uiolentiſ-
ſimo impetu,ſumma labra mordicus comprehendit, & robuſto tractu in
aquã protractum edit.eius pellis duorum digitorum craſſitudine eſt. Hũc
cum ceperint,triginta dies appenſum tenent:atq; ex eo in fictilia uaſa craſ-
ſum oleum ſtillat:quod quidem ipſum regi Indorum apportant.Huius ea
eſt uis olei,ut ſine ullo igne eius infuſa hemina, quencunque lignorum a-
ceruum comburat.Ac ſi uel hominem uelis,uel aliud animal exurere, pri-
mum ut hoc infuderis,funditus ſtatim deflagrauerit.

A 1 Etiam lib.1.hiſto.animalium uidetur Ariſtoteles murenam ſeparare à piſcibus natandi modo. 2 Pliniani codices plurimi pro myro myrinum habent: uerũ myrino, ut Ariſtoteli placet, (Theodorus murinum uocat) imbres nocent: fit enim ut pluuiis multi excæcentur, ſi modum aqua exceſſerit. Colore laricis, ὅμοιον τῇ πίτυϊ ita legit Theodorus: Atheneus uero ἴυγγι, id eſt colore auis, quæ iynx dicitur: cui lectioni cõſentire uidetur & uetus Ariſtotelis interpres. Sed ſcrupulus reſtat, quòd Athenæus addidit, ὅλον πάντη ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, ut ſcilicet in omnibus partibus tam externis quàm internis unius ſit coloris. Nihil uolui mutare, ſed admonere. Smyrus etiã à Plinio inter marinos piſces numeratur, uerum tanquam alterius generis à murena. 3 In utroque. Inter eos piſces numeratur etiam à Galeno, qui in utroque humore, ſcilicet in mari & aqua dulci uictitant, in lib. de cib. bo. malíque ſuc. 4 Vetuſti codices nonnulli habent, Nouacula piſce quæ tacta ſunt, ferrum olent, ut ſit nouacula piſcis. 5 Siculo freto, &c. Martialis lib. 13.

*Myrinus.* *Murinus.* *Smyrus.* *Nouacula.*

Quæ natat in Siculo grandis murena profundo,
Non ualet exuſtam mergere ſole cutem.

B Flutæ. Theodorus etiam ῥυάδας flutas interpretatur lib. 4 hiſtor. animalium. Rhyades quoties piſcium lotura uel nauis ſentina ciecta eſt, fugiunt ut odorem ſentiẽtes. Libro autem quinto, rhyades per æſtatẽ pariunt: Theodorus ſpargos uocat. Libro 6, rhyadas piſcium genera dixit ſolitaria, id eſt quæ ſolitaric uagantur: αἱ δὲ ὀχεῖαι γίνονται τοῖς μὲν ῥυασὶ τὸ ἔαρ, id eſt: parit ſolitariorum genus in uere. Sed uide ne mẽda in his locis ſubſit in Græcis exemplaribus, 6 Gryllus, inquit Diphilus, ſimilis eſt anguillæ, ſed inſuauis. 7 Veſcuntur. Hæc non de congro, ſed de murena narrat Oppianus. Aliter hunc locum uertit Theodorus, ſed nos hic & Græcam ſecuti lectionem, & ueteris interpretis ſenſum ita reddidimus. Et ex Plinio quoque lib. 9 polypum congri lacerant. 8 Ori non adeo gratus ἐκ δύστομος: forſitan ἐκ ἄστομος apud Oribaſium.

*Ῥυάδες.* *Spargus.*

9 Duro. Addit Maſſarius, dorſo cœruleo ad uiride inclinante: uentréque argentei coloris. Et Albertus Magnus Spinam habet uiridis coloris. 10 Piſcium dehiſcente.

C Dehiſcente propter multitudinem utero, inquit Plinius. 11 Sphyræna. Mirum quòd dicat Plinius hunc & alios quoſdam piſces, de quibus in hoc lib. 32 ſcribit, à nullo authore nominatos. Sphyrænã Theodorus malleolum uocat. 12 Seſquipedalis. Apud Plinium legunt hìc quidam, ſemipedalis. 13 Brãchias habẽt perforatas. Et gulam perforatam habent ad reſpirandum: Ælianus. 14 Βδάλλαι παρὰ τὸ βδάλλειν, id eſt emulgêre: ſanguinem nanque cuti admotæ exugunt. Quo pacto ſeruantur, atque ad uſum accommodantur, monſtrat Galenus lib. de hirudinibus. 15 Branchiis binis. Aliàs, brachiis binis ix cubitorum. Solinus ita habet, Hi bina habẽt brachia longitudinis cubitorum non minus ſenûm.

*Malleolus.*

## De planis piſcibus, qui ψηττώδεις dicuntur, id eſt qui paſſerina ſunt ſpecie. Cap. CLXVII.

D

Ψηττώδεις τῶν ἰχθύων, id eſt piſces qui paſſerina ſunt ſpecie (qui & plani uocantur) eodem modo natant quo coclites, & altero oculo orbati incedunt: nam eorum natura à recta figura peruerſa eſt. Pſettaceum genus non coit: nec enim in eo genere mas eſt, ſed oua in omnibus reperiũtur. Limoſa
1 regio, ut Columella prodidit, planum educat piſcem, ut ſoleam, rhombum & paſſerem. Cibo ſuaues ſunt, & probe nutriũt rhombus, paſſer & bugloſſus. Paſſeres à rhombis ſitu tantum corporum differunt, dexter reſupina-
2 tus eſt illis, paſſeri leuus. ψῆττα, quam paſſerẽ uocamus, bugloſſo ſimilis quodammodo eſt: non tamen omnino eiuſdem ſpeciei: bugloſſi nanque caro, ut Galenus affirmat, & tenella magis eſt, & in cibo ſuauior, atque in omnibus præſtantior quàm paſſeris: quanquam nec illius caro dura eſt, ſed me-

*Ψηττώδης ἰχθύς.* *Planus piſcis.* *Paſſer, ψῆττα, ψίττα.* *Rhombus.* *Bugloſſus.*

diocris. Xenocrates autem bugloſſum & pſettam, carnē habere duram & E
corruptioni minime obnoxiam,probúmque gignere ſuccū & aluum me-
diocriter ciere prædicat.ut uero Diphilus,pſettæ & bugloſſi ſuaues ſunt, &
copioſum præbent alimentū.Bugloſſi caro,ut docet Galenus,ex iis eſt,quę
ſuccum gignunt neque craſſum admodum neque tenuem, ſed qui uſque-
*Ὑπτηχλὼ βό-γλωσσον dixit Archeſtratus.* quaque mediocritatem obtineat: qua & in ſaxatilium penuria eorum lo-
co uti licebit.neque uictus utrique prorſus eadem ratio eſt: bugloſſus nāq;
loca arenoſa magis,paſſer cœnoſa amat. Cynogloſſon quoque pſettam uo-
*Cynogloſſus.* cant Athenienſes, à bugloſſo diuerſum. Rhombum Diphilus bugloſſo &
*Rhombus.* pſetta nihilo deteriorem iudicat:quod ſcilicet ad ſaporis gratiam pertinet,
alimētíue,quod ex eo præſtatur copiam.Mediocritatem obtinet rhombus
inter duram & mollem carnem ait Galenus:aſello tamē durior eſt. Xeno- F
crates autem duram eſſe eius carnem,nec facile corrūpi poſſe: oportere ue-
ro rhombum magnum uno die adſeruatum,poſtea coquere:in uentriculo
ęgre concoctionem pati,ſed nutrire abunde. A rhombis paſſeres(uti modo 3
diximus)ſitu tātum corporum differunt:dexter reſupinatus eſt illis, paſſeri
lęuus.Latus admodum piſcis rhombus eſt,uel Martiale teſte:

> Quanuis lata gerat patella rhombum:
> Rhombus latior eſt tamen patella.

Rhombi abditi pinnas exertas mouent ſpecie uermiculorum: ita Plinius.
*ψῆττα.* Ariſtoteles uero de ψῆττα,Cum nullam, inquit, ſui corporis partem intectā
reliquerit, uerberat radiolis ſui oris, quos piſcatores uirgulas uocant:quas 4
piſciculi cum aſpexerint, adnatant quaſi ad algas quibus ueſci ſoliti ſunt. G
Lieni medetur (ut aiunt) rhombus uiuus impoſitus,dein remittitur in ma-
*Tænia,ταινία.* re. Bugloſſo atque paſſeri ſimilis tænia eſt, piſcis tenuis gracilíſue, & in ci- 5
bo quoque gratus, & qui paruo igne indiget.pinnas habet tantum binas.
*Alii hoc loco Plinii legunt channæ iecur.* Tæniæ frequētes & optimæ naſcuntur in Alexandriæ Canopo & Seleucia
Antiochiæ. Tæniæ iecur ſiccatum pondere x i i i i cum oleo cedrino per-
*Citharus.* unctis pilis i x menſibus,pſilothrum palpebrarum eſſe putatur . Citharus 6
*κιθαρός. κιθαρίς. κίθαρα.* piſcis planus rhombo ſimilis eſt:uerum rhombus teneriorem habet carnē.
neque huius tamen caro dura eſt,ſed mediocris,uti iudicat Galenus.Eſt au-
tem,ut Xenocrates prodidit,ſtomacho ingratus:malum procreat ſuccum,
ſed non facile corrumpitur. Alga paſcitur,in arenoſis locis uictitans. Den-
tes habet ſerratos,linguam ſolutam, cor album atque latiuſculum. appen- H
dices habet plures ſuperne circa uentriculum . In hoc genere alius ruſeſcit
aut flaueſcit,alius candidior eſt. Hæc ex Athenęo. In mari rubro , inquit
Ælianus, piſcis naſcitur, cuius corpus ita figuratum eſt, ut ſimilitudinem
lingulacæ eius latitudo gerere feratur. Squamæ non magnam tangenti a-
ſperitatem habent. ſubaureo eſt colore, & lineis à ſummo capitis uertice
ad extremā caudam ſic diſtinguitur, ut eas cytharæ fidiculas contentas eſ-
ſe dicas,unde is citharus appellatur.Os illi peſſum it & ſubſidit,idémq; ni-
gerrimum eſt,atque cingulo croceo circunligatur.uertex uarietate diſtin-
guitur, fulgore aureo & nigris quibuſdam lineis.Pinnas aureas habet.ruſo
colore multipliciter uariatur.Cauda eſt nigra præter extrema:ea enim cā-
didiſſimo

A didiſſimo colore aſperguntur. Alij item picti naſci dicuntur, toto corpore purpurei, certis interuallis aureolas lineas poſſidentes: eorum uero caput cingulis uiolaceis illuſtratur, uno quod eſt ante oculos ad branchias pertinente, altero ſecundum oculos uſque ad medium caput excurrente, alio autem tanquam monili ſic collum circumplicante. Piſcis eſt, ut nomen indicat, Apollini ſacer, ut & Apollodorus author eſt, ſicuti cytheria Veneri. Inter planos piſces, ut author eſt Dorion, unà cum pſetta & bugloſſo nume-
8 ratur & eſcharus, quem etiam corin uòcant. Lato quoque generi epodas ex Ouidio adiecit Plinius, eorum ex numero quorum nomina apud neminem alium reperiuntur.

*Γύῤῥος. Cytheria. Ἔσχαρος. Κόρις. Epodes.*

B 1 Rhombum, &c. Nuſquam Ariſtoteles (quod meminerim) rhombum nominat, ſed ψῆτταν: & (ut refert Athenæus) Latini ψῆτταν rhombum uocant: Theodorus paſſerem interpretatur. Galenus ψῆτταν à rhombo diſtinguit, & pro una ſpecie ψῆτταν accipit, quam Plinius paſſerem uocat, & nonnunquam pſettan: ita & Athenæus frequenter. itaque ψῆττα quaſi genus uidetur eſſe rhombo & paſſeri: & item unam ſignificabit ſpeciem, paſſerem ſcilicet, uti ſentit Hermolaus in annotationibus in Plinium. Paſſer inter aues στροῦθος uocatur: at στροῦθος piſcis eſt apud Ariſtotelem alius à paſſere, cui fel, inquit, non longe à iecore eſt inteſtinis commiſſum. Theodorus non habet. 2 Bugloſſus. Coniicit Hermolaus bugloſſum latine ſoleam dici: & quem Plautus atque Varro lingulacam nominant, aut ſolea eſt, aut illi non abſimilis. Plauti locus eſt in Caſſin. cum dixit uillicus, Vin lingulacam? (Reſpondit ſenex) Quid opus eſt? quando uxor domi eſt: ea lingulaca eſt: nam nunquã tacet. De ſolea & pſetta ita refert Plinius. Terra quidem, hoc eſt uado maris excauato, condi per hyemes pſettam ſoleámque tradunt. Item, ſoleæ cum rhombis non intrant pontum. Lieni medetur ſolea piſcis impoſitus. & Ouidius in Halieut.

*Στροῦθος. Bugloſſus. Solea. Lingulaca.*

C
> Fulgentes ſoleæ candore: & concolor illis
> Paſſer: & Adriaco mirandus littore rhombus.

3 Dexter reſupinatus, &c. Addit Maſſarius aſperum eſſe rhombum: quandoquidem oſſa quædam rotũda aculeata habeat, quemadmodum raia. 4 Verberat, &c. Ῥαβδίζεται τοῖς ἐν τῷ στόματι, ἃ καλοῦσιν οἱ ἁλιεῖς ῥαβδία, Vetus interpres, Et cum latuerit, habet in orificio quandam partem ſicut uirgam. 5 Ταινίαι Theodorus uittam uocat. Tenuis gracilíſue, λεπτή. 6 Αἰνίδες ſunt apud Athenæum: an iidem piſces, an potius legendum ſit ναινίδες? 7 Cytharus, &c. Κιθαρεὺς etiam dicitur: κίθαρος apud Pollucẽ, an ſit idem? 8 Lato quoque, &c. Ouidius quoque in Halieutic. latos epodas cũ ſolea, paſſere & rhombo connumerauit.

*Vitta. Κίθαρος. Αἰνίδες.*

## De piſcibus quibuſdam litoralibus ſaxatilibúſque, de ſcaro. Cap. CLXVIII.

D

1 Apud antiquos nobiliſſimus habitus accipenſer nullo nunc in honore eſt, inquit Plinius: ſed ſcaro datur principatus hodie: ut qui cæteros o-
2 mnes ſuauitate præſtet. Hic ſolus piſcium dicitur ruminare: huic etenim uni aquatilium dentes plani & non ſerrati. Litoralis piſcis ſcarus eſt, circa petroſa herboſáque loca degens: herbis nãque ueſcitur & phuco pręcipue. Solitarius hic eſt, (ut author eſt Ariſtoteles) & carniuorus quoque. Sed Plinius, herbis, inquit, dicitur ueſci, nõ aliis piſcibus. Linguam habet paruam, & quæ ori non ualde adhæreat: cor triquetrum & candidum, lienem nigrum. Superne circa uentriculum exeunt appendices complures. binas utrinque branchias habet, alteras ſimplices, alteras uero duplices. æſtate opti

*Scarus.*

mus habetur. Noctu fere nõ capitur: dormit enim in cauernis latitans. So- E
lus piſcium, ut refert Oppianus, magnam edit uocem. Vacat Eurypus Py-
*Vide ne mendoſa ſint in hoc loco exemplaria Ariſtotelica.* ræus ſcaro & thryſſa, & reliquis ſpinoſioris generis: ita Ariſtoteles. Scarus, 3
inquit Columella, totius Aſiæ & Græciæ litoribus Sicilia tenus frequen-
tiſſimus exit. nunquam in Liguſticum, nec per Gallias enauit ad Ibericum
mare: itaque ne ſi capti quidẽ perferantur in noſtra maria, diuturni queãt
*Scarus apud Varronẽ etiã in piſcinis dulcibus ſeruatur.* poſſideri. Vti uero Plinius refert, ſcarus mari Carpathio frequẽs, promon-
torium Troadis Lectum ſponte nunquam tranſit. Inde aduectos Tyberio
Claudio principe Optatus præfectus claſſis, inter Hoſtienſem & Campa- 4
niæ oram ſparſos diſſeminauit: poſtea frequentes inueniuntur Italiæ in li-
*Quo modo capiatur leges apud Oppianũ lib. 4. de piſc.* tore, non ante ibi captæ. Alga ueſcitur, uti diximus, phucóue marino, eóq;
capitur. Fallitur quoque à piſcatoribus per fœminas, quas amore nimio F
proſequitur. Mirum ſcari ingeniũ Ouidius prodidit in eo uolumine, quod
Halieuticõn inſcribitur: ſcarum incluſum naſſis, non fronte erumpere, nec
infeſtis uiminibus caput inſerere: ſed auerſum caudæ ictibus crebris laxare
fores, atque retrorſum ita erumpere. quem luctatum eius, ſi forte alius ſca-
rus extrinſecus uideat, apprehenſa mordicus cauda adiuuare nixus erum-
pentis. Duo eſſe ſcarorum genera prodidit Nicander Thæateræ̃nus, alterũ
*ὀνίας, αἰολος.* onian uocari, alterum æolon. Saxatilis eſt ſcarus, ut diximus: & caro illi, ut
Diphilus ſcribit, tenella, fragilis, ſuauis, leuis: atque facile & concoquitur
& in corpus digeritur, modicéque aluum mouet. Non ſine præcautione ta
men ſcaro (præſertim recenti) ueſcendum ſuadet: paſcitur enim nonnun-
quam marino lepore: quo fir, ut eius interanea choleram excitent. Xeno-
crates ſcarum cito in uentre corrumpi dixit. Scari piſcis marini iecinore ad G
parotidas utuntur nonnulli.

1 Sed ſcaro, &c. Scarus, inquit Plinius, principalis hodie. Extat Ennij uerſus apud
Apuleium apologia prima, de ſcari præſtantia: Scarum præterij, cerebrũ Iouis pe-
*Ruminalis, μύρηξ.* nè ſupremi. 2 Dicitur ruminare, &c. Ruminat & piſcis, quem ab ea re ruminalẽ
quidam appellarunt, μύρηκα. ita Theodorus Ariſtotelis uerba retulit: mihi uero ita uer
tendum uidetur, Ruminant & piſces (ſcilicet quidam) & quem ab ea re μύρηκα, id eſt
ruminalem appellant: ut incertum adhuc ſit, in quo animalium genere numerari de-
beat μύρηξ. Athenæus ex Ariſtotelis authoritate ſcribit ſcarum eſſe carniuorum. 3
*Scaurus.* Scaurus habetur in codicibus noſtris, & hìc in cap. 16 lib. 8, & cap. 17. 4 Optatus,
&c. uide an ita legendum ſit, an Optanus uel Octauius: ex Macrobio lib. 3 Sat. H

## De mullo, coccyge & aliis quibuſdam ſimilibus.
## Cap. CLXIX.

*Mullus, τρίγλη, τριγλίς, κιναίτις.* POſt ſcarum muſtelámque, ex reliqua nobilitate, gratia maxima & co- 1
pia mullis. Nomen his Feneſtella à colore mulleorum calciamẽtorum
datum putat: trigle à Grȩcis uocatur, ut nonnullis placet, quia ter anno pa-
riat ſolus ſaxatilium. Rufus piſcis eſt, gemina barba inſignis fere: ſed mullũ 2
expirantem uerſicolore quadam & numeroſa uarietate ſpectari, proceres
gulæ narrant, rubentium ſquamarum multiplici mutatione palleſcentem,
utique ſi uitro ſpectetur incluſus. Litoralis piſcis eſt, in arenoſis fere litori-
bus uictitans: & inter ſaxatiles quoque à nonnullis, ſicuti ab aliis inter pe-
lagios

A lagios numeratur:quandoquidem ſecedit nonnũquam & in altum mare.
Plures habet appendices ſuperne circa uentriculum: gregatilis eſt. Ter an-
no parit,ſed autumno potiſſimum.oua ſua limo committit:unde fit,ut ſe-
3 ro parere uideatur:diutius enim frigus continetur in limo. Mullus poſtea
quàm ter pepererit,ſterilis redditur, inquit Athenæus: gignuntur etenim
illi in utero uermiculi quidam qui ſemen eius deuorent. Mullis magnitu-
4 do modica, bináſque libras ponderis raro admodum exuperant: nec in ui-
uariis piſcinísue creſcunt, cum ſit molliſſimum genus, & ſeruitutis indi-
gnantiſſimum. Septentrionalis tantum hos & proxima occidentis parte
5 non gignit oceanus. Vigent mulli potiſſimum autumno. Eorũ genera ſunt *Non,in quibuſdam exẽplaribus expũgitur.*
plura:nam & phucis ueſcuntur marinis, & oſtreis,& limo, & aliorum pi-
B ſcium carne:& barba gemina inſigniuntur inferiore labro.Sunt & qui bar
ba carent:uerum lautiſſimi barbati,ut Sophron author eſt,κνιάπιδες uocan- *γονατίς.*
tur:Xenocrates ita diſtinxit,Mullus pelagius,qui & optimus, perquam ru
bicundus eſt igneóue fulgore & ueluti minio auróque ſplendeſcens, quo à
ſaxatili genere maxime differt.barbam quoque gerit. Lutarium ex iis ui *Mullus lutarius.*
6 liſſimi generis appellãt,ut qui cœno & ſordibus uel uiliſſimis paſcitur. nec
litoralibus gratia, laudatiſſimi ex mari puriſſimo, & qui conchylium ſa-
piunt: qui cancellos deuorant,& grauiter olent & guſtui ingrati ſunt.Prę- *Mullus.*
duram carnem habent mulli,ſed friabilem tamen:quo fit,ut nihil habeant
in ſe aut lentum aut pingue,ſed nec mali ſucci quicquam. Difficulter con-
coquitur,nec facile corrumpitur: quòd ſi probe concoquatur, nutrimenti
C plurimum præbet. Stomacho grata eſt mulli caro, (inquit Diphilus) mo-
dicéque aſtringens, & aluum ſiſtit,præſertim aſſa:nã frixa grauis eſt & con
coctu difficilis: ſanguinem autem elicit quouis modo parata.Iucunda qui- *Ἄιμα τος ἐκκριτική.*
dem eſt mulli caro,inquit Galenus,atque hominum naturæ familiaris: aſ-
ſiduo tamen mullorum eſu,oculorum aciem hebetari prodit Dioſcorides.
Mullos in cibo inutiles neruis inuenio fieri,inquit Plinius. Mulli grandio-
res nec adeo ſuaui ſunt carne atque minores: nec concoctu tam facili, ut
quæ dura admodum ſit.Et ut in uniuerſum dicam, mullus neque tantam
habere ſuauitatem,neque corpori ſalubris adeo uidetur,ut tantopere expe
ti debeat. Cum itaque quendam interrogaſſem, inquit Galenus, qui mul-
los prægrandes ingenti pecunia comparauerat, quamobrem tam ſtudioſe
D eos expeteret,propter iecur potiſſimum reſpondit ſe grandiſſimos emere:
7 deinde & propter caput. Mullus ſi crudus atque diſſectus admoueatur,
marini draconis,aranei ac ſcorpionis ictibus medetur. Contra omnia ue-
neficia ex menſtruis mulierum auxiliatur mullus: item cõtra paſtinacam,
& ſcorpiones terreſtres marinóſque,& dracones, & phalangia illitus ſum-
ptúsue in cibo. Vomitiones mulli inueterati tritíque in potione concitant.
Eiuſdem recentis è capite cinis,contra omnia uenena,priuatim contra fun
gos auxiliatur. Attritis quoque imponitur cinis è capite mullorum: com-
buritur autem in fictili uaſe:illini cum melle debet. Carbunculos diſcutit
mullorum ſalſamenti cinis: quidam capite tantum utuntur cum melle.
Mullum lutarium ſemper comitatur ſargus nomine alius piſcis: & cœnũ *Sargus.*

fodiente eo (fodere enim poteſt) hic deſcēdit & paſcitur: imbecillioréſque E
ne eodē adnatent arcet: piſcis alioqui ſaxatilis inter herboſa ſaxa uictitans.

*Sargus & melanurus, πολυγράμμοί τε καὶ μελανόγραμμοι dicūtur apud Athenæū.*

Inſignis ſargúſque notis, inſignis & alis:
Et ſpinis ueluti palis horrentia terga
Occulit, ut totus ualido mucrone tegatur.
Nec dextram iniicies, rigeant quòd tergora denſis
Sentibus.

Sargus bis parit, uere ſcilicet & autumno paulo ante æquinoctiū. Fert uterum dies triginta, coit menſe Decembri. Sargus cum hamo tenetur, ad ſcopulos lineam terit: aſtutum certe piſcem eſſe ſargū tradit Numenius. Mares pro fœminis contendūt: quo in certamine qui uictor euaſerit, ſolus fœminis potitur omnibus. Caprarum miro amore tenētur ſargi: ut ſæpiſſime F
ementita earum ſpecie decepti capiantur. In cibo laudatur ſargus: eſt enim 8
ſtomacho gratus, probū generat ſuccum, facileq; in corpus digeritur, abū- 9
de nutrit, & aluum mouet.

*Sarginus.*

Gregalis piſcis ſarginus eſt: ſed ſarginum alium eſſe à ſargo, Epicharmus author eſt.

*Pediculus piſcis.*

Vt circa mullum lutarium ſargus, ita in mari quod à Cyrena in AEgyptum panditur, piſcis pediculus nomine, circa delphinum eſt: qui omnium pinguiſſimus efficitur pabuli copia, quæ delphini opera ſuppeditatur.

*Coccyx. Cuculus. Τριγόλα.*

Rufus eſt & coccix, id eſt cuculus, ut author eſt Numenius: & mullo ſimilis, ut Pſeuſippus. Quo fit ut nōnulli trigolam ab ſimilitudine coccyga appellent: ſed partes poſteriores ſqualidiores habet trigola. Coccyx ambigit: hoc eſt partim pelagius eſt, partim apud litora degit arenoſa. Coccyx piſcis perinde ut cuculus auis obſtrepit, unde nomē accepit: caro illi dura eſt.

*Hirundo. Chelidon.*

Hirūdinem quoq; piſcem (nam eſt & hirūdo po- G
lypo ſimilis) Pſeuſippus mullo ſimilem eſſe tradit: chelidona Gręci uocant.
Chelidon fel habet ſeorſum à iecore inteſtinis cōmiſſum. Volat hirūdo ſa- 10
ne perquam ſimilis uolucri hirūdini: ſubliméſque adeo uolitant hirundines, ut mare ne attingant quidem: altiúſque in uolatu ſeſe attollunt quàm miluus, non tam alte tamen quàm lolligo: & pinnis ſtridere ſentiūtur: ſunt enim his pinnæ latæ & longæ.

*Miluus. Miluago. ἵεραξ. Lucerna.*

Item pelago gaudens, & nigro tergore miluus ſubit in ſumma maria. Piſcis ex argumēto appellatus lucerna, linguáque ignea per os exerta tranquillis noctibus relucet. uolitat autem miluus
(ἱέρακα uocant) cum ſibi à maiore piſce metuit, ſed ſumma tātum maria at- H
tingens: neque enim tam alte ſe effert quàm aut hirūdo aut lolligo, ut neſcias uolitét ne an ſuper aquā natet. Quoties uero cernatur miluago extra aquam uolitans, tempeſtates mutari Trebius Niger author eſt. Carnem ha-
bet miluus coccygi cuculóue alioqui ſimilem, ſed duriorem.

*Erythrinus. Erythinus. Rubellio.*

Rubellio quē 11
erythrinum & erythinum uocant, litoralis piſcis eſt, & arenoſa loca incolens: uel, ut Ariſtoteli placet, pelagius magis. In hoc genere non reperitur mas: omnes enim ouis grauidę capiūtur: neque mas ullus adhuc uiſus eſt: quamobrem de his nōdum compertum habemus quod fidem faciat ſatis. Erythrinus ſapore iucundo eſt, & alimentum præbet copioſum. in cibo ſiſtit aluum: ſi in uino ſuffocatus moriatur, uenerem ciere dicitur uinum illud epotum, ut ait Xenocrates: uel uti refert Plinius, rubellio in uino putrefactus,

A factus, iis qui inde biberint tædium uini affert. Venerem concitāt erythini
12 in cibo ſumpti. Et rutilus pagur (pagrus etiam & phagrus dicitur) ſimilis *Pagur.*
erythrino eſt: & modo pelagius modo litoralis, in ſaxorū cauernis degens. *Pagrus.*
Lapillum in capite continet: ideóque hyeme pręgelida maxime infeſtatur: *Phagrus.*
facit enim lapidis rigor, ut per algorē gelet. Cor illi triquetrū eſt: ſolitarius *Phanger,* φάγγρος.
eſt & carniuorus. Vere pagrum uigere ſentit Ariſtoteles: at caniculæ exor- *Phagorius.*
tu ėdendum ſuadet Archeſtratus. & caput in eo præcipuum: duram habet
13 carnem, & quæ nec corrūpitur facile, nec aluum ciet. Eſt & fluuiatilis phagrus: ſed marinus præſtat. Niloticus eſt piſcis, qui (uti refert Ælianus) aduētantem Nilum præſentiens præcurrit, futurámque aquam Ægyptiis prænūtiat. Pagro ſimilis atque erythrino hepatus eſt: qui & lebias à nonnullis *Hepatus,*
B appellatur, colore nigricante. eſtque piſcis ſolitarius, carniuorus. dētes ha- ἥπατος.
14 bet pectinatim coeuntes: oculos, quàm pro corporis ratione maiores, cor λεβίας.
triquetrum & candidum. lapillos gerit in capite duos, ut Hegeſander au- *Iecorinus:*
15 thor eſt, colore ſplendoréque oſtreis ſimiles, rhombi figura: felle caret. Appendices habet quaſdam paucas ſuperne circa uentriculum. Saxatilis eſt, ut Diocles prodidit: & in cauernis latitat in alto mari. Hepati caro, ut Galenus docuit, duritie mollitiéque mediocris eſt: autumno uileſcit, author Xenocrates.

1 De mulleis calceamentis, uide Hermolaum in annotationibus in Plinium.
2 Ouidius in Halieutic.

-Tenui ſuffuſus ſanguine mullus. Addit Maſſarius, Si uiuus deſquametur, ſan-
C guineum colorem habet. Epicharmus τρίγλας uocauit κύφας ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, id eſt gibbas, ab eo quod earum formæ contigit. 3 Sero parere. ὀψὲ τίκτει, Vt ſero pariat: ita Theodorus ad Græcam lectionem. Et uetus interpres aliter: ſed mancus eſt. 4 Bináſque libras. Mulli trilibris meminit Horatius lib. 2. Sermon. & quadrilibris Seneca epiſt. *96*: ſed rara hæc. Mullum etiam LXXX librarum in mari rubro captum Licinius Mutianus prodidit, inquit Plinius. 5 Eorum genera plura. Mullorum genera forſitan pabulo maxime diſcreta intelligemus: ſicuti & de purpura dixit Plinius. Algēſe, enutritū alga: oſtrophagum, conchis: carniuorum, carne: lutariū, luto limóue. 6 Lutarium. An hæc fortaſſe triglis ſit Oppiano, quæ in cœnoſis litoribus uictitat? 7 Iecur potiſſimum. Mulli iecur quo pacto apparetur condiatúrque, docet Galenus lib. 3. de aliment. 8 Decepti capiantur. Quo pacto fallantur ſpargi à piſcatoribus ſub caprarum ſpecie, legito apud Oppianum. 9 Sarginus. Theodorus ſargiacū uocauit, niſi mendoſus ſit codex. 10 Volat hirudo. Quod de hirudine ſcribunt, hirudinē ſcilicet uolare, &c. an de altera hirudine potius dicitur, quæ polypo ſimilis eſt? cum
D dicat Plinius, eam nō piſci, ſed uolucri hirundini ſimilem eſſe. Maſſarius aliter ſentit: equidē adhuc nihil affirmo. Non me latet, huius ſententiæ uerba apud Plinium aliter à nonnullis diſtingui: ſunt enim qui hunc Plinij locum hoc modo legant. Volat hirudo ſane perquam ſimilis uolucri hirūdini, item miluus: ut ſcilicet hic finis ſit illius capitis: deinde alterius principiū: Subit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus lucerna, &c. ut ſcilicet diuerſi ſint piſces miluus & lucerna. Nos a uetuſtis exemplaribus non recedimus. Et certe Plinius ipſe lib. 32, cum lucernam inter marina numerat, miluum non numerat. 11 Rubellio, à colore rufo, ni fallor: quanquam Oppianus lib. 1. ξανθοί τε ἐρυθρῖνοι, id eſt flauiq; erythrini dixit. Rubeonē etiam uocat hunc Theodorus ex Plinio, & rubrum: ὕκκην eum dixere Cyrenei, hyccam. Erythrinus fluuiatilis etiam fortaſſe uidebitur legenti primum caput lib. 3 de generatione animalium: niſi mendoſus ſit codex, quod certe ſuſpicor. Nā quod ſtatim in eo loco ſequitur, (Etenim nonnulli ſtatim habere oua uidentur, ut de his in hiſtoriis ſcripſimus) de phoxi-

*κύφαι. Gibbæ.* — τρίγλις. — *Sargiacus:* — *Rubeo.* — *Ruber.* — *Hycca,* ὕκκη. — *Erythrinus fluuiatilis.*

niſ potius uerum eſt: ſexto enim libro hiſt. animalium, probat Ariſtoteles oua etiam E
ſine coitu conſiſtere: quod argumento conſtat nonnullorum fluuiatilium: nam phoxini ſtatim, prope dixerim cum nati ſunt, & admodum parui adhuc, oua habent. De rubellione ſiue erythrino tantum hoc habetur, quòd omnes grauidi capiuntur. 12
Pagur, Inter eos piſces qui in ſaxoſis cauernis latitant, numerantur ab Oppiano &
*Agriophagri.* agriophagri. Pagros numerauit Athenæus in maiore piſcium genere, & eorum qui τμηπὶ uocãtur, id eſt (ut equidem arbitror) qui in partes diſſecti in patinis miniſtrãtur: uel ut in ſalſamenta condiantur. Afferuntur, inquit Oribaſius, phagri ex Indico mari ſale conditi, duri & cetacei. 13 Pagri fluuiatilis dentis longiſſimi meminit etiam Plinius lib. 32, ut uideri poſſit χαυλιόδους, id eſt habere dentes exertos, uel quòd habeat caninos dentes longiores. 14 καρχαρόδους, uide an legendum ſit apud Athenæum χαυλιόδους. 15 A concharum ſimilitudine gemma oſtracis eſt: cui, ut inquit Plinius, oſtrea nomen & ſimilitudinem dedêre.

## De ſynodonte, ſynagri, charace, chromi & cantharo. Cap. CLXX. F

PAgro ſimiles ſunt, ut Iceſius tradidit (quod ſcilicet ad alẽdi facultes attinet) ſynodon, ſynagris, charax, chromis, orphus, acarnan & anthias: in cibo enim ſuaues ſunt. modice aſtringunt, ac proinde difficilius excernuntur. copioſum dant alimentũ: magis uero alunt, qui ex iis carnoſi ſunt
*Synodon, Συνοδούς.* minúſque pingues. Sinodonta uocant piſcem, è cuius cerebro eſt ſynodõ- 1
tidos gemma. Synodontas ἐρυθροποικίλους, id eſt inæqualiter & cum uarietate quadã rufos dixit Epicharmus. gregalis & litoralis piſcis eſt, partim inter 2
ſaxa, partim in arenoſis uictitans. Quaternas habet utrinq; branchias, eáſque ſimplices: fel uero à iecore ſemotum, & inteſtinis commiſſum. Carne ueſcitur ſynodon: & mollia (quæ μαλακία dicuutur) appetit. Euenit illi plerunque, ut dum minores piſces inſequitur, uenter in os procidat ob uoraci G
tatem. Synodontas duram habere carnem tradit Xenocrates: ſed ſuccum creare probum, mediocritérq; nutrire: faciléq; & in corpus digeri, & aluũ
*Synagris.* mouere. Synagris alius piſcis eſt: uerum genere nequaquam diſſimili. Eſt
*Charax.* & charax eiuſdem generis cum ſynodonte: cui & uictus ſimilis eſſe ſolet, partim ſcilicet inter ſaxa, partim uero locis arenoſis: ſed charax ſynodonte melior eſt. In mari rubro naſcitur charax. pinnas habet & utrinq; & à tergo, auri ſimilitudinem ſpeciémque gerit. Inferiores partes purpureis cingulis illuſtrantur: ſimiliter & cauda aureum colorem gerit. Purpureus co-
*Chromis.* lor oculos pulchre adumbrat. Atque immunda chromis huius quoque ge H
neris eſt: qui (ut Plinius ex Ouidio refert) in aquis nidificat. Lapidem in ca- 3
pite habet, ac proinde algore maxime infeſtatur. Vocalis eſt, & quaſi grunnitum emittit: liquidiúſque audire creditur. Fuſaneus piſcis eſt: fuſimq; capiuntur chromes. In uere omniũ piſcium optimus habetur, ut author eſt
*Orphus.* Ananius. Orphum ex hoc genere, rubentem Plinius ex Ouidio refert. Car- 4
*ὄρφος.* niuorus hic eſt, & dentes habet ſerratos: ſolitariúſque capitur. litoralis eſt
*ὀρφώς.* magis quàm pelagius: uiuítque plurimum in ſaxorum cauis. Orpho hoc
*ὀρφύος.* proprium eſt, quòd in eo meatus, qui ſeminales dicuntur, nulli inueniãtur: 5
& hoc quoque, quòd uel diſſectus diutius adhuc uiuat. Dum paruus eſt, or-
*Orphacine.* phacine à nonnullis uocatur. Breui ex paruo inſignem accipit magnitudinem: uiuit fere duobus, nõ amplius, annis. caro illi dura eſt. Pituitam creat hic

A hic piſcis,nec facile concoquitur,alimentum præbet copioſum,nec impro
bum,ſed tamen quod lentius eſt :nõ facile corrũpitur,& urinam ciet. Par-
tes quæ ad caput ſunt,facilius cõcoquuntur:carnoſiores uero graues ſunt,
& concoctionem non tam facile recipiunt : teneriores ſunt quæ circa cau-
6 dam. -Concolor illi Cantharus ingratus ſucco-, inquit Ouidius, *Cantharus,*
partim litoralis, partim pelagius eſt . Cantharus naſſa capitur, eſca carabo *κάνθαρος.*
aut polypo:ſed utrouis aſſo.Cantharum Xenocrates author eſt, & grati ſa-
poris eſſe piſcem,& probũ creare ſuccum:qui & abunde nutriat, faciléque
in corpus digeratur,& aluum modic eiciat.

1 Et fului ſynodontes,dixit Ouidius in Halieutic, eo forſitan modo, quo Oppia-
nus ξανθοὺς ἐρυθρίνους. 2 Dentex Columellæ pelagius eſt piſcis,qui & arenoſo gur- *Dentex.*
gite optime paſcitur. 3 Nidificat. Atqui Ouidius in Halieutic,
B Atque auium dulces nidos imitata ſub undis · potius de ſalpa dixiſſe uidetur.
Cremys uel chremys apud Athenæum lapillum in capitė gerit. Et χρέμψ apud Ariſto- *Chremys,*
telem inter eos piſces numeratur,qui acutiſſime audiunt. An uel cremys uel chremps *χρέμψ.*
idem ſit qui chromis? cum Theodorus hunc omiſerit: & quòd chromis additus ſit ab *Chremes,*
explanatore aliquo,tanquam magis notus quàm chremps : alioqui locus ille Ariſto- *χρέμης.*
telis ſuſpectus eſt. Chremes item apud Oppianum piſcis eſt,qui in paludibus uictitat,
& fluuiorum oſtiis:an idem ſit cum chrome,an diuerſus ? Iecorino, ut uidetur, ſimilis
eſt chremys, ex Æliano. 4 Ouidius in Halieutic.non orphum ſed orphan uocat, *Orphas.*
modò abſit menda,& inter pelagios piſces recenſet. An ſit idem cum orpho, conſide-
ra. epithetum habet πολυφηχώα. 5 Meatus, θελκεῦς πόρους, ita legendum arbitror,
non πόρους. 6 Cantharus,&c. Theodorus ſcarabeum hunc uocat. *Scarabeus.*

C

## De anthiarum generibus. Cap. CLXXI.

HIs natura non diſſimili anthian eſſe docuit Iceſius. Porro anthian nõ- *Anthias.*
1 nulli ſacrum piſcem uocauere : quãdoquidem quo in loco anthias ſit,
nullam ibi beluam eſſe confeſſum eſt,quo iam indicio ſecure ſpongiatores
urinantur. Sed id caſu ſic euenire dixerim: quo modo & ubi ſit limax, neq;
ſus eſt neque perdix:omnes enim limaces ab his eduntur. Frequens hic pi-
ſcis apud Chelidonias Aſiæ inſulas,& circa Sarpedonem promontorium,

Anthicon petris ſunt paſcua grata profundis.
Non illis ſemper gaudent,uulgóque trahuntur
Quò gula, quò uentris iubet inſatiata libido.
D Ante alios,iſtos compellunt œſtra palati.

Anthias æſtate parit,hyeme in cibo optimus eſt. ſtrepitu gaudent,eóq; al-
lecti nonnunquam capiuntur . Anthiæ cum unum hamo teneri uiderint, *Quibus modis*
ſpinis quas in dorſo ſerratos habent,lineam ſecare traduntur , eo qui tene- *capiantur an-*
tur extendente,ut præcidi poſſit. Hæc Plinius: at uero Ouidius, *thiæ, oſtendũt*
*Plinius & Op*
1 Anthias (inquit) iis tergo quæ non uidet, utitur armis. *pianus.*
Vim ſpinæ nouítque ſuæ,uerſóque ſupinus *Plinius hoc,Pi*
Corpore,lina ſecat,fixúmque intercipit hamum. *thea authore,*
2 Nam, ut Oppianus ſcribit, dentibus aut nullis armatur,aut certe obſcuris *murenæ tri-*
obtuſíſue: ſed ſi hamo detinetur,plurimum renititur, magnáſque oſtendit *buit.*
in renitẽdo uires. Anthiam ſtomacho minime gratam eſſe,ſed probum ta- *Στόμα ἄο-*
men generare ſuccum Iceſius author eſt,faciléque excernitur. Anthiarum *πλον, νωδόν.*
*Anthiæ ſpecies.*

ſpecies quatuor:aliæ nanque fuluæ,aliæ candidiores, nigricant aliæ. Sunt E
Ἔνωπος. & quos ἐνωπὺς & αὐλωπὺς uocant, quaſi magnos aut cauos habentes oculos 2
Ἄυλωπς; dixeris:quãdoquidem ſupercilium in iis ueluti in orbem ducitur. Anthian
quoque alij callichthin uocant,alij callionymon: nonnulli elopa: & alij ly-
*Callichthis.* con. Quos tamen diuerſos eſſe piſces Dorion affirmat: eſt enim callichthis
καλλιώνυμος. (qui & callionymos à quibuſdam uocatur) ſerratis dẽtibus, & carniuorus,
*Callionymus.* & gregalis:atque,ut ſentit Oppianus,pelagius, & qui non admodum lito-
re gaudeat. Hunc ſacrum piſcem cognomine uocant: nam ubi callichthis
eſt,noxia magnarum non cætera monſtra ferarum apparẽt: & ſi hamo de- 3
*Callionymus.* tinetur,ingente ui renititur. Callionymus Ariſtoteli litoralis piſcis eſt,idẽ 4
*Pulcher.* qui & uranoſcopos uocatur ab oculis, quos in capite ita ſitos habet,ut etiã
*Vranoſcopos.* ſi noluerit, non poteſt non ſuſpicere cælũ:nonnulli agnum uocant. Fel cal F
*Agnus,* ἀγνός lionymo in iecore ineſt proportione corporis maxime omnium piſciũ co-
pioſum. Vranoſcopus malum procreat ſuccum, & ſaporẽ habet uiroſum,
ut Xenocrates author eſt: & cibus grauis,ut Diphilus prodidit. Et ſunt qui
callionymum dicant eſculentum eſſe:plerique negant. Fel callionymi ocu
lorum ſuffuſioni,albugini, & hebetudini obſcuritatíue medetur. cicatrices
ſanat, & carnes oculorum ſuperuacuas conſumit: auribus utiliſſimũ, cum
ἡμεροκοίτης. roſaceo infuſum. Ignauus piſcis eſt hemerocœtes:oculos hic habet in ſum- 5
mo uertice,os inter oculos medium. Interdiu ſemper dormit, noctu uigi-
*Nycteris,* lat oberrans:indéque à nonnullis nycteris uocatur. Piſcis uoraciſſimus, & 6
Νυκτερίς. nunquam edendo ſatiatus. nec ceſſabit unquam,

Donec cum rapido diſrumpat uiſcera uentre: G
Et nimio paſtu uita ſpolietur onuſtus.
Eſt tantæ ſignum crapulæ uentríſque rapacis:
Apprendat ſi quis piſcem, dein porrigat eſcas,
Dum cibus ore tenus,paſtu & ſumma ora replentur,
Arripiet.

*Helops.* Ellopa quoque nonnulli anthian uocant: eundémque eſſe quẽ callichthin 7
*Ellops.* & callionymum arbitrantur. Dorion diſtinguit,uti modo diximus,
*Elops.* Eſt pretioſus helops noſtris incognitus undis, ut ſcripſit Ouidius.
*Hellops.* Pamphilio nanque mari profundo nec alio paſcitur: quanquam Arche-
ſtratus ellopen ex Syracuſis pręcipue laudare uidetur. Branchias quaternas
habet utrinque ſimplices. Fel à iecore ſemotũ eſt, & inteſtinis commiſſum. H
Helopi palmam ſaporis inter piſces multi dedêre:eſtque ſtomacho gratus,
abũde nutrit, & aluum facile mouet,ut Xenocrates docuit. Appion gram-
*Accipenſer.* maticus eundem eſſe ellopa & accipenſerem tradidit. Sed falluntur,ait Pli- 8
nius,qui eundem accipenſerem exiſtimauerunt:quanquam & peregrinus,
& apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus accipenſer eſt: tanta nan-
que erat apud Romanos ueteres accipẽſeris gratia, ut à coronatis miniſtris
cum tibicine & cantu in conuiuium introduceretur. Vnus omnium ac-
cipenſer ſquamis ad os uerſis contra aquam nando meat. Nullo nunc in ho
nore eſt:quod quidem miror, inquit Plinius, cum ſit rarus inuentu. Piſcis
eſt non equidem magnus,figura ad triquetrum accedẽs, roſtro porrectio-
re. Hu-

A re. Huius piſcium generis, uel minimus non minoris uenire ſolitus eſt, mil le nummis Atticis. *χιλίων δραχμῶν.*

1 ἱερὸν ἰχθὺν, id eſt ſacrum piſcem alij quoque pompilum uocant, alij delphina, a- *ἱερὸς ἰχθύς.*
lij piſcem, quem λεῦκον, id eſt candidum appellant: alij auratam: alij denique ἱερὸν ἰχθὺν *Sacer piſcis.*
ſignificare dicunt, ἄνετον ἰχθὺν, id eſt ſacratum piſcem, ut ἱερὸν βοῦν. 2 Fuluæ ξανθοί. *Cãdidus piſcis.*
Cynedi ſoli piſcium lutei, inquit Plinius, qui an ſint ex hoc genere nondum conſtat: *Cynedi.*
ſicuti neque an cum cynedis iidem ſint alpheſtæ. Sunt autem alpheſtæ, piſces toto qui- *Ἀλφηστής, al-*
dem corpore cerei coloris, quibuſdam tamen partibus admixto purpureo. Capiuntur *pheſticus.*
autem fere, ut aiunt, bini, alter ad alterius caudam inſequens. Alpheſticus Ariſtoteli
κιῤῥός, id eſt fului aut rutili coloris eſt. Eſt & κηρὶς, ceris, tenella carne piſcis, ſtomacho *Κηρὶς, ceris.*
gratus, uentrem mouet. ſuccus ex eo & craſſior eſt, & abſtergendi uim habet. Ἀυλωπὸς, *Aulopios.*
aulopion qui circa inſulas Tyrrhenicas uerſantur cetaceum quendã piſcem appellant magnitudine maximum, qui etiam cum thynnis pugnat, & contra piſcatores nonnun quam decertat, & ſæpiſſime uictoriam reportat: cum eſt captus, eximia forma ſpecta-
B tur. oculis eſt patulis, rotundis, magnis, dorſo cœruleo & uentre candido. à capite ad caudam pertinens aurea quædam linea in orbem deſinit. Ex his nonnulli cicures ſunt, quos ſane piſcatores ut beneficos ab aliis internoſcunt, eóſque tanquam duces ſectantur, nec comprehendunt unquã: alij feri ſunt aulopij, quos & capiunt piſcatores & occidunt. Hæc Ælianus. 3 Hæc ex Oppiano. Eadem ſuprà de anthia ex
Ariſtotele dicta ſunt. 4 Haleſurion, inquit Hermolaus, ſunt qui pro callionymo *Haleſurion.*
piſce capiunt. 5 Hemerocœtes, &c. Hic cum callionymo aut idem eſt, aut certe nõ diſſimilis: neque Ariſtoteles Pliniúſue aut Athenæus hoc nomen habet, neque cõtrà,
Oppianus callionymum nomen, quod meminerim. 6 Nycteris: Lippius noctuam *Noctua.*
uertit. 7 Ellopa, &c. Theodorus accipenſerem uocat. Elaps alius piſcis ab ellope, *Accipenſer.*
apud Iul. Pollucem. Ouid. in Halieutic. *Elaps.*

Túque peregrinis accipenſer nobilis undis. Ob raritatẽ laudatur à Martiale,

C Ad palatinas accipenſera mittite menſas.
Ambroſias ornant munera rara dapes.

8 De accipenſeris pretio & nobilitate apud antiquos, plura leges apud Macrob. lib. 3 *Accipenſer.*
Satur. 9 An de accipenſere hæc, an de galeo Rhodiaco potius dicantur apud Athenæum, conſidera.

## De lupo & aſellis. Cap. CLXXII.

PRæcipuam olim authoritatem fuiſſe lupo & aſellis, Corn. Nepos & La *Lupus, λά-*
berius poeta mimorum tradidere. Lupus (λάβρακα Græci uocant) lapi- *βραξ.*
dem in capite gerit: ideóque algore maxime infeſtatur: linguam habet oſſeam atque adhærentem, cor trigonum: ut inter piſces liquidius audit. ſo-
D litarius eſt & carniuorus, uti prodidit Ariſtoteles. Lupus quanuis pelagius ſit: (ita enim uocantur & qui in mare profundum ſecedunt:) in paludibus tamen maritimis (quas λιμνοθαλάσσας uocant) & fluuiorum oſtiis frequens eſt: præſertim ubi copia dulcis aquæ influit. Et iis maxime locis fœtificat, ubi flumina exeunt in mare: ſæpius uero in fluuios aſcẽdit. Hunc piſcem, inquit Galenus, in aqua dulci natum non uidi: in paludes tamen & fluuios è mari aſcendiſſe conſpeximus: eóque fit ut raro paruus, quemadmodum mugil ſæpius inueniatur. Bis anno parit lupus, prior partus æſtate perficitur: uerum poſterior, qui ſcilicet hyeme accidit: infirmior eſt. Cum
1 alios piſces complures intra piſcinarum ſepta, tum etiã ſine macula (nam ſunt & uarij) lupos includimus. Fuſcina interdiu lupus ſæpenumero capitur dormiens, alioqui minime fuſcina poſſe capi exiſtimatur. Lupum piſcẽ

reti circundatum arenas arare cauda, atque ita conditum trãſire rete, pro- E
didit Ouidius. Quapropter ſolertia in tuendo ſeſe lupum aliis præſtare pi- 2
ſcibus nonnulli prodidere: uerum, ut Plinio placet, minus in prouidẽdo lu-
pus ſolertiæ habet: ſed magnum robur in pernitendo: nam ut hæſerit ha-
mo, tumultuoſo diſcurſu laxat uulnera, donec excidant inſidiæ. Lupus &
mugilis quanquam inimici ſint capitales, tamen ſtato tempore congregan
tur. Cum fert utero lupus deterior eſt. Luporum laudatiſſimi, qui appellan
*Lupus lanatus* tur lanati à candore mollitiáque carnis. optimo ſapore iudicantur in Tybe
ri amne inter duos pontes. Hæc Plinius. Lupus marinus, inquit Xenocra-
tes, quo maior eſt, eo durior euadit. Optimus autem eſt qui magnitudine
mediocri eſt: tenellus enim & ſtomacho gratus, boníque ſucci eſt: ſuauis
quoque & copioſum præbens alimentum: faciléque & per corpus digeri- F
tur, & per aluum defertur: contrà qui in piſcina ſeruantur incluſi, ſapore
ſunt minus grato. Cum in utroque humore uictitet lupus piſcis, marino
ſcilicet & dulci, qui in puro mari degit, inquit Galenus, longe præſtantior
eſt eo, qui in mixtis uitiatíſue aquis uiuit: atque quod ad ſucci probitatem
attinet, ne auibus quidem montanis multum cedit. Optimis quoque ma-
*Lupus uarius, maculoſus.* rinis piſcibus æquari tradit Xenocrates fluuiatiles lupos, maculoſos ua-
*λάβραξ ἐπεστιγμένος.* rióſue, (ita uoco ἐστιγμένους) ex Tiburtino Aniene. Lupũ appellant Foroiu- 3
*Lupus Foroiulienſis.* lienſes piſcem ex quo garum faciunt. In mari rubro piſcis naſcitur quem
*Perſeus.* perſeum Arabes ſimul & Græci nominant, aſpectu lupo ſimilis, pari ma-
gnitudine cum anthia maximo. naſo eſt leuiter adũco, cingulis aureis diſ-
tinguitur, quæ à capite exorientia oblique feruntur, & ad uentrem uſque G
pertinent. frequentibus & prægrandibus dentibus munitus eſt. Ex omni-
bus piſcibus qui in eo mari uerſantur, robore & audacia maxime excellere
*Aſellus.* dicitur. Aſellorum, inquit Plinius, duo genera: collyri minores, & bacchi,
*Bacchus.* qui non niſi in alto capiuntur: ideóque prælati prioribus. Et callarias aſel-
*Callarias.* lorũ generis, ni minor eſſet. Quos Plinius aſellos, Græci ὄνους uocant, & ὀ-
*ὄνος, ὀνίσκος.* νίσκους, id eſt aſinos & aſellos: quos Philotimus ὄνους, alij ὀνίσκους dixere, inquit
Galenus. Eſt uero ὄνος & ὀνίσκος, ut Ariſtoteles prodidit, (inquit Athenæus) 4
piſcis minime gregatilis, cuius os magno hiatu reſciſſum eſt, non aliter at-
que galei: & qui ſolus inter piſces cor in media aluo gerit: & in cerebro la-
*Molari forma* pillos habet molari forma. ὄνος, inquit Ariſtoteles, caniculæ temporibus ca
*ἐμφερεῖς μύλαις, id eſt rotundos.* lidiſſimis latet: indicio autem eſſe uidetur, quòd longo interpoſito tempo- H
re capiatur. Cum piſces uenatur ὄνος, obruit arena ſeſe: cúmque nullam ſui
corporis partem intectam reliquerit, uerberat radiolis, quos in ore geſtat, 5
quos piſcatores uirgulas uocant, quas piſciculi cum aſpexerint, adna-
tant, quaſi ad algas quibus ueſci ſoliti ſunt. Differunt autem (ut Dorio tra-
*ὄνος, γάδος.* dit) ὄνος & ὀνίσκος: ὄνον quidam γάδον appellarunt: ὀνίσκον autem γαλλερίδαν & μά- 6
*ὀνίσκος.* ξενον: nonnulli uero βάκχον: alij γελλαρίην, ut refert Euthydemus. Archeſtratus
*γαλλερίδης.* ὄνον à quibuſdam χαλλαρίαν uocari dicit. Oniſcus, ut Oppianus ſcribit, in locis
*μάξενος.* paſcitur cœnoſis & herbidis: at onos non niſi in alto mari minoribus piſci-
*βάκχος, γελλαρίης.* bus inſidiatur: qui & caniculæ temporibus latet. Cũque hamo tenetur, non 7
*Oniſcus.* facile ſequitur trahentem: ſed plurimum reluctando, piſcatori nõ paruum
*Onos.* faceſcit

A faceſcit negotium. Aſellorum caro, inquit Galenus, mollis quidem eſt, ſed *Aſellus.*
non æque ac ſaxatilium friabilis. Xenocrates mediam habere ſubſtantiam
mauult eam inter molle & durum, & ſuccum probum eundémque copio-
ſum gignere. Aſelli ipſi non parum inter ſe diſcrepant: nam qui in ſyncero
mari uictitant, probóque utuntur alimento, carnis bonitate cum ſaxatili-
bus contendunt: qui uero prauo aluntur nutrimento, aut in aquis quoquo
modo mixtis degunt, (præſertim uero ſi uitioſæ fuerint aquæ) mollē qui-
dem habent carnem: uerum ob pinguedinem lentorémque, neque ſuaues
adeo iam ſunt, & alimentum gignunt excremētoſum. Ex aſello piſce lapil-
li, qui plena luna inueniuntur in capite, adalligātur linteolo contra febriū *Bacchus.*
circuitus. Bacchus, ut Xenocrates tradit, mediocris eſt ſubſtantiæ: ut uero *Vide an ſit A-*
B Diphilo placet, bonum procreat ſuccum: ſed qui non facile cōcoquatur, & *thenæi exem-*
uiroſum quid in ſe habeat. Aſelli nomen à colore diductum eſt, ut Varroni *plar hoc in lo-*
placet, ſicuti & umbræ turdíque. *co mendoſum.* *Aſellus.*

1 Quos ſine macula lupos uocat Columella, iidem fortaſſe ſunt quos Plinius la- *Lupus lanatus*
natos dicit: quos uero Columella uarios, eos Oribaſius ἐπεστιγμένους, id eſt maculoſos. *Lupus uarius.*
2 Et pictæ mormyres (mormylos uocant alij) eodem modo retia declinant, in are- Ἐπεστιγμένος,
na ſeſe condentes. in arenoſis litoribus uictitant. Mormyros (à Theodoro mormur di- *Maculoſus.*
citur) æſtate parit. Copioſe nutrit mormylus, inquit Iceſius, (Epicharmus myrmam *Mormyros.*
uocauit) Archeſtratus piſcem inutilem, neque tempore ullo bonum eſſe dixit. Conſi- *Mormylus.*
dera lector, an eiuſdem an diuerſorū piſcium ſint hæc nomina omnia. 3 Ex Strabo- *Mormyros.*
ne. Eſt Anio fluuius in Tiburtino agro, qui in Tyberim influit tertio ab urbe miliario: *Mormur.*
ut refert Blondus in Vmbria. In hoc fluuio tradit Iouius magnam eſſe eorum piſcium *Myrma.*
C copiā, quos troctas uocamus. Hermolaus hoc in loco apud Pliniū pro collyri callariæ *Trocta.*
legit, ex Athenæo, ut ſcribit: uerum Plinius ipſe lib. 32 ſeparauit callariam ab aſellorū *Callarias.*
genere: quandoquidem aſellis minor eſt callarias. Apud Athenæū Dorio refert quoſ-
dam γαλλερίδαν uocare ὀνίσκον. Euthydemus χελλαρίην, Archeſtratus καλλαρίαν. 4 *Gallerida.*
Ariſtoteles (quod meminerim) ὀνίσκον ne nominat quidē, ſed ὄνον. 5 Verberat. Ve- γελαρίη.
tus interpres, Habet in orificijs quandā partem ſicut uirgā, &c. Vide ſupra in ſquati
na, & item in rhombo. 6 Vnus idémq; piſcis bacchus uocatur, oniſcus & ſchella-
ris, uti alio loco ex Dorione refert Athenæus. 7 ὄνον νωθρόν, id eſt ſegnē ignauúmue
uocat Oppianus: & inter magnos piſces illum enumerat lib. 3 de piſc.

## De umbra & glauco. Cap. CLXXIII.

1 VMbra, quam σκίαιναν uocant & σκιαθίδα, lapillos etiam in capite habet: *Vmbra.*
D ideóque algore infeſtatur. Scięna cum metuit, caput oculóſq; abſcon- *Sciæna.* Σκιαθίς.
dit, aut in cauerua quapiam, aut herbis marinis, reliquo corpore neglecto, σκιαδεύς.
ita ſe totam abſcōdi putans. Scięnæ caro minime quidem dura eſt, ſed me- σκινίδης.
diocris: quæ tamen ſaxatilibus duriuſcula ſit. Sciadeus, inquit Xenocrates, Σκιαδεύς.
bonum gignit ſuccum: facile in corpus digeritur: ſaporis eſt iucundi: nutri- *Siena.*
mentum præbet non admodum copioſum. Sciænæ interanea, & ſquamæ *An idem qui ſciæna.*
combuſtę, pauos diſcutiunt. Siena alia eſſe uidetur à ſcięna: nam ſciæna, uti *Siena.*
Oppianus ſcribit, in ſaxis herboſis degit: ſiena uero in ſaxis nudis. Vmbrā *Vmbra fluuia-*
quoque fluuiatilem habet Auſonius, *tilis.*

Effugiens oculos celeri leuis umbra natatu.

Glaucus quoq; à colore, uti arbitramur, c œruleo dictus, pelagius piſcis eſt: *Glaucus,* γλαῦκος.
2 latétque æſtate mediis feruoribus dies ſexaginta. Appēdices habet paucas

ſuperne exeuntes circa uentriculum. Fœtum, cum metuit, ore recipit, rurſúſq; emittit. Capitis in cibo præcipua laus: uel ut Archeſtrato uidetur, roſtri maxime, (προτομὴν uocant) ſicuti in cõgro capitis totius. In maiorum piſcium numero cẽſentur, qui à nonnullis τμητοὶ uocantur, id eſt qui in partes ſecantur ad patinam. Caro illi dura eſt. in omnibus lupo inferior eſt: &, ut Xenocrates prodidit, non minus à lupo uincitur, quàm ipſe ſparum ſuperat. Verrucas tollit glauci iecur. Glaucus è iure ſumptus (uel uti aliis placet, 3 glauciſcus) mulieribus lactis copiam facit. Glauciſcus, inquit Diphilus, in 4 cibo ſimilis eſt cephalo & mugili. E

*Glauciſcus.*

*Vmbra marina.*

1 De umbra marina extat Ennij uerſus apud Apuleium, -Melanurum: Turdum merulámq; umbrámq; marinam. 2 Latet æſtate. Ouidius in Halieut, Ac nunquam æſtiuo conſpectus ſydere glaucus. 3 Glauci iecur. Hermolaus F hoc in loco Plinij glaui iecur legit, non glauci. 4 Glauciſcus piſcis an idem ſit cum glauco, an alius, conſidera lector.

### De ſparo & aurata. Cap. CLXXIIII.

*Sparus.* *Sparulus.*

SParus (de quo Ouidius in Halieuticis,
Et ſuper aurata ſparulus ceruice refulgens)
Xenocrate, uti modo diximus authore, lupo & glauco in cibo deterior eſt. Iceſius uero ita prodidit, Sparus, cum aliis pleriſque piſcibus copioſius alit: tum uero quàm mæna meliorẽ ſuccum progenerat. Diphilus ſparũ acrem eſſe prædicat, carne tenera, minime uiroſa, ſtomacho grata, concoctu haud difficili, & quæ urinam ciet: frixa tamen difficilius concoquitur. Auratæ, 1 qam chryſophryn Græci à fulgente ſplendore uocant, in guſtus ſuauitate G primas partes tribuit Iceſius. uerum uti Martialis cecinit,

*Aurata, χρύσοφρυς.*

Non omnis laudem pretiúmque aurata meretur:
Sed cui ſolus erit concha Lucrina cibus.

Litoralis piſcis aurata eſt, partim ſaxoſis partim arenoſis locis degens: pelagius quoque. nonnunquã appendices habent auratæ ſuperne exeuntes circa uentriculum, aliæ plures, aliæ pauciores. Parit aurata æſtate. parit uero, ut lupus, in iis maxime locis qua flumina exeunt in mare: quinetiã in maritimis paludibus auratas quoque gigni apertum eſt. medijs feruoribus latet, ut onos, plurimum temporis. Hyeme aduerſa ualetudine laborat. Fuſcina ſæpenumero capitur interdiu dormiẽs, ut lupus: alioqui minime fuſcina poſſe capi exiſtimatur. Auratam Epheſij ioniſcum uocarunt, ut Arche- H ſtratus author eſt. Aurata carnem habet cãdidam, ſolidam, & quæ bonum procreat ſuccum, abundéque nutrit, facile digeritur atque excernitur.

*Onos, Plinius, aſellus.*

*Ioniſcus.*

*Orata.* *Chryſos.*

1 Auratæ. Orata, ut Feſtus inquit, à colore auri: quod ruſtici orum dicebant. Aurei coloris chryſon habet Plinius ex Ouidio: qui in Halieutic. inquit:
- Et auri chryſophrys imitata decus. Oppianus in Halieutic. lib. 1.
ἀλλὰ χρύσοφρυς ἐπώνυμος, id eſt ut uertit Lippius, Aurata à ſplẽdoris nomine dicta.

### De turdo, merula & aliis quibuſdam ſaxatilibus. Cap. CLXXV.

INter ſaxatiles ſcarus, ut dictum eſt, principatum obtinere creditur: ſecũdum uero locum Galenus merulæ ac turdo tribuit: tertium deinde iulidi,

A di, phycidi & percæ. De ſcaro ſatis diximus. Merula, quæ κόσυφος græce di- *Merula.*
1 citur, inter ſaxatiles laudata, colore eſt ſubobſcuro uiridante. Merula mas Κόσυφος.
eſt, uti Oppianus tradit: turdus uero (κίχλην uocant) fœmina, inter ſaxatiles *Turdus,*
quoque nobilis, inquit Plinius, & μελανόστικτος, id eſt nigris quibuſdam macu Κίχλη.
lis inſignis. Merula & turdus mutant colorem: uere enim nigreſcunt: poſt
uer albedinem ſuã recipiũt: & hyeme latent. Branchias habet turdus utrin-
que quaternas, eáſque duplices, excepta nouiſſima. Mollis utrique caro eſt,
& quæ probum creat ſuccum: qui tameu per halitum facile digeritur, ne-
que copioſe admodum nutrit. Turdum nonnulli σαῦρον, alij αἰολίαι uocarũt. Σαῦρος. Αἰολίας.
2 Turdorum cõplura ſunt genera. Iulis (ut Galeno placet) ſaxatilis piſcis eſt: *Iulis,* ἰουλίς.
cuius caro & concoctu facilis, & corpori humano ſaluberrima eſt. Et Op-
B piano quoque iulis piſcis ſaxatilis eſt in muſcoſis algoſiſq; ſaxis uiuẽs: par-
uus admodum piſciculus: uerum hominibus in mari natantibus & urinã-
tibus uenenato morſu infeſtiſſimus. Agmine dẽſo adhærẽt iulides immotę
corporibus natantum, non aliter atque muſcæ ſolent in autumno. Os huíc
(inquit Ælianus) ſceleratiſſimi ueneni refertum eſt. quécunque piſcem de-
guſtarit, inhabilem ad eſum, pernitioſúmq; ei qui poſtea guſtauerit efficit.
Hominem quoque non minus morſu perſequitur mus, (μῦς à Græcis uoca- *Mus,* Μῦς.
3 tur) piſcis alioqui paruus: ſed duro tergore & dentibus robuſtis. Eſt & μῦς
qui capriſcus dicitur. caro eius uirus olet & dura eſt, difficiliúſq; concoqui- *Capriſcus.*
tur. cutis ori grata eſt. Phycis, qui & phycus dicitur, ſaxatilis piſcis & tenel- *Phycis.*
C lus eſt: percæ ſimilis eſt ſpinis uallatus. mutátque colorem: cum enim cæte *Phycus.*
4 ris temporibus candida ſit, uerno uaria redditur. eadem piſciũ ſola ex ma- Φύκης. *Fuca.*
rinis piſcibus nidificat ex alga atque in nido parit. Et cum cæteri piſces, qui
oua pariunt, ſemel pariant, puſillæ phycides bis anno pariũt. Differt in hoc
genere mas à fœmina, quòd mas nigrior & ſquamis amplioribus eſt. Phy-
cides, quanquam cætera abſtinent carne, tamen ſquillas ſæpenumero appe
tunt. Mollem carnem habent phycides, probúmque ſuccum gignunt, qui
facile difflatur: nec multum nutriunt. Facile corrumpuntur, inquit Diphi-
lus, miniméq; uiroſæ ſunt. Eſt & phycen huic ſimilis, piſciculus ſaxatilis & *Phycen,*
tenellus: faciléq; (ut perca) corrũpitur. Phycidi perca ſimilis eſt, quæ & per- Φυκήν.
cis dicitur, piſcis & amni & mari cõmunis, id eſt marinus & fluuiatilis. ſa- *Perca.*
xatilis eſt circa muſcoſa algoſáque uictitans, uirgulis lineíſque quibuſdam *Percis.* Πέρκη.
D uarius. Branchias habet utrinque quaternas, eáſque duplices nouiſſima ex- Πέρκις.
cepta: plures quoque appendices ſuperne circa uentriculum. Parit fluuiati- Γραμμοποί-
lis perca in fluuiorum & lacuum paludibus, id eſt quæ prope fluuios aut la- κιλος.
cus ſtagnant, (πολιμνάδας uocant) in arundinetis. In partu continentem emit *Perca fluuia-*
tunt ſuum fœtum, eo quo ranæ modo: adeo enim fœtus ipſe continuo filo *tilis.*
ſibi cohæret, ut eum piſcatores ex arundinibus colligant. De fluuiatili per-
ca hæc cecinit Auſonius,

Nec te delitias menſarum perca ſilebo,
Amnigenos inter piſces dignande marinis,
So us puniceis facilis contendere mullis.
Nanque & guſtus iners, ſolidæque in corpore partes

Segmentis coeunt,ſed diſſociantur ariſtis. E

Perca alimentum gignit ſaluberrimum, & quod concoctu facile eſt: uerũ,
ut inquit Diphilus,æque atque phycis facile corrumpitur.Pro locorum tamen
ratione in quibus uictitant, percæ nonnulla uarietas contingit. Quæ
in Rheno gignitur perca,marinis piſcibus in ſucci probitate æqualis eſt, ut
prodidit Xenocrates.Percæ ſalſæ è capite cinis, melle addito, uerendorum
χάννη. puſtulas diſcutit. Channe aut chaune, phycidi & percæ ſimilis:pelagius pi
χαύνη. ſcis,ut Ariſtoteli placet, & carne ſola ueſcitur. Circa ſaxa uictitat,ut ſcri-
χάννος. *Hiatula.* bit Oppianus,alga muſcóque plena. Colorem habet,uti ex Ariſtotelis ſen-
ποικιλόρυθρον tentia refert Athenæus,nigro rutilóque uarium,aut in nigro rufeſcentem,
μέλαινα, καὶ ποι & maculis lineíſue quibuſdam diſtinctum. Huic uenter prope os poſitus
κιλόγραμμον eſt: adeo ut cum minores piſces inſequitur, uentriculus illi in os nonnun- F
quam procidat ob uoracitatem. Channę omnes grauidæ capiũtur. Et ex ſe

Concipiens channe gemino fraudata parente eſt, inquit Ouidius.

Carnem habet channe mollem quidem & tenellam, ſed quàm perca tamẽ
*Alii legũt, nõ channæ iecur, ſed teniæ iecur* duriorem.Channæ iecur ſiccatum pondere.x.IIII.cum oleo cedrino,per-
unctis pilis nouem menſibus,pſilothrum fit palpebrarum.

1 Viridante,&c. Merulæque uirentes dixit Ouidius: Athenæus uero κόσυφος μελάγχρους.
2 Iulis,&c. An idem ſit piſcis Galeno & Oppiano qui ἰοῦλις uocatur,ambiguũ uidetur.
3 Vide an fortaſſe hoc in loco apud Athenæũ legi debeat (ut cõiicit Hermolaus) ὗς pro μῦς,id eſt ſus (Ὗς.)
4 Spinis uallatus. ἀκανθοστεφὴς καὶ ποικιλόχρους.

## De melanuro,coracino & aliis quibuſdam. Cap. CLXXVI.

*Melanurus.* SAxatilis piſcis eſt melanurus: & prope litora in locis arenoſis alga pa- G
ſcitur. Coracino ſimilis eſt piſcis uarius, notis pluribus nigris inſignis, 1
non aliter atque ſargus.Percarum ducem Numenius melanurum dixit.Vi
ribus haud magnis eſt,ſed ſolers:non facile reti aut naſſa capitur:nec ad pa-
ſtionem mari trãquillo,ſed tempeſtatibus agitato proficiſcitur:capitúrque
tunc temporis apud litora eſca ex caſeo & pane.In Stabiano Campaniæ ad
Herculis petram,inquit Plinius,melanuri in mari panem abiectũ rapiunt:
iidémque ad nullum cibum in quo hamus ſit, accedunt. Xenocrates me-
lanurum ſtomacho gratum eſſe prædicat, probúmque gignere ſuccum: &
qui facile digeritur, abundéque nutrit, atque haud difficulter excernitur. H
Iceſius melanurum ſargo ſimilem eſſe tradit: uerum ſucci bonitate atque
ſuauitate inferiorem:probe tamen nutrire & ſuccum procreare modice a-
*Melãderinus.* ſtringentem. Melanuro ſimilis eſt melanderinus: & coracinus melanuro 2
*Coracinus,* κορακῖνος. ſimilis eſt:pelten hunc uocant Nili accolæ. Et Alexãdrini πλάτακα:Parme- 3
πέλτης. no autem Rhodius etiam platiſtaticon uocari dixit, αἰολίαν quoque nonnul
πλάταξ. li coracinum uocant: alij tamen alium piſcem ſignificare æolian conten-
*Platiſtacos.* dunt. Eſt uero coracinus piſcis amni & mari communis. colore eſt nigri-
*Æolias.* cante,præſertim in pinnulis.lapidem gerit in capite. Gregalis piſcis eſt: &
parit autumno inter algas locis denſis.Fert uterum longo temporis ſpatio:
& cum utero fert,optimus eſt coracinus,perinde ut mæna.Parit etiam nõ-
nunquam meſſe tritici. loca ſaxoſa incolit & herbida, latet hyeme: neque
capi

A capi ſolet niſi certis quibuſdam temporibus & eiſdem ſemper. Prodeſt coracino ferme, præter cæteros piſces annus ſqualens, quia teporem potius affert. Cum alij piſces magna celeritate adoleſcant, hoc coracino præcipue accidit inter minores. carnem habet duram, & ad ſalituram idoneam, uti infrà docebimus. Coracinus marinus parum corpori præbet alimenti, ídq; bonum mediocriter, ut Iceſius prodidit. Sed coracinus in Ægypto principatum obtinet, & præcipue qui in Nilo naſcitur: ideóque Nilo peculiarem eſſe piſcem uoluere nonnulli. hunc Xenocrates, uel nobilibus marinis piſcibus æquari tradit. Dorion coracinum à nonnullis ſaperden appellari, optimúmque in palude Mæotide gigni prodidit. Porro ſaperdes, ut Ariſtoteles author eſt, inter fluuiatiles lacuſtréſque piſces, cum uterum gerit, commendatur.

*Plinius. Præterquam æſtatis diebus paucis, & iisdem ſemper.*

*Saperdes.*

B Xenocrates κόραξον ſcribit piſcē eſſe prædurę carnis, qui & in maiorem auctus magnitudinē durior euadit, ſapore uiroſo, difficulter in corpus digeritur. Eſt & κόραξ apud Athenæum, carne quàm ſit hierax duriore. Coracinorum carnes aduerſus ſcorpiones ualent impoſitæ. fel eorum uiſum excitat. Coracinum fluuiatilem ſale maceratum ἡμίνηρον appellant Alexandrini: hoc inter ſalſamenta facile concoquitur digeritúrque, abunde nutrit, miniméque mali eſt ſucci. Coracini ſalſamenta pauos diſcutiunt & carbunculos.

*Coraxus. An idem qui coracinus. κόραξ.*

*Coracinus. Ἡμίνηρος.*

1 Theodorus oculatam uocat: uerum Plinius utrunque enumerat piſcem eodem prope uerſu, tanquam uarios, lib. 32 cap. 7. Oculatā Celſus inter mediæ materiæ piſces duriuſculos numerat. Melanurum Athenæus ὀῤῥοπυγόστικτον καὶ πολύγραμμον καὶ C μελανόγραμμον dixit. 2 ψύχρος, quem Numenius ψόρον uocauit: an idem ſit, uide apud Athenæum. 3 Coracinus, κορακῖνοι dicti ſunt, quod aſſidue oculos moueant, inquit Athenæus: πλατίστακον uocari ſcribit Maſſarius, à lata figura: Theodorus quandoque coruulum, nonnunquam graculum uocat. Porro graculo ſimilem draconem marinum dixit Plinius, καὶ κορακῖνον ἐπώνυμον αἴθωπι χροιῇ, id eſt, ut uertit Lippius,

Et nigro cui nomina dicta colore. Coracinus-. Athenęus quoque ex Ariſtophane μελανοπτέρυγον κορακῖνον uocat. Epicharmus κορακίνους χηρωδίας dixit.

*Oculata.*

*ψύχρος. ψόρος.*

*Coruulus. Graculus.*

## De exocœto & cordulo. Cap. CLXXVII.

MIratur Arcadia ſuum exocœtum, appellatum ab eo, quòd in ſiccum ſomni cauſa exeat. Circa Clitorium uocalis hic traditur & ſine bran-
1 chiis: idem aliquibus adonis dictus. Piſcis eſt colore ſubfuluo ſubrufóue:
D cui à branchiis utrinque ad caudam uſque protenditur linea ſiue uirgula candida. Eſt autem figura minime lata, ſed terete, magnitudine paruis mugilibus, qui apud litora inueniuntur æquali: hoc eſt longitudine octo digitorum aut ſemipedali. Et, ut paucis rem abſoluam, piſciculo qui tragus uocatur, ſimilimus eſt exocœtus, preterquam quòd tragus infra gulam nigrū quoddam gerit, quod tragi, id eſt hirci barbam uocāt. Eſt autem exocœtus piſcis ſaxatilis, ut qui petroſis locis uictitat. Hic mari tranquillo unà cum maris effluxu egreſſus dormit in ſicco inter lapillos ad ſolem cōuerſus: qui ubi ſatis quieuerit, ſeſe denuo aquā uerſus reuoluit, donec ab undis marinis recipiatur. Obſeruat quoque tunc temporis aues marinas, quæ in litore paſcuntur, ſæpe nanque illum aggrediuntur. Has cum uiderit, quantum po-

*Exocœtus. Ἐξώκιτος.*

*Adonis.*

*Τράγος.*

*Tragus. Squalidus, ἀχρώδης.*

teſt,fugit quocunque modo ſaliendo reptandóque,donec in aquam perre- E
ptet. Tragus uero cui ſimilem diximus exocœtum, infráque gulam nigrũ 2
quoddã habere quod tragi ,id eſt hirci barba uocatur, piſciculus ſqualidus
eſt,minimúmque aut ſucci continens aut pinguedinis : uictitat apud lito-
ra herboſa. Exeunt in terram & alia aquatilia,ut qui marini mures uocan-
tur, & polypi, & murenæ:ſed inter ea quæ brãchias habent,qui terram pe-
tit,ut inde cibum accipiat,unum adhuc tantummodo nouimus(inquit A- 3
riſtoteles) cordulum nomine.Pinnis hic caret,ſed brãchias habet & pedes,

*Cordulus. κόρδυλος. κορδύλη.*

& caudam præterea laxam & latam. Natátque pedibus & cauda, quam ſi- 4
milem ſiluro habet,quoad paruum magno licet conferre.quadrupes idem
eſt, ut ad ambulandum idoneus: egreſſúſque cibum petit in terra.

*Teragus. κόρυλος.*

1 Subfuluo.Oppianus,ξανθὸς ἰδεῖν: Athenæus,ὑπόπυρος,id eſt ſubrufo. 2 Tragus, F
&c.Teragus paruus piſcis eſt ex Ouidio,an idẽ an alius à trago,nondum conſtat. 3
Inter piſces non inter quadrupedes cordulum numeramus:tum Ariſtotelem ſecuti au
thorem,tum etiam quia branchias habet,quod piſcium proprium eſt: κούρυλον etiã uo
cat eum Numenius. 4 Laxam,μανώδη :uetus interpres, non ſpiſſam.

## De marino dracone & ſcorpione. Cap. CLXXVIII.

*Draco marinus. Δράκων, Draco. Δράκοντες σιμοῖτε ἠλαυνοῖτε, inquit Oppianus.*

LItoralis piſcis eſt draco marinus, partim in arena,partim inter ſaxa de- 1
gens:cætero quidẽ corpore(ut Ælianus prodidit) aliis piſcibus ſimilis:
caput uero atque oculorum magnitudo terreni draconis ſpeciem ſimilitu-
dinémque gerunt:magni enim ſunt & uenuſti: maxillę etiã ſimilitudinem
quandam habent cum terreſtribus.Et pellis quoq; non procul abeſſe à ter-
reni draconis pelle palpanti uidebitur .Simul & infeſtis & uenenatis arma
tus eſt aculeis:habet nanque in brachiis aculeos ſpináſue uenenatas ad cau G
dam ſpectanteis.Quidam aliud uolunt eſſe dracunculum: eſt autem,ut Pli 2
nius tradit, graculo ſimilis. Draco marinus captus atque immiſſus in are-

*Dracunculus. Graculus. Hæc fere de ſerpente marina ab Ariſtotele narrãtur.*

nam,cauernam ſibi roſtro mira celeritate excauat.Draconem marinũ car-
nem habere duram ueſcentibus omnibus apertum eſt. Draco marinus ad
ſpinæ ſuæ qua ferit,uenenum ipſe diſſectus & impoſitus,uel cerebro toto,
prodeſt.Dentiũ dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gin-
giuis.Quemadmodum draco marinus,ſic & ſcorpio lædit,dum manu at-

*Scorpio. Scorpius. Scorpio marinus.*

tollitur:aculeo nãque uenenoſo armatur: piſcis partim pelagius,partim li-
toralis.Eſt enim duplex ſcorpionum marinorum genus, ut Iceſius author H
eſt. Sapore præſtant atque alimenti bonitate qui pelagij ſunt:hi rufo
ſunt colore.Alterum genus ſubatrum eſt,paluſtre potius atque cœnoſum.
Vario colore ſcorpium eſſe tradit Epicharmus. Plures habet ſcorpio appẽ-
dices ſuperne circa uẽtriculum.bis anno parit. Caro ſcorpionum dura eſt,
& cum ſinapi manditur. Vt uero Iceſius ſcribit, cartilagineam duritiẽ ha-
bet ſcorpius : alimentúmque præſtat copioſum : facileq; excernitur,ut qui
abſterſoriam uim habeat.qui pelagij & rufo colore ſunt,uberius alunt. Io-
cinoris doloribus ſcorpio marinus in uino necatur,ut deinde bibatur.Scor
pius marinus necatus in uino, ueſicæ uitia & calculos ſanat:lapis qui inue-
nitur in ſcorpionis marini cauda,pondere oboli potus.Pauos diſcutit ſcor-
pio in uino decoctus,ita ut foueantur ex illo. Scorpij marini fel alopecias
replet:

A replet: oculorum ſuffuſioni, albugini, hebetudini obſcuritatíue medetur. Vel ut alij tradũt, fel marini ſcorpionis rufi cum oleo uetere aut melle Attico incipientes ſuffuſiones diſcutit: inungi ter oportet intermiſſis diebus.
3 eadem ratio albugines oculorum tollit. Scorpæna, inquit Xenocrates, durã *Scorpæna.*
habet carnem, ſaporis minime ingrati. In mari rubro ſagittarius gignitur, *Sagittarius.*
erinacei ſpeciem habens, firmis & bene longis armatus aculeis.

1 Ab Ephippo δρακαινὶς, id eſt dracæna uocatur. 2 Spinas, ἀκάνθας: uenenum *Dracæna.*
habent, ſed minime mortiferum. 3 Plinius ſcorpænam & ſcorpium tanquam di- Δρακαινίς.
uerſos enumerat: Athenæus quoque differre tradit ſcorpium & ſcorpænam & colore & ſucco. Scorpidas quoque narrat Ariſtoteles in alto fœtificare: necdum cõſtat an ſint *Scorpides.*
è ſcorpionum genere.

B

## De mugilum generibus. Cap. CLXXIX.

1 NOn in ſaxoſis locis, ſed in maritimis paludibus fere uictitat mugilũ *Mugil.*
genus, & apud fluuiorum oſtia, ubi copia influit dulcis aquæ: atque *Mugilis.*
in iis maxime locis parit. Mugil, ut inter piſces, facillime audit. Ventriculũ κεστρεύς.
habet auium modo carnoſum: & altera uentriculi parte plures exeunt appendices, altera uero una tantum. Mugilum genera plura ſunt: ſed quatuor
2 præcipua numerantur, cephalus, chelon, ſargus & myxos: ita Ariſtoteles. *Cephalus.*
Iceſius autem, Leuciſcorum, inquit, id eſt mugilum plura dicuntur genera, χελών.
cephalus, ceſtreus, chelon & myxinus: quorum cephali & ſuauitate & ſuc- Σαργός. Μύξος.
ci probitate cæteris præſtant. Secundum locum obtinent, qui κεστρεῖς dicun- *Leuciſcus.*
C tur: iis inferiores ſunt myxini: ſed omnium deterrimi chelones, qui & bac- κεστρεύς.
3 chi banchíue appellantur. Hæc Iceſius. Euthydemus duo prodidit mugilũ Μύξινος.
genera, ſphenea (quod ieiunum eſt & figuram refert quadrãgulam) & di- Βάκχες.
dactylea, qui latitudinem habet minorem quàm duorum digitorum. Do- Βάκχος. Σφηνεύς.
rion mugilis marini ſpecies duas poſuit, cephalum & νῆστιν, id eſt ieiunum. Διδακτυλεύς.
Sunt qui omne mugilum genus ſponte oriri opinantur, ſed non recte: nam Νῆστις.
& oua eorum fœminæ, & ſemen genitale mares habere cernuntur: uerùm *Ieiunus mugil*
genus quoddam eorum eſt, quod nõ coitu, ſed limo arenáue enaſcatur, ut quod apud Gnidum olim factum memoratur. Stagnis eorum ſub canis ortu reſiccatis, & limo iam arido, ubi primum imbribus reſtagnare loca inciperent, piſciculi naſcebantur generis mugilum, quod per coitum procrea
D tur magnitudine menulæ paruulę: nec in iis aliquid uel oui uel ſeminis cõ-
4 tinebatur. Et genus quoddam mugilum reperitur in fluuiis lutulentis, in *Mugil fluuiatilis.*
5 quo nec mas eſt nec fœmina. Naſcuntur & in Sipharũ lacu mugiles, qui bi
nas tantum pinnulas habent. Qui chelones dicuntur & ſargi, myxi atque *Chelones.*
cephali, graueſcere menſe Decembri incipiunt: gerúntque diebus tricenis. *Sargi. Myxi.*
Parit ceſtreus iis locis maxime, quà fluuius exit in mare, ut dictũ eſt. Et in- *Cephali.*
ter primos piſces partum accelerat: parit nanque hyeme. In piſcium gene- *Ceſtreus.*
re alter alterum ſui generis edit, excepto mugile. Cephalus & κεστρεὺς ſoli carne omnino abſtinent: cuius rei argumentum eſt, quòd neque in uentre tale quid unquam habentes reperiuntur: neque eſca in eos ex carne utimur, ſed panis offa. Neque oua fœtúsue ceſtrei ab ulla belua uiolantur: ideóque co-

pioſi exiſtunt:ſed cũ adoleuerint,tunc à cæteris piſcibus corripiuntur. Ve- E
*οὐλίχνον id eſt minime guloſum eſſe: κέστρεα, dicit Oppianus.* ſcitur mugilis unuſquiſque phuco algáue, atq; arena. Guloſus omniũ ma-
xime mugilis eſt atque inſatiabilis,inquit Ariſtoteles:quocirca uentre di-
ſtéto graueſcit:& cum ſit ieiunus,uilis eſt. Cum hic metuerit,caput abſcõ- 6
dit,corpus totum occultari credens.Eidẽ tamen tanta facilitas, ut in Phœ-
*Aliàs, eidem tam incauta facilitas.* nice & Narbonenſi prouincia,coitus tempore è uiuariis marem linea lõga
per os ad branchias religata emiſſum in mare,eadémque linea retractum,
fœminæ ſequantur ad litus:ruſúſque fœminam mares partus tẽpore. Scit
mugil eſſe in eſca hamũ,inſidiáſque non ignorat:auiditas tamen tanta eſt,
ut cauda uerberando excutiat cibos, capitur autem eſca,ex pane, lacte &
menta.retia ſaltu nonnunquam ſuperat. Viget mugilis autumno: deterior
eſt cùm fert utero.Cùm plurimis piſcium generibus imbres conducãt, mu F
gili tamen nocent:fit enim ut pluuiis multi ex his de facili excæcentur, ſi
modum aqua exceſſerit.Et cum piſces omnes,dum uterũ gerunt,graui ſti-
mulo agitentur,ita ut in terram exiliant,omnium maxime mugilẽ ita ſo-
licitari certum eſt.Mugilus & lupus quanquam inimici ſunt capitales, ta-
men ſtato tempore congregantur.Sæpe mugiles cauda abſciſſa uiuunt:ab-
roditur uero à lupo eius cauda. Subit ceſtreus in amnes & lacus, ibíq; pro-
ſpere degit.Ceſtres(ut Artemidorus tradidit)aſcẽdunt in Nilum uere,cum
prægnantes ſunt:deſcendunt autem paulo ante pleiadum occaſum unà o-
mnes parituri: & tunc quoque in ſepta incidentes capiuntur.Sunt mugiles
(ut Iceſius author eſt) boni admodum ſucci:facile excernuntur,nec multũ
alunt.Porro ex alto mari mugil optimus habetur,ſapore iucundo,ſubacri,
lupo nihilo inferior.ſubiens hic purũ lympidúmq; flumen carnis duritiem G
temperat,euadítq; delicatior : qui uero in limoſis lacubus ſtagnantibúſue
locis capitur,uiroſior eſt.Attritis imponitur cinis è capite mugilũ:cõburi-
tur autẽ in fictili uaſe: illini cũ melle debet.Inter ſalſamẽta mediæ materiæ
*Banchus.* Ceſtreus eſt.Bãchi,quẽ quidam myxinon uocãt,fel auribus utiliſſimũ eſt.
*Myxinos,* Inueniũtur in bãchi piſcis capite ceu lapilli:hi poti ex aqua, calculoſis prę- 7
*Cephalus.* clare medẽtur.Mugilũ genus præſtantiſſimũ cephalus eſt,nomen à capitis
*Chelon.* grauitate ſortitus.Eſt uero cephalus alter,qui chelon dicitur:alter pherçus. 8
*Labeo.* Cephalus, quẽ chelona uocãt,litoribus gaudet:ſed prope paludes maxime 9
*Cephalus trãſlitorianus.* uictitat,aut ad fluuiorum oſtia ubi copia influit dulcis aquæ:alter eiuſdem H
generis trãſlitoranus,qui non niſi mucore ueſcitur ſuo: quáobrem ſemper 10
ipſe ieiunus eſt.Paſcuntur limo cephali:quo fit,ut graues & ſordidi ſint.Pi-
ſcem ipſi nullũ omnino edunt, ſed & carne penitus abſtinẽt:cuius rei argu
mentum eſt,quòd nihil tale in uentre unquã habentes,reperiũtur. Et quo-
niam uerſari in limo ſolent,efferunt ſe,urinantúrque ſæpe,ut corporis ſor-
des mucúmue abluant.Oua fœtúſque eorum à nulla belua uiolantur: qua-
propter copioſi exiſtunt:ſed cum adoleuerint,tunc à cæteris piſcibus corri
*Archanus.* piuntur,maximéque ab archana. Parit cephalus ad æquinoctiũ autumna- 11
le,& eius fœtus nouiſſime fere omnium apparet. De cephalo Galenus hæc
*Cephalus.* prodidit.Cephalus ex eorum piſcium genere eſt, qui ſquamis integuntur.
Naſcitur autem non in mari ſolum,ſed in paludibus ac fluuiis:quo fit,ut ce
phali

A phali non paruum inter ſe diſcrimen habeant: ut uideri poſſit cephalus pelagius alterius eſſe generis, carnéque ipſa plurimũ differre ab eo, qui in palude uiuit, aut fluuio, aut limoſo aliquo ſtagno, aut cloaca, qua expurgãtur urbium ſtercoraria. eſt enim eorum caro qui in cœnoſis & ſordidis aquis uictitant, excrementi mucíque plena: ſicut optima eorum qui in puro mari uiuunt, præſertim ſi uentorum flatibus agitetur. Inter piſces cephalus maxime utraque aqua utitur, marina ſcilicet & dulci: & hanc habet naturam, ut aduerſo flumine natans, quàm longiſſime à mari diſcedat. Et hic quidẽ cephalus numeroſas illas ac paruas ſpinas non habet, ſicuti neque marinorum quiſpiam alius: uerum qui ex fluuio aut palude in mare deſcẽdit, non ſecus ac congeneres huiuſcemodi, ſpinarum plenus eſt. Hęc de cephalo Ga
B lenus. Pauſanias quoque cephalos lutoſos eſſe piſces teſtatur: cœnoſiſq; locis & fluuiis turbulentis gaudere. Cephali præſtantiam ſtatim indicat guſtus: qui enim præſtantior eſt, & ſuauior ſentitur & acrior, pinguedinísque expers: at contrà, qui piugues ſunt atque inſipidi, ij tum in guſtu, tum uero ad concoctionem ſunt deteriores, ſtomachóque aduerſi, & malũ procreãt ſuccum. Hic tamen ſi ſale condiatur, (nam & cephali ſale adſeruãtur) longe quàm ante præſtantior euadit: nam quod in eo mucoſum uiroſúmque eſt, id totum deponit. Recens autem ſalitus iamdiu in ſale adſeruato melior exiſtit. Leuciſcos uocant nonnulli piſces quoſdam in fluuiis genitos, alterum cephalorum genus eſſe rati. Eſt autem leuciſcus cætera quidem uſquequaque cephalo ſimilis, niſi quòd leuciſcus candidior paulo eſt, capitéque minore & ſapore acutiore. Quod ad alendi facultatem attinet, cephalo fluuiatili ſimilis eſt. De cephalo autem fluuiatili ita cecinit Auſonius: capitonem uocat.

*Inſipidi, κατὰ τὴν γεῦσιν ἔκλυτοι.*

*Leuciſcus.* λευκίσκος.

*Cephalus fluuiatilis.*

*Capito.*

Squameus herboſas capito interlucet arenas,
Viſcere præteneris fartim congeſtus ariſtis:
Nec duraturus poſt bina trihoria menſis.

1 Mugil & κεστρεῦς tam genus quàm ſpeciem ſignificant: uocãtur etiam mugiles à quibuſdam πλώτης. Mugil apud Varronem etiam in piſcinis dulcibus ſeruatur. 2 Chelon, &c. Plinius placentem cauda labrum dixit ex Ouidio: an idem labrus ſit qui chelon? quem Theodorus labeonem uocat: ſicuti & σάργον ſargonem, & μύξον mucone interpretatur. 3 Bacchi legitur apud Athenæum: uide an potius banchi legendum
D ſit. Sed banchum alteram ſpeciem uocant quidam, quæ myxinos dicitur, uti infra explicabimus. 4 Mugil fluuiatilis etiam oxyrynchus uocatur, ut Diphilus prodidit. 5 Sipharum lacu mugiles, &c. An ſint hi mugiles potius ex anguillarum genere? 6 Ieiunus utilis, &c. Videtur Theodorus hoc in loco legiſſe, ὅταν ἢ μὴ νῆστις: uerum nos Aldinam ſecuti literam Græcam, quam & iiſdem uerbis citat Athenæus, ita reddere maluimus. 7 Cephalus, &c. Theodorus capitonem uocat. Cephalum alium à cephalino, qui & βλεψίας uocatur, Dorion author eſt. 8 Pheræus, &c. aliàs περαῖος, id eſt tranſlitoranus, ut uertit Theodorus: hoc eſt, ut ego arbitror, qui lõgius à litoribus degit. 9 Euthydemus & Dorion hæc non de cephalorum ſed mugilum generibus referunt: ſed uarie, uti ſuprà uidere licet. 10 Mucore ueſcitur, &c. Eſt apud Ariſtotelem pholis, quæ mucorem quem ipſa emittit, ſibi obducit: ita ut in eo quaſi cubili quieſcat. uide an idem ſit piſcis, an eiuſdem ſaltem generis. 11 Et apud Ariſtotelem acharnas, quem æſtate laborare ſcribit, atque eo tempore extenuari. Athenæus acharnũ habet: & alio loco acarnan, qui ſuauis piſcis eſt, & in guſtu ſubaſtringens: qui & medio-

πλώτης. *Labrus.* *Labeo.* *Sargo.* *Muco.* *Oxyrynchus.* *Capito.* *Cephalinus,* βλεψίας. *Cephalus,* περαῖος, *uel* φεραῖος, *Pholis,* φωλίς. *Acharnas.* ἄχαρνας. ἄχαρνος. *Acharnus.*

*Acarna. Acarne.* criter nutrit, & aluum ciet. Acharnas, ut uult Xenocrates, neque ſtomacho gratus eſt, neque probum generat ſuccum. Dura carne eſt, nec facile corrumpitur. Et Plinius acarnen habet, an iidem ſint piſces an diuerſi? E

De daſquillo, ſalpa & quibuſdam aliis. Cap. CLXXX.

*Daſquillus, δάσκιλλος. Salpa, σάλπη. Σαλπὰς ὁ. Salpe.*

PAſcuntur cephali cœno, ut dictum eſt: daſquilli cœno & ſtercore. Salpa quoque ſtercore ueſcitur: uerum hæc natura, ut alij alibi piſces principatum obtineant, ut coracinus in Ægypto, zeus Gadibus: circa Ebuſum 1
ſalpa, obſenus alibi: & qui nuſquam percoqui poſſit, niſi ferula uerberatus. Stercore, ut diximus, ueſcitur ſalpa, piſcis alioqui ſaxoſis locis uictitans, algoſisque & muſcoſis: atque alga paſcitur herbíſque. reperitur & in paludibus maritimis: ſed eſca fœtida præcipue capitur, ut ſtercore. Quin & cu- F
curbita capitur, quod ei ex omnibus uni euenit. Eſt uero piſcis colore uarius, uirgis uel maculis quibuſdā rubentibus diſtinctus. Serratos habet den- 2
tes: & ſolitarius uagatur. auditum habet peracutum. Semel parit, æſtatis ſcilicet initio locis plurimis: nonnunquam uero autumno. Guſtui fere ingrata ſalpa eſt, ut Archeſtratus author eſt: in uſu autem cibario meſſis tempore maxime habetur aut autumno: ut uero Xenocrates docuit, ſalpæ quæ in alto capiuntur, ſapore ſunt iucundo, ſubacri: abundéque nutriunt, nec facile corrumpuntur: quæ uero apud litora, carnem habent duriorem, ſaporíſque ingrati, & quæ malum procreat ſuccum. *Aliàs, ſalpes.* Salpe expurgat ulcera in linteolis concerptis. Gignitur & in mari rubro piſcis ſtromateus *Στρωματεύς.* nomine, ſalpæ ſimilis: uirgulas habens per uniuerſum corpus extenſas auri *ſeſerinus.* ſpeciem referentes. Binis quoque uirgulis inſignis eſt piſcis, qui ſeſerinus G
*Faber, zeus.* uocatur. Faber, qui & priſca conſuetudine zeus appellatur, in Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur. in Atlantico mari paſcitur, nec alibi.

1 Circa Ebuſum, &c. Archeſtratus circa Mytilenem, Diphilus circa Alexandriam ſalpas prædicant optimas. 2 Virgis uel maculis, &c. Oppianus, αἰολώνοτος: Athenæus, πολύγραμμος καὶ ἐρυθρόγραμμος.

De gobione. Cap. CLXXXI.

*Gobio. Gobius. κωβιός. Gouius. Cobius. Cobio. κῶθος.*

PIſcis paruus gobio eſt, & ex iis qui parui perpetuo manent. Gobius ap- 1
pendices habet plures ſuperne circa uentriculum. Pariunt iuxta litora H
gobiones, ſuáque oua lapidibus committunt latiuſcula & arenida. Subeũt in fluuios nonnunquam: ibíque pingueſcunt. E gobionibus ſunt qui in fluuiorum oſtiis aut paludibus maritimis uictitant: partim etiam in ſaxis, & partim in arena degunt. Qui ſaxatilis eſt, hunc Numenius κῶθον uocauit. *Gobio fluuiatilis.* nec marinus ſolum piſcis eſt gobio, ſed & fluuiatilis, quem hoc modo depinxit Auſonius,

Gobio non maior geminis ſine pollice palmis.
Præpinguis, teres, ouipara congeſtior aluo:
Propexíque iubas imitatus gobio barbi.

*καυλίνη.* Præterea alius albus eſt, nigricat alius, & alius uiridior eſt, καυλίνη uocatur.

A Gobionem album Eurypi non eſſe pelagium certum eſt, inquit Ariſtoteles. Denique

Lubricus & ſpina nocuus non gouius ulla eſt. Et,
Gouius aculeo pugnat, fundítque uenenum.

*Gobius ſpinoſus.*
*Venenum, ſed minime mortiferum inquit Aelianus.*

Gobiorum caro, inquit Galenus, ut aſellorum & ſaxatilium piſcium carne durior, ita mollior eſt quàm mullorum: craſſitudine uero & tenuitate mediocrem generat ſuccum. Pręſtantiſſimus autem eſt gobio, tum ad uoluptatem, tum uero ad concoctionem digeſtionémque, & ad probum gignendum ſuccum, is qui in arenoſis litoribus aut inter ſaxa uiuit: qui uero in fluuiorum oſtiis aut paludibus maritimis degunt, diuerſam plane carnem habent ab iis, qui in puro mari uictitant: neque enim æque iucundi ſunt ſaporis, neque ſuccum tam bonum præſtant. B Quòd ſi limoſa fuerit aqua, aut urbem fluuius expurget, deterrimus euadet qui in illa aqua gignitur gobio. Copioſum, inquit Iceſius, ſed non bonum procreāt ſuccum gobiones ſapore grati: facile excernuntur, nec multū nutriunt. Guſtui gratiores ſunt candidi nigris: uiridium autem gobionum caro ſubſtantia eſt rariore, magis pinguedinis expers, ſuccúmque præſtat tenuiorem, neque adeo copioſum: ob magnitudinem tamen magis alit. Gobios, qui ſaxatiles ſunt, teneriorem habere carnem Diocles prodidit. Diphilus, gobij inquit, percis ſimile præſtant alimentū. qui uero ex iis parui ſunt & candidi, tenerā habēt carnem: miniméque uirus olent: probum gignunt ſuccū, & facile concoquuntur: uirides ſqualidiores minúſq; pingues ſunt. Gobius recens, inquit Dio- C ſcorides, ſi in ſuillum uentrem cōiectus inſuatur, & in aquæ ſextariis duodecim, donec duo ſuperſint decoquatur: tum excolatus & ſub dio refrigeratus potui detur, aluum ſine moleſtia ſoluit: canum reptiliúmque plagis utiliter imponitur. Gobionem ſaxatilem, uti modo diximus, nonnulli κῶθον uocant. κωθιῶ, id eſt (ut equidem arbitror) paruo gobioni ſpecie ſimilis eſt βελόνος. βλένος quoque piſcis eſt in herboſis litoribus degens. Blennorum cinis, inquit Plinius, cum ruta, ueſicæ uitia & calculos ſanat. Epicharmus quoque uilem quendam piſcem βαίωνα nominat.

*Gobio ſaxatilis.*
βελόνος.
βλένος.
*Blennus.*
βαίων.

1 Gobio, &c. Siculi κώθωνα uocarunt: alij κῶθον. Sunt qui κωβιδάρια & κωβίδια habent.

κώθων, κῶθος.
κωβιδάριον,
κωβίδιον.

D

## De apuarum generibus & ſimilibus quibuſdam aliis. Cap. CLXXXII.

1 E Gobionibus paruis & ignobilibus, qui terram ſubeūt, creatur piſcicu-
2 lus qui κωβίτης dicitur apuæ genus. Porro quam apuam noſtri, aphyen Græci uocant: quoniam is piſciculus è pluuia naſcitur. Grauis cibus apua eſt & concoctu difficilis, ut Diphilus prodidit. Sunt autem apuę plura genera: quæ aphritis & aphros, id eſt ſpuma uocatur, non ex coitu gignitur, ſed ex terra arenoſa conſiſtit: quod quidem apuæ genus nec incrementum capit, nec prolem affert: & tēporis longioris ſpatio perit, ſed denuo naſcitur: unde fit ut breui quodā tempore excepto, omnibus fere anni temporibus generetur. Efferri id piſciculi genus funditus de terra, argumentū eſt, quòd

*Aliàs, qui in arena gignuntur.*
κωβίτης.
*Apua.*
ἀφρίτης.
ἀφρός.
*Spuma.*

niſi tempore tepido non capiatur: utpote quod de humo ad ſumma tepo- E
ris gratia ueniat. Fiunt locis umbroſis & tepidis, quoties temporis benefi-
cio ſolum tepeſcit, ut in Attica terra apud Salaminem, & iuxta Themiſto-
cleum, & in Marathone: nonnuſquam uel cum aqua de cœlo inceſſit ori- 3
tur piſciculus hic in ſpuma, quæ à copioſo imbre cadente efficitur, unde no
men ſpumæ (ἀφρὸς) accepit: fertúrque interdum per ſumma maris, (cum cæ-
lum tranquillum fuerit) & in ſpuma fluitat, perinde ac in fimo uermicu-
lus uoluitur: quamobrem in loca complura genus id apuæ affertur è ma-
ri: & copioſe quoque generatur, & capitur anno tranquillo & humido. Iis
itaque ortus partim ex limo aut arena, partim per ſumma facta putredine
agitur. Reliquum uero apuarum genus, fœtura piſcium eſt: quæ etenim co

*Cobites.*
bites dicitur à gobionibus, ut modo diximus, paruis ignobilibus creatur. F

*Phalerica.*
*Membrades.*
*μεμβράδες.*
Quæ uero phalerica uocatur, mẽbradas gignit, quibus unà cum ſpinis ue- 4
ſci ſolemus: ſicuti & aliis quæ ex iis procreãtur: uocantur autem trichides. 5

*Trichides.*
*Trichias.*
*Trichæus.*
Ex iis trichiæ oriũtur, uile edulium, ut teſtis eſt Iulius Pollux. Trichias, uel, 6
ut Ariſtoteli uidetur, trichæus, cum põtum ingreditur, uidetur & capitur:
ſed exiens nuſquam uiſus adhuc eſt: ſed hi ſoli Iſtrum amnẽ ſubeũt, unde,
quà diuiditur fluuius, per abditum terrę meatum in Adriaticum mare de-
fluunt: argumento eſt, quòd ſubeuntes ex Adriatico in meatus illos nun-

*An hic trichias idem ſit, an alius piſcis.*
quam capiuntur: ſed deſcendentes in Adriaticũ ſemper. Trichias bis anno
parit. Eſt apuæ genus quoddã, quale in portu Athenienſium naſcitur, quod

*Encraſilochus*
*ἐγκρασίλοχος.*
encraſilochos dictos progenerat. ut uero quibuſdam uidetur encraſilochi 7
ex illo apuarum genere procreãtur, quam cobitin appellari diximus: quin- G
etiam genus aliud apuæ eſt, quod mænarum & mugilum ſit fœtus. Illa ue-

*Aphros.*
*Aphritis.*
ro altera quæ aphros & aphritis dicta eſt, humida eſt, breuéque, ut dictum
eſt, tempus durat, & reſtant tandem caput & oculi. ſed iam piſcatores qué-
admodum deportare poſſunt inuenerunt: ſale enim aſperſa plus temporis
adſeruari poteſt. Et hæc certe cæteris quæ hactenus dictæ ſunt omnibus

*Epſetus.*
*ἕψητος.*
*ἀθρίνη.*
*ἀθερίνη.*
*Triglites.*
prędtat. Cobitin etiam epſeton piſciculum uocat Dorion: & illum quoque
qui ex athrine piſciculo procreatur. Eſt ſane epſetus in apuarum genere pi 8
ſciculus. epſetos uocãt nõnulli piſciculos qui in foſſulis relinquuntur Nilo 9
recedente. Præterea quoddã apuæ genus triglitẽ Dorion nominat. Iceſius
in apuarum genere quædam, inquit, alba & tenuis admodũ eſt & ſpumea, 10

*Cibotis,*
*κιβωτις.*
*Engraulis.*
*ἐγγραῦλις.*
quàm cibotin nonnulli appellant: alia pleniore craſſioréue corpore, & ſor- H
didior: præſtantior quæ nitida & tenuis eſt. Engraulis, ut ſcribit Oppianus,
apuæ genus eſt, piſciculus perimbecillis & timidus: ut qui grauiſſima ſit pi
ſcibus omnibus præda. Engraules cateruatim & uelut nodo indiſſolubili
colligati natant: ut nõnunquam uel nauim remorari poſſint: capiunturq;
retibus magno numero. Sũt, inquit Oribaſius, piſciculorum minimorum
genera quædam, quæ ſale adſeruantur, quæ unà cum acrioribus oleribus

*κορακίδια.*
*βωείδια.*
*κόλλια.*
*τυφλωνίδια.*
*Apua.*
eduntur. Vocantur alia κορακίδια, alia βωείδια, alia κόλλια, alia τυφλωνίδια, quæ 11
omnia & ſtomacho infeſta ſunt & aluum citant, nec facile corrumpuntur.
Apuarum tanta eſt Athenis copia, ut ob uilitatẽ (ut Chryſippus refert) uul-
gare ſit mendicorum edulium: cum tamen aliis locis, ubi longe deteriores
naſcuntur,

A naſcuntur, magno habeantur in pretio. Apua,ut Clearchus peripateticus
docuit,piſcis genus eſt molle ac tenerũ adeo,ut admotũ igni protinus de-
12 coquatur: & oleo feruenti iniectum,ſtatim ab igne auferendum præcipiat
Archeſtratus. Apuæ,membrades & trichides, piſcéſque id genus alij, qui- *Apuæ.*
bus unà cum ſpinis ueſci ſolemus,humidius præſtant alimentum, flatuo- *Membrades.*
ſúmque,dum in uentriculo concoquuntur,generant ſpiritum:ut qui con- *Trichides.*
coctionem recipiunt minime æqualem, ſtatim etenim caro ipſa cõcoqui-
tur,ſed ſpinæ tempore longiore perficiuntur.

1 κωβίτης dicitur,Theodorus gobionariã uocat. 2 Apuã,&c. Aplua Theodoro, *Gobionaria.*
ἀφύη καὶ ἀφύδιον uocatur. 3 Oritur piſciculus. Apuæ proueniunt,ut docet Plinius, *Aplua.* ἀφύη.
ſpuma maris incaleſcente, cum admiſſus eſt imber. 4 Phalerica. φαληρικὴ, Lynceus ἀφύδιον.
B Samius φαληρικὰς ἀφύας dixit. 5 Membrades appellãtur, & βιμβράδες, & βεβράδες, φαληρικὴ
& βεβραδῶνες. 6 τριχίδες,Theodorus ſardinas,& τριχίας ſardas uocauit: Dorion ἀφύη.
uero τὴν τριχίδα τριχίαν appellat. Vtrunque Theodorus & τριχίαν & τριχαῖον ſardam *Apua phale-*
interpretatur. Sed quis piſcis ſit ſarda infra explicabitur. τριχίας & τριχαῖος an idem *rica.*
ſit piſcis nondum nobis cõſtat:an uero apud alterutrum, Pliniũ ſcilicet an Ariſtotelẽ, βιμβράδες,
menda ſit. 7 Encraſilochos. Encralos alij legunt. Eundẽ piſcem arbitrantur nõ- βεβράδες,
nulli eſſe engraſilochũ,& engraulim. 8 Athrine an ſit eadem quæ atherina?de qua βεβραδῶνες.
infra. 9 Epſetos,inquit Hermolaus,à coquẽdo nominatos arbitror: quos Artemi- *Sardinæ.*
dorus etiam pleſtos uocauit. Theodorus ἑψητοὺς naricas interpretatus eſt:neſcio quàm *Sarda.*
uere,inquit Hermolaus. Piſcis certe minimus eſt narica,ut Feſtus inquit. 10 Spu- *Encraulus.*
mea,ἀφρώδης,id eſt rariore ſubſtantia, arbitror. 11 Hæc arbitror,in apuarum ge- *Pleſti.*
nere numerantur. 12 Admotum igni. Hinc ortum eſt prouerbium, ἴδε πῦρ ἀφύη, *Narica.*
quaſi uidiſſe modo ſufficiat ad decoctionẽ.

C

## De trichide,thriſſa & ſimilibus quibuſdam aliis. Cap. CLXXIII.

ET trichidas,uti modo diximus,membrades gignunt: & uulgi cibus tri τριχίς.
chis eſt,& qui uili cõparatur. ſaltu ſimul ac cantu ſummopere gaudet,
ut nonnunquam cantuum uoluptate captus exiliat è mari. Trichida ſunt
1 qui arbitrãtur eundem eſſe cum triſſa : ſimiles certe ſunt trichides, thriſſæ, *Thriſſa.*
chalcides & eritimi. Thriſſæ,inquit Oppianus,chalcides & abramides ca- *Threſſa.* θρίσσα.
teruatim natant locum ſemper mutãtes,modo in alto pelago, modo apud θρῆσσα.
2 litora uictitantes. Ariſtoſus ſpinoſúsue piſcis eſt thriſſa, nec multum habẽs ἀβραμίδες.
in ſe pinguedinis:neque ſuccum in alimento præbet copioſum, ſed eum ta
D men,qui facile in corpus digeritur. Aſcẽdunt in Nilum thriſſæ,ſicuti & ce-
ſtres ſoli fere piſcium, ut Ariſtobolus author eſt, abſq; crocodilorum me-
tu. Qui Mareotin lacum accolũt,triſſas illic cãtu & teſtarũ concrepãtium
conſonantia piſcantur: etenim eæ ſaltantes in piſcatoria ad ſe comprehen-
dendas explicata inſtrumenta incidunt:atque hoc pacto Ægyptij ſplendi-
dam prædam conſequuntur. Triſſam nonnulli clupeam interpretantur, ſi- *Clupea.*
cut alij aloſam. Eſt autem clupea, authore Plinio, minimus piſcis, qui atti-
lum ingentem fluuij Padi piſcem,uenam quandam eius in faucibus mira
cupidine appetẽs,morſu exanimat. huic inter piſces primas partes tribuit
3 Ennius poeta. Aloſam autem piſcem plebeium eſſe oſtendit Auſonius *Aloſa.*
4 hoc carmine:

Stridentéſque focis obſonia plebis aloſas.

*Chalcis.*

Chalcis trichidi atque triſſæ ſimilis eſt, piſcis ariſtoſus ſpinoſúsue: (aut ſiccus & ſqualidus, hoc eſt ἀχρεώδης) neque multum in ſe pinguedinis cõtinet, neque ſuccum copioſum in alimentum præbet: facile tamen in corpus digeritur. gregalis piſcis eſt. Et gregatim natãt chalcides (ut modo diximus) locum ſemper mutantes, modo in alto pelago, modo apud litora degẽtes. In fluuiatilium quoque numero chalcis eſt. Ter parit, & gregatim ſua oua gurgiti altiori mandat congeſta. ſonitum quendam & ueluti ſtridorẽ nonnunquam emittit. Chalcis uitio infeſtatur diro, ut pediculi ſub branchiis innati plurimi interimant: quod nulli ex cæteris accidit. Chalcidas nõnulli ſardinos uocarunt. Ariſtoteles eritimos ſardinos dixit. Eſt uero eritimus chalcidi triſſæq; ſimilis, & in alendo quoque: quẽ Dorion condimẽto ſuauiorem euadere prodidit. Sale cõdiuntur nonnulli piſciculi, in quibus chalcis eſt & halecula.

E 5 6 F

*Sardinus. Eritimus. Chalcis. Halecula.*

*Θράσσα. Θράττα. Theſſa. Thetta. Aloſa. Clypea. Atherina. Ariſta. Chalceus. Erica. Spuria. Sardinia. Sardina. Sardena. Σαρδηνή.*

1 Thriſſæ. Θράσσα uel θράττα alius, opinor, marinus eſt piſciculus uerſicolor: theſſa à quibuſdam uocatur & thetta. 2 Ariſtoſus ſpinoſúsue. Theodorus ſpinoſum dixit. Græca Ariſtotelis exemplaria αὐθηρότερον habẽt, ſed falſo, ut opinor: Athenæus ἀχρεώδης fortaſſe, id eſt ſqualidus, aut ſiccus. Θρίσσαι Theodorus aloſam uocat. 3 Ennij uerſus extat apud Apuleium,

Omnibus ut clupea præſtat muſtella marina, &c. Sunt qui legant clypea.

4 Aloſam. Atherinam Phauorinus uilem eſſe piſcem rradidit: an eadem ſit cum aloſa, conſideret lector. Atherina (quam ariſtam appellat Theodorus) è ſolitariorũ genere (ita nanque interpretatur ῥυάδας) prima in hoc genere parit: fœtúsque eius primum fere omnium apparet. parit atterens aluum arenæ. 5 Chalceus piſcis alius à chalcide eſt Cyzici frequens, figura terete, περιφερής τι καὶ κυκλοειδής: an idem ſit, qui faber? Chalcida Theodorus ericam interpretatur, nonnunquam & ſpuriam: quæ inter fuſaneos piſces numeratur, & qui ſemel pariunt. Verum eo in loco uidẽtur exemplaria omnia mendoſa: nam chalcis gregalis eſt, non fuſaneus: & ter parit. 6 Sardiniam habet Columella piſciculum ſalſamentis idoneum, & à chalcide diuerſum: niſi deprauatus ſit codex. Item ſardinam Galenus, uel ſardenam σαρδηνήν. G

## De halecula, mæna, ſmaride & boce. Cap. CLXXXIIII.

*Halecula. Halecula riualis. Alec. Μαίνις. Mæna.*

TAbentes halecculas incrementi minuti piſces iubet Columella præberi iis, qui in uiuariis ſeruantur piſcibus. Riualem quoque haleculã nominat inter ea, quæ ſunt incrementi parui animalia. Alecem appellant nõnulli quam Græci μαινίδα uocãt, & Plinius mænam. Colore mutantur mænæ, candidiores hyeme, & fiunt ęſtate nigriores, id quod maxime ſuis pinnis & branchiis declarant. Herboſis litoribus gaudet mæna, & gregalis eſt. Omnium piſcium fœcundiſſima eſt, & poſt brumam parit. utero grauis melior eſt. Forma rotundior fœminæ, porrectior mari & latior. Euenit ut cum fœtu impleri fœmina incipit, maris color in nigriorem, plúſque uarietatis mutetur, & caro deterrima cibo efficiatur: uocantur à nõnullis per id tempus τράγοι, id eſt hirci. Mænæ ſucci bonitate gobiones ſuperãt, ut tradit Iceſius. ſed ſuauitate inferiores ſunt. Capitis mænarum, quæ ſale adſeruantur, cinis, exſiccandi uim habet, nõ admodum acrem: ideóque ad ſedis rimas eo utimur: quidam & ad columellam diu induratam. Hæc Galenus. Mænarum ex capitibus cinis, inquit Dioſcorides, ſi imponatur, calloſas ſedis

1 2 H

*Τράγος. Hircus.*

A dis rimas abolet:cuius etiam garum putrida oris ulcera,ſi eo colluantur,ſiſtit.Plinius mænarum muria & capitum cinis,inquit,cum melle ſanat ſtrumas. Anginas męnarum ſalſarum ex capitibus cinis ex melle illitus abolet. Mænæ ſalſæ cum felle taurino illitæ umbilico aluum ſoluunt.Capitis mænarum cinis ad rhagades & condylomata utilis.uulgo è mænis iucundiſſimus habetur ſal: ex eo ſaltē genere quod è muria ſalſamentorum recoquitur,iterúmque conſumpto liquore ad naturam ſuam redit. Mænidi ſimi-
3 les ſunt boces & ſmarides,ut Pſeuſippus author eſt.Eſt autem ſmaris piſcis *Smarides.* litoralis,& litoribus gaudet herboſis.Colorem mutat non aliter atque męna:candida enim hyeme,rurſus æſtate ad nigredinem redit:quod maxime ſuis pinnis & branchiis declarat. Smarida nonnulli κυνὸς εὔνα, ἢ κυνοσεύνα uo- *κυνὸς εὔνα*
B carunt.Smaridis caput exuſtum excreſcentes in ulceribus carnes reprimit: *κυνοσεύνα.* nomas cohibet, thymos clauóſque abſumit. eius caro, non ſecus ac cætera ſalſamenta, ſcorpionum ictibus canúmque rabidorum morſibus prodeſt. Verēdorum puſtulas diſcutiunt ſmarides illitæ.Mulieribus lactis copiam
4 faciunt ſmarides cum ptiſſana ſumptæ,uel cum fœniculo decoctæ. Box,ut *Box,βόαξ.* diximus,męnæ & ſmaridi ſimilis,in dorſo quaſi pictus,παρὰ τὴν βοὴν,uti A- *Voca,uel boca.* thenæo placet,nominatur:piſcis paruus,oculos habens pro corporis ratione grandes:adeo ut Ariſtophanes Bizantius, non βόακα aut βῶκα, ſed βόωπα *Bocas.* potius appellandum ſtatuerit, ab oculorum ſcilicet magnitudine,quaſi bo *Βοώψ.* uinos habentem oculos. Piſcis gregalis eſt & litoralis, in locis herbidis ui-
C ctitans. Concoquitur facilius box, atque in corpus digeritur iurulentus,& aluum mouet:uerum aſſus ſuauior eſt & tenerior . Sunt & quidam piſces *Leucomenides.* λευκομαινίδες dictæ, id eſt mænæ candidæ, quas aliqui βόακας appellarunt: alij *Βόακες.* diuerſos aſſerunt.

1 Aleculam arbitratur Hermolaus genus,non ſpeciem eſſe : idémque apud nos ſignificare aleculas, quod anthracidas apud Græcos, id eſt prunarios aut carbonarios: *Alecula.* *Anthracides.* quicunque ſcilicet in pruna & craticula commode coqui poſſent:uerum ex Columella apparet ſpecies eſſe. 2 Alecem appellant nonnulli,&c. Alex Plinio nō piſcis,ſed *Alex.* gari uitium eſt,ſcilicet imperfecta nec collata fex. nec ſane occurrit locus quiſpiam apud ueterem aliquem authorem,qui plane oſtendat alecem aut alec piſcis genus eſſe. Horatius in primo Sermonum, Ego fecem primus & alec inueni. Nonius Marcellus locum hunc citans piſcem ſignificare dicit. 3 Quas Græci ſmaridas appellant,miror unde Theodorus cerros interpretetur,inquit Hermolaus.Sunt quidem *Cerrus.*
D gerres Plinio & Martiali quoque inter uiles piſciculos,ſed diuerſi à ſmaridibus, uti ex *Gerres.* Plinio ipſo liquet lib.32. Martial.lib.12.

Fuiſſe gerres aut inutiles mænas,
Odor impudicus urcei fatebatur.

4 Νοτόγραπτος, Vocam interpretatur Theodorus. Et certe lectio Pliniana in uetuſtis codicibus bocā habet,non box,ut notat Hermolaus. Bocas,inquit Feſtus, piſcis genus eſt à boando,id eſt uocem emittendo. ἀμφότεροί τε βῶκες,id eſt boces utrique dixit Oppianus:quaſi duo ſint eorum genera.

## De aliis quibuſdam piſcibus, qui uocales dicuntur. Cap. CLXXXV.

PIſces uocis quidem expertes ſunt, ut diximus, ſed ſonos quoſdam ſtridoréſque mouent,qui uocales eſſe exiſtimantur,ut lyra,ut chromis,de *Lyra.*

*Piſces uocales, ἰχθύες φωνοῦντες, ποικιλίαι.*

qua ſuprà dictum abunde eſt: his enim quaſi grunnitus quidam emitti- E
tur. In Clitore amne piſces uocales eſſe Mnaſeus Patrenſis author eſt. Phi-
loſtephanus Cyrenenſis Callimachi familiaris, in Aorno fluuio piſces eſſe 1
tradit ſimiliter turdis auibus uocales: uocari autem ab accolis ποικιλίας. Ego
uero, inquit Pauſanias, hos piſces cum caperentur uidi: uocem autem audi-
ui nunquam, quanuis uel ad ueſperum uſque apud fluuium expectaſſem:
quo maxime tempore uociferare ferūtur. Appion maximum piſcium eſſe

*Porcus. Orthagoriſc⁹. Porcus marinus. Κάπρος. Aper. Ὗς, Sus. Ψαμμίτης. Ψαμμάθης. Ὗς θαλάσσιος, Sus marinus. De his infra inter cybiorū genera.*

tradit porcum, quem Lacedęmonij orthragoriſcum uocant: grunnire eum
cum capiatur. Inter uenena ſunt piſcium porci marini ſpinæ in dorſo, cru-
ciatu magno læſorum. Remedium eſt limus ex reliquo piſcium corū cor-
pore. κάπρος, ut inquit Ariſtoteles, id eſt aper, piſcis, quem amnis Achelous 2
gignit, uocalis habitus eſt: & grunnitum habet. Idem fortaſſe quem ὗν, id F
eſt, ſuem uocant nonnulli, alij ψαμμίτην uel ψαμμαθίδα: quanquam ὕες θα- 3
λάττιοι, id eſt ſues marini non inepte dicūtur etiam thynni, cum à glandium
marinarum eſu pinguiores efficiantur. Circa Luſitaniam nanque, ut refert
Polybius, naſcuntur in mari glandes, quibus ueſcentes thunni mirum in
modum pingueſcunt, nō aliter atque porci quadrupedes terreſtribus glan-
dibus: quocirca non immerito ſues aut porci marini dici poſſunt. Laudan-
tur in hoc piſce maxime, quæ circa uentrem partes ſunt: ὑπογάστρια dicun-
tur & abdomina.

*Ποτάμιος χοῖρος, porcus fluuiatilis. Σκάφρος. Ὕαινις. Ὕαινα, Hyæna Sus.*

1 In Aorno, &c. In Aroanio Arcadiæ fluuio ſcribit Pauſanias. 2 κάπρος, Hic
forſitan eſt, quem Athenæus ποτάμιον χοῖρον, id eſt porcum fluuiatilem uocat: quem e-
tiam ex Ariſtotele uocalem eſſe tradit. Eodem loco habetur σκάφρος, quem & uocalem G
eſſe dicit, niſi forſitan menda ſit, & κάπρος ſcribi debeat. 3 ὕαινις quoque piſcis eſt,
& ὕαινα: ſed an iidem an diuerſi à ſue, dubitat Athenæus. Duríque ſues, dixit etiam Oui
dius in Halieutic. De hyæna ita habet Plinius, Et hyænam piſcem uidi in Oenaria in-
ſula captum, caput exerentem. Hyæna ab Oppiano inter ferocia cete numeratur, quæ
multo ſit immanior quàm hyæna terreſtris.

## De thynno, thynnide, pelamide, & huiuſce generis aliis. Cap. CLXXXVI.

*Thynnus, Thunnus. Scarodyla. Cordyla. Αὐξίδες. Auxuma. Cordyla, uel cordula. Pelamis, Πηλαμίς. Limoſa. Lutaria. Sarda. Thunnus. Thynnis. Pelamis. Thynnis. Orcynos.*

CVm annuum exceſſere tempus, thynni uocantur: etenim cum thynnę
in Ponto pepererint, prodeunt ex ouo, quas alij ſcarodylas aut cordy- 1
las uocant: Bizantij auxidas (Theodorus auxumas) nominant, quia diebus H
paucis adoleſcunt. Cordyla, inquit Plinius, pelamis puſilla, cum in Pontum
è Mæotide exit, hoc nomen habet. Hæ Ponto exeunt autumno in mare u- 2
nà cum thynnis: eodem autem redeunt uerno tempore, iam adeptæ eā ma
gnitudinem, qua limoſæ aut à luto, pelaonidis, id eſt lutariæ nomen acci-
piant. Sarda quoque uocatur pelamis longa ex oceano ueniens. Limoſis 3
thunni prouectiores ætate anno eſſe putantur uno: & thunni tunc uocan-
tur, uti modo diximus, cum annuum exceſſere tempus. Præ nimia pingue-
dine diſrumpuntur thunni nonnunquam: nec fere pluſquam biennio poſ
ſunt uiuere, ut Ariſtoteles author eſt. Pelamis, uti Soſtratus prodidit, etiam 4
thynnis dicitur, cum ſcilicet ad thynni magnitudinem increuerit: poſtea
uero maior adhuc reddita, orcynos uocatur. Poſtremo autem cum ingen-
tem in

A tem in molem creuerit, cete. Et quidem iam captus eſt thunnus ſene x, inquit Ariſtoteles, cuius pondus erat ad talenta quindecim: & caudæ interuallum ad cubita quinque & palmum: (Plinius, duo cubita, inquit & palmum.) Leuis piſcis thunnus eſt, mari amníque cõmunis. Differt mas thynnus à fœmina, eo quòd fœminæ pinnula iuncta ſub uentre eſt, quam apha- *Aphareus.*
5 rea nuncupant, quæ mari deeſt. Coeunt thunni mẽſe Februario poſt idus: Ἀφαρεύς.
6 pariunt Iunio ante nonas. & ſemel anno parit thunna: ſed quoniam partẽ Ἀθέρα.
præmature, partem ſero producit, hinc fœtificare bis creditur. Edit ſua oua condita quaſi utriculo, in quo oua exigua multáque conſiſtunt. Incrementum autem partus præcipua ſumit celeritate. Pelamides ac thynnę in Ponto pariunt, nec uſpiam alibi ut ſentit Ariſtoteles: ut uero Strabo refert, pa-
B riunt in Mæotide palude. A partu ſtatim oua ſua, & prolem deinde paruã adhuc, deuorat thunna. Carne ſola ueſcitur thynnus magna ex parte: quandoque etiam algam tangit, ſed & glande quoque pingueſcit, ut modo diximus. Thunni omniũ maxime gaudẽt tepore: & ob eam rem arenam & litora adeunt. per ſumma etiam maris natãt, quo tepore potiantur. Latent thunni præaltis gurgitibus hyeme, & bruma non uagantur. ſed ubicunque deprehenſi, uſque ad æquinoctium, ibi hybernant. Pingueſcunt à latibulo maiorem in modum: ſunt quoque magna ex parte ſuauiſſimi cum latent.

*Idẽ ſentire uidetur Plin. lib. 32, ca, 7 de cordylis.*

Primadiæ in cœno ſe abdunt, cuius rei argumentum eſt, quòd neque eo tẽpore, hyemis ſcilicet, capiuntur: & ſi capiantur, dorſo fœculento pinníſque
C oppreſſis ſpectantur: uerno autem tempore prodeunt & appropinquãt ad terram coeuntes parientéſque: quo tempore fœtu grauidę capiuntur, tempeſtiuæque tantiſper eſſe putantur: autũno uero & hyeme deteriores ſunt. ſimul etiam mares pleni genitali ſemine (quod θορὸν appellant) per id tempus cernuntur, eóque præſtant ad uſum: fœtu in utero adhuc paruo, difficile capiuntur: adultiore iam, larga captura propter infeſti aſili ſtimulum. Circa canis enim exortum agitantur aſilo thunni: habent enim per id tempus ceu uermiculum quem οἶστρον, id eſt aſilum uocãt, effigie ſcorpionis, magnitudine aranei. Infeſtat hoc tãto dolore, ut uel in naues ſæpenumero exiliant: id quod facit, ut ſit in æſtate deterior thunnus. Poſt arcturum deinde melior eſt: iam enim eo tempore ab infeſtantis aſili agitatione requieſcit. Thynni in Pontum dextra ripa intrant, exeunt lęua: id accidere exiſtima-

*Primadiæ. Γριμάδιαι, id eſt pelamides noſtra certe opinione.*

*Aſilus, οἶστρος.*

D tur, quia dextro oculo plus cernũt, (utroque hebete natura) læuo hebetius. Eſt in Euripo Thracij Boſphori, quo Propõtis Euxyno iungitur, in ipſis Europam Aſiámque ſeparãtis freti anguſtiis, ſaxum miri candoris à uado ad ſumma perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Aſiæ. Huius aſpectu repẽte terrriti, ſemper aduerſum Bizantij promontoriũ præcipiti petunt agmine: itaque omnis captura Bizantij eſt magna Chalcedonis penuria. Operiũtur autem aquilonis flatum, ut ſecundo fluctu exeant ex Ponto: nec niſi intrantes Pontum Bizãtij capiuntur. Intrant thynni, uti modo diximus, è magno mari Pontum uerno tempore gregatim: ſed multi tamẽ in Propontide æſtiuant: Pontum non intrant. Thynni nauigia uelis euntia comitãtes, mira quadam dulcedine per aliquot horarum ſpatia & paſſuum milia à gu

bernaculis non ſeparantur, ne tridente quidem in eos ſæpius iacto territi. E
*Pompilus.* Quidā eos qui ex thynnis faciant hoc, pompilos uocant. At uero pōpilum
alium eſſe piſcem ſentiunt & Ouidius & Oppianus, atque Athenæus: pelagium quidem piſcem, & qui pelamidi ſimilis ſit, ſed diuerſus tamen: qui &
circa naues frequenter conſpicitur ludibundus, eáſque ad terram uſq; euntes comitetur.
*Pelamis.* Pelamis, Diphilo authore, cibus grauis, copioſéque alit, con- 7
coctu difficilis, urinam ciet: quòd ſi ſale maceretur, facilius aluum mouet, & extenuandi ui prædita eſt. Sapore quoque iucundo eſt, inquit Xenocrates, & meliuſculum procreat ſuccum: nec facile corrumpitur.
*Sarda.* Sarda, ut idē ait, guſtui grata eſt: ob eam quam in ſe habet acrimoniam cybio præſtantior: appetentiam incitat, & aluum mouet.
*Thunnus.* Thunni autem caro, eodē authore, ſtomacho aduerſa eſt, aridáque & mali ſucci: ægre deiicitur aluo, ſed F
copioſum præſtat alimentum: & in ſumma, grauis cibus eſt, ut Diphilus prodidit. Galenus thynni, inquit, ſicuti & grandiores alij piſces, ſuccum gignunt craſſum tenacémque: ac proinde eorū uſus ſenibus inutilis eſt. Quæ autem pelamides uocantur, carnem habēt teneriorem: & ſuccum gignunt craſſum, qui ad mediocritatem magis tendat. Et, ut paucis dicam, thynnorum caro, qui & ętate & corporis mole ſunt minores, non perinde dura eſt atque ſeniorum maiorúmque. Thynni recentioris adipe Attalus ad recentiora ulcera uſus eſt. Pſilothrum eſt thynni ſanguis, fel, iecur, ſiue recentia ſiue ſeruata: iecur etiam tritum, mixtáque cedria plumbea pyxide adſeruatum. Thunni ad rem ſalſamentariam ſenes improbi ſunt: quæ autem pelamides uocantur, iis longe præſtantiores ſunt: ut quæ laudatiſſimis ſalſa- G
*Cybiorum genera.* mentis non cedunt. Hæ particulatim confectę in genera cybiorum diſpar- 8
tiuntur: conciſa nanq; pelamis quæ poſt quadraginta dies à Ponto in Mæo-
*Cybiū, κύβιον.* tim reuertitur, cybium uocatur. Cum uero annuum exceſſere tempus, & iam primum thynni uocantur, uti diximus: hi membratim cæſi ceruice &
abdomine commendantur atque clidio, recenti duntaxat: & tum quoque 9
graui ructu: cætera parte plenis pulpamentis ſale adſeruantur. Melandrya
uocantur cæſis quernis aſſulis ſimilima: uiliſſima ex his, quæ caudæ proxi- 10
ma, quia pingui carent: probatiſſima ea quæ faucibus. Hæc Plinius. Xenocrates cæteras thynni partes præter collum & abdomen melandrya uoca-
uit, quòd nigris quercuum radicibus ſimiles ſint. Sed quænam recipiant H
diſcrimina thynnorum partes, quæ ſale adſeruantur, mox referetur. Thyn-
*ὠμοτάριχος.* ni ſalſi carnē Dioſcorides ὠμοτάριχον uocari ſcribit. Hæc ſi edatur, iis quos ui- 11
pera, quæ preſter dicitur, momorderit, auxiliatur: oportet autem uinum quamplurimum ſubinde cogantur haurire, indéque euomere. Iis quibus δριμυφαγία opus eſt, id eſt, qui acrioribus cibis ad uomitionem proritandam indigent, accommodatiſſima eſt. Canum morſibus utiliter imponitur. Pelamidum ſalſarum capitum cinis uel cybiorum cum melle ad cōdylomata & rhagadas utilis eſt: ſarda priuatim contra preſteris morſum prodeſt. Quod cybium uocatur, inquit Galenus, uulneri à cane inflicto non ſine utilitate imponi prodidêre quidam: & contra draconem marinum ex aceto. Cybia uetera eluta in nouo uaſe, deinde trita, proſunt dentium doloribus.

A bus. Aluum purgant cybia uetera: priuatímque cruditates, pituitas bilém-
que trahunt. Pamphilus melandryn genus thynni grandiſſimum eſſe ſta- *Melandrys.*
12 tuit. In pelamidum maiorū genere apolectus, (uel, ut alij legunt, apolectū) *Apolectus.*
uocatur pelamidum generis maxima, tritone durior. Orcynus pelamidū *Apolectum.*
generis maximus neque redit in Mæotim ſimilis tritoni, uetuſtate melior: *Orcynus.*
uel (ut Diphilus prodidit) orcynus cum magnus eſt, chelidoniæ ſimilis eſt,
13 quod ſcilicet ad carnis duritiem attinet. Orcyni, inquit Dorion, ex oceano
per columnas Herculis in noſtrum mare permeant: quo fit, ut in Iberico &
Tyrrheno mari capiantur plurimi: circa Gadiram inſulam pinguiſſimi,
uti refert Iceſius: deinde circa Siciliam: quo uero longius à Gadibus rece-
dunt, eo macilenti magis euadunt. Orcyni carnem tradit Xenocrates ſto-
B macho ingratam, malíque ſucci, & aridam: abūde nutrire, nec facile per al-
14 uum excerni. Synodontis maior pelamis appellatur. Triton pelamidū ge- *Synodon*
neris magni, ex eo horæa cybia fiunt, quæ duriora ſolidioráue ſunt, quàm *Triton.*
quæ ex pelamide. Chelidonias pelamidi ſimile præſtat alimentū, niſi quòd *Chelido*
durior eſt. Xāthias, inquit Diphilus, tenerior eſt quàm orcynus: uirus quo- *Xanth*
que nonnihil olet.

1 Alij ſcorodylos, &c. Oppianus & has pelamidas uocat. 2 Thynnum Ariſto *Pelamis.*
teles nonnunquam inter piſces gregales numerat: aliquando uero inter fuſaneos, niſi
alicubi menda ſit in exemplaribus. 3 Sarda quoque &c. Ex hac (opinor) ſalſamen *Sardica ſalſa-*
ta fiunt præſtantiſſima, quæ ſardica uocantur & ſardæ, de quibus infra: & Galenus lib. *menta.*
C 3 de aliment. 4 Thynnis fœmina eſt Ariſtoteli, Oppianus cā θυννίδα uocat. Thyn- Θυννίς.
nidas quoque nonnulli trichiadas uocant, & πρημάδας uel πρημνάδας, ut refert Athe- Τριχιάδες.
næus. Αἱ πριμαδίαι, quantum coniicio ex Ariſtotele, pro pelamidibus accipiuntur, ſi- Πρημάδαι.
cut & thynnides quoque. Γελωάδες ſunt apud Oppianum inter eos piſces, qui in alto Πρημαδίαι.
mari degunt: an etiam ex hoc genere, an menda ſit, pro πριμάδαι, an ſint orcynorum Πρήμναδαι.
ſpecies. 5 Apharea, athera uocat Athenæus. 6 Ariſtotelis lib. 6 hiſt. anima- Γελωάδες.
lium hæc de thynnis refert: cum tamen lib. 5 ita ſcribat, Thynna partem fœtus præma-
ture, partem ſero producit. Edit primam partem circa menſem Decembrem ante bru-
mam, alteram uere. Quo pacto hæc conueniant, ſi uera ſint exemplaria, conſideret le-
ctor. 7 Hippurus nomine piſcis eſt alius pelagius, qui naufragiorū fragmentis mi- *Hippurus.*
rum in modū oblectatur, (Theodorus equiſelim uocat.) Latet hippurus hyeme: & nō *Equiſelis.*
capitur præterquam certis quibuſdam temporibus, ut æſtatis diebus paucis, & iiſdem
ſemper. Vere tantum parit, cuius partus de minimo in maximum celerrime augetur.
Coryphæna etiam ab Athenæo uocatur & arneuta. Ouidius hipputos celeres dixit. *Coryphæna.*
Eſt & hippus nomine apud Plinium & Oppianum piſcis quidam litoralis, in arenoſis Ἀρνευτή.
D locis uictitans. Hunc Athenæus etiam hippidium uocari arbitratur. 8 Cybiorum *Hippus,*
genera (uti coniicio) appellauit Plinius, quæ à Græcis κλειδία, μελανδρύαι & ἀπογάστρια ἱππίδιον.
uocantur: ut eiſdem nominibus appellentur pelamides conciſæ partes, quibus & maio
rum thynnorum, quos orcynos uocant. Pelamidas quoq; magnas cybia uocauit Ice-
ſius. 9 Clidio, &c. Clidia, ni fallor, uocantur partes, quæ faucibus proximæ ſunt. *Clidium.*
10 Melandryn Pamphilus genus thynni grandiſſimū eſſe ſtatuit. Hinc arbitror, me- *Melandr*
landrya dicta & melandriæ. In orcyno, quæ melandriæ dicuntur ab Iceſio, eædē κεσταὶ *Meland*
à Diphilo uocantur. 11 Fit thynnorum collum ὠμοτάριχος, ut Xenocrates tradidit: Κεσταί.
quod & ori gratum eſt, nec facile corrumpitur. ὠμοτάριχον, inquit Diphilus, nonnulli Κήτημ
κήτημα dixere: eſtque cibus grauis lentúſque, nec facile cōcoquitur. 12 Apolectum,
inquit Xenocrates, carne conſtat, quàm tritomum fragiliore: & quæ ſapore ſit non
adeo grato. Eſt uero tritomon, inquit, cybio durius, cętera ſimile, nec facile corrumpi- *Triton*
tur. An error ſit in exemplari (tritomon pro tritone) conſidera. 13 Quæ Dorion de

orcynis, eadem fere narrat Oppianus de maioribus thynnis: nēpe quòd ex oceano per E
fretum Gaditanum ingrediuntur mare mediterraneum: quo fit, ut plurimi in Iberico
Tyrrhenóque mari capiantur: poſtea uero paſſim reliquum mare pererrent. Orcy-
norum genera ſtatuere uidetur Oppianus πρημνάδας & κυβείας, qui in alto pelago degūt,
raróque ad litora accedunt. Orcynes quoq; Ariſtoteli in alto fœtificant. 14 Si quis
ea quæ hoc in loco afferuntur ex Plinio & Atheneo conferat, (mea quidem ſententia)
ſi non iidem, at ſimiles certe erunt, parúmque inter ſe different, melandrys, apolectus,
*Synodontis.* orcynus & xanthias, triton, ſynodontis & chelidonias. Hermolai coniectura eſt tri-
tonem eundem eſſe, quem Græci chelidoniam uocant: apolectum uero, quam cyno-
dontida: Athenæíque ſenſum explicat aliter atque nos reddidimus: hoc ſcilicet pacto,
Maior pelamis ſynodontis appellatur, durior quàm chelidonias. Item paulo poſt, Or-
cynus ſimilis eſt chelidoniæ cum magnus eſt: Athenæus uero, in noſtris ſaltem codici-
bus ita habet, ἡ δὲ μείζων πηλαμὶς συνοδοντὶς καλεῖται: ἀναλογῶν μέν τοι ὁ χελιδονίας τῇ πηλα-
μίδι σκληρότερος. Et paulopoſt, ὁ δὲ ὄρκυνος βορβορώδης καὶ ὁ μείζων προσέοικε τῷ χελιδο- F
νίᾳ κατὰ τὴν σκληρότητα. In iis tua coniectura utere lector.

## De ſalſamentis. Cap. CLXXXVII.

*Salſamentum.* POſcere uidetur hic locus, ut de ſalſuris aliqua dicamus. Salis facultatem 1
*Salſura.* tradunt medici compoſitam eſſe: humores etenim corporū excremen-
*Τάριχος, τὸ. τάριχος, ὁ.* titios digerit extenuátque: & corpora ipſa in ſeſe cogit atque condenſat.
Quæ igitur corpora ſua natura ſunt ſicciora, hæc (uti ſupra diximus) ſale a-
ſperſa reddūtur ob nimiam ſiccitatem cibo inepta: quorum uero caro dura
eſt & excrementoſa, ea ad ſalſamēta erunt idonea. Excremētoſa autem uo-
co, quæ ſuccum in ſeſe continent pituitoſum undique conſperſum: & hic
quidem quo fuerit copioſior craſſiórque, eo melior caro, ſi ſale adſeruatur,
euadet. Quorum autem mollis admodū fuerit, aut impenſe ſicca caro, ex-
crementorúmque expers, ut ſaliantur inepta ſunt. Mollium itaq; carnium 2
piſces (quos μαλακοσάρκους uocant) & qui excrementis uacant, ut ſalſamenta G
ex illis fiant, minime ſunt idonea. Huius generis ſunt, qui ſaxatiles uocan-
tur atque aſelli, qui in puro mari degunt: ſed neque mulli, quòd dura ſit eo-
*Sardini.* rum caro excrementíſque uacua, ſale inueterantur. At coracini, mylli, pe-
*Sexitana ſalſamenta* lamides, & præterea ſardæ ſardiníque, & quæ ſexitana uocantur ſalſamen-
ta, atque id genus alia. Ad hęc inter ea quæ in puro mari degunt, quę κητώδη,
id eſt cetacea uocantur, ut balenæ, delphini & phocæ, cùm ſale condiātur,
euadunt meliora: ut quæ carnem habent excremētitiam omnia. Huic ge-
*Sardica ſalſamenta.* neri proxime accedunt magni thūni, quos melandrias, tritones, chelidoni- H
áſque uocari diximus: ſale nāque cùm condiuntur, euadunt ſe ipſis melio-
*Sardæ.* res. Præſtantiſſima autem omnium, quæ mihi certe experiri licuit, inquit
*Mylli.* Galenus, ſunt quæ à ueteribus medicis ſardica uocātur ſalſamenta (hodie 3
*Myli.* ſardas uocant), & qui nunc ex Ponto afferuntur mylli. Secundum uero ab 4
*Sexitana. Γνωλίδια. Ἀγνωλίδια.* iis locum obtinent coracini, pelamides, & quæ ſexitana uocantur. Hæc Ga
lenus. At Diphilus myllo coracinū in omnibus præfert: ut qui ſubpinguis
*Cybia.* eſt, bene carnoſus, ſucci non omnino mali: facile & concoquitur, & in cor-
*Horæa, ὡραῖα ſalſamenta.* pus digeritur, abundéque nutrit. Quæ cybia dicuntur atq; horça, inter ma-
cra ſalſamenta præſtantiſſima ſunt, ut inter pinguia cordylæ, & quæ θύννια
*Salſamentum thynnium, thynnæum.* ἢ θυνναῖοι uocātur. Porro thynnium ait Diphilus ex pelamide maiore fieri:
cybia uero atque horæa (quæ eiuſdem ſunt generis) ex minore. Et thynnia
quidem

A quidem uetuſtate euadunt meliora recentibus acrioráque: & præcipue Bi-
zantina. Qui circa Gadiram inſulam capiũtur orcyni, pinguiſſimi ſunt, uti
ſupra ex Iceſij authoritate indicauimus. ex iis clidia ſeorſum cõdiuntur ſa-
le, & melandryæ quoque: uerum abdomina ipſa (quæ ὑπογάστρια uocãt) pin-
guia, cæteris partibus ſuauitate præſtant, uel eodem authore: & clidia hæc
ipſa ſuperãt. Diphilus quoque orcyni abdomina, & clidia ſapore grata, &
tenera prædicat: & quæ κεσταὶ dicuntur, ſale adſeruatas mediocres eſſe: quã-
5 quam Xenocrates carnem ipſam orcyni ſtomacho ingratã eſſe tradit, ma-
líque ſucci atq; aridam. Salſamenta omnia quæcunq; ex ſale duriora eua-
dunt, ac ueluti neruoſa coriaceáque cõcoctu ſunt difficilia: at contrà, quæ-
cunque extenuatis digeſtíſque à ſale craſſioribus lentíſque excremẽtis te-
B nuium reddũtur partium, eadem ipſa in cibo craſſos ac glutinoſos humo-
res extenuant. Quæcunque, inquit Diphilus, è marinis, lacuſtribus aut flu-
uiatilibus ſalſamenta fiunt, parce nutriunt, aluum cient, appetẽtiam cibo-
rum irritant & ſitim faciunt. Sunt & ſeruatis piſcibus medicinæ: ſalſamẽ-
torúmque cibus prodeſt à ſerpente percuſſis, & cõtra beſtiarum ictus me-
ro ſubinde hauſto, ita ut ad ueſperam cibus uomitione reddatur: peculiari-
ter à chalcide, ceraſte, & quas ſepas uocant, aut elape dipſadéue percuſſis.
Contra ſcorpiones largius ſumi, ſed euomi ſalſamenta prodeſt, ita ut ſitis *Aliàs, ſed non*
toleretur. Imponuntur ſalſamenta & contra morſum canis rabioſi: uel ſi *euomi.*
non ſint ferro uſtę plagę, corporáque clyſteribus exinanita, hoc per ſe ſuffi-
cit: & contra draconem marinum ex aceto imponitur: idem & cybio pro-
C fectus. Fiſtulæ aperiuntur ſiccantúrque ſalſamentis cum linteolo immiſſis:
intráque alterum diem callum omnem auferunt: & putreſcentia ulcerum,
quæque ſerpunt, emplaſtri modo ſubacta & illita. pauis uero proſunt ſalſa-
menta cocta. Carbunculos uerendorum priuatim ſalſamẽta cocta cũ mel-
le reſtringunt. Salſamentorum cinis fictili uaſe combuſtorum, addita fari-
na marmoris, ad dentium dolores inter remedia eſt. Æque prodeſſe dicũ-
tur omnium ſalſamentorum ſpinæ combuſtæ tritæq; & illitæ. Inteſtinis pi
ſcium cæteríſque, quæ abiicienda eſſent, ſale maceratis, fit liquoris exquiſi-
6 ti genus, quod garon uocauere, ut ſit illa putreſcentiũ ſanies. Hoc olim cõ- *Garum.*
ficiebatur ex piſce quem Græci garon uocabant: nunc è ſcombro piſce lau- *Garus.*
D datiſſimũ in finibus Carthaginis: id ſociorum appellatur: nec liquor ullus *Garus piſcis.*
pene præter unguenta maiore in pretio eſſe cœpit, nobilitatis etiam genti- *Garum ſocio-rum.*
bus. Scombros quidẽ & Mauritania Beticáque & Carteia ex oceano intrã-
tes capiũt, ad nihil aliud utiles. Garum, & Clazomenę & Pompeios & Le-
7 ptin nobilitauit: uitium huius eſt alex, imperfecta nec colata fex. Cœpit ue *Alex.*
ro garum & priuatim ex inutili piſciculo minimóq; confici, apuam noſtri,
aphyen Græci uocant. Foroiulienſes piſcem ex quo faciunt, lupum appel-
lant. Sic & alex peruenit ad oſtreas, echinos, urticas, cammaros, mulorum
iocinera. Garum uehementer calfacit, ſi Galeno credimus, atque exſiccat:
ideóque à nõnullis ad putrida adhibetur ulcera: clyſteribus iniicitur ad dy-
ſentericos coxẽdicúmque dolores. Sunt qui præcipue cõtra omnia aurium
uitia laudent gari excellentis ſociorum cyathum in calice nouo lenta pru-

na decoquere:deinde ſpuma pennis deterſa,poſtquā deſierit ſpumare,tepi- E
dum infundere:ſi tumeant aures,coriandri ſucco prius mitigandas iidem
præcipiunt.Contra canum morſus prodeſt garum, maximéque crocodili:
& ulceribus quæ ſerpunt,aut ſordidis.oris quoq; & aurium doloribus mi-
rifice prodeſt. Et uuæ medetur garū cochlearibus ſubditum. Alece ſcabies
pectoris ſanatur infuſa per cutem inciſam: & contra canis morſus draco-
*Garum.* níſque marini prodeſt: in linteolis autem concerptis imponitur. Garum,
ut Dioſcoridi placet,non ex ſcombris ſolum,ſed & aliis quoq; piſcibus at-
*Muria, Ἅλμη.* que carnibus conficitur.Hoc alij,ni fallor,ἅλμην,id eſt muriam dixere.Mu-
ria,inquit Plinius,ſiue ſalſugo illa,ſpiſſat,mordet,extenuat,ſiccat.dyſente-
ricis utilis eſt,etiam ſi nome inteſtina corripit,ut quę exulcerata ſint ſiſtat:
iſchiadicíſque infunditur,ut exulcerationem proritet. fotu quoque apud F
mediterraneos aquæ marinæ uicem penſat.depaſcentia ulcera ſiſtit. mor-
ſis à cane medetur: potiſſimum autem ſilurorum ac mænarum muria me-
dici nonnulli utuntur, quæ etiam interdum ad oris ulcera accommodatur.
Hæc obiter indicata ſint:modo ad inſtitutum opus reuertamur.

1 Salis naturam fuſius explicant Dioſcorides & Plinius. 2 Siccioris cuiuſdam
*τράχουρος.* piſcis,& qui externæ pinguedinis egeat,meminit Diocles. τράχουρον uocat. Et Nume-
nius ἀλλοπίλω τράχουρον dixit.Galenus item ex Philotimo duræ carnis piſcem trachu-
*σαῦρος.* rum eſſe dicit:eundem & σαῦρον à nonnullis uocari prodidit Xenocrates.Nō idem,ſed
*Platiurus.* alius uidetur apud Oppianum platiurus:qui inter eos piſces numeratur, qui apud li-
tora arenoſa uictitant. 3 Sardica ſalſamenta(opinor)à ſarde,quæ dicta eſt pelamis G
longa, quæ ex oceano ueniat. 4 Mylli(qui & myli)iidē uocātur & gnotidia, & pla
*πλατίστακοι.* tiſtaci: qui enim in hoc genere ſunt maximi, πλατίστακοι dicūtur: qui uero media ſunt
*Mylus.* ætate, μύλλοι ἢ μύλοι: minimi autē γνωτίδια ἢ ἀγνωτίδια.Mylus apud Oppianū inter eos
piſces numeratur,qui circa ſaxa nuda uerſantur. 5 Carnē ipſam,&c. Recentem ni-
mirum carnem intellexit Xenocrates:& partes ſolum illas,forſitan quas Iceſius me-
lādryas, Diphilus coſtas uocauit. 6 Græci optimū gari genus putant,quod hæma-
tium,hoc eſt ſanguiculum appellant,ex inteſtinis thynni cum brāchiis,ſanie ac cruo-
re. Muria non ex inteſtinis,ſed ex thynno ipſo fere conficiebatur, Antipolim, Thuriā,
*Muria uel muries.* inde uero Dalmatiam nobilitans:(ut inquit Plinius)quanquā muria ſiue muries Ca-
toni,Palladio, Columellæ,non liquamen ex piſcibus,ſed ſalſilaginē factitiam ſignifi-
cat.Hæc Hermolaus. 7 Alex neutro duntaxat genere,inquit Hermolaus, ſed Pli-
nius alecem ex mullorum iecore dixit.

## De ſcombro,colia & amia,& aliis quibuſdam qui ſale adſeruantur. Cap. CLXXXVIII.

H
*Scombrus. Scomber. Σκόμβρος.* HIſpaniæ cetarias ſcombri replent,thynnis non commeātibus: & Mau- 1
ritania,ut modo diximus,Beticáque & Carteia ſcombros ex oceano
intrantes capiunt,ad nihil aliud quàm ad garum conficiendum utiles. His
eſt in aquis ſulphureus color,extra qui cęteris.Scombri ita ut thūni coeunt
menſe Februario poſt idus:pariunt Iunio ante nonas.Scombri diſcedunt à 2
locis frigidioribus calidioribúſque antequam thunni,ut qui imbecilliores
ſunt:ſæpe tamen flatu auſtrino uehemētius occurſante fit, ut cum coliis &
ſcombris exeant thunni in mare.Scombri minores ſunt quàm colię,ut re- 3
*Colias, κολίας.* fert Iceſius.Coliæ uero magnitudo ſardæ æqualis eſt. colias quaſi lineas
quaſdam habet depictas,nō in dorſo, ſed obliquas. Coliæ magna ex parte 4
non

A non ſubeunt Pontum, ſed in Propontide trahunt æſtatem & pariunt: hye-
mem in Ægeo. Optimus eſſe in Propontide indicat Ariſtoteles antequam
pariant. capiuntur ſubeuntes Pontum, exeuntes minus. Verum, ut Diphi-
lus prodidit, principatum obtinet Amiclanus colias, & ex Hiſpania ſexi-
tanus: minor enim tenuiórue eſt & ſuauior. uel, ut Plinius tradit, colias ſi- *Minor, tenuiórue, λεπτότερος.*
5 ue parianus ſiue ſexitanus à patria Betica, lacertorum minima genera: ab
6 iis Mæotici. Scombri, ut Iceſius author eſt, meliorem in cibo præbent ſuc-
cum quàm coliæ, & qui è ſtomacho breui deſcendit. Colias ſuccum dat len *Lacertus.* *Scombrus.*
tiorem ac mordaciorem quàm ſcombrus, abundéque nutrit: ut uero Xeno *Colias.*
crates author eſt, & ſcombrus & colias carnem habent non aliter atque
thunni ſtomacho ingratam, aridam, malíque ſucci, & quæ non facile aluo
B excernitur, atque copioſe nutrit: uerum coliæ caro ori minus grata eſt, mi-
núſque ſucci habet. Scombrus ſapore eſt non adeo ingrato, nec facile cor-
rumpitur. ſitim proritat. Circa Parium præſtantiſſimi habentur. Scõbri in *Pariam, uel Parum, forſitan.*
aceto putrefacti, excitant ululæ ſtrangulatu oppreſſas. In mari rubro lacer
tus eſt, cuius magnitudo ei qui naſcitur apud nos, æqualis eſt. Virgatus ſpe- *Lacertus.*
ctatur: lineis nimirum aureolis circundatur à branchiis ad caudam pertinẽ
tibus, quas media argentea diſtinguit. ore eſt hiante, maxilla inferior emi-
net in ſuperiorem. uirides oculos habet, quos aureo fulgore palpebræ am-
biunt. Eiuſdem item maris fœtura eſt piſcis cui nomen phœnix: is nigris li *Phœnix.*
7 neis, quas cœruleæ interſecant maculæ, diſtinguitur. Hamia cum thynnis *Hamia, ἀμία.*
uere in pontum intrant ad dulciora pabula, æſtatémque ibi producunt. In-
C crementum hamiæ ſingulis diebus intelligitur. os hamiæ anguſtum, ſicut
& mugili. Dentes habet ſerratos, ſpiſſos, præacutos & ualidos, branchias oc
cultas. Fel ſuo inteſtino pari proceſſu annexum continet, ſæpe etiam repli-
catum. gregalis eſt & carniuora: magna etenim ex parte carne ueſcitur: ſed
algam etiam tangit nonnunquam. Ad oſtia fluuiorum uerſatur, & in palu
dibus maririmis, ubi copia influit dulcis aquæ. Subit & in fluuios, ibíque
proſpere degit, ſicuti & mugilis. Hamias etiam in Alopeconneſo reperies,
inquit Ariſtoteles. Audaces ſunt hamiæ, dentibúſque plurimum fidunt:
quippe quæ cum ſint thynnis imbecilliores, corporéque molliori ac tenel-
lo: intrepide tamen cum alias beluas, tum uel delphinos præſertim ſolita- *Hamiarũ pugnam cum delphino legas apud Oppianũ.*
D rios & à ſuo grege oberrantes cateruatim aggrediuntur uulnerántque. Pu-
gnaturæ, cum beluam uiderint aliquam, colligunt ſeſe: deinde quæ cæteris
magnitudine præſtant, luſtrantes gregem circunuallant. Dentes ſunt his
ualidi, ut diximus: & iam cum aliæ beluæ, tum lamia aggreſſa, uulnera ac-
cepiſſe uiſa eſt. Piſcatoris lineam, ſi forte hamo teneatur, perrodit hamia:
eſcam autem in primis ex ipſa multi piſces expetunt. Philotimus hamiæ
carnem duram eſſe prodidit: & id quidem recte factum cõfirmat Galenus:
uerum Iceſius teneram eſſe, boníque ſucci, ſed modice nutrire. Autumno
& circa uergiliarũ occaſum optimas eſſe hamias Archeſtratus author eſt. *Trocta.*
Trocta (inquit Ælianus) dentes habet frequentes & continentes: quibus *An idem ſit piſcis cũ hamia, an certe ſimilis?*
quicquid inciderit, perfringere poteſt. Hamo captus ſolus ex piſcibus non
ſe hamo retrahit: ſed impellit ſeſe in ferrum, lineam conſumere cupiens. Pi

ſcatores contra machinantur longas anſas: ille uero quoniam quodammo E
do ualet ſaltu, anſas ſępe tranſilit, ac linea conciſa, ad alios piſces reuertitur.
Hic etiam ſui generis grege coacto, delphinum inuadit: adeóque urgent ij,
*Delcanus.* ut uiuum illum lacerent. Delcanum piſcem tradit Euthydemus à Delcone
amne nominatum, (in quo & capitur) ſale conditum, uentriculo eſſe gra-
*λεπτινὸς λεβιανός.* tiſſimum. Dorion uero eūdem piſcem à nonnullis λεπτινὸν λεβιανὸν uocari ſcri 8
*Elacatena.* bit. Elacatena quoque ſalſamento idoneus piſcis eſt, cetaceus, id eſt præ- 9
*Callibios.* grandis. Et callibios ſale conditur. aluum mouet, & attenuantem uim ob- 10
tinet.

1 Mauritania, &c. Et Scombraria inſula dicta eſt apud Strabonem à ſcombris, qui circa eam capiuntur. 2 Sulphureus color qualis ſit, explicat ipſe Plinius lib. 35. Fulmina & fulgura ſulphuris odorem habent, ac lux ipſa eorum ſulphurea eſt. 3 Co- F
*Monedula.* lian Theodorus non recte, ut inquit Hermolaus, monedulam uertit. 4 Lineas quaſdam habet depictas. Σκολιόγραπτος, ita legitur apud Athenæum, ſed aliter legi poteſt. νωτόγραπτος ὁ βῶξ, κοιλιόγραπτος κολίας: ut intelligatur βῶξ dorſo, κολίας in aluo picturas gerere. Hæc Hermolaus. 5 Sexitanus, à Sexi in Betica, ex Strabone, Plinio & aliis fere omnibus: urbem etiam quādam eſſe Sexitaniā non longe à Carthagine noua (un
*Salſamēta Sexitana.* de ſalſamenta nomen traxere) prodit Athenæus ex Strabone. 6 Lacertorum generis meminit Plinius: & à Celſo lacertus inter grauiſſimi alimenti piſces cēſetur: ex quo & ſalſamentum fieri prodidit. Videtur ex Plinio lacertus genus eſſe, & in his colian eſſe minimum. Iceſius ſcombrum colia minorem affirmat. Theodorus σαῦρον lacertum
*Σαῦρος.* uertit. σαῦρος Ariſtoteli piſcis eſt gregalis: carnem habet duritie mollitiéque mediocrem, ut Galenus author eſt. in litoribus cœnoſis uictitat, & in ſaxorum cauernis. Eſt
*Σαυρίς.* & σαυρὶς piſcis ſimilis belonæ & ceſtræ, author Pſeuſippus. 7 Ἀμία παρὰ τὸ ἅμα ἰέναι G
*Λεβίας.* τοῖς παραπλησίοις. 8 Eſt & λεβίας piſcis apud Athenæum: ſed an idem, an alius? 9
*Ἠλακατῆνες. Elacatene.* Feſtus elacatenem ſalſamenti genus arbitratur, quod melandryum uocatur. 10 Suſpectus hîc uidetur Athenæi codex.

## De pręgrandibus aliis quibuſdam piſcibus, quorū nonnullos etiam κητώδεις, id eſt cetaceos uocant quidā. Cap. CLXXXIX.

*Xiphias, ξιφίας* CEtorum magnitudinem habet xiphias pelagius piſcis, raróque litus 1
adiens. In mari Tyrrheno xiphiæ nauicularū magnitudinem æquant:
quorum, dum natant, tertia fere corporis pars ſupra mare eminens fertur,
ut Strabo author eſt. Roſtrum habet mucronatū & rigidum adeo, (ut ſcribit Oppianus) ut poſſit durum quanuis confringere ſaxum: & à quo naues
perfoſſæ merguntur in oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta uocetur,
non procul à Lyxo flumine, ut Trebius Niger author eſt. Roſtrum hoc, ut H
inquit Ariſtoteles, partem habet inferiorem paruam, ſuperiorem magnā,
*Ξίφος. Gladius.* reliquo corpori longitudine æqualē, oſſeam: hoc & ξίφος uocatur, id eſt gladius. Piſcis edentulus eſt. branchias habet octonas, eáſque duplices, fel à iecore ſemotum. Agitantur xiphiæ aſilo circa canis exortum: habent enim
per id tempus ſub pinna ceu uermiculum, quē οἶστρον, id eſt aſilum uocant,
ut de thynno ſupra diximus. Infeſtat hic tāto dolore xiphian, ut interdum
*Galeos, γαλεώς.* in terrā exiliat xiphias, & uel in nauigia ſæpenumero incidat. Galeos quo-
*Θρανίς.* que uocatur xiphias & θρανίς. thynnorum uenatione pingueſcit. Verum & 2
*Tomus thurianus.* alios perſequitur piſces galeos, ſed paſtinacam præcipue. Tomum thurianum aliqui xiphian uocant, inquit Plinius: ut uero Athenęo placet, thurianum

A num uocatur caniculæ marinæ fruſtum. In fruſta ſecatur xiphias. carnem habet aridam.concoquitur difficulter:ſed plurimum nutrit, ſicuti & cæteri grandiores piſces omnes, ut inquit Mneſitheus, qui à quibuſdam (quòd in fruſta ſecari ſoleant) τμητοὶ uocantur,ab aliis pelagij: ſunt enim id genus omnes concoctu difficiles:qui tamen,ſi recte conficiantur,plurimum exhi *Τμητοὶ ἰχθύες,* bent nutrimenti. In cibũ ſinapi conditur xiphias: eſt enim ſapore ingrato, *Pelagij piſces.* uiroſo: eius abdomen cæteris partibus præfertur. Marinus grus Corin- *Grus marinus* thiaci maris alumnus ad quindecim pedum magnitudinem creſcit. Eius caput & os alitis gruis ſimilitudinem gerit.ſquamæ gentilis auis ei ſimiles ſunt.Tanto in ſaliendo robore eſt,ut tanquam emiſſum à contento neruo telum feratur. In maximo Caſpiæ lacu oxyrynchi ab acumine roſtri nũcu
B pati, magnitudine octo cubitorum procreantur. Eos Caſpij captos diſtrahunt:& muria conditos atque exſiccatos uendunt:ſimul etiam adipe detracto,farinas ex eis conficiunt,atque exempta ex iis uiſcera excoquunt:unde ad permultos uſus accommodatum fit glurinum,quod & firmiſſime adhæret atque conglutinat, ut difficilime diſſoluatur. Oxyrynchus Nili alũnus ex acumine roſtri nomen trahẽs,illic uenerationem & religionem habet: ut piſcatores ualde timeant,ne quãdo is piſcis apud eos ſacer & magna religione præditus capiatur. Oxyrynchus quẽ mare rubrum profert,ore eſt *Oxyrynchus.* prælongo,oculis ad ſimilitudinem auri fulgentibus.eius dorſo ſigna pallore inſignita ſunt.Pinnæ priores illi nigræ exiſtunt: quæ uero ſunt in dorſo, albæ .cauda prolixa & uiridis, quam mediam aureola linea interſecat.
C Ichthyocolla appellatur piſcis cetaceus, cui glutinoſum eſt coriũ idémq; *Ichthyocolla.* nomen glutino eius: quidam uero ex uentre non ex corio fieri dicunt.Lau- *Quonã modo* datur Pontica,candida,minime ſcabra,carens uenis ſquamíſq;, quæ celer- *liquefieri ac pa* rime liqueſcit. Epinictidas tollit: emplaſtris capitis utilis, & iis quæ ad le- *rari debeat do* pras apponuntur, & tetanothris,quæ cutem faciei erugant & extendunt. *cet Plin.hoc lo co.* Silurus quoque in ſalſaméta uenit, piſcis amni ac mari communis, ſed ma *Silurus.* xima ex parte fluuiatilis. In Nilo thynni magnitudinem æquat: quãquam alibi quoque quàm in Nilo natus.Silurus graſſatur, inquit Plinius, ubicũ-
3 que eſt,omne animal appetens, equos innatantes ſæpe demergens: præci-
4 pue in Mæno Germaniæ amne, & in Danubio. Mari extrahitur porculo *In Mæno, alij*
D marino ſimilimus.Et in Boriſthene memoratur præcipua magnitudo, nul *leguntin Rheno,uel in Aeno* lis oſſibus ſpinísue interſitis,carne prędulci.De ſiluro ita cecinit Auſonius,

Nunc pecus æquoreum celebrabere magnæ ſilure.
Quem uelut Actęo perductum tergora oliuo
Amnicolam delphina reor. Et ſequitur,
Talis Atlantiaco quondam balena profundo
Cùm uento motúue ſuo telluris ad oras
Pellitur,excluſum fundit mare,magnáque ſurgunt
Æquora:uiciníque timent decreſcere montes.
Hic tamen hic noſtræ mitis balena Moſellæ
Exitio procul eſt,magnóque honor additus amni.

5 Qui ſilurus à Plinio,glanis ab Ariſtotele dictus eſt.Glanis branchias habet *Glanis,γλάνις*

utrinque quaternas,eáſque duplices,nouiſſima excepta.fel continet iecori E
annexum.Cum parit,continentem emittit ſuum fœtum, continuóque fi-
lo ſibi cohærentẽ,ut rana.Pariunt glanes grandiores altiore gurgite: quip-
pe cum nonnulli ſex pedum altitudine pariant,minores breuiore contenti 5
ſunt uado:pręcipue ad radices ſalicis aut cuiuſuis arboris, atque etiã inter
arundines & algas muſcoſámue congeriem.Cũ cæteræ fœminæ in triduo
excludunt,ſi mas attigit:tardiſſimum tamen glaneos incremẽtum ex ouo
eſt.Quamobrem mas quo in loco plurimus fœtus conſtiterit, perſeuerans 7
oua cuſtodit,ne à piſcibus occurrentibus abſumãtur:ídque uel ad quadra-
geſimum & quinquageſimum diem facit.donec ſatis iam aucta ſoboles ſe
tueri à cæteris piſcibus ualeat.Deprehenditur ſæpe à piſcatoribus, ubi oua
cuſtodit:dum enim arcet piſciculos quatiendo proſiliendóque, ictum ſo- F
númq; mouet.Manet apud oua tam ardente animo,ut cũ ſæpe à piſcatori-
bus oua,quæ præaltis gurgitibus ſubſidunt,educãtur quoad magis fieri pô-
teſt in uadum,ipſe tamen eodem ſtudio ſequatur: neque deſerere uſquam
patitur.Et tunc quidem ſi minor natu ſit,minúſque uſu exercitatus(ut nõ-
nunquam accidere ſolet)facile hamo capitur:ſed ſi peritus & hamis aſſue-
tus eſt,morſu dentis ſui duriſſimi rumpit hamum & fœtum aſſidue cuſto- 8
dit:uel ut Plinius refert,qui glanis uocatur auerſos mordet hamos, nec de-
uorat,ſed eſca ſpoliat,Cũ cæteri piſces omnes mares ſuis fœminis ſint prę-

*Hoc de ſiluro Plinius.*

ſtantiores,glanis fœmina pręſtat ſuo mari:damnatur tamen, cum uterum

*Syderatur, ἀστροβλὴς γίνεται.*

gerit.Canis exortu potiſſimũ(quòd ſublimis natet)ſyderatur glanis: & to- G
nitruo ſopitur magno. A dracone angue,gurgite parum alto ictus nonnũ-
quam interit.Silurus ſi recens edatur,probe nutrit: & aluum emollit ſilu- 9

*Sopitur, καρῦται.*

rus é iure:ſale uero conditus,minimum ſuppeditat alimenti. Arteriam ex-

*Silurus.*

purgat,& uocem adiuuat recẽs ſalitúsue in cibo. Infixa corpori ſpicula ex-
trahit ſaliti caro trita atque impoſita:uel, ut Plinius habet, ſiluri fluuiatilis
carnes impoſitæ ſiue recentes ſiue ſalſæ, tela corpori inhærentia extrahũt.
Muria eius incipientibus dyſenteriis prodeſt,ſi in ea inſidentes foueantur:
fluxiones nanq; ad externas partes euocat.iſchiadicis infuſa medetur. Vel,
ut tradit Plinius,iſchiadicos liberant ſalſamenta ex ſiluro infuſa ,clyſtere e
uacuata prius aluo. Siluri ſuffitu, præcipue Africi faciliores partus fieri di-

*Latus, λάτος.*

cuntur. Glanidi qui in Danubio gignitur, ſimilis eſt piſcis latus nomine:
Ex hoc genere,qui in Nilo fluuio proueniunt, ea magnitudine inueniun- H

*Ἀνταίκεος, Antaceus.*

tur,ut ducentarum librarum pondus impleant. Piſcis eſt carne & candidiſ
ſima pariter & lautiſſima,quocunque apparetur modo . Præſtantiſſimum 10

*In Iſtro quoq; gigni antaceum prodit Ælianus.*

eſſe in Italia latum circa traiectum Scyllęum,tradididit Archeſtratus. An-
taceum piſcem grandem (cete Herodotus uocat) in ſalſamenta præbet Bo
riſthenes fluuius, delphini magnitudine , nullis oſſibus ſpiníſue interſitis.
Corio (uti aiunt) adeo aſpero tegitur, ut eo perpoliantur haſtæ. Seorſum
condiuntur ſale maxillæ & quæ circa palatum ſunt antaceorum partes, ut
quæ aliis partibus ſuauitate præſtent: ſicuti ex orcyno quæ clidia dicuntur
& melandryæ. Antacei in glacie concreti nonnunquam effodiuntur, ut
Strabo author eſt.

1 Xiphias

A 1 Xiphias,&c.Gladium interpretatur Theodorus,cetaceúſque uocatur. 2 Quibus modis capiatur docent Strabo lib.1. & Oppianus lib.3 de piſc. 3 Silurus uorax dicitur à diuo Ambroſio in Hexam. 4 Mari extrahitur. ſubaudi ſilurus, ni fallor,ſed alius à priore:ita enim ſeruabitur ſincera lectio pliniana,conſentiētibus uel antiquis omnibus codicibus,quos equidē uiderim. Nam q uòd à nōnullis legitur hoc pacto:& in Danubio Mario extrahitur porculo marino ſimillimus, mera coniectura mihi certe uidetur eſſe:neque enim exemplar ullum ueruſtum,eorum quæ mihi uidere contigit,tale quippiam indicat. Neque mario piſcis nomē,quod ſciam, apud ullum habetur authorem. Glanis autem qui in Danubio Iſtróue gignitur, meminit Atheneus lib.7:Beluas quoque pernicioſas quaſdam ſcribit Pauſanias in Rheno & Iſtro gigni,quibus nomen nō indidit,ſed forma ſimiles eſſe tradit glanibus,qui in Hermo & Meandro proueniunt, excepto colore nigriore & corporis robore, in quibus glanes inferiores ſunt. Ælianus uero prodit glanem piſcem,incolā Meandri & Lyci Aſianorum fluminum,& Europei Strimonis,ſiluri ſpeciē ſimilitudinémque gerere:eundémque ſuorum fœtuum amātiſſimum eſſe,marem ſaltem:qui fœtum aſſidue ab aliorum B piſcium iniuriis tuetur atque ſeruat. Si quis horum authorum loca diligenter cōferat, uidebitur eadem eſſe belua apud Pauſaniam,cui nullum nomē ab eo eſt inditum,cum eo qui ſilurus uocatur ab Æliano, & qui ſilurus eſt graſſator Plinio, & uorax D. Ambroſio: & item glanis Athenæo. Alius deinde erit ſilurus,qui mari extrahitur porculo marino ſimilis:& in Boriſthene memoratur,&c. Et qui ab Auſonio deſcribitur: atque fortaſſe idem qui Antacæus Herodoto & Straboni,de quo infra. 5 Glanius,ni fallor,alius eſt,ut qui marinus eſt,nō fluuiatilis. De glani non memini legiſſe quòd ſit marinus. 6 Sex pedum altitudine. κατοργύας dixit Ariſtoteles,quod Theodorus reddidit trium paſſuum altitudine,id eſt,quindecim pedum. 7 Oua cuſtodit. Plinius lib.9,Silurus mas ſolus omnium edita cuſtodit oua, ſæpe & quinquagenis diebus ne abſumantur ab aliis. 8 Hamis aſſuetus, ἀγκιστροφάγος,id eſt,hamos ante ederit. 9 Silurus, &c. Hæc non Siluro,ſed feli attribuunt nonnulli,αἴλουρον non σίλουρον legentes C apud Dioſcoridem:inde forſitan perſuaſi,quòd apud Galenum lib.11 de ſimpli. med. facultat. ita habeatur, αἰλούρων,id eſt felium ſalſarum carnem tritam atque impoſitam ſpicula corpori infixa extrahere aiunt. Quo quidem in loco ego potius σιλούρων quàm αἰλούρων legerim (facili ſane ſcriptoris lapſu) uel ex Paulo Ægineta,qui in litera Σ. hęc habet de ſiluro,non de æluro. 10 Quod Herodotus ἀντακαῖοι dixit hoc modo expreſſit Plinius:& de eodem forſitan piſce in ſiluro.

*Gladius.* *Mario.* *Antacæus.* *Glanius.*

## De aliis quibuſdam fluuiatilibus, & lacuſtribus piſcibus. Cap. CXC.

SVnt & in quibuſdam amnibus nonnulli prædictis haud minores: Eſos in rheno, Attilus in pado inertia pingueſcens ad mille aliquando libras cathenato captus hamo,nec niſi boum iugis extractus. Atqui hūc,uti diximus,minimus appellatus clupea uenam quandā eius in faucibus mira cupidine appetens morſu exanimat. In Gāge Indiæ plataniſtas uocant,roſtro D delphini & cauda: magnitudine autem quindecim cubitorum. In Arari gignitur piſcis grandis,qui à Celtis ſcolopidus dicitur: hic augeſcēte luna cādidus,imminuta uero niger omnino eſt: qui cum ſupra iuſtam excreuerit magnitudinem,à ſuis ſpinis interit. In huius capite lapis inuenitur chōdro ſimilis,qui febribus quartanis mederi traditur. In Aquitania ſalmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur,de quo Auſonius in Moſella,

*Eſos Eſox. Aliàs, Eſox in Rheno. Attilus. Plataniſtæ. σκολόπιδος. Salmo.*

Nec te puniceo rutilantem uiſcere ſalmo
Tranſierim,latæ cuius uaga uerbera caudæ
Gurgite de medio ſummas referuntur in undas,
Occultus placido cum proditur æquore pulſus.
Tu loricato ſquamoſus pectore frontem

Lubricus,& dubiæ facturus fercula cœnæ E
Tempora longarum fers incorrupte morarum:
Præſignis maculis capitis: cui prodiga nutat
Aluus,opimatóque fluens abdomine uenter.

Et quoniam in Moſellanos Auſonij poëtæ piſces incidimus,age uero, quæ de aliis quibuſdam fluuiatilibus cecinerit,uideamus,

*Capito.* Squameus herboſas capito interlucet arenas 1
Viſcere præteneris fartim congeſtus ariſtis,
Nec duraturus poſt bina trihoria menſis:
*Salar* Purpureíſque ſalar ſtellatus tergora guttis.
*Rhedo.* Et nullo ſpinæ nociturus acumine rhedo.
*Barbus.* Túque per obliqui fauces uexate ſarani, F
Cum defluxiſti famæ melioris in amnem
Liberior,laxos exerces barbe natatus:
Tu melior peiore æuo:tibi contigit omni
Spirantum ex numero non illaudata ſenectus.
*Lucius.* Hic etiam Latio riſus prænomine cultor
Stagnorum,querulis uis infeſtiſſima ranis,
Lucius obſcuras ulua cœnóque lacunas
Obſidet.hic nullo menſarum lectus ad uſus
Feruet fumoſis olido nitore popinis.
*Tinca.* Quis non & uirides uolgi ſolatia tincas
*Alburnus.* Norit?& alburnos prædam puerilibus hamis? G
*Sario.* Téque inter ſpecies geminas neutrúmque & utrunque, 2
Qui nec dum ſalmo,nec iam ſalar,ambiguúſque
Amborum medio ſario intercepte ſub æuo. Hæc Auſonius.

*Cyprinus.* Et fluuiatilis & lacuſtris cyprinus eſt, ut Dorion author eſt: qui & cypria-
*Cyprianus.* num hũc piſcem appellauit,ſicuti Oppianus cyperium. Gregalis eſt,ſqua
*Cyperinus.* moſus & carniuorus:in arenoſis locis uictitat.Brãchias habet utrinq; qua-
ternas, eáſque duplices nouiſſima excepta: palatum illi carnoſum admo-
dum eſt & molle,ut niſi diligẽter inſpexeris,lingua id eſſe uideatur:Cypri-
*Plinius, ſexies* ni quinquies aut ſexies anno partum faciunt. Vada petunt cum parturiũt:
*Oppian. quin-* ac ſæpenumero ſingulas fœminas, mares tredecim aut quatuordecim ſe-
*quies.* quuntur.Mox fœmina oua procedendo emittit,& mutans continue parit: H
quo fit ut diſſipari oua neceſſe ſit,uidelicet ea quæ non in materiam incide
*Cyprinus (opi-* rint aliquam : ſed cyprinus tunc ea cuſtodit,cum congeſta repererit.Poſt
*nior) mas.* glanim tardiſſime augentur cyprinorum oua : augentur tamen quæ ma-
res cuſtodiunt ad milij magnitudinem: ſopitur quãdoque cyprinus toni-
truo magno ut glanis,ſed leuius. Inter amnicos piſces, ſteriles annotantur 3
*Carini.* carini & balagri,qui nec ouum nec ſemen ullum prolificum unquam ha-
*Balagri.* beant.Balero & tilloni lumbricus canis exortu innaſcitur,qui debilitat co-
*Βαλῖνος.* gítque ad ſummã aquam efferri,qua æſtu intereunt. Phoxini inter fluuia-
*Balerus.* tiles pariunt,ut percę in arũdinetis,in fluuiorũ & lacuum paludibus, quas
*Tillo.* παραλιμνάδας uocant,quæ ſcilicet prope fluuios aut lacus ſtagnant. Phoxinus
*Phoxinus.* uero

A uero ſtatim fere ut natus eſt,& admodũ paruus adhuc oua habet:ut liqui-
4 do appareat oua illi ineſſe uel abſque coitu. ψύλωνα fullonem uocant.grega- ψύλων.
5 lis hic eſt:& partus tempore petit litora tranquilliora.Sunt in fluuiis piſci- *Fullo.*
culi quos βοίτυς apellant.hi ſub ſaxis ſtabulantur.Capiuntur autem à non- Βοίτες.
nullis ſaxo percuſſo ſub quo latent:protinus enim exturbantur, ut qui au- *Bœtus.*
diant,& caput per ſtrepitum tententur. Piſcem thymalum à thymi odo- *Thymalus.* *Thymus.*
re ſic nuncupatum Ticinus fluuius Italiæ procreat. is ad cubiti magnitudi-
nem accedit:lupi & mugilis mediam ſpeciẽ ſimilitudinémque gerit. Eius
capiti nõ qualis cæteris piſcibus odor eſt:ſed thymo ſimilem recens colle-
cto odorem reddit.Non alia fere eſca quàm culice,illa quæ homini nocte
diéque infeſta eſt,capitur:ut qua ſola fere delectatur.

1 Capito,&c. Cephalum interpretantur nonnulli capitonem, uerum recténe an
B ſecus,nondum certum eſt. 2 Sario,aliàs fario, 3 Carini & balagri,&c.Ita legit *Fario.*
Theodorus:Græca autem exemplaria habent,ſed mendoſe, κυπρῖνες καὶ βαεῖνες. 4
ψύλωνα,&c.γναφεὺς à Dorione traditur piſcis,è cuius decocto macula omnis ſordéſue γναφεύς.
eluitur : an idem? 5 βοίτυς,&c.Cottum uocat hunc Theodorus, nomine forſitan
mutuato ἀπὸ τῶ κώθων,qui Numenio apud Athenæũ,gobia ſaxatilis eſt.Ego uero arbi *Cottus.* κώθων.
tror non eſſe eundem piſcem κώθων cum βοίτω.κότῖαι etiam ſunt apud Athenæũ lib.3. κότῖαι.

De Niloticis piſcibus,& aliis quibuſdam ignotis. Cap. CXCI.

Piſces in Nilo Ægypti fluuio plurimi ſunt ac diuerſi : ſed maxime noti
1 ſunt, ut inquit Strabo,Oxyrynchus & Lepidotus(quos cõmuni omniũ *Oxyrynchus.*
conſenſu Ægyptij deorum loco colebant)Latus,Alabes,Coracinus,χοῖρος, *Lepidotus.*
C id eſt porcus,Pharagorios,qui & Phagrus,Silurus, Thriſſa, Mugil,σφακίων,
2 Dilichnus,Phyſa,Bos. Addũtur præterea ab Athenæo,Mæotes,νάρκη, id eſt *Aliàs,Delichnus.*
Torpedo ,Simus,Synodontis,Eleotris,Anguilla,Abramis, Typhle, aliíq;
plurimi.His adiiciemus quorũdam aquatilium apud authores poſita no-
mina,quorum differentiæ inſignes aut nullæ aut paucæ admodũ reperiũ-
tur,Alopecias.Ætheus piſcis caſtitate inſignis, qui poſtea quàm cum pari
ſuo tanquam cum uxore quadam coniunctus ſit,aliã non attingit. Aſpar-
gi piſces marini,hyeme conquieſcunt & latent:uere progrediuntur ad pa-
ſcua . Baſiliſcus in ſaxis nudis uictitat,id eſt quæ ſine herba algáue iacent,
Bæon, βαίγκος . Bogpyrus in ſcopulis uiuit: Cynoſdexia, Cynops, uel Cyno
pus.Claria piſcis litoralis,in locis cœnoſis degens.Etelis & ſquamoſus eſt,
D & oua parit.Eleginus, gregalis eſt, Iœpes, Liparis, Lamyrus:Mendeſius pi-
ſcis(ut uidetur)ad ſalſamenta idoneus, Marinus, Metys, Mythus,uel My-
ſtus:μήκων,id eſt papauer,piſcis marinus & gregalis.Oſſophagi, aliàs opſo-
phagi in ſaxorum cauernis degunt.Phycа,Parus,Phytarus, Rhacinus, Pal-
lus.Scepanus in litoribus degit cœnoſis:Scepinus,quẽ Dorion Attagenum *Aliàs, Scepanus.*
uocauit.Scirris petroſus piſcis,circa nuda ſaxa degens, Taulopias, Turpæ-
na,Thatis,Theſſa,Teragus paruus, Vrena piſcis, Vua. Vua marina,inquit
Plinius,in uino putrefacta,iis qui inde biberint,tædium uini affert.

1 Lepidotus,&c.Lepidion eſt : apud Athenæum an idem,an alius? 2 Mæotes, *Lepidion.*
&c.In Ponto inueniuntur multi piſces,qui à Mæotide palude nomina ſortiti ſunt:ue-
rum hic mæotes Niloticus eſt: qui uti Ælianus refert,aduentantem Nilum præſentit,
atque præcurrendo prænuntiat.

De piſcibus mira. Cap. CXCII. E

*Luna.*

DEmoſtratus piſcem quendam formæ pulchritudine eximium dicit appellari lunam, exigua magnitudine, lata figura, colore cyaneo: in dorſo pinnas habere molles & leues, eaſdémque in natãdo explicare, & ad ſimilitudinem lunæ ſemicirculum efficere: ſimul & ipſum cum eſt plena luna, tum impleri, tum implere. Nempe arbores, ſi ex his ullum appenderis decreſcente luna, exſiccari atque interire: ac ſi ad plantas admoueris, eas marceſcere & euaneſcere. Si iam plena luna in id aquæ, quod in perfoſſis puteis reperitur, quis hunc piſcem iniecerit, aquam iugem & perẽnem fore: ſin extrema luna, aquam exareſcere. Quòd ſi hunc eundem in fontem ſcaturiẽtem conieceris, quo modo diximus de puteo, is ad rationem lunę, modo euaneſcet, modo implebitur. Phyſam Ægyptiũ piſcem notionẽ habere ferunt, quando luna augeatur & diminuatur, eiúſque iecur cum luna pariter decreſcere paritérque augeri: corporíſq; habitu modo eſſe opimo, modo gracili & tenui. In Fucino tantum lacu piſcis eſt, qui octonis pinnis natat. Piſcium genera etiamnum à Theophraſto mira produntur, circa Babylonis irrigua decedẽtibus fluuiis, in cauernis aquas habentibus remanere quoſdam: inde exire ad pabula pinnulis gradientes, crebro caudæ motu: contráque uenantes refugere in ſuas cauernas, & iis obuerſos ſtare: capita eorum ranæ marinæ ſimilia, reliquas partes gobionum: branchias ut cæteris piſcibus. circa Heracleum, & Toronem, & Lycum amnem eſſe multifaria. In Põto unum genus eſſe, quod extremas fluminum aquas ſectetur, cauernáſque ſibi faciat in terra, atque in iis uiuat, etiam reciprocis amnibus ſiccato litore: effodi ergo: motu demum corporum uiuere eos approbant. Circa Heracleam eandem eodémque Lyco amne decedẽte, & circa Tium Ponti Mileſiorum coloniam, ouis relictis in limo generari piſces, eoſdémque effodi, qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis. Eadẽ in Ponti regione apprehendi in glacie piſcium quoſdam, maxime gobiones, non niſi patinarum calore uitalem motum fatentes. Idem tradit in Paphlagonia effodi piſces gratiſſimos cibis, terrenos altis ſcrobibus, in iis locis ubi nullæ reſtagnent aquæ: & uaria horũ genera in terra defoſſos reperiri, immobiléſque uiuere prodit Ariſtoteles. In Hyphaſide Indiæ flumine piſces eſſe narrãtur, pauones nomine: criſtis quibuſdam cœruleis, ſquamis uerſicoloribus, cauda aurea, in quancunque uoluerint partem uerſatili. In mari quoque piſcis cucumis eſt, in colore & odore cucumeri ſimilis. In Cyzicena chalceus piſcis frequens eſt, orbiculari ſpecie. Qui orchis uocatur, rotũdus eſt & ſine ſquamis, totúſque capite conſtat: duriſſimum eſſe piſciũ cõſtat. In mari rubro ſinu Arabico piſcem Leonides Bizãtius gigni ait, gobio ætatis perfectæ magnitudine nihilo inferiorem, nullos oculos nullúmque os habentem: more tamen piſcium branchias his innatas eſſe: capitis figuram, & ſi minus expreſſam, coniectari poſſe, infra imum uentrem formam quandam leuiter contractam in ſinum apparere, quę ſmaragdi colorẽ reddit: hoc ei oculorum loco & ouis eſſe idem ait. Captus cum primum eſt extra aquam, inflatur. Et ſi quis etiam nunc uiuentem in mare uelit reiicere,

*Piſces foſsiles.* (margin)

F (margin)

*A Theophraſto in lib. de piſcib.* (margin)

G (margin)

*Pauones.* (margin)

H (margin)

*Cucumis.* *Χαλκεὺς.* *Orchis.* (margin)

ſupernatat

A ſupernatat more inflatæ ueto ueſicæ: quocirca Leonides ait ab affectu phyſ *Phyſſalus.*
ſalum appellatum eſſe. Hunc ſi quis guſtauerit, ſtatim acerrimis doloribus
premitur: deinde eius uenter diſrumpitur. Miracula quædam dira Cteſias *Piſces lethales.*
in Armenia ſcribit eſſe fontem, ex quo nigros piſces illico mortem afferre
in cibis. Quod & circa Danubij exortum audiui, inquit Plinius, donec ue-
niatur ad fontem alueo appoſitum, ubi finitur id genus piſcium. Hoc idem
& in Lydia in ſtagno Nympharum tradunt. In Arcadia ad Pheneum aqua
3 profluit è ſaxis ſtyx appellata: & eſſe piſces paruos in ea tradit Theophra-
ſtus lethales & ipſos, quod non in alio genere mortiferorum fontium. In
Africa feruentis aquæ lacus eſſe exiſtimatur, in quo piſces & uiuere & na-
tare dicuntur, & ad obiectum cibum aſſilire: ac ſi quis in frigidam eos inie
B cerit, interire. Hactenus de piſcibus dixiſſe abunde eſt: ſequitur ut de cetis
præcipiamus.

## De cetis. Cap. CXCIII.

INter aquatilia peculiaris quædam natura cetaceo generi eſt, ut delphi- *Cete, cetus, κῆτος.*
no, balenæ, & quæcunque alia ex iis fiſtulam habent: cū & mare accipiāt
quemadmodum piſces, pedibúſque careant, & cibum in humore capiant:
aërem uero ſpirant ut terreſtria, ut quodammodo terreſtria ſint & aquati-
lia. Hoc genus neque pilis integitur aliorum more, quæ animal generant,
neque pedes habet ullos. Branchias non habent cete, ſed fiſtula iis data à na *Fiſtula, αὐλός.*
C tura eſt, qua humorem quem unà cum cibo recipiunt, eiicere poſſent, quē-
1 admodum piſces per branchias emittunt: ea uero prope cerebrum ſita eſt,
delphinis quidem à dorſo, balenis uerò à fronte. Mammas habent cete in
aquatili genere & lac: id quod in delphinis manifeſte à nonnullis perſpe-
ctum eſt. Delphinus teſtes habet intus conditos, & qui ad aluum nectun-
tur. Pulmonem habent omnia cetacea atque reſpirant: ideóque cum dor-
miunt, edita per ſumma æquoris fiſtula dormitant, (quà etiā ſpirant) pin-
nas ſuas mouendo leuiter. Et quidem uiſus eſt delphinus dormire roſtro e-
merſo, ac ſtertere. Fel habent omnia, excepto uno delphino. Nullum ex iis
oua habere cernitur, ſed ſtatim fœtum concipiunt, ex quo redacto in for- *Fœtus, κύημα.*
mam animal conſtat, quemadmodum homo & quadrupedes quæ animal
pariunt. Coeundi modus omni cetario generi idē qui piſcibus eſt: ſupinis
D enim admotis partibus rem peragunt: nec parum multúmue temporis, ſed
mediocre in coitu ipſo conſumunt: & paulo quàm piſces diutius in coitu
morantur. Cetacei, prope omnes, (quemadmodum piſces cartilaginei) mi
nores piſces reſupinati corripiunt: habent enim os ſubter: unde fit, ut peri-
culum minores piſces facilius poſſint euadere: alioqui pauci admodū ſer-
uarentur: quippe cum delphini celeritas atque edendi facultas mira eſſe
uideatur. Beluæ omnes marinæ, quæ ingenti ſunt mole, (exceptis canibus)
& tardius ſe mouent & uiſu ſunt hebetiore. Duram habent carnem ce-
tacea omnia & excrementoſam, prauíque ſucci. Atque recens eorum caro,
ni optime concoquatur, crudi ſucci plurimum in uenis congerit: ſenibúſq;
cibus omnino inutilis habetur. Quamobrem ipſis ſale cōditis fere in cibis

utimur: ita enim fit,ut alimentum quod ex ipſis in corpus digeritur, & te- E
nuius reddatur,concoctioníque & ſanguini generãdo accommodatius.Iu
ba in iis uoluminibus,quæ ſcripſit ad C. Cæſarem Auguſti filium de Ara-
bia,tradit cetos ſexcentorum pedum lõgitudinis in flumen Arabiæ intraſ
ſe:pinguíque eius negotiatores & omnium piſcium adipe camelos perun-
gere in eo ſitu,ut aſilos ab his fugent odore.

1 Prope cerebrum,πρὸς τὸν ἐγκέφαλον:ita potius legendum cenſeo,quàm πρὸ,id eſt ante cerebrum,ex ipſo Ariſtotele de delphino,qui non a fronte,ſed à dorſo fiſtulã gerit: quanquam lib.4 de part.animalium,& de reſpirat.habetur non πρὸς,ſed πρὸ τοῦ ἐγκεφάλου,id eſt ante cerebrum.

## De delphino & phocæna. Cap. CXCIIII.

F

*Delphinus. Delphin. Delphis.*

MAnſuetudine,amore,celeritate,forma atque robore, non in hoc tan 1
tum cetaceo,ſed in omni marino genere, reliqua facile ſuperat del-
phinus:plurima enim narrãtur indicia morum placidorum ac mitium, &
amoris quoque in pueros. Certum habẽt uocabulum, inquit Solinus, quo
accepto,uocanteis ſequuntur:nam proprie Simones nominantur:nomén-
que Simonis omnes miro modo agnoſcunt, malúntque ita appellari. Ho- 2
minis amicum animal delphinus,obuiam nauigiis uenit: alludit exultans,
certat etiam, & quanuis plena præterit uela. Et,ut cecinit Ouidius,

> Vndique dant ſaltus, multáque aſpergine rorant.
> Emergúntque iterum,redeúntque ſub æquora rurſus:
> Inque chori ludunt ſpeciem,laſciuáque iactant G
> Corpora:& acceptum patulis mare naribus efflant.

Velociſſimum omnium animalium, nõ ſolum marinorum delphinus, ſed
ocyor uolucre,acrior telo:ac niſi multum infra roſtrum os illi foret medio
pene in uẽtre, nullus piſcium celeritatem eius euaderet. ſed affert moram
prouidentia naturæ: quia niſi reſupini atque conuerſi non corripiunt. Ce-
te eſt delphinus: neque branchias habet ut piſcis, neque ouum, ſed animal
generat,& fiſtulam ad dorſum gerit.Dorſum illi repandum, roſtum ſimũ. 3
In dorſo cultellata ineſt penna,qua uel crocodilum interimit:uel,ut inquit
Solinus,aculeatæ ſunt ſpinę dorſuales:cum ira ſubiacet,inhorreſcunt:cum
animi conquieſcunt,quibuſdam receptaculis operiuntur. H

> Falcata illi nouiſſima cauda eſt:
> Qualia dimidiæ ſinuantur cornua lunæ.

*Delphinus,inquit Ariſtoteles,ſtridet,non mugit,μύζει.*

Lingua,contra aquatilium naturam,libera abſolutáque & mobilis eſt,bre
uis atque lata,haud differens ſuillę.Pro uoce gemitus humano ſimilis: ca-
ret enim labris quibus uocis aliquem poſſit articulũ afformare. Audit qui-
dem,ſed nullis cauernis quæ uicem præſtent aurium.Voces hominũ aqui-
lonis flatu celerius haurit:contrà,auſtro ſpirãte,auditus obſtruitut.Et cum
olfactus quoque nullam partem ſenſoriam habeant manifeſtam, tamen ſa
gaciter odorantur delphini. Mammas habet fœmina & lac, (animal enim
concipit ilico & creat,ut modo diximus)quas continet non parte ſuperio-
re,ſed in ima aluo prope genitale:nec modo quadrupedum,papillas conſpi
cuas

A cuas habet,ſed uelut alueolos quoſdam humoris duos paulo in obliquum porrectos,utroque de latere ſingularem, è quibus lac fluit, quod ore catulorum ſectantium parentem excipiatur: ídque iam à nonnullis manifeſte perſpectum eſt:neque tamen aliud animal,inquit Plinius, in curſu lambitur. Teſtes habet mas ultima conditos aluo prælongos, & penem à teſticulis ad externa pertēdentem,ut bos. Pulmonem habet delphinus & arteriā: proindéque reſpirat, & nōnihil uocis, uti modo diximus, poteſt promoue re. & dormiens roſtrum fiſtulámq; exerit ſupra mare,ut ſpiret. Et iam quidem delphinum ſtertentem etiam nonnulli audiere: quamobrem delphinus retibus apprehenſus,breui tempore ſtrangulatur, ut qui ſpirandi facul tatem amiſerit: & foris uero diutius uiuere poteſt mutiens & anhelans mo
B do cæterorum ſpirantium. Delphinus inter ea,quæ mare excipiūt pulmonémque habent,unus felle priuatus eſt. Meatus ſeminarios eodem modo habet delphinus,quo piſces ſerpentéſque. Non ſpinas ut piſces,ſed oſſa habet delphinus. Coeunt delphini admotis ſupinis partibus,ut piſces:ſed eorum coniunctio diuturnior eſt. Geſtatur uterus decem menſibus. Partus æſtate fit, nec alit ullo tempore alio: pariūt ſingulos magna ex parte, interdum tamen & binos. Adoleſcit celerius proles delphini : quippe qui annis decem ad ſummam perueniat magnitudinem. Sola carne ueſcitur delphinus.uiuit annis compluribus: cōſtitit enim nonnullos uixiſſe annis uiginti quinque,alios etiam triginta: quod cognitum eſt præciſa à piſcatoribus cauda:ut quos ita reddidiſſent mari,captos item agnoſcerent, & temporis
C ſpatium ſcirent. Delphinus in Ponto magnus non eſt:quanquam extra ubi aliquantum proceſſeris magni habentur. Abdūtur tricenis diebus circa canis ortum, occultantúrque incognito modo. Coniugati degunt delphini, mares cum fœminis. Solent in terram erumpere incerta de cauſa: & ſtatim tellure tacta moriuntur,multóque ocyus fiſtula obturata. Cum male ſe habere ſentiat delphinus,ſimia marina remedio illi eſt. Cū delphinis pugnant hamiæ. Hominē non expaueſcit ut alienum:nec tantum hominis amicum animal delphinus,uerum & mulcentur muſica,gaudent cātibus tibiarum: ubicunq; ſymphonia eſt,gregibus aduentant. Circa Taprobanem autē duo delphinorum genera naſci feruntur:alterum ferum & inexpiabili immani
D tate piſcato ribusinfeſtum:alterum natura manſuetum. Delphini trāquillo mari laſciuientes flatum præſagiunt, ex qua ueniunt parte : iidem ſpargentes aquam turbato,tranquillitatem. Delphini & hippocampi cinis ex aqua illitus, lichenas & lepras tollit. exulcerationē ſequi debet curatio,quę perducit ad cicatricem. Quidam delphini iecur in fictili torrēt,donec pinguitudo ſimilitudine olei fluat:ac perungūt. Febrium circuitus tollit iecur delphini guſtatū ante acceſſiones. Hydropicis medetur adeps delphini liquatus & cum uino potus : grauitati ſaporis occurritur tactis naribus unguento,aut odoribus,uel quoquo modo obturatis. Delphini adipe linamē ta accenſa, excitāt uuluæ ſtrangulatu oppreſſas. Naſcitur in Ponto phocæna delphino ſimilis: ſed intereſt,quòd minor phocæna eſt,dorſo ampliore, colore cœruleo. Partus quoque illi delphino ſimilis: & lac habet ut delphi-

*Aliàs, nec ſtatim.*

*Phocæna.*

*Tirſio.* *Turſio.* *Torſio.*

nus:complures uero genus eſſe delphini opinantur. Delphinorum, inquit E Plinius, ſimilitudinem habent, qui uocantur turſiones. diſtant & triſtitia quidem aſpectus: abeſt enim illa laſciuia: maxime tamen roſtris canicularum maleficentia aſſimilati.

1 De delphini manſuetudine amoréque & affectibus id genus aliis legas apud Ariſtotelem, Plinium, Ælianũ, Solinum & alios. 2 Hominis amicũ &c. Delphini φυλοπαιδία multis exemplis exprimitur a Plinio. 3 Dorſum illi repandum. Ouidius,

Corporéque & preſſo ſpinæ curuamine flecti
Incipit. Et lati rictus ſunt. 4 Turſiones. Phocænam Theodorus tirſionem interpretatur.

## De balena, orca & phyſetere. Cap. CXCV.

*Balena.* φάλαινα. *Muſculus.*

CEtus quoque balena eſt: & fiſtulam non à dorſo, ſed à fronte gerit, per F quam humorem, quam ore acceperat, reddit: qua & ſumma aqua innatantes in ſublime nimbos efflat. Balenæ muſculus quandoque prægraui ſuperciliorum pondere, obrutis eius oculis, infeſtãtia magnitudinem uada prænatans demonſtrat, oculorúmque uice fungitur. Mammas habet balena & lac. & mammis nutrit fœtus, ut delphinus: & pulmonem, ideóque & reſpirat: editáq; per ſumma æquoris fiſtula dormit, ſicuti & cætera quæ fiſtulam gerunt: nonnũquam uero etiam deſilit in terram, ſolem paſſura calentem. Parit balena cum plurimum binos, magnáque ex parte ſingulos. balenæ coagulo in lethargum uergentibus, ad olfactum utuntur. Balenę in noſtra maria penetrant, inquit Plinius. In Gaditano oceano nõ ante bru G mam conſpici eas tradunt: condi autem æſtatis temporibus in quodam ſinu placido & capaci, mire gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcam infeſtam 1 his beluã: cuius imago nulla repreſentatione, inquit Plinius, exprimi poſſit alia, quàm carnis immenſæ dentibus truculentæ. Et Feſtus, orcæ, inquit, teretes ſunt atque uniformi ſpecie. irrumpunt ergo in ſecreta, ac balenarum uitulos & fœtas etiamnum grauidas lacerant morſu: incurſúq; ſeu liburnicarum roſtris fodiunt. Illæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere ſuo oneratæ, tunc quidem & utero graues, pariendíue pœnis inualidæ, ſolum auxilium nouere in altũ profugere, & ſe toto defendere oceano. Contrà orcæ occurrere laborãt, ſeſeque opponere, & cautium anguſtiis trucidare, in uada urgére, ſaxis illidere. Spectantur ea prælia ſeu mari ipſo ſibi irato, nullis in ſinu uẽtis: fluctibus uero ad anhelitus ictúſq;, H quantos nulli turbines uoluant. Ingentis magnitudinis orcam à Claudio principe in portu Oſtienſi oppugnatam narrat Plinius. Maximum animal in Indico mari piſtrix balena eſt: narrantur enim balenæ quaternûm iuge 2 rum: piſtrix ducenûm cubitorum. In Gallico oceano maximum animal 3 phyſeter eſt, columnæ modo ſe attollens, altiórque nauium uelis, diluuiem quandam eructans, ut nimboſa illa alluuie plerunque deprimat alueos nauigantiũ. Phyſeteres cum flatum efflant, (ut inquit Strabo) apparet longius 4 intuentibus nebuloſæ cuiuſdam columnæ ſimilitudo. Tubarum ſonitu, multiplici plauſu, ſtrepitúque id genus ingenti terrentur maxime.

*Orca.* *Balena.* *Orca.* *Balena.* *Piſtrix.* *Priſtes.* πρίστης. πρῆστις. *Phyſeter.* φυσητήρ.

ὄρυγες.

1 Orcam, &c. ὄρυγας habet Strabo inter cetacea: an idẽ ſint cum orcis, an ſit liber mendoſus?

A mendoſus? 2 Iugerum continet pedes ducentos quadraginta. 3 Piſtrix,&c. Priſtes Ariſtoteli & Oppiano cete eſt: idem forſitan qui piſtrix. Et in Vergiliano illo, de Scylla monſtro, (-Poſtrema immani corpore piſtrix.) In quibuſdam exemplaribus habetur priſtes: apud Oppianum habetur πρῆστις, ſed legendum arbitror πρίστης. 4 Phyſeteres. φύσαλος ab Oppiano inter cete numeratur: an idē qui φυσητήρ? *φύσαλος.*

## De aliis quibuſdam marinis beluis & monſtroſis. Cap. CXCVI.

1 SVnt & in mari beluæ, qui dromones uocantur: & qui melāthini, & ſer- *Dromones.*
ræ, materiariæ ſerræ ſimilitudinem gerentes. Sunt & effigie inſolēti nō- *Melanthyni.*
nullæ in Gaditano oceano, arbor intantū uaſtis diſpanſa ramis, ut ex ea cau *Serræ.* *Arbor.*
ſa fretum nunquam intraſſe credatur. Apparēt & rotæ appellatæ à ſimilitu *Rota.*
dine, quaternis diſtinctæ radiis, modiolos earum oculis duobus utrinque
B claudentibus: adeo longis ſunt hirſutæ ſpinis, ut hæ extra mare emineant.
reuerſiones in orbem faciunt, unde nomē traxere. Graſſatur aries ut latro: *Aries.*
& nunc grandium nauium in ſalo ſtantium occultatus umbra, ſi quē nan-
di uoluntas inuitet, expectat: nūc elato extra aquam capite, piſcantiū cym-
2 bas ſpeculatur, occultúſque adnatans mergit. Sunt & alij piſcium forma a-
rietes in beluarum quoque numero. In Santonum litore beluas nōnunquā
3 reciprocans deſtituit oceanus, inter reliquas elephantos & arietes candore *Elephantus.*
tantum cornibus aſſimilatis. Circa Corſicum & Sardoū fretum hybernant *Aries.*
arietes, atque ex aqua eminentes ſpectantur: ſimul & delphini circa eos na
tant. Mas aries frontem alba uitta redimitam habet, diadematis in formā:
at fœmina quemadmodum gallinacei, quaſdam uelut barbæ appendicu-
C las poſſident, ſic ipſa cirros ex imo collo pendētes habet. In Indico mari ex-
eunt in terram pecori ſimiles beluæ, paſtæque radices fruticum, remeāt: &
quædam equorum, aſinorum, taurorum capitibus, quæ depaſcuntur ſata. *Beluæ marinæ, equi, aſini, tauri.*
Leo quoque in his & pāthera, atque hyæna longe ferociores, quàm ſint ter-
reſtres feræ. Cornuta etiam marina belua attollit cornua è mari ſeſquipe- *Leo.*
dalia fere, quæ ab his nomen traxit. Panthera in mari rubro naſcitur, ſimi- *Panthera.*
lis terreſtri pantheræ, colore & maculis orbiculatis. Caſtoridas Oppianus *Γαρδάλις.*
4 inter cete recēſet. uocem hę querulam mœſtámq; in littore dicuntur ede- *Hyæna.* *Cornuta.*
re: quam ſi forte audierit quiſpiam, mortem illi breui imminere prænun- *Caſtorides.*
tiat. Tyberio principi nūtiauit Olyſſiponēſium legatio, ob id miſſa, uiſum *Triton.*
auditúmque in quodam ſpecu concha canentem tritonē, qua naſcitur for-
D ma: cui Vergilio authore,

Frons hominem præfert, in piſcem deſinit aluus.

Narrat autem Pauſanias ſe tritonem in ſpectaculis Romanis uidiſſe, cuius capitis coma, & colore, & quòd diſcriminari non potuiſſet, ranarum paluſtrium ſimilis uidebatur: reliquum corpus ſquamis tenuibus inhorreſcebat: branchiæ ſub aures, naſus humano ſimilis, os amplum, dentes ferini, oculi glauci apparebant: manus habuit & digitos, unguéſque cochlearum teſtis non diſſimiles: cauda eidem infra pectus & aluum, loco pedum
5 erat delphino ſimiliter. Nereidum falſa opinio non eſt, ſquamis modo hi- *Nereides.*
ſpido corpore, etiam qua humanam effigiem habent: nanque harum uua
in Olyſſiponenſium ſpectata litore eſt: cuius morientis gannitum triſtem

*Homo marinus.* *Hunc inter beluas marinas numerat Plinius.*

accolæ audiere longe.Et diuo Auguſto legatus Galliæ complures in litore E exanimes Nereidas ſcripſit.In eo quoq;,quod circa Taprobanam inſulam mare eſt,cete exiſtere muliebri facie fertur: iiſque pro crinibus ſpinas eſſe. Authores habeo,inquit Plinius,in equeſtri ordine ſplendentes: uiſum ab his in Gaditano oceano marinum hominem toto corpore abſoluta ſimilitudine,aſcẽdere nauigia nocturnis temporibus,ſtatímque degrauari quas inſederat partes,& ſi diutius permaneat,etiam mergi. De differentiis animalium habentium ſanguinem,quas communes,quáſue proprias ſingula habent genera,dictum iam eſt.

*Dromas.* *Curſor.* *πρόβατα.* *Ouis.* *Pecus.* *Κριὸς.*

1 Dromonem hunc Plinianum diuerſum eſſe arbitramur à dromade Ariſtotelico, quem Theodorus curſorẽ uocat:& gregalis piſcis eſt:quanquã alio loco uidetur genus quoddã piſciũ ſignificare potius,quàm ſpeciem. 2 Arietes.πρόβατα hæc,id eſt oues F uel pecus(opinor)uocat Oppianus,qui in alto mari in latibulis fere degunt,locũ raro mutantes. Arietis quoque meminit idem Oppianus,κριὸν uocat. 3 Elephãtos & arietes,&c. Ab his ἐλεφάντινον τάριχος, id eſt ſalſamentum elephãtinum dictum arbitror. 4 Tritonem.Nereidas & hominem quoque marinum,beluas marinas uocat Plinius. 5 Nereidas fingunt poetæ Nerei & Doridis filias, quas hoc modo depinxit Ouidius, -Quarum pars nare uidetur,

Pars in mole ſedens uirides ſiccare capillos,
Piſce uehi quædam:facies non omnibus una:
Non diuerſa tamen,qualem decet eſſe ſororum.

# DE ANIMALIVM DIF- G
# FERENTIIS LIBER IX

Continet animalium exanguium differentias, & priuatim inſectorum.

## De animalibus exanguibus. Cap. CXCVII.

*Ἄναιμα, exanguia.*

COnſummata iam diſputatione de toto animalium genere,quod ſanguine præditũ eſt, quę reliqua nobis pars ſupereſt,abſoluamus. Nunc igitur ordinem perſequemur eorum, H quæ ſanguine carent: indéque ἄναιμα, id eſt exanguia dicta ſunt : continent enim hæc non ſanguinẽ,ſed humorem alium qui ſanguini proportione reſpondeat : qui in hoc animalium genere ſit ultimum corporis alimentum , ſicuti ſanguis in iis quæ ſanguine prædita ſunt.Porro genera in hoc ordine plura ſunt : primum genus inſectorum eſt:ſecundum eorum quæ μαλάκια,id eſt mollia appellamus: tertiũ, quæ cruſtis tenuibus operiuntur,μαλακόστρακα,id eſt cruſtacea aut cruſtata dicta,ut cancrorum genus & locuſtarum:quartum, quæ ſilicea teſta concluſa

*Tria hæc ultima genera,piſcium nomine uocauit Plin.*

ſa

A ſa muniuntur, ὀϛρακόδερμα dicuntur: quale genus concharum & oſtrearum
eſt. Cum animalia quæque ſanguinea partes tum interiores, tum exterio-
res ſuis quaſque appellatas nominibus habeant, genus quod ſanguine ca-
ret, pluribus uacat: iam enim uiſcera quæ cuique ſanguineo inſunt omnia,
nullum exangue quod habeat nouimus. Partes tamen ad uictum pertinen
tes omnia neceſſario habent, quanquam uarie, propter loca quibus cibum
recipiant: communes enim omni animalium generi partes ſunt, os, uéter,
inteſtinum. Caput nõnullis indiſcretum eſt, ut cancris & iis quæ mollia di
cuntur: oculos habent maxima ex parte, exceptis teſtatis, omnia: linguam
quoque & dentes, ſed uarie, ut in unoquoque genere explicabimus. Horũ
etiam genus omne, quæ quidem pedibus fulciuntur, multipes eſt, nec ullũ
B fere quadrupes habetur: & cruſcula omnia, exceptis extremis, à latere affi-
guntur: & partim ſurſum uerſus flexũ habent, partim uero retrorſum ſub-
læſa ſubtortáue uergunt: medij nanque pedes ſubinde ambigui ſunt, (quod
Græci ἐπαμφοτερίζειν dicunt) atque amplius in latus flectuntur. at uero tum
priora crura tum poſteriora retro flectunt. Omnium uero motus per dia-
metrum agitur, quomodo etiam ſubſiſtere ſolent. Neque ſanguinẽ (ut mo-
do diximus) neque omnem uiſcerum naturam ullum ex iis obtinet: nihil
etiam eorum, quorum gratia uiſcera habẽt animalia ſanguine prædita, da-
tum eiuſmodi animalibus eſt: non enim uenas hæc habent, non ueſicã, nõ
uſum ſpirandi: ſed tamẽ unũ quod cordi proportionetur, id habeãt neceſſe
eſt. Hoc in mollibus quidẽ & cruſtatis ea pars eſt, quę à nonnullis μύτις mu- Μύτις, Mutis.
C tisue appellatur: in teſtatis minus quidem patet, attamen in medio ſemper
quærendum hoc principium eſt: inſectis uero inter caput & uentris alueũ
eſt. Sanguis etiam quanquam iis deeſt, quod ſanguinis tamen proportio-
nale eſt: quódque eandem fere in genere exangui obtinet uim, quam ſan-
guis in compote illo ſanguinis, habet. Nullum ex iis quæ ſanguine carent
uel adipem habet uel ſeuum: quandoquidem ſanguis iis deeſt. Oſſe carent
exanguia omnia, ſed neque ſpinam habent ut piſces: aliud tamẽ quod pro-
portionale oſſium eſt, & quod ſua duritie molliorem corporis partem, hoc
eſt, carnem ſeruare poſſit, habent: uerum hoc præſidium aliis intus eſt, aliis
foris: nam quæ cruſta operiuntur, ut cancri genúſque omne locuſtarum, &
quæ teſtata dicuntur, ut oſtreæ, his omnibus caro intus: terrenum autem il
D lud quod contineat & conſeruet, foris eſt. At uero animalia inſecta & mol
lia contrà quàm hæc, & modo inter ſe oppoſito conſtant: nihil enim oſſis,
nihil terreni habere diſcretum uidentur, quod dignum effatu ſit: ſed mol-
lia fere tota, carnoſa & tactui cedentia ſunt, naturã inter neruum & carnẽ
obtinentia: mollis enim ut caro eſt, ſed intendi poteſt ut neruus. Habent e-
tiam intus quod piſcium ſpinis proportionetur, ut ſepiæ quod ſepium uo-
cant: lolligines quod gladiolũ: at polypi nihil eiuſmodi habent. Inſecta cõ-
trà quàm hæc conſtant, ut modo diximus: quippe quæ nihil habẽt duri aut
mollis diſcretum: ſed dura toto corpore ſunt, duritie tali, ut oſſe carnoſio-
ra, carne magis oſſea terrenáque magis conſtent. Quæ ſanguine uacant, a-
nimalibus non idem membrorum ad generationem pertinẽtium modus:

ſed tum inter ſeipſa, tum etiam cum ſanguineis diſſident. Et plurima qui- E
dem coire apertum eſt: teſtacea uero an ulla coeant, incertũ eſt. meatus au-
tem ſicci excrementi atque coitus omnibus quæ oua pariũt, idem ut in reli
quis ouiparis habetur. Quin & interior ille meatus idem excremẽti & uul
uæ eſt, tum in mollibus, tum etiam cruſtaceis: exanguium enim quædam
ita ſexum habent utrunque, marem ſcilicet & fœminam, ut ſobolem eiuſ-
dem generis procreare poſſint: alia procreant quidem, ſed non ſui generis
prolem: ut quæ non ex coitu animalium prodeunt, ſed per ſe uel in anima-
li, uel in terra, uel in ſtirpe, uel etiam in eorum ipſorum partibus, uel excre-
mentis creantur: eadémque maris ac fœminę ſexu diſtincta ſunt: iis coeũ-
tibus gignitur quidem aliquid, ſed ex quo nihil amplius gigni poſſit: uerbi
gratia, coitu pediculorum, lendes dictæ procreantur: Pulicum genus uer- F
miculorum oui ſpeciem referens: ex quibus nec ea quæ generarint, proue-
niunt: nec aliud ullum animal, ſed id quod ſunt, ſordes tantum perſiſtunt.
Quod autem in uniuerſum dixerim, eorum aliis toto genere ſexus uterq;
eſt, ut mollibus, ut cruſtatis: aliis maxima ex parte, ut generi inſectorũ. Eo-
rum autem ipſorum quæ ex coitu cognatorum animalium gignũtur, ipſa
quoque ſibi cognata progenerant. At uero quæ non ex coitu, ſed putri ma-
teria oriuntur, ea generant quidem, ſed genus diuerſum: quódque prodiit
nec mas eſt nec fœmina, talia ſunt nonnulla in genere inſectorum. In exan
guium genere, in iis quæ ex uermibus gignuntur contrà euenit, quàm quæ
ex ouo, ut ſcilicet pars inferior maior inter initia ſit dum generantur: oculi G
& caput poſtea augeantur. Quæ ſanguine carent ex aquatilibus, nec natu-
ra calida ſunt, ea naſci in lacu non poſſunt: minus etiam in ſalſis aquis quæ 1
non ſunt potulentiores, gignuntur, ut teſtata, ut mollia, ut cruſtata: ſed ſta-
gnis marinis & iuxta amnium oſtia gigni ſolent. Quod uero ad ſenſus atti
net: quæ mollia ſunt, & quæ cruſta operiuntur, atque etiam inſecta ſenſi-
bus prædita eſſe omnibus conſtat: nam & uiſu & olfactu & guſtu: procul e-
nim quandoque ſentiunt, & odore eſcarum partim allectata capiũtur, par-
tim uero odorum quorundam ſuffitu fugiunt, ut inſecta quædam. Guſtus
etiam ſimilis ratio eſt: interdum enim cibum perſequuntur diuerſum: nec
eiſdem ſaporibus omnia delectantur. Tactu uero ſentire, (quod etiam an-
te dixi) omnibus datum animantibus eſt: quæ autem ſiliceo tegmine ope-
riuntur, olfactum guſtúmque habere conſtat, argumento eſcarum. De ui- H
ſu & auditu, quanquam nihil certi manifeſtíque habemus, quibuſdam ta-
men hos ſenſus ineſſe apparet: ungues enim ad ſtrepitum ſe ſubtrahere cer
nuntur, quoties ferramentum ſentiunt admoueri. Pectines quoque admo-
to digito dehiſcunt, mox comprimunt ſe ut cernentes: echini autem & te-
the atque glandes olfactum minime habere uidentur. Et generatim quidẽ
de exanguibus animalibus ſatis dictum eſt.

1 Minus etiam, &c. Ita Theodorus οὐδὲ τῶν ἀλμυρῶν ἐν τοῖς ποτιμωτέροις, ἀλλ' ἧττον, οἷ' τὰ ὀστρακόδερμα, &c. Vetus interpres ita habet: neque erit aliquod animal in quo uincit ſalſedo in aqua dulci, niſi pauca, ſicut duræ teſtæ, &c.

De in-

A De inſectis. Cap. CXCVIII.

EſSt inter exanguia inſectorum genus ampliſſimū, ut quod plures quàm *Inſecta,*
alia complectitur ſpecies. Inſecta uoco, quę (ut nomen ipſum declarat) Ἔντομα.
inciſuras parte ſui uel ſupina uel prona, uel etiam utraque habent: nec oſ-
ſeum quicquam diſcretum aut carneum, ſed quiddam inter hæc ipſa me-
dium continent: quippe quæ corpore pariter intus foríſque duro conſtent.
Hoc genus multas & uarias complectitur ſpecies, ut modo diximus, qua-
rum nonnullis quanuis cognatis, nomen nullum commune eſt inditum,
cuiuſmodi ſunt apes, & reliqua ſimilis formæ inſecta: crabrones ſcilicet &
ueſpæ eiuſdémque generis alia quædam: item quibus pennæ uagina inclu-
ſæ continentur, (κολεόπτερα uocant) ut galeruca, carabus, cantharis, & reli-
qua generis eiuſdem. Sunt item alia ex his pennata, ut apes: alia pennis ca-
B rent, ſed pedibus gradiuntur, ut centipedæ: alia utroque modo, ut formicæ:
aliqua pennis & pedibus carētia, ut uermes terreſtres. Omnium autē treis *Vētris alueum*
illas partes haberi conſtat, caput, uentris alueum, & quod inter hæc ſitū eſt, τὸ περὶ τὴν
quale in cæteris pectus dorſúmque habetur: unum id quod interiacet ma- κοιλίαν κύτος.
gna ex parte eſt: quæ tamen ſunt longa & multipeda, iis fere totidem ſunt
quæ interiacent, quot inciſuræ: quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum
atque alui præcincta ſeparant membra tenui modo fiſtula cohærentia: ali-
quibus uero non tota inciſura eas ambiente rugas, ſed in aluo, uti diximus,
aut ſuperne tātum, implicatis flexilibus uertebris. Oculi duri in omnibus
fere patent, ſed nullum ex his palpebrā habet. Ex cæteris uero partibus ſen-
ſoriis nulla manifeſta eſt, præterquam lingua: olfactus tamen ſenſum ea ha
C bere perſpicuum eſt. cibum nanque ſibi peculiarem uel eminus odore ſen-
tiunt, ut apes & culices quas κνῖπας uocant, mel. Sentiunt autē pręcincti ipſo
(ὑπόζωμα uocant) odores: & natiuo quodam ſui corporis ſpiritu, qui à na-
tura inſitus eſt, non aduentitius. Linguam habent, qua & guſtant & cibum
attrahunt: hæc in nonnullis mollis infirmáque eſt, aliis dura & ualida: o-
mnia enim quibus non in aluo aculeus eſt, linguam eiuſmodi ueluti arma
gerunt. Nec dentes habēt quibus iuncta ea eſt, exceptis quibuſdam paucis:
nam & muſcæ ea pertingentes cruorem mouent: & culices κώνωπες dicti eo-
dem acrius pungunt. Dentes autem quædam inſecta habent, quanquam a-
lienos, neque aliorum animalium dentibus ſimiles, ut apum muſcarúmq;
D genus: quædam non habent, eorum ſcilicet quæ cibo utuntur humido. In-
ſectorum enim complura non uictus tantum, ſed armorum gratia dentes
poſſident. Quibus igitur non in ore eſt aculeus, hæc dentes habent, cibi ſci-
licet aut conficiendi aut capiendi admouendíque gratia, ut formicæ, & id
genus alia. Ad hæc antennæ, id eſt, cornicula ignaua nonnullis ante oculos *Antennæ.*
I prætenduntur, ut papilioni & carabo: quæ autem in hoc genere, uolucrum *Cornicula*
ſortiuntur naturam, iis præter cætera membra, pennæ quædam membra- *ignaua.*
neæ ſiccæ annexæ ſunt, quibus uolant, quæ neque fiſſæ ſunr neque caulem Κεραῖαι.
habent ueluti auium pennæ. Sunt autem aliis binæ, ut muſcis, aliis quater-
næ, utroque ſcilicet latere binæ, ut apibus. Quaternas gerunt, quæ aut gran
diora ſunt, aut aculeo in aluo armantur: quæ ſcilicet pabuli cauſa neceſſe

habeant euagari, quæ & corpulentiam habent leuiorem, ut apes, & reliqua generis eiuſdem. Binas uero habent quæ aut minora ſunt, aut aculeum in priore parte gerunt, ex iis ſcilicet quæ pabuli cauſa uagantur, ut muſca, tabanus, culex: quæ autem parua ſunt & uitam ſtabilem agunt, multis quidē fulciuntur pennis ut apes, ſed cruſta pennas obtectas gerunt, uelut melolonthæ, & cætera id genus inſecta, ſcilicet ut pennarū uires integras tueantur. Ex uolucribus itaque ipſis alia membranas ipſas quibus uolant, cruſta (quam ἔλυτρον uocant Græci) ſuperueniente quaſi uagina incluſas gerunt: unde & κολεόπτερα, id eſt uaginipennes dicuntur, ut ſcarabeus: alia detectas habent, ἀνέλυτρα dicta, ut apes. uaginipennis illius ordinis nullum eſt, quod aculeum habet: ſed neque ulli aculeus in aluo cui pennæ binæ. Geritur etenim aculeus aliis parte priore, aliis poſteriore: aut enim ore aut aluo extrema aculeos habent pleraque inſectorum: & uel intus conditos, ut apes & ueſpæ, uel extra prominentes, ut ſcorpio: uropigium caudámue non habēt fere (præter unum ſcorpionem inquit Plinius) idque in cauſa eſt quòd quę uolucres ſunt, tanquam nauigium temone priuatum in uolatu agitentur, & quocunque fors tulerit, impingant. Multipeda ſunt omnia, quæ ſaltem pedibus fulciuntur: uarie tamen pedum numerum ſortiūtur: quę enim corpore ſunt longiore & plures habent inciſuras, ea numero pręcipue ſuperāt, ut iulorum genus: quibus autem pedes pauciores, hęc uolucres fere ſunt, ut pedum inopia adiumento pennarum compenſetur. Pedes priores nonnulla ex iis longiores habent, quibus abſtergant oculis incidentem moleſtiam atque arceant: quod & muſcas facere uidemus & apes, & reliqua generis eiuſdem, quæ ſcilicet oculos habent duriores. Poſteriores etiā mediis longiores, ut ambulent melius, & attollantur facilius de terra cum uel auolare uel ſalire libet: quæ nanque ſaliunt, hæc uel crura poſteriora habent maiora, uel gubernaculis quibuſdam ſaltui accommodatis fulciuntur retro curuatis, ut crura quadrupedum. Atque iis omnibus pedes ſeni, iis etiam quorum nixu ſaliunt connumeratis. Quæ hunc numerum pedum exceſſere, ut plerique uermes, non infra duodenos habent: aliqua uero & centenos: numerus quidem impar nulli eſt. Partes corporis pronæ in iis omnibus differunt à ſupinis, ſicut uel in cæteris animātibus eſt: cute omnia circundātur, ſed admodum tenui. Partes inſectorum exteriores has eſſe, atque in hunc modum ſe habere conſtat.

E F G H

ἔλυτρον. κολεόπτερα, *Vaginipennes.* Ἀνέλυτρα. *Aculeus,* κέντρον.

*Maiora,* μείζω *longiora uertit Theodorus.*

πτηνά, ὁλόπτερα.

1 Quæ in hoc genere uolucrum ſortiuntur naturam, πτηνὰ dicuntur, & ὁλόπτερα nonnunquam Ariſtoteli.

## De partibus inſectorum interioribus. Cap. CXCIX.

QVod autem pro carne in his habetur, id nec teſtæ naturam imitatur (ὀστρακῶδες dicunt) neque illi ſimile eſt, quod in teſtaceis genus carnis continetur: ſed mediam quandā inter hæc refert naturam: nihil enim habent duri aut mollis diſcretum, uti diximus, ſed dura toto corpore ſunt duritie tali, ut oſſe carnoſiora, carne magis oſſea terrenáque magis cōſtent. Quamobrem his non ſpinam, non os, non aliquid ſepio ſimile, non teſtam

A teſtam ambientem, neque terrenum aliquod durum, quod iis proportione reſpondeat, natura dedit: ipſum enim corpus ſe ſua duritia tueri poteſt & ſeruare, nec eſt quod aliunde muniri deſideret. Plinius hęc ita retulit, Inſecta non uidentur neruos habere, nec oſſa, nec ſpinas, nec cartilaginem, nec pinguia, nec carnes, nec cruſtam quidem fragilem, ut quædam marina, nec quæ iure dicatur cutis, ſed mediæ cuiuſdam inter hæc omnia naturæ corpus, arēti ſimile, neruo mollius, in reliquis partibus ſiccius uerius quàm durius. Et hoc ſolum his eſt, nec prætera aliud: nihil intus, niſi admodū paucis, inteſtinum implicatum. Hæc Plinius. Partes autē quæ ad cibum adminiſtrant, non pari ratione datæ omnibus ſunt: alia enim linguam intra os continent, ut formicæ: alia foris gerūt uelut promuſcidem fungoſam & cauam, ut ea ſimul & guſtare & cibum trahere poſſint. Patet hoc in muſcarū B genere & apum & omnium generis eiuſdem: necnō aſili & tabani eodem ſpectant: atque iis quidē lingua, ſiue promuſcis pro aculeo habetur: omnia nanque quibus non in aluo aculeus eſt, linguam eiuſmodi ueluti arma gerunt. Linguam hanc in quibuſdam excipit inteſtinum rectum ſimplex ad oſtium uſque excremēti porrectum: in quibuſdam hoc retortum in anfractum eſt. Sunt etiam quæ uentrem ori adiunctum, inteſtinúmque à uētre reuolutum habeant, ut quæ cum edatiora maioráque ſint, conceptaculum cibi obtineāt copioſioris. Viſcus nullum in his, nullum pingue, ſicut neque in cæteris quæ ſanguine carent. Pars uero illa quæ cordi proportione reſpō det, inter caput & alueum eſt: quæ etſi magna ex parre ſimplex eſt, tamē in 1 nōnullis multiplex eſt, ut iulis & ſimilibus prælongis: quo fit ut præciſa ui- C uere poſſint. Fœminis in hoc genere membrum quod pro uulua habetur, fiſſum iuxta inteſtina poſitum eſt, in quo fœtus generatur. Patet hoc in locuſtis & reliquis quorum magnitudo aliqua eſt, & natura coitum recipiat: maxima enim pars generis inſecti perexigua eſt: ideóq; & eorum uteri incerti ignotíue propter corporis exiguitatem. Fœminæ inter ea quæ coeunt inſecta, maxima ex parte maiores ſuis maribus euadunt, ut Phalangia.

1 Præciſa, &c. Inſecti diuulſi, inquit Ariſtoteles, uiuit cum pectore tum caput tum alueus: & ſine eo caput auulſum uiuere non poteſt.

## De inſectorum generatione & interitu. Cap. CC.

D PRocreātur inſecta quædam per coitum & ex animalibus generis eiuſdem, ut phalangia & aranei ex phalangiis & araneis: ut bruci, locuſtæ, cicadæ. Sunt autem quæ coeunt quidem & generant, quædam etiam animal, uerum non ſui generis animal, ſed uermiculos tantū, ut muſcæ & genera papilionum: neque eadem hæc ex animalibus procreantur, ſed ex putreſcente humido aut ſicco: ut pulices, muſcæ, cātharides. Quædam nec ex animalibus naſcuntur neque coeunt: ut culices & uermiculi nonnulli, & plura eiuſmodi genera, ſed ſponte proueniūt. Horum uero alia ex rore qui in frondibus eſt, uidelicet uerno tempore, ut natura fert, ſæpe tamen & hyberno quoties tranquillum auſtraléque tempus diutius conſtitit. Item alia ex cœno aut fimo putreſcente oriūtur: alia in lignis aut ſtirpium aut cæſis;

alia in animalium pilis,alia in excrementis,aut iam excretis,aut adhuc in- E
tra animantem contentis,ut quæ lumbrici appellantur.quinetiã in iis quę
putredinem nullam poſſe recipere exiſtimantur,naſci animalia nouimus,
ut culicum genus quoddam ex fece aceti,& uermes in niue uetuſtiore : o-
mnibus autem prope dixerim,quæ ſponte procreantur,uel ſiccis humeſcē
tibus,uel humidis ſicceſſentibus naſcuntur. Inſecta auerſa coeunt, deinde
id quod minus eſt ſuperuenit maius,hoc eſt,mas fœminam (inter ea enim
quæ coeunt inſecta,fœminæ maxima ex parte maiores ſuis maribus eua-
dunt,uti modo diximus)nec mas in fœminam genitale ullum inſerere mē
brum,more animalium cæterorum uidetur, ſed fœminam ſurſum in ma-
rem meatum quendam reflectere conſpectum in pluribus eſt, qui in non-
nullis maior quàm proportione totius corporis eſſe uidetur,cum ipſa par- F
ua admodum ſit:ſed ſunt etiam in quibus minor exiſtit.Planum hoc fuerit
ſi muſcas coitu uenereo copulatas diuiſeris.Tardo etiam quę coiuerint ſe-
iunguntur digreſſu:diu nanque copulatio eorum durat,quòd in iis quæ in
noſtro conſpectu uerſantur facile patet:uerbi cauſa, in muſcis & ſcarabeis,
phalangiis & ſi quid eius generis coire ſolet.Inſecta hyberno tempore co-
eunt,& ſerenis auſtriníſque diebus naſcuntur ea quæ ſe abdere non ſolent
ut muſcæ,formicę:breui à coitu pariunt maxima ſui parte quæ ſolēt coire.
uermem autem omnia faciũt,excepto genere quodam papilionum, quod
durum quiddã ſimile cartamo,id eſt cnici ſemini producit, ſed intus flui-
dum.E quibuſdam qui ex coitu prognati ſunt uermibus, neque ea quæ ge
nerarint proueniũt animalia,ſed nec aliud ullum animal:ſed id quod ſunt G
ſordes tantum perſiſtũt,ut pulicum & pediculorum fœtus: è uermibus ue-
ro ipſis ex quibus gignitur animal, non parte aliqua ſicut ex ouis, animal
creatur,ſed totus uermis accreſcit, & particulatim diſcretus formatur in
ſpeciem deſtinati animalis.Eadem uero gignēdi ratio omnium eſt quæ ex
uermibus ortum habent, ſiue ex coitu animalium uermes, ſiue ſine coitu
prodiére.uerbi gratia:naſcuntur papiliones ex erucis. Erucæ ex uirentibus
foliis,maximéque ex braſſica.Primum minus quid milio conſiſtit in folio:
mox uermiculi inde contrahuntur:aucti deinde intra triduum, erucę par-
uæ afformantur:poſtea uero auctæ motu ceſſant, ſuáque forma immutan-
*χρυσαλλίδες.* tur,appellantúrque tãtiſper chryſallides,quaſi aurelias dixeris,& duro in-
*Aureliæ.* tectæ putamine ſunt:ad tactum autem immobiles araneoſis quibuſdã ob- H
ductę(quę etenim ex erucarum numero è uermibus gignuntur,aranea in-
uolutæ magna ex parte principio exeunt)nõ os,nõ aliud ex membris quod
conſpicuum ſit,poſſident.Vermium uero ipſorum alij hoc intra ſe habent
unde incrementum ipſis nutriendis accedat, ut uermes,apum & ueſparũ:
alij deforis capiunt,ut erucæ & cæterorum nonnulli uermium. Itaque pri-
mum dũ erucæ ſunt,cibo alũtur atque excremētum emittunt:at uero cum
in aurelias dictas tranſierint,nihil uel guſtant uel excernunt. Longo poſt
tempore,putamine obrupto euolant inde animalia pennigera, quos papi-
*Papilio.* liones uocamus. Omne autem hoc uermiculi genus,ubi ſuæ magnitudi-
nis finem receperit,cum ſcilicet aurelia appellatur,quaſi ouum efficitur,&

oui

A oui obtinet facultatem: indureſcit enim putamem eorum, & tantiſper immota redduntur: quod etiam in uermiculis apum & ueſparum nō ſecus atque in erucis apertum eſt: & in cæteris quoque omnibus quæ non coitu generantur, uel in lanis uel aliis huiuſcemodi, atque etiam in aquis. Omnia enim poſt uermis naturam, motu ceſſant, & putamine obareſcunt: mox rupto putamine exit ueluti ex ouo animal, tertia mutatione finem accipiens generationis, idque pennatum magna ex parte eſt: colorem uero à ſua eruca trahunt quæcunque ex erucis orta ſunt. Hæc eadem gignendi ratio (ut dixi) cæterorum etiam eſt quæ ex uermibus conſiſtunt, ut apum, ueſparum & crabronū, ſcarabeorum atque aliorum id genus omnium. Eorum quæ ex uermibus gignūtur contrà quàm eorum quæ ex ouis, pars inferior maior inter initia fit, oculi & caput poſtea augentur. Tempus generatio-
B nis inſectorum à principio ad finē uſq; maximæ fere parti ſeptenariis ternis deſcribitur aut quaternis. Culicum & uermiformis generis parti plurimę, ter ſepteni dies attributi ſunt: iis uero quæ ſui generis animal procreāt quater ſepteni magna ex parte: ſeptem ex iis ab initu, concretio uermis & conſummatio uendicat ſibi: reliquis tribus ſeptenis incubant atque excludunt, ea ſcilicet quæ ſuo procreant fœtu ut araneus, aut id genus aliud: mutationis uero & tranſitus in figuras alias, trinis aut quadrinis diebus, parti maximę peraguntur, ſicuti in morbis quoque dies decretorius euenit. Talis inſectorum generatio eſt. Pereunt ſtriatis contortíſque membris, ut ſenectute genus maiorum animalium moritur, quę pennata ex iis ſunt, pen-
C nis etiam contractis autumno fere moriuntur: tabani quidem uel aqua intercute oculorum cæci intereunt.

## De uictu inſectorum, uoce, ualetudinéque & aliis quibuſdam affectibus. Cap. CCI.

Inſecta animalia quibus dentes omniuora ſunt: quibus autem lingua tātum, humore undique eliquando ſua lingua ueſcūtur: quorū alia etiam omniuora ſunt, quibus ſcilicet guſtus omnium ſaporum eſt, ut muſcæ: alia ſanguiuora, ut tabani, aſili: alia ſuccis plantarum & fructuum uiuunt. Apis una nullis putidis aſſidet, nec utitur alio cibo quàm dulci. Formicę nihil uenantur, ſed ab aliis iam parata colligunt. Aranei nihil conficiunt neque re-
D condunt, ſed cibum ſolo uenatu ſibi acquirūt. Apes nihil uenantur, ſed ipſę ſibi cibaria faciunt atque recondunt: mel enim cibus earum eſt. Inſecta humorem, non potus, ſed cibi gratia aſſumunt. Omne inſectorum genus minimo alimento contentum eſt, & prope ſibi ipſa ſufficiunt, non tam corporis exiguitate quàm frigiditate, uti Ariſtoteli placet. Inſectis animalibus neque uocis, neque locutionis ulla facultas, ſed ſonus tantū iis ſpiritu interiore mouetur, non exteriore: nullum enim ex iis ſpirat: omnia uero in eo genere membrana ſepto cincturæúe qua inciſura eſt ſubdita, ſonant attritu ſpiritus interioris. Inſecta pene omnia hyeme conduntur, præter ea quæ uitam in domiciliis cum hominibus agant: quæque prius intereant quàm annuum tempus excedant. Latent hæc hyeme, alia diutius, alia quādiu al-

gor uehemens eſt,ut apes.Conduntur autem qu[illegible]que locis apricis abdita, E
& ubi ſibi cubile conſtituere tutius ſolent.Senectutem etiam exuunt inſe-
cta quædam,ut ſilpha, & ea quorum pennæ uagina continentur, ut Scara-
bæi. Et omnia quidem ubi iam factum eſt quod gigni debuerit, exuunt, ut
iam dictũ eſt.Nam ut partui ouiparo cortex, ſic uermiculariæ proli oper-
culum circunrumpitur, æque & apibus & locuſtis & aliis nonnullis. Inſe-
ctorum maxima pars eo tempore ualet quo gigni ſolet, uidelicet cum an-
nus humidus & tepidus eſt.Intereũt omnia inſecta tacta ex oleo: ſed celer-
rime ſi capite illito exponantur ſoli.Conglomerantur ex iis nõnulla ut ſeſe
tuto inflexu ſeruare poſſint:quæcunque ſcilicet prolixo corpore ſunt.Quæ
autem glomerari nequeant,contrahunt ſe in inciſuras,quod patet cum tã-
guntur,uelut ea quæ canthari uocãtur:ubi enim metuerint,motu ceſſant, F
totóque corpore indureſcunt.

## De inſectorum generibus, quæ fauos ſibi extruant,ut de apibus, atque id genus aliis. Cap. CCII.

INſectorum genus quoddam eſt nomine adhuc uacans quo uno compre
hendatur,ſed formam ſuarum partium cognatam omnium referens,ui-
delicet ea quæ fauos faciunt, ut apes & reliqua ſimilis formæ inſecta: quo-
rum genera nouem numero ſunt. Sex illa ex his gregalia,apes,reges apum:
fuci qui inter apes degunt,ueſpæ,crabrones,& teuthredones:ſolitaria uerò
reliqua tria,ſirenis maior,ſirenis minor,& quem bombylium uocant. Sed
*Apis.* μέλισσα. inter inſecta omnia principatus apibus, & iure præcipua admiratio, ſolis G
ex eo genere hominum cauſa genitis,inquit Plinius. Mella contrahunt ſuc
cúmque dulciſſimum ac ſaluberrimum,fauos confingunt & ceras,rempu-
blicam habent:concilia priuatim,ac duces gregatim:& quod maxime mi-
*Apũ genera.* rum ſit,mores habent. Genera apum plura:optimum,quæ breues,uariæ,&
in rotunditate compactiles ſunt:ſecundum,quæ longæ & crabronibus ue-
ſpíſue ſimiles:tertium,qui φώρ,id eſt fur nuncupatur:quartum,fucus: (nam
*Ducũ genera.* & hæc inter apes numerantur.)Duo item principum regúmue genera: al-
terum rufum fuluúmue, ( πυῤῥὸν Græci uocant) quod præſtantius eſt, al-
terum nigrum magíſque uarium. Duplo amplius hoc genus ape utili: &
pars à præcincto inferior longitudine proportionem habet ſeſquialteram:
*Matres apum.* μητέρες μελισσῶν. uocantúrque à nõnullis matres apum,utpote originis authores. Aculeum H
apes poſſident,fuci eo carent,reges ducéſque habent, ſed non utũtur: quo-
circa eos carere aculeo nonnulli exiſtimant. Hæc Ariſtoteles. Tria ducum
genera fecere quidam,ut refert M.Varro,nigrum,rubrum & uarium.Me-
necrates duo ſtatuit, nigrum & uarium: melior nigro uarius, ita ut expe-
diat mellario cum duo ſint eadem aluo,interficere nigrum,quem ſcit cum
*Reges apum.* altero rege eſſe ſeditioſum,& corrumpere aluum. Sunt reges apum, ut Co
lumella prodidit, maiores paulo & oblongi magis quàm cæteræ apes, re-
ctioribus cruribus,ſed minus amplis,pinnis pulchri coloris,& nitidi leuéſ-
que,ac ſine pilo, ſine ſpiculo, niſi quis forte pleniorem quaſi capillum qué
in uentre gerunt, aculeum putet, quo & ipſo tamen ad nocendum non
utuntur

A utuntur: quidam etiam infuſci atque hirſuti reperiuntur, quorum pro habitu damnabis ingenium,

1

Nanque duæ regum facies, duo corpora, plenis
Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens,
Et rutilis clarus ſquamis, inſignis & ore.

Atque hic maxime probatur, qui eſt melior: nam deterior ſordido ſputo ſimilis tam fœdus eſt, -quàm puluere ab alto

Cum uenit, & ſicco terram ſpuit ore uiator. Et,
-Ille horridus alter
Deſidia, latámque trahens inglorius aluum.

Regibus omnibus, inquit Plinius, forma ſemper egregia, & duplo quàm cęteris maior: pennæ breuiores, crura recta, ingreſſus celſior: in fronte macula quodam diademate candicans: multum etiam nitore à uulgo defferunt. Mira plebei circa eum obediētia: cum procedit, unà eſt totum examen: circáque eum conglobatur, cingit, protegit, cerni non patitur: & ſe quæque proximam cupit eſſe, & in officio conſpici gaudet. Reliquo tempore cum populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit ſimilis exhortanti, ſolus immunis. Procedit foras non niſi migraturo examine. Non unus in quoque examine dux tantummodo èſt, ſed plures, ut Ariſtoteles author eſt: perítq; examen, ſi duces uel non ſatis habeantur, uel plures quàm ſatis: diſtrahunt enim examen. Plinius uero, Reges, inquit, plures inchoātur ne deſint: poſtea ex his ſoboles cum adulta eſſe cœpit, concordi ſuffragio teterrimos necant, ne diſtrahant agmina. Reges nunquam prodeunt foras, uel, ut paſcantur, uel alia cauſa, niſi uniuerſa cum plebe, ut cum migratur: tunc enim reliquæ omnes circa ipſum glomerantur, uti modo diximus. Et ubicunque ille conſedit, ibi cunctarum caſtra ſunt. Et ſi cum pergunt, rex ipſe forte aberrarit, omnes inquirere odoratúque ſagaci perſequi ducem donec inueniāt, accepimus: geſtari etiam eum à plebe, cum uolare non poteſt: & ſi perierit, omnes interire: uel ſi aliquandiu manſerint, fauos quidē conficere, ſed mel nullum: nec fieri poſſe, quin breui omnes pereant. Sempérq; duce prehenſo totum tenetur agmen, amiſſo dilabitur, migrántq; ad alios. Eſſe utique ſine rege non poſſunt: inuitæ autem interimunt eos cum plures fuere. Fuci magnitudine duces æmulantur, inquit Ariſtoteles: quòd ſi aculeum quoque haberent, duces utiq; eſſent: & Columella, Fucus, inquit, genus eſt amplioris incrementi ſimilimum apis. Plinius quoque, Maiores ſunt apibus fuci, & ſine aculeo, uelut imperfectæ apes. Quamobrem cum ea ſint magnitudine, alueis aliqua intertexunt nonnulli, quo apes ſubire poſſint: fuci autem ut grandiores nequeant. Manent fuci magna temporis parte in alueis: (neque enim hoc genus niſi uere conſpicitur:) cúmque exeunt, efferunt ſeſe fuſim in ſublime gyróque uolitant, & quaſi exercitium faciunt: quod ubi ſatis iam fecerint, redeunt domum & epulis perfruuntur. Gigni fucos ſeorſum dicitur, ſi dux uiuit: ſed ſi obiit, in apum loculamentis oriri ex ipſis apibus, atq; hos fieri animoſiores: quocirca aculeatos uocari, quanuis aculeo careant: animo nanque feriendi, non poteſtate hoc meruerunt.

B

C

D

*Aliàs, deterrimos.*

*Feſſum, inquit Plinius, humeris ſubleuant: ualidius fatigatū ex toto portant.*

*Fucus, κηφῆν.*

*Aculeatos, κεντρωτοὺς.*

Fuci,inquit Ariſtoteles,nullum eſt inter apes munus,ſed, ut ait Vergilius, E
ignauum fucus pecus & immune,ſine induſtria fauis aſſidens: nam neque
alimenta congerit,& ab aliis inuecta conſumit: uerum ſi pauci adſunt fu-
ci,nonnihil præſtant commodi : reddunt enim apes in opere ſolicitiores.
Sunt tamen qui fucos & per ſe fingere fauos eodem in alueo, & cum api-
bus negotium conficiendi faui partiri dicant: uerum mellificandi nullam
habere facultatem: ſed ueſci tum eos, tum eorum pullos melle quod apes
fecerint. Hæc fere Ariſtoteles : ueruntamen , ut Columella author eſt, ad
procreationem ſobolis cõferre aliquid hi fuci uidentur: inſidentes ſemini-
bus,quibus apes figurantur.Itaque ad fouendam & educandam nouã pro-
lem,familiarius admittuntur:excluſis deinde pullis extra tecta proturban-
tur.Et Plinius,Sunt autem fuci,inquit,ſine aculeo imperfectæ apes, nouiſ- F
ſimæque à feſſis & iam emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſerui-
tia uerarum apum. Quamobrem imperant iis, primóſque in opera expel-
lunt,tardanteis ſine clementia puniunt: neque in opere tantum, ſed in fœ-
tu quoque adiuuant eas, multum ad calorem conferente turba : certe quo
maior fuerit multitudo, eò maior fiet examinum prouentus . Cum mella
cœperint matureſcere,abigunt eos,multæ ſingulos aggreſſæ trucidant. Et

*Φὼρ, fur.*

*Fur, inquit Varro, qui uocatur ab aliis fucus, lato uẽtre.*

ſi prouentus deſperatur,tunc & fucos abigunt. Proprium furibus genus eſ
ſe aliqui exiſtimauere,inter apes grandiſſimis,ſed nigris, aluóque quàm a-
pis utilis ampliore, ita appellatis, quia furtim deuorent mella . Furis ſicuti
& fuci nullum eſt in apum opere munus,ſed cæteris quibuſcum uiuũt, in- G
iuriam faciunt: nam fur ipſe ſi quãdo in alienos fauos ſurripere ingreſſum
potuerit,adeo in ſatietatem repletur ut nequeat auolare, ſed ante alueum
uolutetur.Itaque non impune ſemper hæc faciunt: nam deprehenſi inter-
dum à bonis apibus occiduntur,ſicuti & fuci. Apes unicolores magis ſunt

*Apes.*

quàm crabrones aut ueſpæ. Optimæ breues uariæque & in rotunditatem
compactiles:deteriores longę,crabronibus ueſpíſue ſimiles:etiamnum de-
terrimæ ex iis piloſæ. Minores illæ officioſiores maioribus ſunt: pennæ his
detritæ, color nigricans, & quaſi combuſtæ eſſent. At maiores nitidæ ue- 2
nuſtæque ſunt more otioſarum mulierum. Peripateticæ ſectæ cõditor Ari
ſtoteles in iis libris quos de animalibus conſcripſit, apum ſiue examinum
genera complura demonſtrat : earúmque alias uaſtas ſed glomeroſas, eaſ-
démque nigras & hirſutas alas habentes: alias minores quidem, ſed æque H
rotundas & infuſci coloris,horridíque pili:alias magis exiguas, nec tam ro
tundas,ſed obeſas tamẽ & latas,coloris meliuſculi:nonnullas minimas gra
cileſque & acuti alui , ex aureolo uarias atque leues . Eiúſque authorita-
tem ſequens Vergilius, maxime probat paruulas, oblongas, leues, nitidas,

Ardentes auro,& paribus lita corpora guttis,

moribus etiam placidis: nam quanto grandior apis, atque etiam rotũdior,
tanto peior:ſi uero & ſenior, maxime peſſima eſt. Hæc Columella . Diffe-
runt inter ſe apes parentibus natæ urbanis,& quæ ruſtico montanóque ui-
ctu educatis prodierint: ſunt enim ſylueſtres horridiores aſpectu,& iracũ-
diores & minores, ſed opere ac labore præſtantiores. In Ponto ſunt quædã
albæ,

A albæ, quæ bis in menſe mella faciunt. Apud Themiſciram circa Thermodoontem amnem apes tam in terra quàm in alueis faciunt fauos, qui parũ admodum ceræ contineant, & mel craſſius reddant. Fauus ipſe leuis atque æquabilis eſt, quem non ſemper, ſed hybernis tẽporibus tantũ conſtruunt: copia enim in eo tractu eſt hederæ, quæ hyeme floreat, unde apes mel capiant. Ad Amyſum urbem conuehitur à locis ſuperioribus mel cãdidum, *Mel candidũ.* craſſúmque maiorem in modum, quod apes faciũt in arboribus ſine fauo, quale etiam fieri in Ponto cognitum eſt. Sunt etiam apes quæ fauos ſub terra triplici ordine faciant, in quibus mel eſt, uermis nullus: uerum nec faui omnes eiuſmodi ſunt, nec apes ita omnes confingunt.

1 Nanque duæ, &c. Ex Vergilio hæc: quanquam uidetur hic Columella nonnul-
B las notas attribuere regibus apum, quas Vergilius apibus ipſis. 2 Quaſi combuſtæ, Theodorus dorſum repandum legit: ſed nos hunc locum ita reddidimus tum ex Græca lectione, tum ex ueteri interprete conſentientibus.

## Ratio operis & uita apum. Cap. CCIII.

SEd perquam uaria in earum operatione & uita, ratio eſt: apes enim fere cum alueum receperint mundum, primum fauos cõſtruunt, ceram fingunt, hoc eſt, domos cellásque faciunt: deinde ſobolem, poſtea mella. Primum itaque conſtruere incipiunt fauos, deferẽtes ex floribus, atque etiam ex arboribus lachrymas, ſalice & ulmo, & aliis quæ glutinum pariunt. Híſ-
C que pauimentum & alueum ipſum intus totum, ut quodã tectorio illinũt,
1 ne beſtiolæ nocuæ ſubeãt. Vocant hoc opus apiarij κώνυσιν, id eſt tectorium: *Κώνυσις, uel κώνικσις.* aditus etiam ſi ampliores ſint quàm pro fabricæ ratione, obſtruentes coar-
2 ctant. Fauos deinde effingunt multi cauatos è cera: primum in quibus ipſæ *Fauus, κηρίον.* gignantur: deinde in quibus reges dicti & fuci (quanquam ſunt qui fucos, ut dictum eſt: & per ſe fingere fauos in eodem alueo, & cum apibus negotium conficiendi faui partiri dicant) ſuos certe ſemper componũt apes: ſed regum cum fœtus largior eſt, fucorum autem cum copia mellis ſperatur. Fauos regum ſuis ſimiles faciunt, qui parui ſunt: fucorum autem minores quàm ſuos: & quandoque finguntur ſeorſum per ſe faui fucorum: ſed magna ex parte inter fauos apum inſerũtur. In fauis cellæ omnes (quæ & loculamenta dixeris & loculos) tam mellariæ quàm ſobolariæ gemino ſunt o-
D ſtio: uno enim eodémque interſepto, & baſi duæ ſibi iunguntur cellæ mo- *Cellæ.* do poculi gemini, altera intus, altera foris. Sũtq; loculi ipſi fucorũ amplio- *Loculamenta. Loculi.*
3 res. Cellam facit apis ex angulis totidem, quot habet ipſa pedes (quot geo- *Θυρίδες.* metræ ἑξάγωνον fieri in orbe rotundo oſtendunt) ut plurimum loci includãt. *Κύτταροι.* Cellæ quę parietibus principiíſue fauorũ proximæ ſunt, arctiores & melle uacuæ gemino aut triplici uerſu: pleniores autem ſunt faui, quibus plus ceræ obducitur. Ad oſtium ipſum aluei, prima aditus pars illita eſt ex mitye, *Μίτυς.* quòd uelut excremẽtum purgamentúmue ceræ eſt, bene nigrum acríſque *Commoſis.* odoris: medetur hoc plagis, & huiuſcemodi ſuppurationibus. Proximũ ab eo tectoreũ cruſtáue piſſocerus: leuius hoc quàm mitys, minúſq; medica- *Πισσόκηρος.* mentoſum. Hęc Ariſtoteles. Plinius uero, fores, inquit, latiores circũſtruũt. *Picatus cereus*

*Mitys.* Prima fundamenta operis mityn uocant periti: ſecunda piſſoceron, tertia E
propolin inter coria cerásque, magni ad medicamina uſus: mitys cruſta eſt 4
*Piſſoceros.* prima ſaporis amari: piſſoceros ſuper eam uenit picantium modo ceu dilu 5
*Propolis.* tior, ceræ initium plerunque è mitiori gummi: propolis craſſioris iam ma-
*Mitys.* teriæ additis floribus, nondum tamen cera, ſed fauorum ſtabilimentum
qua omnes frigoris aut iniuriæ aditus obſtruũtur, odore etiamnum graui,
ut qua plerique pro galbano utantur. Propolin uocant, inquit Varro, è quo 6
faciunt ad foramen introitus protectum in aluum maxime æſtate: quam
rem etiam nomine eodem medici utuntur in emplaſtris: propter quam
rem etiam carius in ſacra uia quàm mel uenit. De propoli Dioſcorides hæc
prodidit, In aluearum foribus inuenitur propolis, ſua natura ceræ aſpectu 7
ſimilis. Eligenda eſt flaua, odorata, & ſtyracem referens, in uehementi ari- F
ditate mollis, & maſtiches in modum ductilis. Fauos itaque primum in-
tus, ut dictum iam eſt, conficiunt apes: mox collocant fœtum ore emitten-
tes ſuo, uti iis placet qui cenſent aliunde prolis primordia conuehi (de ge-
neratione nanque earum uaria ſententia eſt.) Deinde cibi cauſa mellifi-
cant, ore euomentes in cellas: mel enim apibus tum æſtate tum hyeme in
cibo eſt: ſed præter hoc conuehunt recondúntque alterum quoque ciba-
*Σανδαράκη.* rij genus, cui durities ceræ proxima, quòd Sandaracan nonnulli appel- 8
*Erithace.* lant: alij Erithacen, alij Cerinthum. Hic erit apum, dum operantur, cibus,
*Ἐριθάκη, uel* qui ſæpe inuenitur in fauorum inanitatibus ſepoſitus, & ipſe amari ſo-
*ἐριθάκη.* poris, ut Plinius docuit. Gignitur autem rore uerno, & arborum ſucco G
*Cerinthus.* gummi modo: Africi minor, Auſtri flatu nigrior, Aquilonibus melior &
*Κήρινθος.* rubens. Erithacen uocant, inquit Varro, quos fauos extremos inter ſe con-
*Erithace.* glutinant: quod eſt aliud melius propoli, itaque in hoc uim eſſe illiciendi.
Quocirca examen ubi uolunt conſidere, eum ramum aliámue quam rem
*Cerinthus.* oblinunt hoc, admiſto apiaſtro. Cerinthum Ariſtoteles melle quidem de-
teriorem eſſe ſcribit, at dulcedine prope ficus. Congerunt hoc apes ſuis cru
ribus, ut & ceram. Carnem nullius animalis tangunt apes, nec opſoniũ ap-
petunt: mortuis ne floribus quidem, non modo corporibus inſidunt. Apis
inſectorũ una nullis putidis aſſidet: nec utitur alio cibo quàm dulci: aquã
etiam libentiſſime haurit, qua ſinceri clariſſimíque fontes ſcaturiunt. Gau
dere plauſu atque ſonitu apes uidentur, quapropter tinnitu æris aut fictilis
conuocari eas in alueum aiunt: quanquam incertum eſt an audiant: & uo- H
luptaténe, an formidine ita faciant. Hyeme conduntur, adeo ut nec cibum
ſibi appoſitum guſtare uideantur. Et ſi qua erepſerit, ieiuna ſpectatur uẽtre
tranſlucente, nullóque penitus contento quod manifeſtum ſit. Cõduntur
à Vergiliarum occaſu uſque ad uer inquit Ariſtoteles: Plinius autem, latẽt
ultra exortum, ait, adeo nõ ad ueris initium, nec ut quiſque in Italia de al-
ueis exiſtimat: ante fabas florentes non exeunt ad opera & labores. Colu-
mella, poſt confectam, inquit, brumam diebus fere quadraginta, quicquid
eſt repoſiti mellis (niſi liberalius à curatore relictum ſit) conſumunt apes:
& ſæpe etiam uacuatis ceris uſq; in ortũ Arcturi, qui eſt ab idibus Februa-
riis, ieiunæ fauis accubantes torpent more ſerpentũ, & quiete ſua ſpiritum
conſeruant.

A conſeruant. Poſt hoc tẽpus cum diei permittit hillaritas, procedere audent in paſcua: nam ab ęquinoctio uerno ſine cunctatione iam paſſim uagãtur, & idoneos ad fœtum decerpunt flores atque intra tecta comportant. Duodequinquageſimo die ab æquinoctio uerno, cum ſit uergiliarum exortus, circa v. idus Maij incipiunt examina uiribus & numero augeri. Singulis deinde muneribus ſe diſtribuunt apes, ut aliæ ex floribus conuehant: aliæ mel, aliæ erithacen, aliæ extruant & poliant fauos: aliæ aquam importẽt ad cellas, & cum melle temperent. Gerulæ ſecundos flatus captant: iuxta uero terram uolant in aduerſo flatu uepribus hebetato. Nullum his tempus certum conſuetúmque eſt quo operari incipiant: ſed ſi rebus abundent neceſſariis, benéque degunt, æſtiuo potiſſimum tempore opus aggrediuntur,
B & quandiu ſerenum ſit aſſidue operantur: nullúſque cum per cælũ licuit, otio perit dies. Socias quoque otioſas & deſides ac minus parcas pęllere, in more apibus eſt. Apum ſeniores intus operantur: hirtioréſque moræ domeſticæ ratione ſunt: adoleſcentes foris negotium exercent, & ea quæ res exigit portant, leuioréſque ſunt, labore hirſutie detrita. Præſagiúntque apes & hyemem & imbres: cuius rei indicium eſt, quòd non uolant: ſed ſereno adhuc, in alueo uolutãtur: quo apiarij hyemem expectant. Tempore matutino omnes ſilent, donec una gemino aut triplici bombo excitet omnes: tum uniuerſæ ad opus prouolant. Cúmque redierint, primum item tumultuant, paulatímque minus ſubinde ſtrepunt, dum una circũuolitan-
C do ſuſurret, quaſi dormiendũ præcipiat: tum repente omnes conticeſcunt. Dignoſcitur examen ualere ſuſurri frequentia, & exeundi ingrediendíque agilitate: hilaritate præterea & nitore ſanitas æſtimatur. Cum migrandum eſt, uox ſolitaria & peculiaris quædam aliquot ante diebus intus mittitur: & biduo aut triduo paucę circa alueum uolant. Ab exortu autem uergiliarum ad ſolſtitium, quod fit ultimo menſe Iunio, ut tradit Columella, fere examinãtur alui: quo tempore uehementius cuſtodiri debẽt, ne nouæ ſoboles diffugiant. Vita apum anni ſex: nõnullæ etiam ſeptem poſſunt complere. Quòd ſi examẽ nouem aut decem annos durauerit, proſpere actum eſſe exiſtimatur. Efferunt foras uita in alueo defunctos: & cætera mundiſſimum omnium hoc animal eſt. Amoliũtur omnia è medio, nullæque inter opera ſpurcitiæ iacent: quin & excrementa operantiũ intus, ne longius re-
D cedant, unum congeſta in locum, turbidis diebus, & operis otio egerunt. Sæpenumero & cum alui neceſſitas eſt, auolãt: & in ſeceſſu reddunt excrementum, quoniam male oleat. Oderũt autẽ non ſolum fœdos odores, ſed etiam unguentorũ delitias: ex quo fit ut homines his delibutos percutiãt.

1 Κώνυσιν: an κώνικσιν porius? Melliginem, ni fallor, hoc uocat Plinius. 2 Fauos *Melligo.*
deinde, &c. Fauus, inquit Varro, eſt quẽ fingunt multi cauatum è cera. 3 Cellã facit apis. Plinius, Hæ, inquit, cellarum minimę, ſed ipſi (fuci ſcilicet) maiores apibus. An fortaſſe fauos intelligit, non loculamẽta ipſa? 4 Mytin, aliàs, commoſin, atque *Commoſis.*
ita uertit Theodorus pro mitye, inter coria ceráſque, id eſt, inter priores illas cruſtas & fauos. 5 Prima, alias, nigra. uaria hic notatur lectio pliniana. Populi, inquit Plinius, ferunt in foliis guttam, ex qua apes propolim faciũt. 6 Propolim uocãt. Videtur Varro hoc nomine duplicia illa Ariſtotelis, aut triplicia Plinij fundamenta cõ-

plecti. Hæc Claymond. 7 φύσει κηροειδὴς, id eſt (ut equidem arbitror) ſubſtantia ceræ ſimili, uel aſpectu ſimilis ceræ. 8 ἐριθάκη, ἐριθάκη quandoque uocatur, niſi mendoſa ſunt Ariſtotelica exemplaria. E

## De generatione apum. Cap. CCIIII.

DE generatione apum uaria ſententia eſt: magnáque inter eruditos & 1
ſubtilis quæſtio fuit: alij enim eas parere & coire negant: (apum enim coitus uiſus eſt nunquam) ſed ex floribus quibuſdam deportare fœturam exiſtimant. Sũt qui fucorum quidem fœturam comportari è floribus 2
illis arbitrentur, ſed apum generi ortum præſtari à ducibus hoc argumẽto referunt, quod fucorum fœtus editur etiam ſine duce, apum nunquam. Aliqui per coitum agi opinantur, maréſque eſſe fucos, fœminas uero apes eſ- F
ſe contendunt: alij contrà, apes mares eſſe, fucos fœminas opinantur. In tãta rei huiuſce ambiguitate, cum non ſatis adhuc explorata, quæ in earũ generatione eueniant, habeamus, rationi interim fides adhibenda eſt: præſertim cum quæ afferuntur, conueniant cum iis quæ ſenſu percipiuntur. Duces uel abſque coitu generãt & ſeipſos & apes: apes deinde fucos procreãt, ipſi uero fuci nihil inſuper generant: ſed in ternario numero finem generatio recipit. Et cum cæteræ in concauis imíſque fauorum proueniant, duces ſubter ad fauum pendentes oriuntur. Fiunt autem ſchadones optimæ (ſobolem dico) cum mellificatur: fœtu poſito, apes incubant auium more. Fœtus apum & fucorum, ex quo uermiculi fiunt qui in apes fucóſque trãſ- G
cunt, candidus eſt: primordium regum colore cernitur fuluo, corpulentia mellis craſſioris, magnitudine ilico proxima ſuæ futuræ ſoboli: nec primũ ex eo uermiculus gignitur, ſed ſtatim apis, ut aiunt. Vermiculus dum paruus eſt, iacet in fauo obliquus: poſt deinde, ſua ipſe facultate ſe erigit, cibúmque capit, & fauo ita adhæret, ut retineri uideatur. Schadonibus dum membrana inuoluuntur, & pedes & alæ innaſcuntur: atque ſub ea ſpecie, cum ſcilicet formæ liniamenta receperint, nymphæ appellantur: iam neq; cibum præterea capiunt, neque ullum alui reddunt excrementum: ſed coerciti & contracti quieſcunt, nec ullo pacto ſe mouẽt, uſque dum ſpecies deſtinata perficiatur. Et cum iam ad finem generationis uenerunt, rupta qua cinguntur membrana, euolant. Peragitur autem fœtus intra XLV diem: non apum tantum, ſed & crabronũ & ueſparum fœtus cum iam formæ li- H
niamenta cœperint, eodem modo nymphæ dicuntur. Stercus quandiu ſit, uermis emittit: poſtmodum non niſi perfectæ, (ut modo dixi) prodierint. Nouellæ iſtæ tertio quam prodierint die, ſtatim negotium ineunt, ſi cibus ſuppetat. Humido uere melior fœtus, ut ſicco mel copioſius.

*Schadon.*

*Rex ſtatũ mellei coloris, inquit Plinius: Statim penniger, Plinius.*

*Nymphæ.*

*Nymphæ.*

1 Varia ſententia eſt, &c. Ambiguitatem hanc quæſtionémque pluribus uerbis explicat Ariſtot. lib. 3 de generat. animalium. 2 Sunt qui fucorũ, &c. Plinius, Sunt qui apes in totum amiſſas reparari putent, uentribus bubulis recentibus cum fimo obrutis: Vergilius, iuuencorum corpore exanimato: ſicut equorum ueſpas atque crabrones, ſicut aſinorum ſcarabeos.

De mor-

A

## De morbis apum, & iis quæ aliàs inimica ſunt apibus. Cap. CCV.

PEreunt apes tum aliis caſibus, tum uero cum multi principes orti partẽ quiſque ſecum quò libuit, abducat: naſcuntur aliquando in extremis fauis apes grandiores, quæ cæteras fugant, œſtrus uocatur hoc malum, ab eo quod exagitet, neque patiatur examina conquieſcere. Quin & morbos ſuapte natura ſentiunt: index eorum triſtitia torpẽs, ſicuti hilaritate & nitore ſanitas æſtimatur, ut modo diximus: ægrotant potiſſimum cum ſylua flores æruginoſos tulerit, atque etiam temporibus ſiccis. Aliud morbi genus quaſi otium quoddam & ueternitas apum incidit, cum fœdo aluei odore. Vitiari fauos aiunt ex aranea, niſi ſuis fauis incubent apes & concoquant: B quòd ſi ita ſe cõtinere potuerint, ut incubitu perſeuerent, efficietur aranea illis ueluti alimentum: ſin minus, pereunt toti faui. Gignuntur in iis quę uitiantur uermiculi, qui mox pennis ſubnatis euolant. Apibus etiam beſtiolæ quædam in alueis innaſcuntur, quæ fauis officiant: ut uermiculus, quem [1] alij clerum, alij pyrautam uocant: hic ueluti araneam facit in fauo. Naſcuntur hi in pauimento, è quibus creſcentibus, uelut aranea alueo toti obducitur, & faui carie pereunt. Obeſt & alia quædam beſtiola ſimilis hepiolo, qui lucernarum luminibus aduolat. Hæc lanuginoſum quiddam parit, nec aculeo ab apibus ſtimulatur, ſed tantum fumo abigitur. Erucæ quoque naſcuntur in alueis teredines dictæ, quas apes non inſectantur. Papilio etiam C ignauus, inquit Plinius, & inhonoratus luminibus accẽſis aduolans, peſtifer: nec uno modo. nam & ipſe ceras depaſcitur, & relinquit excrementa, quibus teredines gignuntur. Et Columella, Papiliones enecentur, inquit, qui plerunque inter aluos morantes, apibus exitio ſunt: nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo uermes progenerãt, quos aluorum tineas appellamus. Inter caniculæ & arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur uiolentia crabronum, qui ante aluearia plerunque obſidiantur prodeuntibus. Cum eximuntur mella, apes abigi fumo utiliſſimum, ne iraſcantur, aut ipſæ auidæ uorent.

*Oeſtrus.*

*Sanitatis aut morborum in apibus ſigna explicat Varro luculenter.*

*Clerus, κλῆρος*

*Pyrauta, πυραύστης.*

*Hepiolus.*

*Teredines. τερηδόνες.*

*Teredines.*

*Tineæ.*

*Et Vergil. lib. 4 Georg. tineas uocat.*

1 Quem alij clerum, &c. De clero ita habetur apud Plinium, Eſt in fauis quibuſdam qui uocatur clerus amaræ duritia ceræ, cum fœtum inde non eduxere morbo D aut ignauia, aut infœcunditate naturali, hic eſt abortus apum: iterum, Sunt & operis morbi cum fauos non explent, cleron uocant. Verum aliter utrunque locũ legit Claimondus ex uetuſtis exemplaribus conſentientibus: in priore loco, clauum: in poſteriore, clarum, non clerum.

## De melle. Cap. CCVI.

EX floribus ceras fieri prodidere Ariſtoteles atque Celſus, ex matutino rore mella. Quæ ubi collegẽre apes, ore euomunt in cellas: & melle, uno alteróue ad ſummum die cellas replent: omnino ante uergiliarum exortum, mel non fit. Craſceſcit autem mel, concoctum iam tempore. initio enim ut aqua dilutum eſt, & primis diebus ſine craſſitudine cernitur, & feruet ut muſtum ſéque purgat: quòd ſi exemptum eo tempore ſit, craſſitu

*Mel, μέλι.*

dine caret: tum uiceſimo maxime die ſpiſſatur, mox obducitur tenui mem E brana, quæ feruoris ipſius ſpuma concreſcit. Indicium perfectionis in ſapore potiſſimum eſt. dulcius enim quod craſſius. Porro inuenitur in plantarum foliis floribúſque, quod neque ſuccus eorum, neque fructus, neque pars, ſed eiuſdem ſit naturæ cum rore. Non tamē aſſidue hoc nec copioſe, ut ille, prouenit: ſed maxime ſyderum ortu, præcipuéque in ipſo ſyrio explendeſcente fit: nec omnino prius uergiliarum exortu (ut diximus) ſublu canis temporibus. Itaque tum prima aurora, folia arborum melle roſcida inueniuntur: ac ſi qui matutino ſub diuo fuere, unctas liquore ueſtes, capillúmque concretum ſentiunt. E fronde ac pabulis potus hic liquor, & in uterculos congeſtus apum: (ore enim uomunt, ut diximus) ad hæc ſucco flo F rum corruptus, & alueis maceratus, totiéſque mutatus, magnam tamen cæleſtis naturæ uoluptatem affert. De apibus, inquit Seneca, non ſatis conſtat, utrum ſuccum ex floribus ducant, qui protinus mel ſit: an quæ collegerunt in hunc ſaporem mixtura quadā & proprietate ſpiritus ſui mutent. ut quibuſdam enim placet, non faciendi mellis ſcientia illis eſt, ſed colligēdi. Hoc uero nobis cōſtat, materiam ex qua mel gignitur, eiuſdem cum rore generis eſſe: uidetur autem ex plantis è quibus colligitur, nonnihil ad eius probitatem uitiúmue accedere: tāto quoque meliorē qualitatem capere mel, quanto iucundiore ſit materia cera confecta. In quodam Ponti tractu, & in Sardinia, ubi ex abſinthio apes mel colligunt, amarum gignitur. Tantúmque pabulum refert, ut quibuſdam in locis mella quoque uenena- G ta fiant. Heracleæ in Ponto, quibuſdam annis, pernicioſiſſima exiſtūt: nec dixere authores è quibus floribus ea fierent. Nos trademus, inquit Plinius, quæ comperimus. Herba eſt ab exitio & iumentorum quidem, ſed præcipue caprarum appellata Ægolethron: huius flores concipiunt noxium uirus aquoſo uere marceſcentes: ita fit, ut non omnibus annis ſentiatur hoc malum. Aliud genus in eodem Ponto, gente Samnorum mellis, quod ab

*Mænomenon mel.* inſania quam gignit mænomenon uocant: id exiſtimatur contrahi flore rhododendri, quo ſcatent ſyluæ. Et in Perſide, & in Mauritaniæ Cæſarienſis Getulia, contermina Maſſeſulis uenenati faui gignuntur. Præſtantiſſimum gignitur mel, ubi thymi copia eſt, aliarúmque tum herbarum tū fru r ticum, quæ natura calida ſiccáque conſtent. Quod ex huiuſce generis colligitur plantis, tenuioribus partibus conſtat: quo fit, ut & facile in bilem uer- H tatur, in calidis ſaltem corporibus, & acrimonię quiddam in ſe habeat, quę aluum citet. Summa quidem bonitatis, natione cōſtat: optimum hyblęum 2 ex Sicilia, Thaſium aut certe Atticum: mox quod è Cycladibus affertur & Iſthmo. Mel quoque & in aliis regionibus optimum conficitur: ſed quod, cum ab incolis ob eius exiguitatem abſumatur totum, in alia loca nō perfertur: eóque fit, ut minus celebre ſcriptoribus habeatur. In quocunque ta-

*Mel anthinū.* men tractu terna ſunt mellis genera: uernum, ex floribus conſtructo fauo, quod ideo uocatur anthinum. Alterum genus eſt mellis æſtiui, quod ideo

*Horæum mel.* uocatur horæum à tempeſtiuitate pręcipua ipſo ſyrio explendeſcente, poſt ſolſtitium diebus triginta fere: nam ab exortu ſyderis cuiuſcunque, ſed nobilium

A bilium maxime,aut cæleſtis arcus ſi nõ ſequantur imbres, ſed ros tepeſcat ſolis radiis,medicamenta non mella gignuntur,oculis, ulceribus, interníſque uiſceribus,dona cæleſtia. Quòd ſi ſeruetur hoc ſyrio oriente, caſúque congruat in eundem diem, (ut ſępe) Veneris aut Iouis Mercuriíue exortus: non alia ſuauitas uíſque mortalium malis à morte uocandis, quàm diuini nectaris fiat. Tertium genus mellis minime probatum, ſylueſtre, quod ericeum uocant: conuehitur poſt primos autumni imbres, cum erica ſola floret in ſyluis, ob id arenoſo ſimile. Gignitur id maxime arcturi exortu, à pridie idus Sepembris. Hæc Plinius. Varro quoque, Eximendorum,inquit, fauorum primum tempus eſſe putant, uergiliarum exortum. Secũdum æſtate exacta antequam totus exoriatur arcturus. Tertium poſt uergiliarum occaſum.Præſtantiſſimum,ut ait Dioſcorides,uernum, dein- *Mel ſylueſtre.* *Mel ericeum.*
B de æſtiuum:hybernum uero deterrimum eſt:ut quod iuſto craſſius eſt. Ariſtoteles uero mellis cõficiendi duo tempora prodit,uer atque autumnum.
3 Sed uernum,inquit,ſuauius, candidius & omnino præſtantius autumnali eſt.Rufum deformius faui uicio redditur: quippe quod perinde ut uinum à uaſe uicietur: probatur mel,cui eſt color aureus.Quòd autem albicat,nõ ſyncero thymo confectum eſt:ſed id oculis atque ulceribus cõmodius applicatur.Mellis natura,inquit Galenus,acrimoniam dulcedini cõiunctam habet:ut præſtãtiſſimum id iudicetur,quod notis hiſce duabus inſigne ſit. Colligitur enim & mel tum ex plantis aliis,tum etiam ex Cytiſo,quod dulcedine uel cum Attico certet,aut etiam ſuperet, acrimonia tamen careat, ſtatímque guſtãtes auertat:atque ſi paulo liberalius capiatur, nauſeam cõ-
C citet:præcipua igitur bonitatis argumenta hinc ſumuntur. Sequẽs probatio à colore,ſubſtantia & odore.Quod enim colore fuluo eſt,& odore ſuaui,tum purum adeo ut totum pelluceat,ac guſtanti ſubacre, tum ſubſtãtia nec plane craſſa nec liquida:præterea tam ſibi cohærẽs, ut ſi digito attollatur,continuum ſibi nec interciſum ad humum deflu'at longiſſima quaſi linea ſibi continuatum, id omnium eſt optimum. Si uero abrumpitur, nec demiſſum ad terram uſque continuitatẽ ſeruat,id craſſius iuſto eſt, aut tenuius,aut partes habet non uſquequaque ſimiles: deprehendas autem id ſi diligentius inſpicias,aut craſſitudines aut humiditates habere innatanteis, quæ nec inter ſe ſint ſimiles,nec etiam toti. Itaque ad ceræ naturã propius *Mellis optimi notæ.*
D accedit mel quod & craſſius eſt,& cui tales quædam partes innatant craſſiores.Excrementoſum uero ac perfici concoquíque difficilius, tum quod totum humidum eſt,tum in quo multæ in partibus ſparſæ apparẽt humoris guttæ.Porro in quo uel ceræ qualitas uel propolis,uel id genus alia guſtu deprehẽditur,adeo non eſt optimum,ut etiam malum ſit. Quippe nullam penitus alterius cuiuſquam rei inſignem in ſe continere qualitatẽ debet. Quocirca quod thymum plane redolet, nòn probo, inquit Galenus: quanquam non ignoro à quibuſdam id laudari:eóque fieri ut nonnulli uẽditores inciſa thyma poſt illi iniiciant,quo id redoleat,uideatúrq; optimũ. Ipſe tamen quod tam improbe thymum olet,non laudo:multóque minus ſi iniectum thymum ſit:quod tamen exiguam quandam qualitatem odo-

re guſtúue præfert,id nõ uitupero. Malum item mel iudicatur, quod inter E coquendum multam egerit ſpumam:quo etiã diutius coqui debebit:optimum uero, ut breuiſſimo tempore coquitur, ita minimũ ſpumæ euomit. Non omnibus ſimiliter hominibus,æqualis ex melle gignitur bilis copia: ſiquidem qui iam in flore ſunt,potiſſimũ ſi calidiore natura ſint, ac uitam degant laborioſam,in iis totum mel uertitur in flauam bilem:ſenibus uero & quibuſcunque pituitoſam naturam habentibus,admodum eſt accommodum:utpote quibus non in bilem,ſed in ſanguinem conuertatur.Poſtulat nãque quò in ſanguinis naturam mutetur,naturam hominis frigidam, ætatémque frigidam:ſicuti in iis qui calida natura ſunt, & ætate florẽtibus prompte in bilem uertitur: nõ ab re igitur cenſuit Hippocrates mel bilioſis naturis non eſſe ex uſu,ut pote qui calidiore ſint temperie. Ad eundem F modum morbis quoque quos amara excitauit bilis,mel inimicum eſſe,nõ ſolum Hippocrates,ſed etiam omnes medici affirmant: ſicuti & iis qui ex pituita naſcuntur amicum:unóque uerbo,calidis quidem corporibus, ſiue ea naturæ ratione,ſiue morbi,ſiue ætatis,ſiue temporis anni, ſiue regionis, ſiue conditionis uitæ talia ſint,bili generandæ cauſam præbere. Abſtinendum itaque quoad fieri poteſt in hecticis febribus à melle eſt (atque idcirco etiam à mulſa)quippe protinus uertitur in bilem, & ſicciores acrioríſq; caloris febres reddit. Aliàs uero,ubi uenter ſiccus frigidúſque ſit,dandum uberius unà cum lacte mel eſt,ſed detracta prius ſpuma, quo & minus ſit excrementoſum,& magis nutriat. Quinetiam mel ipſum deſpumatũ percoctúmue per ſe,optimum nutrimentũ frigido uentriculo eſt,ita ut calido G aduerſiſſimum:adeo ut nihil frigido corpori melle potius expetere, neque ad calidum magis reſpuere oporteat.Ergo plurimum huic affectui,uentriculo inquam frigido,pro nutrimento mel optimum eſt:ſed quod prius ſuper prunas ex quercu uiteúe ad ſummum candẽtes, aut ligna omnino arida(quæ etiam acapua Græci uocant) fuerit decoctum, & accurate deſpumatum:quod ipſum tamen(quod omnium dulciſſimum eſt) ſi plurimum percoquere uelis,ex dulciſſimo reddideris amariſſimum:coctione nanque amareſcit mel,ſicuti & uetuſtate : nã inueteratum mel amarius redditur. Proinde quod bimum eſt uetuſtiori præfertur,ſicuti & recẽtiori . Exſiccat mel calfacítque ſecundo ordine: inſignem habet abſtergendi uim, aluum ciet,ora uenarum aperit,in ſordida ulcera ſinúſque utiliter infunditur. Co H ctum minus acre mordáxque efficitur : minus aluum mouet, carnem glutinat.Et mellis præterea natura talis eſt,ut putreſcere corpora nõ ſinat: faucibus,tonſillis,anginis,omnibúſque oris deſideriis,collutũ gargarizatúmue utiliſſimum.Iam uero peripneumonicis,pleureticis,decoctum:auxiliatur tuſſi,urinam ciet,à ſerpente percuſſis medetur: & contra uenena fungorum,& rabioſi canis morſus linctum aut potum proficit . Crudum tamen aluum inflat, tuſſim laceſſit, faſtidium creat:quamobrem deſpumati uſus aptior eſt.Mel auribus inſtillatum,cum roſaceo,ut inquit Plinius, ut uero Dioſcorides cum foſſili ſale trito,aurium ſonitui & dolori prodeſt.Lendes & fœda capitis animalia necat: & oculis per ſe inutile aliqui arbitrantur: rurſus

*Mel deſpumatum.*

*Quomodo coqui debeat mel docet Galenus lib. 4 de ſanitate tuenda.*

A rurſus quidã angulos exulceratos melle tangi ſuadent. Diximus mellis uenenati genera:contra quod utuntur melle in quo apes ſint mortuæ.Idẽ potum in uino remedio eſt uitiorũ, quæ cibo piſcium gignuntur. Mel item utiliſſimum oculis & auribus,in quo ſunt apes mortuæ. Eſt in iis quæ circa Hircaniam ſunt regionibus beſtiola quædam uolucris (anthredonẽ appellant)ape paulo minor,cætera multum ſimilis,quæ in montanis plurimum uictitat,floribúsque omnis generis alitur.In cauis autem ſaxis,aut arborũ latebris fauos ſibi conſtruit,ſuccúmque nobiliſſimum ibi cogit:qui dulcedine melli noſtro haud multum cedat.

*Anthredon.*

1 Aliarúmque tum herbarum tùm fruticum, &c.Quæ herbæ,qui frutices,quæq; arbores in apiariis conſerendæ ſint,ut mel fiat quàm probatiſſimum,docẽt rei ruſticæ ſcriptores,ac in primis Palladius. 2 Optimum hybl**ę**um,&c. Plinius: Attic**ę** regionis hic,& Siculæ,Hymetto,& Hybla ab locis,mox Calydne. Mel corſicũ, inquit Pli-B nius,aſperrimum habetur. 3 Aliter lib. 5 hiſtor.animalium habetur: melius mel autumnale eſt,niſi forte mendoſa ſint exemplaria.

## De cera & propoli. Cap. CCVII.

MEllis naturæ adnexa cera eſt.Fit expreſſis fauis,ſed ante purificatis aqua.Omnis cera mollit,calfacit, modicéque explet corpora, recens melior.Vt uero Galenus docet,mediam habet temperaturã calfaciẽtium, refrigerantium,humectantium & exſiccantium:éſtque aliorũ medicaminum calidorum frigidorúmque ueluti materia: craſſiorum eſt partium, atque emplaſtica,foríſque impoſita concoquendi uim habet exiguã quandam atque imbecillẽ & calidam.Et ut Paulus tradit,uim habet abſtergen-C di.Datur in ſorbitione dyſentericis:fauíque ipſi in pulte alicæ prius toſtæ. Aduerſatur lactis naturæ:ac milij magnitudine x. grana ceræ hauſta lac in nutricibus non patiuntur coagulari,uti tradit Dioſcorides:ut uero Plinius, non patiuntur coagulari lac in ſtomacho.Cera optima(Dioſcoridi)eſt ſubſulua,ſubpinguis,odorata,& halitum quendam melleum referens &pura: natione Põtica aut Cretica.Secunda bonitas cãdidæ,& quæ ſua natura pin-
1 guis eſt.Hæc Dioſcorides.Plinio uero authore,optima eſt quæ punica uocatur, & medicinis utiliſſima: proxima quæ ſulua, odoríſque mellei pura, nationéque Pontica:deinde Cretica (plurimũ enim ex propoli habet) poſt has Corſica:quoniam ex buxo fit,& habere aliquantum uim medicaminis
D putatur.Nigreſcit cera addito chartarum cinere:ſicut anchuſa admixta rubet:uarióſque in colores pigmentis trahitur,ad reddendas ſimilitudines & innumeros mortalium uſus. De propoli diximus in natura apum: calfacit ſecundo ordine,aut inchoante tertio, leuiter abſtergit, euocat aculeos, & omnia infixa corpori extrahit.In ueteri tuſſi ſuffita iuuat, lichenas admota tollit,dura concoquit,dolores neruorum mulcet,ulceráque deſperãtia cicatrice includit.Deligenda propolis,uti modo diximus,flaua,odorata,ſtyracem referens,& in uehementi ariditate mollis ac quæ maſtiches in morem ductilis ſit.

*Cera, κηρός.*
*Quomodo fiat ex fauis cera, docet Plinius lib. 21.*
*Propolis.*

1 Candida, ἔκλευκος.Cera candida quomodo fieri debeat, docet Dioſcorides: & quomodo Pontica,Plinius.

De ueſpis, crabronibus & tenthredone. Cap. CCVIII. E

*Veſpæ, σφῆκες. Crabrones. ἀνθρῆναι.*

COgnatorum apibus animalium, ut ueſparũ crabronúmque, quod ad generationem pertinet, ſimilis quodãmodo ratio eſt: generatione uero coeundo inter ſe funguntur matrices: uiſus eſt enim ſæpe eorum coitus. Crabrones & ueſpę ſi duce amiſſo aberrauerint, fauos ſuæ proli conſtituũt, 1
crabrones in ſublimi, ueſpæ in cauernis: ſed ſi habeãt ducẽ, ſub terra nidificant. Cellis ſaxangulis fauos extruunt omnes, ut apes: nõ ex cera, ſed ex materia corticea quadã & areneoſa, longe tamen magis politus fauus crabronum quam ueſparum eſt. Non in omnibus cellis ſimul ineſt & æquabilis fœtus, ſed inæqualis & barbarus (inquit Plinius) & in aliis iam grandiuſculus, ut uel queat uolare, aliis in nympha eſt, aliis adhuc in uermiculo. Excrementum uermiculis tantum, ut & in apum genere eſt: & manet fœtus im- F
mobilis cum in nympha eſt, & mẽbrana uelatur: apes uniculores ſunt magis quàm crabrones & ueſpæ.

*Veſpa, σφήξ. Veſpa fera.*

Porro ueſparum duo ſunt genera, alterum ferum, alterum placidius. Ferum illud genus rarũ eſt, naſcens in montibus, 2
& pariens non ſub terra, ſed in quercu, grãdius, porrectius, nigrius, uarium etiã aculeatúmque eſt: aculeo enim maiore quàm ex portione ſui corporis ſpiculatur. Viuit hoc genus toto anno: & quidẽ tẽpore hyberno, quercu cę- 3
ſa euolare ſpectatur. Exigit hyemem in latebra, & ſemper in materie arboribúsue uerſatur.

*Veſpa mitior.*

Sunt eius aliæ matrices, aliæ operariæ, ut & in altero genere quod placidius eſt. Sunt enim huius quoque duo genera: alterum duces, quas matrices appellant, alterum operariæ, maiores mitioréſq; duces ſunt. 4
Ætas operariarum annum non cõplet, ſed omnes hyeme inualeſcente mo- G
riuntur: quod ea re conſtat, quia hyeme incipiente ſtupeſcãt: bruma autem nullæ omnino appareãt: duces uero qui matrices uocantur, tota hyeme uiſuntur, atque ſub terra latitant. Plerique enim cum per hyemem ararẽt aut foderent, matrices uiderunt, operarias nemo.

*Matrix, uel dux ueſparum.*

Eſt autem matrix latior, ponderoſior, craſſior & maior quàm ueſpa: uolarúque haud plurimum ualet: præ pondere enim ſui corporis, uolare longius nequit: quo fit, ut ſemper in ueſparijs ſedeant effingentes fauos, & munere fungentes cellario. Inſunt porro matrices nuncupatæ in ueſpariis plurimis: ſed aculeatæ ſint, necne ambigitur. Videntur tamen & ipſæ, ut apum duces, gerere quidẽ aculeum,

*Fuci ueſparũ.*

ſed non extringere aut ferire. Veſparum autem aliæ carent aculeo, ut fuci, aliæ habent: minores imbecillioréſque ſunt quæ carent, neque ſe uindicãt H
repugnántue. Contrà, quæ habent maiores, robuſtæ atque pugnaces, quas nonnulli mares appellant: fœminas uero eas quæ carẽt. Pleræque ex iis quę aculeum gerunt, amittere eum putantur hyeme inſtante: ſed nobis hactenus uidere non contigit. Si ueſpam ex pedibus cœperis, bombilaréque ſiueris, aduolant quæ aculeo carent: quod non faciunt quæ aculeatæ ſunt. Itaque argumenro quidam hoc utuntur, ut alteræ mares ſint, alteræ fœminæ. Et ferarum nonnullę coire uiſæ ſunt: & alteram gerere aculeum cõſtitit: ſed de altera incertum eſt. Et ex cæteris quoque coire nonnullæ uiſæ ſunt: ſed an ambæ aculeo careant, an habeant: uel altera habeat, altera careat, nondum exploratum eſt. Sed fœtus tamen non partu prouenire uidetur:

A detur:ſtatim enim auctior quàm partus ueſpæ patiatur,exiſtit. Veſpæ tem
poribus ſiccis,locíſque aſperis potius oriuntur: ortus ſub terra agitur,uti di
5 ximus. Eſt autem ortus ueſparum talis. Duces ubi locum ſibi ſub terra op-
6 portunum delegerunt,fauos ineunte æſtate confingunt: & ueſpeta ſiue cel *Veſpeta,* Σφηκωνεῖς.
7 lulas paruas (σφηκωνᾶς uocant Grȩci) conſtituũt quaternis foriculis aut pro-
pe,in quibus ueſpæ,non matrices naſcuntur: quæ cum increuerint, rurſus
altera ampliora effingunt: quorum item proles cum creuerit, alia faciunt:
ita ut poſtremo autumno plurima ampliſſimáque ueſpeta condita habean
tur:in quibus dux,quæ matrix uocata eſt, non inſuper ueſpas, ſed matrices
iam procreat,quæ quidem ſuperne per ſumma ueſpeti uermiũ ſpecie mul-
to grandiorum gignuntur in cellulis cõtinuatis quatuor numero,aut pau-
B lo pluribus:alioqui increſcendi ratio ducibus,eadem quæ ueſpis eſt. Cæte-
rum utrũ duces anni ſuperioris,nouellis iam procreatis ducibus, intereant
unà cum ueſpis nouellis,idque ſimili modo ſemper eueniat, an amplius e-
tiam temporis poſſint uiuere,nondum exploratum eſt. Fingunt ſuos fauos Ἐκ φορυτοῦ
ex congerie terráque incipientes ab uno ſcilicet primordio,quaſi ab radice καὶ γῆς.
unumquenque fauum conficiũt. Cibum autem & ex floribus quibuſdam
& ex fructibus petunt,ſed quamplurimum ex carne :ueſpæ ſerpentes aui- *Aliàs,ſerpẽte.*
de ueſcuntur,inquit Plinius,quo aliměto mortiferos ictus faciunt . Matri- *Matrices.*
ces æſtate procedente apud ulmos colligunt lentam quandam & gummo-
ſam materiam. Sunt ueſpæ quædam ichneumones nũcupatæ, quæ mino- *Ichneumo ue-*
C res quàm cæteræ ſunt:phalangia uenantur & perimunt, (unum genus ara- *ſpa.*
neorum hoc eſt) & in nidos ſuos ferunt in parietinas aut aliquid tale fora-
mine peruium:deinde illinunt luto,atque ex iis incubando ſuũ genus pro-
creant. Talis ueſparum ratio eſt . Crabrones quoque magis uario colore *Crabro.*
ſunt,quàm apes. Cum in genere apum careant aculeo & fuci & reges, atq; Ἀνθρήνη.
etiam ueſparum nonnullæ inaculeatæ ſint, ut ante dixi, crabrones omnes
aculeo armantur:ſed de eorum duce conſiderandum accuratius eſt, an acu
leum habeat: duces enim more apum ueſparúmque crabrones habent,qui
proportione ad crabrones,maiores quàm ueſparum ad ueſpas, & apum ad
apes ſunt.Degunt hi quoque intus,ut ueſparum duces: ſed duces non plu-
res uno in ſingulis eorum alueariis oriuntur. Faciunt ſibi alueum ſub terra
crabrones,terra egeſta formicarum more: examinis enim emiſſio, ut apũ,
D nulla eorum aut ueſparum fieri ſolet:ſed qui ſubinde oriantur nouelli, ibi-
dem manent:& alueum terra egeſta,faciunt ampliorem.Amplificant ma-
iorem in modum fauos,& iam ex ualentiore quodam examine qualli tres
aut quatuor fauorum pleni excepti ſunt.In cellis crabronum paululũ mel-
lis,quantum gutta è regione proli paratur . Sed ſi qui crabrones ſuo alueo
aberrarint,colligunt ſe in aliquam arborem, fauóſq; ibi conficiunt in ſubli
mi,qui uel ſæpe conſpicui apparent,in quibus unum procreant ducem:qui
8 cum adoleuerit,agmen abducit,& ſecum in alueo collocat. Crabronũ ſyl-
ueſtres,inquit Plinius,in arborum cauernis degunt: hyeme ut cætera inſe-
cta conduntur. Vita bimatum non trãſit,ictus eorum haud temere ſine fe-
bre eſt: authores ſunt ter nouenis punctis interfici hominem. De coitu cra

bronum, nihil adhuc exploratum habeo, nec unde fœtificēt. Generationis E
uero ratio quodammodo ſimilis atque in apibus eſt, ut modo diximus. Cibum crabrones non ex floribus colligunt, ut apes, ſed carne magna ex parte uiuunt: unde fit, ut uerſari uel in ſtercore ſæpe ſoleant. Venantur etiam muſcas maiuſculas, quas ubi cœperint, abſciſſo capite, reliquum corpus geſtantes auolant: ſed pomum etiam dulce appetunt. Et inter caniculæ & arcturi exortum crabrones ante aluearia plerunque apibus obſidiantur prodeuntibus. Nec uero cibum ritu apum ſibi recondunt: ſed ieiuni latent per hyemem, quo tempore plurimi moriuntur: an etiam omnes, nondum certum eſt. Tenthredo non abſimilis crabronibus eſt, ſed uaria, & latitudine 9
ſimilis apibus: gregalis eſt. Cupedioſa hęc eſt, & ad culinam & piſces, & huiuſmodi delicias, ſingularis hæc aduolat. fœtum ſub terra edit, ut ueſpæ, in F
fauis. amplum huius quoque tenthredenarium eſt, & lōge amplius quàm ueſpæ atque porrectius. Et hæc quidem gregalia ſunt.

*Plinius hæc, nón crabronibus ſed ueſpis attribuit.*

*Tenthredo, τενθρηδών.*

1 Plinius ita habet, Veſpæ in ſublimi è luto nidos faciūt, & in iis ceras: crabrones in cauernis ac ſub terra, niſi forte codices ſint mendoſi, uel Plinij uel Ariſtot., ut infrà uideas, in crabronibus. 2 Veſpa, inquit Varro, uocatur quæ ſimilitudinem habet apis, neque ſocia eſt operi, & nocere ſolet morſu, quam apes à ſe ſecernunt, ſecundum genus apum forſitan intellexit. 3 Pſeudoſphecen uocant, inquit Plinius, ueſpam quæ ſingularis uolitat. 4 σφὴξ ἐπέτειος, hinc ab Ariſtotele, ni fallor, dicta eſt, id eſt ueſpa annua. 5 Duces. Nec ueſparum nec crabronum generi reges ſunt, inquit Plinius. 6 Ineunte æſtate, ὡθόντες τοῦ θέρους, Theodorus opere æſtiuo dixit. 7 οἷον τετραθύρους ἢ εἰς γῶς πούτων, id eſt quaternis foriculis fere. 8 Crabronum ſylueſtres, G
&c. Iidem fortaſſe cū iis quos Ariſtoteles ſuo alueo aberraſſe ſcripſit. 9 Tenthredo, &c. Teredo, uertit Theodorus, πεμφρηδὼν ὀλίγη dixit Nicāder in theriac. Hermolaus arthredonas uel anthredonas potius uocari cenſet, non τενθρηδόνας, quemadmodum corrupte legi dicit apud Ariſtotelem. De anthredone ſuprà diximus, ſed an idem ſit cum tenthredone nondum conſtat.

*Pſeudoſphece. σφὴξ ἐπέτειος Veſpa annua.*

*πεμφρηδών. Teredo. Arthredo, uel Anthredo.*

## De ſirene, bombylio, & bombycio. Cap. CCIX.

Ex eorum autem genere quæ fauos ſibi faciūt, eſt ſirenis uterque: minor, qui fuſcus totus eſt: & maior, niger & uarius: uerum minime gregales ſunt, ſed ſolitarij. Minime gregalis & bombylius eſt ut apis & ueſpa, ſed ſo 1
litarius ut ſirenis uterque: uerum inter hæc, maximus hic eſt. Sub ſaxis apud ipſam terram fœtificant. Bombylij binis aut paulo pluribus cellulis: H
mellis etiam praui cuiuſdam inchoatio in his reperitur. Bembycem uocat Nicander, aculeo ferit ut ueſpa, & corpore nigro eſt. Aliud inter hæc genus eſt bombycum, in Aſſyria proueniens magis quàm ſupradicta. Nonnullæ ex bombycum genere (βομβύκια uocat Ariſtoteles) nidos in acutum excun- 2
tes è luto fingunt, ſalis ſpecie applicatos lapidi, aut alicui tali, tam craſſos durósque ut ſpiculis perforari uix poſſint. Pariunt in his & uermiculos produ 3
cunt candidos membrana obuolutos nigra: ſeorſúmque à membrana, cerā in luto faciunt, quæ multo pallidior ſit, quàm cera apum. Ita Ariſtoteles. In iis nidis, inquit Plinius, & ceras largius quàm apes faciunt: deinde maiorem uermiculum.

*Sirenis, σειρήν.*

*Bombylius. βομβύλιος.*

*Apud ipſam terram, ὑπὸ τῆς γῆς, non ſuper ipſam terram.*

*Bombyx. βόμβυξ. Bōbyx. Plin. βομβύκιον.*

1 Gre-

A 1 Gregalis & bombylius,&c. Theodorus bōbycen uocat. 2 ὥσπερ οἱ ἅλες:quod *Bombyx.*
Plinius,ſalis ſpecie,dixit Theodorus, quaſi uitro illitos reddidit: ὥσπερ ὕαλος. 3 Pa
riunt in his & uermiculos producūt,&c. Et alia horū origo,inquit Plinius,è grandio-
re uermiculo gemina protēdens ſui generis cornua eruca fit:deinde quod uocatur bō- *Bombylis.*
bylis (uel bōbylius)ex ea necydalus,&hoc in ſex menſibus. Bombyces telas araneorū *Bombylius.*
modo texunt, ad ueſtem luxúmque fœminarum, quæ bombycina appellatur. Hæc *Necydalus.*
Plinius ex Ariſtotele fere:ſed mea certe ſententia, bombycum hoc genus, quorum a-
liam eſſe originem à priore,dicit Plinius,non ex hoc genere uolucrum inſectorum eſt,
quæ fauos ſibi faciant: ſed ex erucarum potius genere, (de quibus infrà dicemus) uel
ſaltem χρυσαλλίδων,quæ ex erucis fiunt.

## De formicis & ſcorpionibus. Cap. CCX.

VEre & formicæ,ut apes, laborem communicant: Et ſepeliuntur inter *Formica.*
B ſe uiuentium ſolæ præter hominem. Et ciuile animal formica eſt:nul- *Μύρμηξ.*
li tamen imperio ſubditum. Dentes habent formicæ, & aculeum gerunt,
non in ore,ſed parte poſteriore. Formicarum negotia omnibus in prōptu
habentur:utque eadem ſemita ſemper ambulant,& cibaria recondunt uel
in annum,& cellas promptuarias faciunt,nec interdiu ſolum,ſed etiam no
ctibus plena luna laborem exercent,interlunio quieſcunt, nemo eſt qui nō
uideat. Gerunt onera morſu: maiora auerſæ poſtremis pedibus moliūtur,
humeris obnixæ. Silices itinere earū attritos uidemus,& in opere ſemitam
factam: ſegniter & contra induſtriam ſuam formicæ abſconditæ, uel con-
curſantes, aut oua progerentes pluuiam præſagiunt. coeunt formicæ at-
C que ex animalibus ſui generis oriuntur: coeunt autem hyberno tempo-
re. Vermiculum pariunt nulli annexum,qui accreſcens ex minutulo & ro-
tundo, longiuſculus fit, formámque accipit debitam. ortus eorum uer-
no tempore agitur. Formicæ origani ſulphuríſque puluiſculo inſperſo
relinquunt cauernas, alióque migrant. Et contra formicas non mini-
mum hortorum exitium ſi non ſint rigui, remedium monſtratur limo
marino aut cinere obturatis earum foraminibus: ſed efficaciſſime helio-
tropio herba necantur. Quidam & aquam diluto latere crudo inimicam
eis putant. Eſt autem formicarum pars pennata, pars uero impennis. Non
ſunt in Sicilia pennatæ, inquit Plinius: Ariſtoteles uero, in Sicilia non
1 ſunt hippomyrmeces. Inuenio & formicas herculaneas appellatas: quibus *ἱππομύρμηκες.*
tritis adiecto ſale exiguo,pſora,lepra,& lentigo ſanentur. Formicæ quin- *Herculaneæ*
D que potæ contra omnium phalangiorum morſus auxiliantur. Vtuntur & *formicæ.*
per ſe ouis formicarum ad aurium grauitatem: nanque & huic animali eſt
medicina: conſtátque urſos ægros hoc cibo ſanari. Ne ſint malæ hirſutæ,
formicarum oua pueris infricata præſtant. Eſt formicarum genus uenena-
2 tum,non eas nouere in Italia: Solifugas Cicero appellat,ſalpugas betica. A- *Solifuga.*
3 nimal eſt perexiguū (ut Solinus refert) aranei ſpecie,in Sardinia, in metal- *Salpuga.*
lis argentariis plurima:occultim reptat,& per imprudentiam ſuperſeden-
tibus,peſtem facit:ſolifuga dicta quòd diem fugiat. Sardinia eſt quidē abſ-
que ſerpentibus:ſed quod aliis locis ſerpens eſt,hoc ſolifuga ſardois agris.
Telephus Cretenſis mortiferum genus quoddam formicarum eſſe dicit,
quæ laërtæ nuncupantur:eodem nomine ueſpas quaſdam appellarunt. Le- *Laertæ.*

*Solifuga in leguminibus.* guminibus innaſcuntur beſtiolæ uenenatæ, quæ manus pungũt, & pericu- E
lum uitæ afferunt, ſolifugarum generis. Aduerſus has omnia eadẽ meden-
tur, quæ contra araneos & phalangia demõſtrantur. Formicarũ paruarum 4
*κνὶψ, uel σκνίψ.* generis ſunt quæ κνῖπες aut σκνῖπες uocantur. Mel appetunt ut apes, quod uel
è longinquo olfaciunt. Galenus nõ formicas, ſed uermiculos σκνῖπας uocat,
qui uitibus ineunte uere innaſcuntur, cum germinare uites incipiunt: ea-
rúmque germina (quos oculos uocant) depaſcuntur: quamobrem agrico-
læ, ut hos interimant, oculorum radices inungunt ampelitide uocata ter-
*κνιπολόγος. σκνιπολόγος.* ra. A cnipe ſcnipéue auicula quædam κνιπολόγος aut σκνιπολόγος dicitur. Ser-
*Serphus, σέρφος.* phum quoque uocant animalculum formicę ſpecie, quo & ueſcuntur aui-
*Scorpius.* culæ. Aculeum habent apes ueſpæque intus conditũ: at ſcorpius extra pro- F
*Scorpio.* minentem gerit: & in cauda unus inter inſecta longo armatur aculeo: is 5
*σκορπίος.* chelas habet, id eſt brachia biſulcis dentata forcipibus. Sẽper cauda in ictu
*Scorpius terreſtris.* eſt, nullóque momento meditari ceſſat, nequãdo deſit occaſioni: ferit obli-
*σκορπίος χερσαῖος.* quo ictu & inflexu. Aculeus illi perforatus eſt, qua uenenũ effunditur: quòd
ſi forte hominis ſaliua imbuatur, hebeteſcit redditúrque inualidũ. Venenũ
*Scorpionum genera.* ab iis candidum fundi, Appollodorus author eſt, in nouem genera deſcri-
ptis per colores maxime ſuperuacuos. quoniam nõ eſt ſcire quos minime
exitiales prædixerit: Geminos quibuſdã aculeos eſſe, maréſque ſæuiſſimos:
intelligi autem gracilitate & lõgitudine. Maculas item habet ſcorpio mas
in uentre chelíſque & aculeo. Mas uenenũ habet infeſtius: fœmina mitius. 6
Nicander octo deſcribit genera: Primum albicat, & minime eſt letale. Se- G
cundum ore rufeſcente: ex cuius ictu uehemens ſequitur ardor & ſitis in-
tollerabilis. Tertium nigreſcit: cuius ictus inconſtantem efficit mẽbrorum
motum, & riſum uanum inducit, qualis ſolet eſſe ſtultorum. Quartum co-
lore eſt ad uiride inclinante. Hic ſimul ac quempiam percuſſerit, frigus at-
que horror inuadunt, adeo ut uel in calidiſſimo tempore, grandine ſe obrui
percuſſus exiſtimet. Plura habet hoc genus caudæ internodia, ſeptena ſcili-
*Liuido pallidóue ἐμπέλιον.* cet. Quintum liuido pallidóue colore eſt, amplo uentre diſtentóque: herba
nãq; ueſcitur & inexplebilis eſt: qui ab hoc percuſſus fuerit, illi bubo intu-
meſcit. Sextum marino cancro litorali ſimile eſt: ſeptimum paguro: chelas
quoq; habet grãdiores, ut pagurus, gignitúrq; hoc genus ex paguris, in ſic-
co cauernã aliquã ingreſſis: quibus in locis ſi forte moriantur, gignũtur in-
de huius generis ſcorpiones: uel ut elegãtiſſime de hac re cecinit Ouidius, H

Concaua litoreo ſi demas brachia cancro,
Cætera ſupponas terræ: de parte ſepulta
Scorpius exibit, caudáque minabitur unca.

*Melichloron.* Octauum genus melichloron eſt, à collore melleo dictum: ſummæ caudæ
nodus in hoc genere niger eſt: alas habet locuſtæ ſimiles, obliquus huic in-
ceſſus: hominibus infeſtiſſimum eſt. Conſtat, inquit Plinius, eos quibus ſe-
ptenà caudæ internodia, ſæuiora eſſe: pluribus enim ſena ſunt. Venænum
omnibus medio die, cum incanduere ſolis ardoribus: itémque cum ſitiunt,
inexplebiles potu. Peſtis importuna, & quæ graui ſupplicio, lẽta per triduũ
morte cõficit: uirginibus lętali ſemper ictu, & fœminis fere in totum: uiris
autem

A autem in matutino exeuntes cauis,priuſquam aliquo fortuito ictu egerant uenenum.Proprium ſcorpionum,quod manus palmam non feriunt, nec niſi pilos attigēre.Scorpiones in totum nulli animaliū nocere putant, quibus non ſit ſanguis.Vermiculos ouorum ſpecie pariunt & incubant: mox ut prolem perfecerunt,pelluntur ab ea ipſa,ſicut & araneis accidit,& interimuntur à ſuis liberis,magno quidem numero.ſæpius enim undenos pariunt.Quidam & ab ipſis fœtum deuorari arbitrantur: unum modo relinqui ſolertiſſimum, & qui ſe ipſius matris clunibus imponendo, tutus & à cauda & à morſu,loco fiat.Hunc eſſe reliquorum ultorē, qui poſtremo genitores conficiat ſuperne.Hoc malum Africæ uolucre etiam Auſtri faciūt, pandentibus brachia ut remigia ſubleuantes.Apollodorus plane quibuſdā ineſſe pennas tradit:quod & Nicandrū confirmare modo diximus. Et Pau
B ſanias quoque refert nonnullis in locis ſcorpiones alas habere, quales ſunt locuſtis. In India apud Praſios, pennatos, magnitudine inſignes, prodidit Megaſthenes.In Africa quoque & pennati ſunt,& alij impēnes,ſeptenis in cauda internodiis.Sæpe Pſylli in Italiam hos quoq; importare conati ſunt: ſed uiuere intra Siculi cæli regiones non potuere: uiſuntur tamen aliquādo in Italia,ſed innocui,multíſque aliis in locis, ut circa Pharum in Ægypto. Terra uiuunt ſcorpiones:in Altemio Cariȩ monte Ariſtoteles tradit à ſcorpionibus hoſpites non lȩdi,indigenas interimi.Scorpionibus cōtrarius maxime inuicem ſtellio traditur, ut uiſu quoque pauorē iis afferat: & ſcorpio tritus ſtellionum ueneno aduerſatur:ſcorpionem tritum & impoſitū, ſuæ plagæ mederi tradunt. Ad eadem quoque eſtur aſſatus:aut bibitur in meri
C cyathis duobus.Conuenire etiam aiunt iis quos uipera momorderit:& homini icto à ſcorpione,putatur eſſe remedio ipſorū cinis potus in uino, aut oleo merſus.Cinerem ſcorpionum in pane ſumi iubent ad calculos pellendos:uel ſi quis cum locuſta edit.

*An ſcorpiones pennatos intellexerit hoc in loco Plinius, an impennes?*

1 ἱππομύρμηκες, id eſt,formicæ quæ equites appellātur.Theodorus. 2 Nouere in Italia,&c. Aliàs,non fere in Italia. 3 Solifugas,&c. Aliàs,ſolipugas. Solifuga dicta,quòd diem fugiat.Solinus. Salpygam uocat Lucanus. Solpugam Plinius: eādem opinor,intelligit. 4 Quæ κνῖπες aut σκνῖπες,&c.Culices muliones uocat hos Theodorus,& nonnunquam culices. 5 Vnus inter inſecta,&c.Plinius:Inſectorū ſolus ſcorpio brachia habet,& in cauda ſpiculum. 6 Sunt qui duo prima genera unum faciant:ut ſit unum genus quod colore ſit candidiore,niſi quod os illi rufeſcat:
D cuius ictus ſitim efficiat intollerabilem ardorémque, quod tamen minime letale ſit.

*Solipugas. Salpyga. Solpuga. Culex mulio.*

## De araneis & phalangiis. Cap. CCXI.

ARaneorum his non abſurde iungatur natura. Plura autem horū ſunt genera: omnibus internodia terna in cruribus,

Eſtque caput minimum,toto quoque corpore patuo eſt:
In latere exiles digiti pro cruribus hærent,
Cætera uenter habet,de quo tamen illa remittit Stamina.

Phalangia ex iis appellantur,quorum noxij morſus. Phalangiū uero mordax in duo diſtinguitur genera:alterum ſimile iis quos lupos appellant, eſt paruum,uarium,acuminatum,aſſultim ingrediens,ψύλλα, id eſt pullex nū-

*Araneus. Ἀράχνης. Aranea. Phalangium. Φαλάγγιον. Phalangius. Phalanx. Ψύλλα. Pulex.*

cupatum

cupatum. Alterum maius, coloris nigri, cruribus prioribus longis, tardum E
& lente ambulans, nec uiribus ualens, neque ſaliens. Reliqua pręter hæc ge
*Lupus, λύκος.* nera, partim nullum, partim certe exilem inferunt morſum. Aliud aranei
*ὄλκος.* genus eſt, quod lyci, id eſt lupi nomen accepit, & horũ minimi non texunt:
quod uero maius eſt, aſperam prauámque telam apud terram aut ſepes or-
*Aliàs, craſſã* ditur, cauernarum exigua ueſtibula præpandẽs, & telarum primordiis in-
*pro aſperam,* tus poſitis obſeruat, dum aliquid in tela offendẽs commouerit, mox accur-
*παχύ.* rit ut capiat. Quod autem in hoc genere uarium eſt, paruam uilémque te- 2
*Arane⁹ lautus.* lam ſub arboribus facit. Tertium araneorum genus, quod ſapientiſſimum 3
lautiſſimúmque eſt, & erudita operatione conſpicuum, texit primum fila 4
quoquo uerſus diſtendens in orbem, & ſtamina ducit, initio à medio acce-
pto: nec certe inſcite medium ipſum accipit: deinde ſubtegmina infert te- F
xítque ſtipans. Cubile uero & capturæ repoſitorium alibi ſibi conſtituit, ue
nationem in medio ſui operis obſeruando. cum enim beſtiola cò inciderit,
motu medij excitus accurrit, deuincítque primum obuoluẽs araneis, dum
defatiget infirmámque faciat: tum tollit ac defert: & ſi forte fame tenetur,
exugit (araneis enim exugere ſuccũ mos eſt.) Et hæc quidẽ fruitio eius eſt:
ſin minus, recondito quod cœperit in repoſitorio, repetit uenandi negotiũ:
ſed prius conſarcito quod per uenatum laceſſitũ eſt. Si quid uero inter me-
dium & extrema inciderit, primum ipſe in mediũ currit: inde ad id quod
inciderit, uelut à ſtato initio properat. Si quis telam lacerarit, texere iterũ
incipit oriente ſole aut occidente. quoniam beſtiolæ temporibus his potiſ- 5
ſimum offendant. Araneorum iſtorum lautiorum duo ſunt genera, alterũ G
minus, alterum maius. Quod igitur longioribus eſt cruribus, pendens ſub-
tus obſeruat, ne beſtiolæ præ formidine ſibi caueant, ſed incaute incidãt in
partem ſuperiorem: non enim facile occultari poteſt, propter ſui corporis
magnitudinem. At alterum, quod moderatius eſt, ſuperne obſeruat latens
in quodam exiguo ſuæ telæ foramine. Fœmina, ut opinãtur quidam, & te-
xit & uenatur: mas comes fruendi, non laborandi eſt. At alij fœminam
putant eſſe qui texit, marem qui uenatur, ita paria merita. Coniugio ara-
nei conueniunt cruribus, ſed auerſis clunibus. Phalangiis quæ texunt coi-
tus agitur hoc modo: cum fœmina deductam araneam traxerit, mas ean-
dem mutuo trahit: quod ubi ſæpius fecerint, coeunt, & auerſi clunibus co-
pulantur: nam propter aluum orbiculatam, modus hic coniungendi iis cõ- H
gruit. Pariunt aranei uermiculos primum paruos ouis ſimiles, propter fi-
guræ ſcilicet orbiculatam ſpeciem: nam & rotundi iam inde à primo ortu
proueniunt: cum pepererint, incubant, & triduo peragunt. Pariunt omnes
in tela, ſed alij in ſubtili & parua: alij in craſſiore: & alij penitus in ſpecu or-
*Pratenſes ara-* biculato: alij ita ut fœtui aliquatenus tela obducta ſit. Pratẽſes aranei in tela 6
*nei, λειμώνιαι* pariunt, & incubant eadem in tela atque uiuificant. Phalãgia in rete quod 7
*ἀράχναι.*
*Phalangia.* craſſum confecerint, pariunt, atque incubant magno numero. Cúmq; ipſa
proles increuerit, matrem amplexa interficit & eiicit: ſæpe etiã & patrem
ſi cœperit: adiuuat enim fœminam incubatu. Pariunt autem & trecentos.
Cæteris lautioribus illis partus minoris numeri eſt. Aranei iuſta ſibi reci-
piunt

A piunt incrementa diebus quater ſeptenis,à paruo ſui ortus initio ad finem. Aranei non ſtatim cum editi ſunt,fila mittunt:neque intrinſecus tanquam *Aranea.* *Ἀράχνη.* excrementũ,ut Democritus ait, ſed extrinſecus de ſuo corpore ueluti corticem,more eorũ quæ ſuis uillis iaculãtur, ut hiſtricis. Maiora etiã animalia inuadit irretítque nonnunquã ſuis filis. Nãque & lacertarũ catulos paruos aggreſſus circũdat os & filis obducit,donec cohibeat:mox accedens,morſum defigit.Librat & araneus ſe filo in caput ſerpentis porrectæ ſub umbra arboris ſuę,tantáque ui morſu cerebrum apprehẽdit,ut ſtridens ſubinde ac uertigine rotata,ne filum quidẽ deſuper pendentis rũpere,adeo non fugere queat,nec finis ante mortẽ eſt.Sunt & ex araneis auguria: quippe incremẽto amnium futuro telas ſuas altius tollunt. Iidem ſereno nõ texunt, nubilo
B texunt:ideóq; multæ araneæ imbriumſigna ſunt. Ruinis quoq; imminẽtibus aranei cum telis primi cadũt. Eſt quoddam aranei genus, ut author eſt Dioſcorides,quod candidã,tenuem denſámq; telã nectit: hunc in aluta ligatum & brachio adalligatũ,quartanis circuitibus mederi narrãt: decoctũ ex roſaceo & infuſum,aurium doloribus auxiliari.Et aranei genus quoddã eſt,cuius morſum continẽs dolor in mediis iliis comitatur: unde & rubor, & urinæ emittendæ difficultas ſequitur: quandoque uero & ſuffocatio.Eſt *Araneus marinus.* araneus quidam marinus,æque peſtiferum animal atq; lepus marinus,ſpinæ in dorſo aculeo noxius. Araneus quem ὄλκιν alij lupum uocant, (inquit Dioſcorides) ſubactus & linteo illitus, frontíque & temporibus impoſitus
8 tertianos circuitus perſanat.Tela eius ſanguinẽ ſiſtit impoſita,& à uulneri-
C bus quæ in ſumma cute conſiſtunt,inflammationes arcet.Fracto capiti,Plinius ait,aranei tela ex oleo & aceto impoſita,non niſi uulnere ſanato abſcedit:hæc & uulneribus tonſtrinarum ſanguinem ſiſtit. Aranei muſcarij te- *Araneus muſcarius.* læ, & præcipue ſpelunca ipſa impoſita fronti ad duo tempora mirabiliter epiphoras mederi dicuntur. Albugines quoque dicitur tollere inunctione araneus candidus,longiſſimis ac tenuiſſimis pedibus, contritus in oleo uetere. Sed is etiam cui craſſiſſimum textum eſt in cõtignationibus fere, adalligatus panno,epiphoras ſanare traditur. Linguæ ulcera & labrorum ſanant araneorum telæ candidæ,& quæ in trabibus paruę texuntur. Araneus qui filum deducit ex alto,tritus atque admotus inhibet muliebres purga-
9 tiones. Aranei in oleo putrefacti contra omnium phalangiorum morſus
10 auxiliantur. Phalangium eſt Italiæ ignotum,inquit Plinius, plurium gene *Phalangiorũ genera.*
D rum:unum ſimile formicæ,ſed multo maius,rufo capite, reliqua parte corporis nigra,albis intercurſantibus reſperſum guttis: acerbior huius quàm ueſpæ ictus:uiuit maxime circa furnos & molas. In remedio eſt ſi quis eiuſdem generis alterum percuſſo oſtendat: & ad hoc ſeruantur cum mortui inueniuntur.Æque phalangion Greci uocant inter genera araneorum,ſed *Ἀγρώστης.* diſtinguunt lupi nomine:uel,ut Nicãdro placet, agreſtes uocatur alius,lyco araneo,qui muſcas uenatur ſimilis:imbellem plagam infert,& quæ doloris ſit expers. Tertium genus eodem phalangij nomine, araneus lanugi- *Araneus lanuginoſus.* noſus,grandiſſimo capite:quo diſſecto,inueniri dicuntur intus uermiculi duo,adalligatíque mulieribus ceruina pelle ante ſobolis ortum, præſtãt ne

concipiant,ut Cæcilius in commentariis reliquit:uis ea annua eſt. Vocatur E
*Rhagion.* & rhagion acino nigro ſimilis, ore minimo ſub aluo, pedibus breuiſſimis 11
tanquam imperfectis,inceſſu tamen uelociſſimo.Dolor à morſu eius,qua- 12
*Ἀστέριον.* lis à ſcorpione, urina ſimilis araneis textis. Idem erat aſterion, niſi diſtin- 13
gueretur uirgulis albis.Huius morſu genua labefactātur: ſopor hominem
*Cæruleus. κυάνεος. κυανός.* corripit pariter & horror. Peior utroque eſt cœruleus lanugine nigra hir-
ſutus,caliginem cōcitans,& uomitus araneoſos,etiamnum deterior,à cra-
*Tetragnathius.* brone penna tātum differens:hic & ad maciem perducit. Tetragnathij duo 14
genera habentur:peior, medium caput diſtinguente linea alba,& trāſuerſa
*Tetragnathus* altera.Hic oris tumorem facit. At cinereus poſteriore parte candicās, len-
*Cinereus tetragnatus.* tior:minime autem noxius,eodem colore,qui telas muſcis in parietibus la
*Lentior, inertior dixit Hermolaus.* tiſſime pandit. Vti uero Aëtius tradit tetragnatus phalāgij ſpecies eſt, cor- 15
pore latiore & ſubalbido, pedibus ſcabris:duo illi in capite prominent tu- F
bercula, alterum rectum, alterum latum, ut uideatur quidem ora habere
duo,& maxillas quatuor. Locus ab hoc percuſſus ſubalbicans eſt, & uehe-
mens in eo dolor: mēbrum uero ipſum ad articulos uſque graciléſcit.Cor-
pus denique totum,ex alimento nullum ſentit commodum:& poſt adeptā
*δύσδηρι.* quoque ſanitatem,immodicæ infeſtant hominem uigiliæ. Dyſderi uocāt
*σφηκεῖον.* alij,alij ſphecium,phalangij genus uehementer rufum, ueſpæ ſimile: huius
morſus tumorem excitat,genua labefactat,nonnunquam & tremorem af
*Phalangia leguminum.* ferens,quandoque & mortem. Inueniuntur meſſis tempore in legumini-
bus,cum manibus colliguntur,phalangia quædam parua, ſpecie canthari-
di ſimilia,colore flammeo. Ab huius morſu excitantur puſtulæ,quas Græ-
ci φλυκταίνας uocant:mens perturbatur:linguáque incondita profert,& ocu- G
li ſubuertuntur. Naſcitur phalāgius in eruo,inquit Plinius, beſtiola aranei
*κρανοκολάπτης.* generis,ſi hyems aquoſa ſit.Inuenitur & in Perſea arbore phalangium,cui 16
nomen cranocolaptes. In Perſeæ arboris frondibus (inquit Nicander) gi-
gnitur animalculum,phalenæ papilionis ſpecie,capite ſemper nutabundo,
& uentre graui,ſpiculum in ſummo collo geſtat. Hoc ſi quem percuſſerit,
*Phalangiorū genera.* non longo poſt tempore certa ſequitur mors. De phalangiis uero ita pro-
didit Aëtius, Plura quidem ſunt phalāgiorum genera: ſed quæ fere ab aliis
qui theriaca ſcripſere traduntur,ſex numero exiſtūt:rhagium ſcilicet myr-
mecium,lycos lupúsue,cranocolaptes,ſclerocephalus,& ſcolecium. Quod
*Rhagium.* rhagium uocatur,figura eſt rotunda,colore nigro,uuæ nigræ acino ſimilis, H
unde & nomen accepit rhagiū: pedes habet utrinq; breuiſſimos, & os ſub
*λύκος, lupus.* medio uentre. Qui uero lupus appellatur, inter araneorū telas inuenitur,
ubi muſcas uenari ſolet, quibus paſcitur. Corpus illi latum & rotundum:
*Μυρμήκειον.* quæ circa collum partes ſunt, inciſuram habent, & circa os tubercula tria 17
*Cranocolaptes* enaſcuntur. Myrmecion prægrandi formicæ ſimilimum eſt:colore fuligi-
*Κρανοκολάπτης.* noſo atróue. Huius corpori inſerta ſunt quaſi aſtra,maxime uero circa dor
*Sclerocephalō* ſum. Cranocolaptes oblongus & colore uiridante,aculeum in collo geſtat:
*σκληροκέφαλον.* quòd ſi in quem inciderit, ferit eas maxime quæ circa caput ſunt partes.
*Scolecion.* Sclerocephalon caput habet,ſaxi duritie, & totius corporis lineamenta ani 18
*σκωλήκιον.* malculis illis quæ lucernas circunuolant ſimilia. Scolecion longiuſculum
eſt,

A eſt, & maculis quibuſdam, præſertim circa caput, uariegatum. Phalangio-
rum ſpecies è quibus periculum præcauere expedit, hæ ſunt. Quæ autẽ eo-
rum morſum ſequuntur accidentia, communia ſunt exceſſu defectúq; diſ-
19 crepantia. Morſus tenuis eſt, & qui conſpici uix queat: tumor cum liuore,
nonnullis & cum rubore: frigus circa genua lumbóſque & ſcapulas: nonnũ
quam & totius corporis grauitas. Hæc Aëtius.

1 Acuminatum, &c. ὀξὺ, πηδητικόν. Theodorus, acutum, ſalax, ſed mea quidem ſen
tentia, rectius atque apertius Plinius acuminatum aſſultímque ingrediens, reddidit.
2 Varium eſt, &c. Vetus Ariſtotelis interpres ita habet: Et inuenitur genus macu-
latum in uere ſub arboribus. Hoc, ut arbitror, genus aranei pratenſe uocat Ariſtoteles. *Araneus pra-*
3 Aranei iſti lautiores & ſtrigoſiores in uitæ muneribus ingenioſiores ſunt, inquit *tenſis.*
B Ariſtoteles. 4 Texit primum, &c. Plinius hæc ita explicat: Texere à medio incipit,
circinato orbe ſubtegmina adnectens, maculáſque paribus ſemper interuallis, ſed ſub-
inde creſcentibus ex anguſto dilatans, indiſſolubili nodo implicat. Latitudo telæ ſæpe
inter duas arbores cum exercet artem & diſcit texere. Longitudo fili à culmine, ac rur
ſus à terra per illud ipſum uelut reciprocatio, ſubítque pariter ac fila deducit: cum ue-
ro captura incidit, licet extrema hæreat plaga, ſemper in medium currit, ex quo ſic ma
xime totum cõcutiendo implicet. 5 Araneorum iſtorum lautiorum, &c. Araneo-
rum lautiorum & telam ſpiſſiorem texentium: ita reddidit Theodorus ex Græca le-
ctione, (πυκνόν) uetus autem interpres, quæ texunt textura debili. 6 In ſpecu or-
biculato, &c. ἐν κύτει, Theodorus in ſinu orbiculato. 7 Plinius hæc ita red-
didit, Pariunt oua in telas expanſa, qui ſaliunt atque ita emittunt: Phalangius tan-
tum in ipſo incubat, magno numero. 8 Tela eius ſanguinem, &c. Hoc Ga-
lenus attribui ſcribit araneorum telis in genere. 9 Phalangiorum, &c. De his
C phalangiorum generibus, uide Hermolaum in Corollar. 10 Aliter iſta expreſſit e-
tiam Plinius ipſe. Myrmecion formicæ ſimilis capite, aluo nigra, guttis albis diſtin- *Myrmecion.*
guentibus, ueſparum dolores torquet. 11 Rhagion, &c. ῥώξ à Nicandro (opinor) Μυρμήκειον.
uocatur. 12 Dolor à morſu, &c. Signa morſus huius leges apud Nicandrum. 13 ῥώξ.
Aſterion, &c. Alij legunt apud Plinium aſtertion uel aſiortion. 14 Hunc locũ Her *Aſtertion.*
molaus aliter diſtinguit, ut intelligatur hoc ſeptimum genus eſſe, & aliud à cœruleo *Aſiortion.*
à crabrone penna tantum differens, deterius etiamnum cœruleo, ut quod macie conſi
ciat à ſe percuſſos. 15 Tetragnathum, &c. Tetragnathum Hermolaus ex Aëtio
ita nobis deſcripſit, modice lato & ſubalbo corpore, pedibus aſperis, duabus inciſuris
in capite, recta una, per obliquũ altera, ut quaternas buccas habere uideatur, unde no-
men. In Æthiopia (inquit) tam frequentes, ut regionem in ea quandam prope Sillos
Acridophagóſque deſeri coegerint. 16 Cranocolaptes, &c. κεφαλοκρούστης etiam à κεφαλοκρού-
quibuſdam appellatur. 17 Corpus, aliàs os, σῶμα, rotundũ, περιφερὲς: uide an men στης.
doſa ſint hoc loco Aëtij exemplaria. 18 Aliter fortaſſe, lineas habet toto corpore,
D ſimiles animalculis, &c. ut legatur, non ὡς γραμμάς, ſed potius ἐπὶ γραμμὰς ἔχει. 19
Alia quoque præter hæc ſigna uideas apud Dioſcoridem lib. 8, & Paulum & ipſum
Aëtium.

## De ſcolopendra & aliis quæ multipedæ dicuntur. Cap. CCXII.

SColopendra item morſu pernicioſa eſt, quam & ophioctenam uocant, *Scolopendra,*
1 & centipedam: & alij ſepa, ex iulorũ genere. Iulum autem uoco inſe- *Ophioctena.* *Centipeda.*
cti genus prælongum & multipes, illam habens partem non ſimplicẽ ſed *Seps.*
multiplicem, quæ eſt inter caput & aluum, in qua continetur quod cordi *Iulus.*
proportionale eſt: quo fit, ut præciſum hoc genus uiuere poſſit. Millepedæ, *Millepeda,*
2 quas & centipedas & multipedas alij uocant, duorum generum. Animal *Centipeda,* *Multipeda.*

*Aliàs, tractúque.* eſt millepeda, inquit Plinius, è uermibus terræ piloſum, multis pedibus ar- E
cuatim repens tactúque contrahens ſe: oniſcon Græci uocant, alij tilon. Il- *Oniſcus.*
lam autem quæ non arcuatur, ſepa Græci uocant, alij centipedem, alij mil- *Tilos.*
lepeda: alij ſcolopendram, minorem pernicioſámque, oblongam, pedibus *Seps.*
multis atq; piloſis, & qui ex utraque corporis parte in ingreſſu, remorũ in- *Centipes.*
ſtar mouentur, pecori præcipue nociuam. Viuit ſcolopendra uel in plures *Millepes.*
partes diſſecta: & ſi pars aliqua à reliquo corpore abſcindatur, in utrunque *Scolopendra.*
ſe mouet extremum: nam & caput uerſus ingreditur & in caudam, ideóq;
à nonnullis exiſtimatur biceps eſſe. Huius morſum tumor inſequitur, & *Ἀμφικάρηνς σκολόπενδρα*
putreſcit locus atque in ambitu liueſcit: fitque poſtea ulcus, quod à loco i- *Nicand.*
pſo exorditur, quod & permoleſtum eſt, nec facile curatur. Scolopendra ci
micibus aduerſatur ſuffitúque necat. Scolopendram terreſtrem ſaliua diſ- F
rumpi ferunt. Sunt & ſcolopendræ marinæ terreſtribus ſimiles, magnitu- *Scolopendra marina.*
dine æquales aut paulo minores, colore rubétiores, numero pedum copio- 3
ſiores, & crurum tenuitate graciliores: naſci locis ſaxoſis ſolent, & modo
ſerpentum, non magna altitudine gurgitum. Hæc ubi hamum deuorarit,
euertit foras partes internas, donec hamum eiiciat: tum recipit intro, ac ua
let eadem qua ante ſanitate. Appetitus his quoque nidorulétorum, ut ter-
reſtribus eſt. uenenoſa & hæc eſt. Mordet autem non ore, ſed tactu totius
corporis, ut quæ urticæ uocantur. Et uti cecinit Oppianus,

-Si quis modo cominus illum
Attigerit, feruet fœda prurigine corpus,
Qualem urtica facit cognomine dicta doloris.

Oleo in quo ſcolopendra marina ſit cocta, nonnulli ne pili euulſi renaſcan G
tur, uſi ſunt. Verum alij cetaceum genus quoddam eſſe ſcolopendram ma-
rinam arbitrantur, aſpectu horrendum, eamque ſpectari eminentem è ma
ri, & marium pilos magna excelſitate apparere. eius caudam ſimiliter atq;
locuſtæ latam perſpici. reliquúmque corpus conferri poſſe cum trireme iu
ſtæ magnitudinis, atque permultis pedibus utrinque ordine tanquam ex
ſcalmis appenſis per ſummum mare natare. Millepeda centipedáue, quam *Millepeda.*
modo & oniſcum uocari diximus, & tilon, efficaciter ſanat auriũ dolores, *Centipeda.* *Oniſcus.*
inquit Plinius, in cortice punici mali decocta & porri ſucco, addunt & ro- *Tilos.*
ſaceum, & in alteram aurem infundunt. Millepedam oniſcum bibiſſe pro- *Multipeda.*
deſt urinæ. Medentur ſulpirioſis multipedæ, ita ut ter ſeptenæ in Attico H
melle diluantur, & per arundinem bibantur: omne enim uas earum nigre-
ſcit contactu. Quidam torrent ex his ſextarium in patina donec candidæ
fiant, tunc mel immiſcent: alij centipedam necant, & ex aqua calida dari iu
bent. Oniſci, qui & oni dicuntur, (uti prodidere Dioſcorides & Galenus) *ὄνος, ὀνίσκος.*
ſub aquariis uaſis reperti, animalcula ſunt multis pedibus nitentia, quæ cõ- *Aſellus.* 4
tacta manu contrahuntur in orbem, fiúntq; ubi ſe contraxerint, fabis eſcu-
lentis non diſſimiles, ac proinde à nonnullis κύαμοι, id eſt fabæ uocati, colore *κύαμος. faba.*
fuſco. Hi ex uino poti, inquit Dioſcorides, urinæ difficultati, quæ diſuria *Colore fuſco, φαιοί.*
dicitur, & regio morbo auxiliantur: cum melle anginis illinuntur. Triti &
in malicorio unà cum roſaceo calfacti in aurium doloribus utiliter inſtil-
lantur.

Alantur. Hæc Dioſcorides. Et Galenus, quidam his uſi ſunt, inquit, ad aurium dolores, in oleo coctis.

1 Iulus uermis eſt multipes: mille nanque pedibus utitur, ut ſcolopendra. Quidam & ipſas ſcolopendras iulos uocant. Hęc Theon. 2 Animal eſt, &c. Iulon hanc ſpeciem (ut opinor) uocauit Nicander in Theriac. interpres uero μυριόποδα appellat. 3 Paulo minoris. Suſpectus mihi certe uidetur hic Ariſtotelis locus: uetus interpres habet, quod eſt in mari, eſt minus agreſte. 4 ὄνοι πολύποδες forſitan Ariſtoteli. an prior multipeda? ἴουλος. ὄνοι χελῶδες

De iis quæ promuſcidem & ueluti aculeum in ore gerunt: ut, de muſcis & culicibus. Cap. CCXIII.

Linguam ſiue promuſcidem habent muſcæ, qua uel cruorem ex anima- Muſca, μυῖα.
B lium corpore extrahant: qua & guſtum habent omnium ſaporum, & omniuorę ſunt: hæc euidens fiſtula eſt. Coeunt quidem ut & alia inſecta & generant muſcæ, uerum non animal ſui generis, ſed uermiculum: & muſcę ubi pecorum ulceribus inſederunt, uermes creant, inquit Columella. Ne-
1 que ab animalibus ipſi generãtur, ſed ex uermiculis ex ſorde humida aut ſicca putreſcente genitis. Principium autem ipſorum uermiculorum exiguum eſt, atque ex immobili quaſi hærens adhuc, moueri incipit: mox uermiculus immobilis redditur: qui cum poſtea motus eſt, rurſus immobilis fit: demúmque generatur muſca, quæ flatus aut ſolis beneficio moueatur. Nullum animal minus docile exiſtimatur minoríſue intellectus quàm
C muſca. Mons eſt Carina in Creta, IX milliũ paſſuũ ambitu, intra quod ſpatium muſcæ non reperiuntur: natúmque ibi mel nuſquam attingunt. Hoc experimento ſingulare medicamentis eligitur. Alopecias replent muſcarũ capita recentia, prius folio ficulneo aſperatas: alij ſanguine muſcarum utũtur, alij decem diebus cinerem earum illinunt cum cinere chartæ uel nucum, ita ut ſit tertia pars è muſcis: alij lacte mulierum cum braſſica cinerẽ muſcarum ſubigunt, quidam mel tãtum. Apud Macedonas circa fluuium Aſtræum, qui inter Beroeam & Theſſalonicen medius fluit, uolitat muſcarum genus, quas, cum ad ſummam aquam acceſſerint, piſces quidã qui in eo flumine gignuntur, uariis diſtincti coloribus, arripiunt atque deuorant, indéque uictum ſibi comparant. Has equiſeles uocant indigenæ: quæ Equiſelis.
uulgarium harum quæ ubique reperiuntur muſcarum, quod ad formam
D attinet, nihil ſimile habent. Nec apum ueſparúmue ſimilitudinem gerunt: harum tamen cuiuſque aliquid referunt, ueſparum colorem reddunt, magnitudine apibus æquales: & ſimiliter atque apes bombitatione ſtrepunt: atque in audacia quiddam ſimile cæterarum muſcarum habent. Et culici- Culex.
bus lingua fiſtuloſa eſt & ad ſuctum, & aculei loco ad pungẽdum. Corpus his minimum, aluus fere ieiuna, crura prælonga, & uox pro corporis ratione maxima, animalculum ſanguinis & potiſſimum humani auidiſſimum. Infeſtant culices hortos, inquit Plinius, riguos, præcipue ſi ſunt arbuſculæ Mulio.
aliquæ. Hi galbano accenſo fugantur: culicum uaria ſunt genera. In culicum genere, muliones non amplius quàm uno die uiuere ferũtur. Apes impugnant (ut ſcribit Plinius) è culicum genere muliones. Apes quoque exa-

*Oeſtrus, οἶστρος.*

gitant œſtri,uti ſuprà diximus:ſed fœtus apum hic eſt amplioris magnitu- E
dinis q̃ ſint cæterarum. Sunt & œſtri quibus lingua ſiue promuſcis pro a- 1
culeo eſt,qua ſanguinem exugunt, & tergora etiam quadrupedum pene-

*Tabanus. Aſilus. Μύωψ. Aſilus, οἶστρος.*

trant, ſicuti & tabani, ſiue aſilos dici placet, promuſcide ſiue lingua ipſa adacta,cutem hominum.Oeſtrum nonnulli etiam aſilum interpretantur teſte uel Vergilio. -Cui nomen aſilo

Romanum eſt, œſtrum Graij uertere uocantes,
Aſper acerba ſonans,quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta,furit mugitibus æther
Concuſſus.

*Tabanus. Oeſtrus.*

Tabani ex uermiculis quibuſdam impennibus ex arbore lignóue natis procreantur: œſtri è latiuſculis quibuſdam be-
ſtiolis quæ in fluuiis ſuper aquam currunt, enaſcuntur. Quamobrem ma- F
gna œſtrorum copia prouenit circa aquas,ubi id genus beſtiolarũ eſt. Itaq;

*Ἐμπίς.*

primum in humore uiuit beſtiola,quæ ἐμπὶς uocatur:deinde forma immu- 2
tata foris uitam agere incipit. ex iis enim œſtri proueniunt,quorum gene-

*Ἀσκαρίδες. Aſcarides. Aſcaridæ.*

ratio ita habet:ex aſcaridis generantur empides. Porro aſcarides fere in pu 3
teorum limo,& ubicunque ſe aqua colligit,terrena ſubſiſtente cõcretione oriuntur.Fit ut principio fex ipſa putreſcens colorem candicantem trahat, mox nigricantem:poſtremo cruentum. Talis cũ fuerit, minutiſſima quædam & rubra prodeunt, quæ ad tempus hærentes ſuæ origini mouentur: deinde abſoluuntur,itaque feruntur per aquam quæ aſcarides nuncupan-
tur:tum paucis poſt diebus erigunt ſe ſuper aqua duræ atque immobiles.
Mox diſrupto putamine empis emergit ac ſupra inſidet, donec uel ſole uel G
flatu moueatur,deinde uolat. Copioſius autem ac celerius fiunt aſcarides in aquis,quarum ſedimentum uarium ac promiſcuũ ſit,quale in agro Megarico & in operis ſolet miſceri. putreſcit enim hoc facilius. Et autumno quoque uberius generantur: minus enim humoris eſſe tunc accidit. Hæc
de empide Ariſtoteles. Alij uero empida animalculum eſſe produnt, in a- 4
quis aut circa aquas natum conopi ſimile,ſed maius,alba linea mediũ cor-

*Κώνωψ.*

pus cingente. Conopes (culicum genus) ex uermiculis qui in fece aceti gi 5
gnuntur,originem trahunt.Hi ad dulcia non accedũt,ſed acida petunt:lingua ſua acriter pungunt. Conopas quoque nonnullos ex igne generari ferunt: ex flamma ſcilicet & ſcintillis,quemadmodum uermes in niue. Fica-

*Culex ficarius ψὴν.*

rios culices caprificus generat ſuis pomis:fit primum uermiculus, mox ru- H
pta cute euolat:mutatáq; ſede petit ficus immaturas:quibus ſeſe inſinuans, facit ne decidant:quamobrem agricolæ appendere ficis caprificus, & iuxta eaſdem caprificos ſerere aſſolent.Sunt & quædam culicum genera aliquibus fructibus moleſta,ut glandibus,fico,qui uidentur ex humore naſci,tũc dulci ſubdito corticibus.

*Culex paluſtris. Culex mulio. Κνίψ. Tipulæ.*

1 οἶστρος μυῖα ἐστὶν ὑπόχαλκος,inquit Suid.ἰσχυρῶς ἐμπίπτουσα ἐν τῷ καύματι τοῖς βουσὶ καὶ ποιοῦσα ἐλαύνεσθαι. 2 Quæ ἐμπὶς uocatur. Ἐμπίδα Theodorus modo culicem paluſtrem uocat,modo culicem mulionem,quanquam & κνίπα quoque culicem mulionem uertit,nonnunquam culicem:unde cnipologos auis dicta ab eo culicilega eſt, ut ſuprà dictum eſt. 3 Ex aſcaridis. Aſcaridas, tipulas uertit Theodorus. 4 Empida, &c.

Ἐμπίδας

A Ἐμπίδας ὀξυστόμους dixit Ariſtophanes in auibus, ὀξυαδύδας. & in Νεφέλαις, ſonoras eſſe empidas ait. 5 Qui in fece, &c. Theodorus modo culicem uinarium uertit, mo- *Culex uinari⁹.* do culicem. Plinius: Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant, dixit: &, genera cu- *Culex.* licum aceſcens natura gignit.

## De cicadis. Cap. CCXIIII.

1 Cicada ex omni animalium genere una, ore caret: uerum membrum *Cicada.* quoddam quod uſum tum oris tum linguæ præſtet in pectore conſti- *Τέττιξ.* tutum aptiſſime habet, quo ueluti radice, cibũ ex humoribus trahat. Prolixum hoc compactum, indiuiſúmque gerit, ſimile ei quod linguæ ſpeciem refert in iis quibus aculeus in ore eſt: cóque ipſo rorem haurit, alimentum unum & peculiare. Oculos Nigidius cicadis ineſſe negat: uerum oculos habent, inquit Ariſtoteles, ſed hebetes: & ſi quis digitum contrahẽs
B ac remittens ſubinde appropinquet, magis ſuſtinent quàm ſi ilico extẽdat. Et quidem tranſire in digitum alliciuntur: quòd enim oculis hebetes ſunt, quaſi frons aliqua moueatur, digitum ita admotum conſcendunt. Pennarum illis natura quæ apibus, ſed pro corpore amplior. Iiſdémque ſolis nullum ad excrementa corporis foramen: neque enim excrementum cicadis ullum in aluo reperitur. Nam cum omnia inſecta minimo alimento contenta ſint, omnium maxime cicadarum genus ieiunum eſt. Excitatæ cum ſubuolant, quendam reddunt humorem modo aquæ: quamobrem ruſtici eas mingere, & excremento non carere, roréque ali aſſeuerant. Naſci non poſſunt cicadæ ubi arbores deſunt: loca etiam frigida aſpernantur. Eſt quędam & in iis locorum differentia: in Mileſia regione paucis ſunt locis: ſed
C in Cephalenia amnis quidam penuriam earum & copiam dirimit, cuius citra alterum latus eſt cicadarum copia, ultra alterum nullæ. In Rhegino agro ſilent omnes, ultra flumen in Locris canunt. Procreantur cicadæ ex animalibus ſui generis: & coeunt tam maiores quàm minores ſupinis admotis partibus: máſque inſerit in fœminam, non ſicut & cætera inſecta agunt. Genitale fœmina habet reſciſſum, quo recipit id quod à mare iniicitur. pa
2 riunt in aruis ceſſantibus, terram excauantes parte ſui poſteriore quam acutam habent. Quinetiam in arundinibus, quo adminiculo uites erigũtur, nidum fœturæ excauant, & in caulibus ſquillæ interdum pariunt: proueniunt large copia imbrium. Creſcit primo in terra uermiculus, deinde fit
D ex eo quæ tettigometra uocatur, (quo tempore ſuauiſſimę ſunt ante quàm *Tettigometra.* cortex rumpatur:) poſtmodum circa ſolſtitia noctu exeunt cicadæ ex ma- *Τεττιγομήτρα.* trice illa cicada, quam modo tettigometram dixi, nigræ protinus & duriuſculæ & maiuſculæ. Vbi uero eruperunt, oleis aut arundinibus inſidunt: & cum rupto operculo exeunt, parum quiddam in eo relinquũt humoris: nec multo poſt uolant & incipiunt canere. Mares ſunt in utroque genere, (tam ſcilicet maiorum quàm minorum) qui canunt, fœminæ quæ ſilent. *Cicadarum* Cicadarum genera uaria ſunt, quæ magnitudine & paruitate differunt: & *genera.* præterea quòd aliis inciſura eſt ſub ſepto præcinctúue, membranámque in *Tettigonia.* aperto gerunt, qua ſonus editur, ut iis quas achetas appellant: aliæ non ita *Τεττιγώνιξ.* *Tettigoniæ.* habent, ut quæ tettigonia, id eſt cicadaſtræ uocantur. neque enim ita diui- *Cicadaſtræ.*

*Cicadæ mutæ. Acheta. Ἀχέτης. Τεττιγόνια. Cicada muta. Cicada ſurcularia. Cicada frumẽtaria. Cicada auenaria. κερκώπη. Cicada marina.*

ſum illis corpus eſt,neque membranam habẽt adeo manifeſtam. Sunt ita- E
que cicadarum duo genera:aliæ minores quæ primæ proueniunt,quæque
ſunt mutæ,& nouiſſima pereunt:ſunt autem multæ: aliæ maiores,quæ ca-
nũt,præcinctu diuiduæ,ut modo diximus,ſiue minores,ſiue maiores ſunt.
Quæ autem non canunt,indiuiduæ conſtant. Vocant nonnulli grandiores
illas & canẽtes,achetas:minores tettigonia,id eſt cicadas mutas. Sed cane- 3
re uel in hoc ſecundo genere poſſunt paululum quę præcinctæ prodierint, 4
ſed priores illæ magis canorę ſunt. Mares cãtant in utroque genere, fœmi-
næ ſilent,uti modo diximus. Quidam duo alia genera faciunt earum : ſur-
culariam,quæ ſit grandior: frumentariam quam alij auenariã uocant: ap-
paret enim ſimul cum frumentis areſcẽtibus. Gentes ueſcuntur iis ad oriẽ- F
tem,etiam Parthi opibus abundantibus:ante coitũ mares præferunt,à coi-
tu fœminas:quippe quæ oua candida guſtu habeãt grata. Cicadas dant nõ- 5
nulli iis qui colico dolore afficiuntur,cum paribus numero granis piperis,
tribus ſcilicet aut quinque aut ſeptem. Cicadę,inquit Dioſcorides,ſi aſſatæ 6
edantur,ueſicæ doloribus auxiliantur. Eſt & cercope animal cicadæ ſimi- 7
le,ut Pſeuſippus author eſt. Eſt etiam cicadarum genus marinum,quarum
maxima parui carabi ſpeciẽ habet:uerũtamen cornua nõ ſimiliter atq; ille
magna,nec aculeos habet. Pinnæ ipſius exiguæ,terrenarũ alis ſimiles ſunt.

*Arguta cicada.*

1 Plinius:Pro eo quiddam aculeatum linguis ſimile,& hoc in pectore,quo rorem
lambat. 2 Quam acutam habent. Theod. aſperitate præacuta quam parte habent
poſteriore. Ex Plinio forſitan. Plinius: Aſperitas præacuta in dorſo qua excauant fœ- G
turæ locũ in terra. 3 Achetas: Theod. argutas uertit. 4 Apertius atq; magis ex-
plicate ita legeretur apud Ariſt. mea quidẽ ſentẽtia, trãſpoſitis uerbis, ᾄδουσι δὲ καὶ τούτων
οἱ μικρὸν διῃρημένοι. 5 Quæ oua candida,&c. Plin. Ouis eorũ corruptis quæ ſunt can
dida. 6 Si aſſatæ edãtur,&c. Cicadas in patellis toſtas ediſſe, prodeſt ueſicæ dolori-
bus,inquit Plin. 7 Cicadæ ſimile,&c. ὅμοιον τέττιγι (inquit Athenæus) καὶ φρυγονίῳ:
ubi fortaſſe legendum erat τεττιγονίῳ.

## De locuſtis. Cap. CCXV.

*Locuſta. Ἀκρίς. Spinæ caulem uocat Plinius.*

CVm inſectorum maxima pars perexigua ſit, locuſtæ magnitudinem
aliquam habent effatu dignam. Crura habent parte poſteriore ad gu-
bernaculorum effigiem condita,& mediis lõgiora,quibus ſaliunt pulicum 1
more. Oculos Nigidius nullos locuſtis ineſſe dicit. Ventrem intus habent
& inteſtinum replicatum. Maribus fœminæ maiores ſunt,quarum caudæ H
adnaſcitur cauliculus,quo in terra fixo pariũt:eo mares uacant. Procrean-
tur locuſtæ ex animalibus ſui generis: & coeunt eodem modo quo cætera 2
inſecta quæ coeunt,mare ſcilicet fœminã ſuperueniente, & in eum fœmi-
næ ultimo caudę reflexo,tardóque digreſſu. Pariunt fœminæ in terra fixo
cauliculo illo qui caudæ adnaſcitur:ac uniuerſim, & loco eodem fœtũ de-
ponunt,ita ut quaſi fauus eſſe uideatur:hinc uermiculi ſpeciem oui geren-
tes oriuntur:qui terreno quodam prætenui tanquã membranula ambiun-
tur:qua diſſecta,emergunt locuſtæ ac euolant. Tam mollis fœtura hæc eſt,
ut ad tactum leuiſſimum cõteratur: non ſummæ telluri partus committi-
tur,ſed paulo altius : durátque hyeme ſub terra. Hic concoctione peracta,
ſubſequenti

A ſubſequenti anno exitu ueris,exeunt ex illo terreno amiculo paruæ locuſtę
& nigrantes,ac ſine cruribus penníſque reptantes: deinde maiores ſtatim
efficiuntur.Pariunt exitu æſtatis, & ſtatim à partu moriuntur, uermiculis *Pariũt autũni*
circa collum innaſcentibus tempore partus, qui eas ſtrangulent. Tam fri- *tempore. Plin.*
uola ratione morientes, ſerpentem cum libuit necant ſingulæ, faucibus e-
ius apprehenſis mordicus. Vernis aquis intereunt oua, in ſicco uere ma-
gnus prouentus:alij duplicem earum fœtum,geminúmque exitũ tradunt,
uergiliarum exortu parere: deinde ad canis ortum obire, & aliàs renaſci:
quidam arcturi occaſu renaſci. Eſt & alius earum obitus: gregatim ſubla-
tæ uento,in maria aut ſtagna decidũt: lõginqua quoque maria ab iis trãſ-
iri feruntur,continuata plurium dierum profectione.Nanque & grandio-
res cernuntur,& tanto uolant pennarum ſtridore,ut aliæ alites credantur,
B ſolémque obumbrent.Italiam ex Africa magna cohorte infeſtant, omnia
morſu erodentes,& fores quoque tectorum. Locis montanis aut tenuibus
locuſtæ non fiunt,ſed planis rimoſiſque: pariunt enim in riuis ſua oua. In
India ternum pedum longitudinis eſſe traduntur, cruribus & fœmoribus
ſerrarum uſum præbentes cum inaruerint. Locuſtæ ſuis gubernaculis at-
terentes ſonant,inquit Ariſtoteles: uerum Plinio uox earum proficiſci ab
occipitio uidetur.Eo in loco in commiſſura ſcapularum habere quaſi den-
tes exiſtimantur:eóſque inter ſe terendo ſtridorem edere, circa duo æqui-
noctia maxime, ſicut cicadæ circa ſolſtitium. Pars quædam Æthiopum
locuſtis tantum uiuit fumo & ſale duratis in annua alimenta, atque ob
eam rem acridophagi nomen habent. urinæ anguſtiis quas diſurias uo-
C cant & ſtranguriæ, maxime mulierum, ſuffitu proſunt locuſtæ. Eſt quod- *Aſiracus.*
dam genus locuſtæ, aſiracus aut axirachus dicitur, aut ὄνος, id eſt aſellus, *Axirachus.* *Ὄνος, aſellus.*
1 ſine alis, craſſioribus cruribus: recens hic & exſiccatus contra ſcorpio-
nis morſus magnopere iuuabit ſi ex uino bibatur. Hac in frequenti ci-
2 bo utuntur Afri, qui Leptin incolunt. In locuſtarum genere cenſentur at- *Attelabos.*
telabos, ſiue brucus, attaces, ophiomachus, maſtace, moluris, & par- *Brucus.*
nops. Attelabi (ut Ariſtoteles prodidit) pariunt in aruis ceſſantibus, quo *Attaces.* *Ophiomachus*
modo & cicadæ.Pariunt autem,& cum pepererint moriuntur, pari modo *Maſtace.*
atque locuſtæ.Intereunt oua eorum aquis autumnalibus cum nimis inceſ *Moluris.*
ſerint:at ſicco autumno largior prouentus attelaborum eſt, quoniam mi- *Attelabus.*
D nus oua intereant. Eſt autem attelabos locuſtarum minima ſine pennis.
Eſt animal, inquit Plinius, locuſtæ ſimile ſine pennis, quod tryxalis græce *Tryxalis.* *aliàs troxalis.*
uocatur,Latinum nomen nõ habet,ut aliqui arbitrantur authores:nec pau
ciores hoc eſſe quod gryllus uocatur.Ex his uiginti torreri iubent, ac bibi è *Gryllus.*
mulſa contra orthopnoeas,ſanguinémque expuentibus.Tryxalidum cinis
illitus cum melle,purgationes mulierum adiuuat. Margines quoque ulce-
rum duros aufert cum melle. Magnam authoritatẽ gryllo perhibet Nigi- *Gryllus.*
dius,maiorem magi, quoniam retro ambulet terrámque terebret, & ſtri-
dat noctibus. Venantur enim formica circunligata capillo in cauernam e- *Aliàs, circũligato.*
ius coniecta,efflato prius puluere ne ſeſe condat, & ita formicæ complexu
extrahitur.Auribus prodeſt gryllus cum ſua terra effoſſus & illitus. Lenit

& tonſillas gryllus infricatus: aut ſi quis manibus quibus eum contriuerit, E
tonſillas attingat.

*Apteros.*

1 Craſſioribus cruribus, μεγαλόκωλος, id eſt, prælõgis cruribus, ut uertit Ruellius. Hunc Paulus apteron uocauit, quia pẽnis careat. Hermolaus. 2 In locuſtarum genere, &c. In Leuitica lege, in iis quæ crura habent ad ſaltum idonea, numerantur Brucus & quæ illi ſimilia ſunt: attaces, & quæ illi ſimilia ſunt: ophiomachus, & quę illi ſimilia: locuſta, & quæ illi ſimilia. Locuſtarum ſpeciem illam, quam onon appellant, etiam brucum uocari putant, uti refert Hermolaus, rodentem ſata. Et attacen in ſacris literis appellatam, Nicander maſtacen appellat pro bruco, Ariſtoteles attelabon. Clitarchus in Ambracia locuſtas omnes maſtacas dici uoluit, ut molurin, quæ frumenta depopulatur. Molurides in pratis uictitant, ut uidetur ex Nicandro, locuſtis ſimiles.

*Tetrapelyrides. Cornops. Parnops. Pornops.*

Ionia locuſtas à numero pennarum tetrapelyridas nominat: alij cornopas & parnopas aut pornopas: unde cognomen Herculi & Apollini quoque in Æolia, quod locuſtas abigat, κορνοπιών. Hæc Hermolaus fere. Parnopius Apollo ab Athenienſibus dictus eſt, (ut ſcribit Pauſanias) quòd parnopas eorum agro infeſtas propulſauerit. Iones (ut Heſichius author eſt) brucum locuſtæ ſpeciem dixere, Cyprij locuſtam uiridẽ, brucum uocarunt, Tarentini attelabon: alij χρουσαίαν μάντιν. Eſt autẽ attelabos locuſta parua. Hæc Heſichius. Parnops locuſtæ ſpecies eſt, ut ſcribit Ariſtophanis interpres, quæ ſe manui facile tractandum prębet. Marcellus Vergilius de locuſtis ita prodit, Variauit admirabili artificio locuſtas natura: quis enim tot primum in eodẽ corpore colores facile deſcripſerit? quis tam diuerſas corporum formas? quis ingreſſus, ſaltus, uolatus earum? Sunt enim quæ uirides, quæ nigræ, quæ liuentes, quæ aliqua parte hunc aliqua illum colorem oſtendant. Sunt quæ uolantes tantum, latentem antea colorem aliquem proferant. Sunt quæ ſimplicibus, quæ pluribus alis uolent: quæ alis carentes ſaltent: quæ utroque hoc motu priuatæ ingrediantur tantum. Sunt quæ longioribus, quæ breuioribus cruribus ſint: & in his pluribus breuioribúſque, & paucioribus longioribúſque internodiis. Sunt quæ canant, quæ mutæ ſint: quæ per diem, quæ in tenebris tantum audiantur. Sunt quæ nihil homini in re ruſtica noceant, innocentéſque à pueris ſe capi patiantur. Sunt contra quæ peſtem & calamitatem ſatorum omnium totis regionibus afferant: utque plura ſunt in natura genera, ſic etiam pene infinita ueteribus earum nomina fuerunt. Hæc Marcellus.

## De uaginipennibus, quæ Græci κολεόπτερα uocant. Cap. CCXVI.

*κολεόπτερα. Vaginipennia. Scarabeorũ genera. Locus hic Plinij ſuſpectus ui detur, conſentiunt tamẽ exẽplaria.*

E Volucribus inſectis quædam membranas ipſas quibus uolant, cruſta ſuperueniente quaſi uagina, tutelæ gratia incluſas gerunt, unde κολεόπτερα dicuntur, quaſi uaginipennia dixeris. Horum tenuior fragiliórq; penna: his negatus aculeus eſt. hęc & ſenectutem exuere ſolent. In iis ſcarabeus eſt, cuius plura ſunt genera. uolitant enim alij magno cum murmure aut H mugitu: alij focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno ſtridore uocales. Quoddam rurſus eorum genus, qui è fimo ingenteis pilas auerſi pedibus uolutant: paruóſque in iis cõtra rigorem hyemis uermiculos fœtus ſui nidulantur. Hæc Plinius. Propter hũc ſcarabeum qui pilulas uoluit, Ægypti magna pars ſcarabeos inter numina colit, curioſa Apionis interpretatione, qua colligit Solis operũ ſimilitudinẽ huic animali eſſe ad excuſandos gentis ſuæ ritus.

*Scarabeus. κάνθαρος. Plin. Scarabei roſa fugantur.*

Scarabei, inquit Theophraſtus, roſarum odore necantur, Græci cantharum uocãt. Canthari, inquit Ariſtoteles, in fimo, quẽ I uoluunt, conduntur per hyemem, paruóſque uermiculos pariũt, ex quibus ipſi procreantur. ubi metuerint, hi motu ceſſant, totóque corpore indureſcunt

A ſcunt ſeſe contrahentes:id quod patet maxime cum tanguntur. Melolonthæ (quaſ ſcarabeos uirides & galerucas uocant nonnulli) uermibus fimo bouis aut iumenti creatis gignuntur:& inter uolandum ſonitũ edunt. Scarabei uiridis natura, inquit Plinius, contuẽtium uiſum exacuit: itaque gẽmarum ſculptores contuitu eorum acquieſcunt. Carabo (quem Theodorus modo taurum uocat, modo fullonem) antennæ ante oculos prætẽduntur, ut papilioni. Gignitur hic ex uermibus qui in lignis aridis naſcuntur. Et primum quidem uermes ipſi immobiles fiunt: mox diſrupto putamine carabus exit, aliorum more qui ex uermibus gignuntur. Tauri uocãtur ſca- *Μηλολόνθη. Scarabeus uiridis. Galeruca. Carabus, κάραβος. Taurus. Fullo. Taurus.*

2 rabei terreſtres, inquit Plinius, ricino ſimiles:nomen cornicula dedere: alij pediculos terræ uocant. Ab iis terram egeſtam illinunt ſtrumis & ſimilibus uitiis, & podagris, triduo non abluunt:prodéſtque hęc medicina in an- *Pediculus terræ.*

B num. Fullo ſcarabeus uocatur albis guttis. In quodam genere ſcarabeorũ grandi, cornua prælonga, biſulcis dentata forcipibus, in cacumine cum libuit coeuntibus. Infantum remediis etiam ex ceruice ſuſpenduntur. Lucanos uocat hos Nigidius. Scarabeorum cornua denticula adalligata, ad infantium urinam cohibendam, amuleti naturam obtinent. Fodiunt rutili & prægrandes ſcarabei tellurem aridam, fauóſque paruæ & fiſtuloſæ modo ſpongiæ medicato melle fingunt. Eriphiam herbam multi prodidere: ſcarabeum hæc in auena habet ſurſum deorſum decurrentem cum ſono hœdi, unde & nomen accepit. Et è leguminum uermiculis naſcuntur animalia pennata. Eſt & cantharis dictus ſcarabeus paruus frumenta erodens. Cocunt quidem cantharides & generant, uerùm non ſui generis animal, *Fullo. Lucanus. Scarabeus rutilus. Scarabeus in eriphia herba. Cantharis.*

C ſed uermiculos tantum:neque ex animalibus procreãtur, ſed ex putreſcẽte humido aut ſicco. naſcuntur enim ex uermiculo in ſpongia cynorhodi cynacanthéſue, id eſt, ſentis caninæ, quę ſit in caule:ex erucis item fici, piri, pini, fraxini & roſæ. Fiunt enim in his omnibus uermes, ſed fœcundiſſime in fraxino:in alba roſa minus efficaces. Ad medicamenta cæteris præſtant è tritico collectæ. Potentiſſimæ inter omnes uariæ luteis lineis, quas in pen-

3 nis tranſuerſas habent, oblongo corpore craſſæ, ac blattarũ modo pingues: præſertim ſi ſuper acetum per linteolum uaporentur. Inertiores minutæ, latæ, piloſæ: inutiliſſimæ uero unius coloris macræque:uis earum adurere corpus, & cruſtas obducere: uel, ut Dioſcoridi placet, erodere exulceraréq; *Quæ è frumẽto colliguntur, inquit Dioſcorides. Multum pingues, ĩquit Pli.*

D & calorem incitare:qua de cauſa admiſcentur medicamentis quæ lepras ſcabráſque lichenas, & cancri naturam habentia ſanant. Ad ungues itaque pſorodeis cum ceratis aut emplaſtris idoneis impoſitæ, ita illos auferunt ut toti cadant. Admiſcentur quoque iis quæ clauos auferũt:aliqui alopecias cantharide trita illinũt cum pice liquida, nitro præparata cute. cauſtica uis earum, cauendúmque ne exulcerẽt alte. Poſtea ad ulcera illa facta, capita murium, & fel murium & fimum cum elleboro & pipere illini iubent. Cantharides mixta calce pauos ſcalpelli uice auferunt: nonnulli paululũ quiddam earum iniicere ſolent in medicamenta, quæ urinam cient: uerum in iis magna quæſtio, quoniam ipſæ uenena ſunt potæ, ueſicæ cum cruciatu perpetuo. Coſſinum equitem Romanum amicitia Neronis principis no-

tum,cum is lichene correptus eſſet, uocatus ex Ægypto medicus ad hanc E
ualetudinem eius à Cæſare,cum cantharidum potum præparare uoluiſſet,
interemit:uerum illitas prodeſſe non dubium eſt cum ſucco taminiæ uuæ
& ſeuo ouis uel capræ. Ipſarum cantharidum uenenum in qua parte ſit,nō
conſtat inter authores:alij in pedibus & capite exiſtimant eſſe, alij negant.
Conuenit tamen pennas earum auxiliari in quacūque parte ſit uenenum,
quibus demptis lethale eſt.Hæc Plinius.In medicamenta quæ urinā cieāt,
nonnulli ſolas alas cum pedibus iniiciunt,quæ alexiteria eſſe dicunt iis qui
corpora ipſarum cantharidum ebiberint:alij contra. At nos, inquit Gale-
nus,totas cantharidas iniicere ſolemus.Menſes ciunt & urinā:ideo &Hip-
pocrates hydropicis dabat:ita Plinius. ut uero Dioſcorides, Menſes ciunt F
peſſariis emollientibus additæ.Aliqui cantharidas antidotis impoſitas hy-
dropicis auxiliari prodiderūt, ut quæ urinam moueant . Olfactu picem li-
*Bupreſtis.* quidam referunt:guſtu cedrum,ut Nicāder prodidit. Eaſdem uires habet
*Βουπρήστις.* & bupreſtis,animal cantharidi ſimile:uel,ut Dioſcoridi placet, è canthari-
*Scarabeus longipes.* dum genere bupreſtis eſt:animal rarum in Italia,ſimilimum ſcarabeo lon-
gipedi,ut Plinius tradit.Fallit inter herbas bouem maxime, unde & nomē
inuenit:deuoratúmque tacto felle,ita inflammat ut rumpat.Hęc cum hir-
cino ſeuo lichenas illita ex facie tollit ſinectica ui. Reponuntur eodem mo
*Pityocampæ.* do bupreſtes quo cantharides. Eadem quoque uis quæ cātharidi, & pityo-
campis eſt,erucis ſcilicet in picea naſcentibus.Pinorum quoque erucas pi-
tyocampas uocant:è quibus uermiculi poſtea naſcuntur, qui acceptis alis G
euolant,quemadmodū & in ficu & cynorhodo ſiue camina ſente,cantha-
ridum genus,uti modo diximus.Pityocampę in oleo coquuntur,quo utun 4
*Hippocāpus.* tur nonnulli, ut ne pili renaſcantur euulſi . Hippocampus marinum ani-
mal eſt exiguum,cuius cremati cinis cum pice liquida aut axungia ſeu a-
maracino unguento illitus,alopecias replere fertur : uímque habere dige-
rentem pariter & extenuātem.Leporis marini ueneficiū reſtringuunt poti 5
hippocampi:lateris dolores leniunt hippocampi toſti ſumpti : & urinæ in-
continentiam quoque hippocampi toſti , & in cibo ſæpius ſumpti emen-
dant. Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro & adipe ſuillo mixtus,
aut ſyncerus ex aceto. Lichenas & lepras tollit hippocampi & delphini ci-
nis ex aqua illitus.Hippocampi necantur in roſaceo, ut perungantur ægri
frigidis febribus: & ipſi adalligantur ægris. H

*Scarabeus pilularius.* 1 Cantharum uocant. Scarabeum pilularium uertit Theodorus, coprion ab Hip
*Coprion.* pocrate uocatur. 2 Nomen cornicula dedere. Scarabeum quendam dicit eſſe Pli-
*Lucanus.* nius,cui ſunt cornicula reflexa: an hunc forſitan intelligat,an illum qui Lucanus uo-
catur,an alium quempiam? 3 Si ſuper acetum,&c. Quónam modo ita parentur
cantharides, docent Dioſcorides,Plinius & Galenus. 4 Hippocampus, &c. Nar
rantur a Plinio Nereides à ſcopa in marmore ſculptæ, ſupra delphinos & cete & hip
pocampos ſedentes,ut uideatur forſitan hippocampus grandius eſſe animal. 5 Poti
hippocampi,&c. Hippocampi quomodo ſint uenenoſi : & iterum quomodo ſaluta-
res,ad canis rabidi morſum,legas apud AElianum.lib.11.

De crucis,

## A De erucis, & quæ ex iis gignuntur, ut papilionum generibus, & de pennatis quibuſdam aliis quæ ex uermibus gignuntur. Cap. CCXVII.

ERucæ, dirum uel ipſis arboribus animal: erodúntque aliæ frōdem, aliæ *Eruca.*
florem: ac depaſtam arborem turpi facie relinquunt. Naſcitur hoc ma- *κάμπη.*
lum tepore humido & lento: atque in primis ex rore. Inſidet hic uirentibus *Aliàs, tempore.*
foliis maximæ braſſicæ, raphaníue, ut Plinius tradit. Primum minus quid
milio conſiſtit in folio ſpiſſatum ſole. Mox uermiculi inde contrahūtur &
accreſcunt: deinde intra triduū erucæ paruæ afformantur: quæ auctæ mo-
tu ceſſant, ſuáque forma immutantur, appellantúrque tantiſper chryſal- *χρυσαλλίδες.*
lides, quaſi aurelias dixeris, duro intectæ putamine, ad tactum mobiles, a- *Aureliæ.*
B raneoſis quibuſdam inuolutæ: non os, non aliud ex membris quod conſpi-
cuum ſit, poſſident. Longo poſt tempore, putamine obrupto, euolant inde
animalia pēnata, quas ψυχὰς, id eſt papiliones uocamus. Itaque primū dum *ψυχαί. Papilio.*
erucæ ſunt, cibo aluntur, atque excrementum emittunt: at uero cū in chry
ſallidas dictas tranſierint, nihil uel guſtant uel excernunt. Erucas Ouidius *Eruca.*
tineas agreſtes uocauit, *Tinea agreſtis*

Quæque ſolent canis frondes intexere filis
Agreſtes tineæ, res obſeruata colonis
Ferali mutant cum papilione figuram.

Papiliones antemnas ante oculos prætenſas habent: papiliones & quæcun- *Papilio.*
que ex erucis orta, ſibi colorem à ſua eruca trahunt. Sunt & erucæ quæ un-
C dent ingreſſu: parte enim innitentes priore, contrahunt ſeſe adducentes po *Πηνία, τὰ*
ſteriorem, arcuatímque incedunt: ex iis generantur quæ uocantur πηνία & *Acie.*
ὑπέρα, id eſt acie & ſuperæ. In braſſicæ caule gignuntur uermiculi quidam: *ὑπέρα, Superæ.*
ex quibus immutatis orſodacnę creantur quas mordellas appellem. Erucas *Orſodacne,*
è tithymalo naſcentes, aculeatas eſſe prodidit Hippocrates. Erucis quæ in *Mordella.*
oleribus naſcuntur cum oleo peruncti à uenenatis beſtiis feriri negantur. *Eruca tithymali.*
Papilionē qui luminibus accēſis aduolitat, Nicander phalęnam uocat: alas *Erucæ olerū.*
habet mēbranoſas, ſiccas, & quæ tangenti ueluti cinere aſperſæ appareant. *Φαλαίνα.*
Hæc & pſora nuncupatur, & à poſterioribus κανδηλοσβέστης: qui lucernarum *ψώρα.*
luminibus aduolat, Ariſtoteles hepiolum uocat. Papilio, inquit Plinius, lu- *κανδηλοσβέστης.*
cernarum luminibus aduolans, inter mala medicamenta numeratur: huic *Hepiolus,*
D contrarium eſt iecur caprinum. Hippanis fluuius apud Cimeriū Boſpho- *Ἠπίολος.*
rum, ſub ſolſtitio defert ueluti folliculos acinis maiores, quibus quadrupe- *Ephemerum.*
des uolucres erumpunt: quod genus animalis in poſtmeridianum uſq; diei
tempus uiuit & uolat: mox deſcendēte ſole macreſcit & languet, donec oc-
cidente moritur, uita non ultra unū diem peracta: unde hemerobion, ideſt, *Hemerobion,*
diarium appellatum eſt. Quatuor pēnis totidémque pedibus mouetur: at- *Diarium.*
que ita ſimul & quadrupes & uolucre eſt. Fit ex quodam uerme grandiore
qui ueluti cornua gemina protendit, ſuíque generis eſt, primū toto immu- *Bombix,*
tato eruca: deinde quæ bōbix aut bombilis bombiliúſue appellatur: ex quo *Bombilis, uel*
necydalus. Quæ uaria formarum ſucceſſio in ſex menſibus completur. Ex *Bombilius.*
hoc animalis genere bōbicina illa mulieres nonnullæ torquendo in filum *Necydalus.*

*Aliàs, Plinius Pamphila Platis filia.*
*Bombyx.*
*Lampyrides, Cicindelæ.*
*πυγολαμπίδες, ἢ πυρολαμπίδες.*
*Nitedulæ.*
*Βόστρυχες.*
*Cirrus.*
*Xilophthoros.*
*Ligniperdis.*

deducunt: deinde texunt. Prima texiſſe in Co inſula Pamphila Latoi filia di E
citur. Bombycas & in Co inſula naſci tradunt: cupreſſi, terebinthi, fraxini,
quercus florem imbribus decuſſum terræ halitu animante. Fieri autem pri
mo papiliones paruos nudósque: mox frigorum impatiẽtia, uillis inhorre-
ſcere, & aduerſus hyemem tunicas ſibi inſtaurare denſas, pedum aſperitate
radentes foliorum lanuginẽ in uellera: hãc ab iis cogi ſubigíque unguium
carminatione: mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine: poſtea apprehẽ-
ſam corpore inuolui nido uolubili. Tunc ab homine tolli: fictilibúsque ua-
ſis tepore & furfurum eſca nutriri, atque ita ſubnaſci ſui generis plumas,
quibus ueſtitos ad alia pẽſa dimitti. Quę uero cœpta ſunt lanificia, humo-
re lenteſcere, mox in fila tenuari iunceo fuſo. Nec puduit has ueſtes etiam
uiros leuitate uſurpare, propter onera æſtiua: in tantũ à lorica gerenda diſ-
ceſſere mores, ut oneri ſint etiam ueſtes. Lucent ignium modo noctu late- F
rum & clunium colore lampyrides, id eſt, cicindelæ, nunc pennarum hiatu 2
refulgentes: nunc uero compreſſu obumbratæ (fulgor nanque ille igni ſimi
lis alarum compreſſu tegitur) non ante matura pabula, aut poſt deſecta cõ-
ſpicuæ, pygolampidas uocat Ariſtoteles. Earum aliæ pẽnatæ ſunt, aliæ im-
pennes, non aliter atque in formicis. Erucis enim quibuſdã corpore piloſo 3
non grandi, primum pygolampides fiunt, non tamen uolucres: quibus de-
inde mutatis, pennigera animalia gignuntur, quos βοστρύχους uocant, hoc eſt
cirros. Naſcitur uermiculus quidã, cui nomen xilophthoro (ac ſi ligniper- 4
dem appelles). Caput ſuo putamine exerit uarium, pedes in ſuprema parte 5
cernuntur: reliquum corpus tunica araneoſa integitur, ſuóque tegumento
hærentes feſtucas gerit, ita ut forte eas caſúque ſibi contraxiſſe dum ambu- G
laret uideatur: uerum ipſæ natiuæ hærent tunicæ: & ut limacibus teſta, ſic
totum id uermiculo huic adhæret: nec decidit unquam, ſed euellitur ut na
tiuum. Quòd ſi hanc eius tunicam detrahas, expirat pari modo, atq; limax
teſta detracta hebeteſcit: proceſſu utique temporis id quoque in chryſalidẽ
tranſit, ut eruca, atque immobile uiuit. Sed quidnã ex eo animalis pennati
oriatur, compertum non adhuc eſt.

1 Papilionem habet Plinius inter morbos apum (uti ſuprà diximus) ignauum & inhonoratum, qui luminibus accenſis aduolitet, apibus nõ uno modo peſtiferum: ſed an eundem intelligat cum Nicandri phalæna, conſidera lector. 2 Aliter. Lucent ue-
ſpere per arua cicindelæ: ita appellant ruſtici ſtellãtes uolatus: Gręci uero lampyridas. H
3 Erucis enim, &c. Ita legit Theodorus: uerũ exemplaria Græca noſtra ita habent, Erucis quibuſdam nigris corpore piloſo. &c. 4 Naſcitur uermiculus, &c. Plinius hoc animalculum in tinearũ genere reponere uidetur, ſed abſque nomine. 5 Pedes in poſtremo habet, uertit Theodorus. (ἐπ' ἄκρου.)

## De Beſtiolis quibuſdam quæ in lignis aut arboribus naſcuntur. Cap. CCXVIII.

*Acari.*
*Coſſes.*
*Coſſi.*

IN ligno gignitur animal candidum, quod omnium animalium eſſe mi-
nimum exiſtimatur, nomine acari. Sunt & coſſes in uermiũ genere qui 1
in ligno naſcuntur: hos & coſſos quoque uocant nonnulli. Vermiculantur
enim magis minúsue omnes fere arbores: ídq; aues, caui corporis ſono ex-
periũtur.

A periuntur.Iam quidem & hoc luxuria eſſe cœpit:pręgrandéſque roborum
delicatiore ſunt in cibo,coſſos uocant,atque etiã in farina ſaginati, hi quo-
que altiles fiunt.Maxime autem arborum hæc ſentiunt,pyri,mali,fici: mi-
núſque quæ amaræ ſunt & odoratæ. Coſſes qui in ligno naſcuntur, ſanant
ulcera omnia:nomas uero combuſti,cum pari põdere aniſi & ex oleo illiti. *Vermes rubri.*
Vermes ex arboribus rubri cũ oleo triti,exulceratis & ruptis auribus præ-
clare medentur. Eorum autem uermiũ qui in ficis exiſtunt,alij ex ipſis na-
ſcuntur arboribus:alios parit qui uocatur ceraſtes:peculiare enim eſt quod *Ceraſtes.*
de eo notatur quem ceraſten appellant. Cum enim uermium magna pars κεράστης.
ſpecie formáue inter ſe differunt, diſcrimen tamen præcipuum in his eſt,
quòd in alia arbore fructúue nati,tranſlati in aliud genus ſeruari nequeũt.
B Ceraſten autem & in olea naſci, & in fico parere aſſeuerant. Habet itaque
& ficus ſuos uermes:& illos quoque emittit,quos alienos receperit: omnes
tamen in ceraſten figurantur,ſonúmq; edunt ceu paruuli ſtridoris. Et ſor-
bus arbor infeſtatur uermiculis rufis,piloſis, atque ita emoritur. Meſpila
quoque in ſenecta,obnoxia ei morbo eſt, uermiculationi ſcilicet . Aliqui
uoluocem appellant animal prærodens pubeſcentes uuas. Inuoluulum uo *Volnoces.* *Inuoluulus.*
cat Plautus nequam beſtiam & damnificam quæ in pampini foliis intorta
implicat ſe eáq; erodit.M.Cicero tradit animalia byturos uocari,qui uites *Byturus.*
in Campania rodant. Genus eſt animalis,inquit Columella,uolucra appel *Volucra.*
latur:id fere prærodit teneros adhuc pãpinos & uuas. Apud erithræos mi-
liuntis incolas(inquit Strabo)Ipoctonus colitur,quòd ipas,qui uitibus infe *Ips.*
C ſtiſſimi ſint,interficiat: nam ex erithręis omnibus ſolum inter illos hęc be-
ſtiola non gignitur. Olea ubi quercus effoſſa ſit male ponitur:quoniã uer-
mes qui ranæ uocantur in radice quercus naſcuntur,& tranſeunt. Anima- *Rana, uermis.*
lia quædam exilia in eſculis naſcuntur,appellantúrque galbæ. Materiã cæ- *Galba.*
ſam infeſtantium quatuor genera.Teredines capite ad portionem grauiſſi *Teredo,* τερηδών.
mo, rodunt dentibus, perforántque robora, uel ſono teſte. Hæ tantum in
mari ſentiuntur,nec aliam putant teredinem proprie dici.Terreſtres,tine- *Tinea.*
as uocãt:culicibus uero ſimiles,triphas. Quartum eſt & è uermiculorũ ge *Thrips.*
2 nere.Hęc Plinius:Theophraſtus uero ita habet,Quæ mari putreſcere aptæ Θρίψ, ὁ
ſunt, erodi à teredine ſolent ( teredo enim non niſi in mari enaſci poteſt) *Teredo,*
3 quæ autẽ terra,uermiculis quos σκώληκας uocant, & iis quos thripas:eſt autẽ τερηδών.
D ipſa teredo corpore parua,capite magno & dẽtibus. Qui uero thripes dicũ Σκώληκες.
4 tur,uermiculis ſimiles conſtant,quibus paulatim materies perforatur : ſed *Thrips.*
hæc curari facile poſſunt.Nam ſi offenſa materies trahatur in mare,durare
nimirum ualet:quæ uero teredinem ſenſerit,curari hæc minime poteſt.
Vermium autem qui naſci in materie ſolent, alij putreſcente ipſa materia Σκώληκες.
generantur:alij parientibus aliis uermibus.Pariunt enim uel in cæſa mate- *Vermes qui in ligno naſcuntur.*
rie uermes(quemadmodum in arboribus,qui ceraſtæ uocantur)cum ſcili-
cet tam eroſerint atque excauauerint,ut ſe circũagere poſſint. Fugiũt uer-
mes ligna odorata,amara,duráque:quoniã hæc erodere nequeant, ceu bu-
5 xum & cupreſſum. Laricem in maritimis nauibus obnoxiam teredini tra- *Teredo.*
dunt:& omnem materiem teredinem ſentire affirmant præterquam olea-

ſtrum atque oleam,quas amaritudinis cauſa,neque teredo neque uermicu E
lus rodit. Dicunt & pinum plusquam abietē corrodi à teredine poſſe: hanc
*Tinea, σὴς.* enim eſſe amaram, pinum uero dulcedinis nonnihil habere. Tineæ, quæ
græce σῆτες uocantur, in lanis & quibuſuis lanitio confectis, præſertim pul- 6
uerulentis, oriuntur: atque etiam magis ſi araneus unà includatur: ſi quid
enim humoris ineſt, hic abſorbens exſiccat. Naſcitur autē & in tunicis hoc
uermiculi genus: & in cera quoque uetuſta. Necnon in chartis libríſue gi-
gnuntur beſtiolæ perquā paruæ, partim ſimiles iis quæ in ueſte: partim ue-
ro ſcorpioni, ſed ſine cauda. Gignitur enim in libris beſtiola ſcorpioni ſimi
lis, quæ & chelas brachiáue forcipibus biſulcis dentata habet.

1 Sunt & coſſes,&c. σκώληκας ἐκ τῶν δένδρων, Theodorus Coſſos uertit. Paſcitur Picus Martius coſſis: Et cum coſſos uenatur, tam uehementer excauare, ut ſternere arbores dicatur. Huius generis uermium meminit & Galenus inter alimenta, lib.3 De alimēt. F
2 Theophraſtus,&c. Tria tantum genera poſuit Theophraſtus. 3 Quos Theophraſtus σκώληκας καὶ θρῖπας dixit, Theod. uermiculos & tineas uertit. Plinius: Tineas & thripas uocauit. & culicibus ſimiles thripas dixit: thripes etiam uermiculos ſignificare uidentur qui radices ſiccas erodunt: unde radices θριπήδεστοι dicuntur apud Theophraſtum. 4 Nam ſi offenſa materies,&c. Græce ita habetur πιπλοκοπηθέντα γὰρ ὅταν εἰς τὴν θάλατταν ἐλκυσθῇ, στέγει. 5 Teredinem,&c. In ueſtibus quoque & in carne ſunt teredines. Plinius lib.8.cap.48 de Seruij Tullij prætextu, Mirum nec teredinū iniurias ſenſiſſe,&c. lib. uero 28.cap.11. Carnes nullas teredinē ſentire, inquit, luna decreſcēte induratas ſale. 6 In lanis quibuſuis,&c. Tinea lanaria recte dicetur, ut altera lignaria, mea certe opinione.

*Tinea. θρίψ.*

*Tinea lanaria*

## De nonnullis quæ in aliis ſtirpibus, aut fructibus creantur, beſtiolis. Cap. CCXIX.

G

NOn in arboribus ſolum atque lignis aliíſque quæ inanima ſunt, animalcula gignuntur ſpecie uaria, ſed in fructibus quoque iis qui beſtiolas creant (nonnulli enim quia ſicci ſunt, uel quòd amaritudinem quādam aut acredinem habent, nulla animalia contrahunt) ſingula pro ſuo hu
*Κίς. Curculio. Μίδαι. Curculio.* more peculiare animal creant: ceu triticum atque ordeum τοὺς κίας, id eſt curculionem: fabæ, quod aliqui μίδαν: & ſimili modo lens, lenticula, & piſum, & alia. De curculione hæc tradunt. In reponendo tritico curāt, inquit I
Varro, ne humor aut aër tangere poſſit, niſi cum promitur ad uſum: quò enim ſpiritus non peruenit, ibi non oritur curculio. Sic conditum triticum
manet, uel annos quinquaginta: milium uero plus annos centum. Pura fru H
menta, inquit Columella, ſi in annos reconduntur, repurgari debent: nam quanto ſunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur. Multi tamen frumenta uentilare quoque uetant, quia magis miſcentur animalia totis aceruis: quæ ſi non moueantur in ſummitate intra menſuram palmi, ſubſiſtent: neq; ultra prædictam menſurā noxia animalia poſſe generari aiunt. Et gurgulionem, inquit Plinius, non deſcendere infra quatuor digitos tradunt, nec amplius periclitari frumētum. Factis granariis, amurca luto mi-
*Farris uermiculi.* ſta parietes linūtur: Hæc res, inquit Palladius, gurgulionibus & cæteris noxiis animalibus inimica eſt. Eſt in farre uermiculus teredini ſimilis, quo ca
*Vermiculatio pomorum.* uis dentium cera incluſo, cadere uiciati dicuntur. Vermiculationem poma

ipſa

A ipſa per ſe quibuſdam annis ſentiunt. mala, pyra, meſpila, punica, oliuæ, ſed in oliua ancipiti euentu: quando ſub cute nati uermes, fructum adimunt: augent ſi in ipſo nucleo fuere erodentes eum: caro enim non tangitur. Gigni illos prohibent flatus & pluuiæ quæ fiunt poſt arcturum: eædem ſi auſtrinæ fuere, generant. In fruticis cuiuſdam pomo cui κόκκος nomen eſt, naſcitur beſtiola, quæ cum fructus ad maturitatem peruenerit, euolat conopi ſimilis: antea uero quàm matureſcat, fructum colligũt, & animalculi ſanie lanas inficiunt. Inueniũtur in gramine uermiculi, qui adalligati collo cõtinent partum. Detrahuntur autem ſub partu, aliàs eniti non patiuntur: cauendum etiam ne in terram ponantur: conceptus quoque cauſa dantur in potu quini aut ſepteni. Is uermiculus qui in herba quæ Veneris labrum ap-

*Cocci uermiculus.* *Vermiculi graminis.*

B pellatur, inuenitur, cauis dentium inditus, mire prodeſt ut facile excidant. Sunt uermiculi in ſpinoſis herbis aſperi, lanuginoſi: hos adalligatos, protinus mederi tradunt infantibus ſi quid ex cibo hæreat. Galedragon uocat Xenocrates leucacantho ſimilem, paluſtrem herbam & ſpinoſam, caule ferulaceo alto, cui ſummo capite inhæreat ſimile ouo. In hoc exereſcente ætate, uermiculos naſci tradũt, quos pyxide conditos adalligari cum pane brachio ad eam partẽ qua dens doleat, miréque ilico dolorem tolli. Valere non diutius anno: & ita ſi terrã non attigerit. Sicuti thrips lignarius uermis, & cis triticarius uocatur, & ordearius, uti modo diximus: ſic ips corniculartius, ſic ueſtiarius & ix uitiarius appellatur, ut Phocion author eſt.

*Thrips.* *Cis.* *Ips. Sis, Σὴς. Ips, ut Strabo ni placet, uitiarius eſt uermiculus.*

1 De curculione. Populátque ingẽtem farris aceruum gurgulio, inquit Vergilius: C idem opinor qui curculio. *Gurgulio.*

## De beſtiolis quibuſdam, quæ in igne, niue, aut terra ipſa gignuntur. Cap. CCXX.

IN Cypro inſula ærariis fornacibus, ubi chalcites lapis ingeſtus pluribus diebus crematur, beſtiolæ in medio igne naſcuntur pennatæ: paulo muſcis grandioribus maiores, quæ per ignem ſaliunt atque ambulant. Volat
1 pennatum quadrupes, inquit Plinius, appellatúrque pyralis, à quibuſdam pyrauſta. Quandiu eſt in igne, uiuit: emoritur autem hoc genus, cum ab igne dimotum eſt, longioréue paulo uolatu euaſit. At uero aliis pyrauſta, cum flamma uel maxime uiget, aduolat: atque delapſus uiuus comburitur. In niue uetuſtiore gignuntur uermes qui & hirti ſunt & rubidi: quoniam & ipſa nix uetuſtate rufeſcit. In alia etiam niue & candidi & grandiores

*Beſtiolæ ĩ igne genitæ.* *Pyralis.* *Pyrauſta.* *Pyrigon.* *Vermes in niue.*

D inueniuntur. Torpent omnes, ac difficulter mouentur. Emoritur & hoc genus ſi à niue dimoueatur. Apollonides σκώληκας, id eſt uermes. Theophanes ὀριπὰς, beſtiolas uocauit in niue prognatas, in quibus & aquam puram & potabilem inueniri tradunt. Nec aliter in niue hæc animalcula procreari quàm in fornacibus metallicis κώνωπας, id eſt culices, ut uocãt, ex flamma & ſcintillulis. In luto, humeſcentéque humo ſponte proueniunt, quæ γῆς
2 ἔντερα, id eſt, inteſtina terræ uocantur, & uermes terreni atq; lumbrici. Vermis hæc habent naturam, corpus uero anguillarum: oculi his nulli. Ita ingrediuntur, ut præcedente parte priore, quod reliquum eſt corporis ad illã contrahant, atque hoc pacto ex uno loco in alium feruntur. Oriuntur autẽ

*Ὀριπαὶ, oripæ.* *Κώνωπες ex igne.* *Γῆς ἔντερα.* *Inteſtina terræ.* *Vermes terreni.* *Lumbrici.*

tum in mari,tum etiam in fluuiis ſtagníſque, putredinis maxime ratione, E
ſed in mari qua algæ fiunt:in ſtagnis autem & fluuiis iuxta ripas. Terreni
uermes triti præciſos neruos glutinant impoſiti:uulnera uero recētia adeo
conglutinānt,ut neruos quoque abſciſſos illitis,ſolidari intra ſeptimū diem
Democritus perſuaſerit:itaque in melle ſeruandos cenſet.Cinis eorū margines
ulcerum duriores abſumit cum pice liquida uel ſimblio melle. Quidam
arefactis in ſole ad uulnera ex aceto utuntur:nec ſoluūt niſi biduo intermiſſo.
Igni ſacro terreni uermes ex aceto illiti medentur. Capilli ne caneſcant,
eorum cinere præſtari,admixto oleo tradunt.Ad aurium uitia uel
deplorata,terreni uermes adipe anſeris decocti infunduntur. Ad dentium
dolores in oleo decocti,infuſique auriculæ cuius è parte doleant, præſtant
leuamentum:uel ſi in contrariam aurē inſtillentur, uti docet Dioſcorides.
Eorundem cinis exeſis dentibus coniectus,ex facili cadere eos cogit: inte- F
gros dolentes illitus iuuat:comburi autem oportet in teſta.Proſunt & cum
mori radice in aceto ſcyllite decocti, ita ut colluantur dentes: uermes terreni
illiti in ceruices & ſcapulas,ne nerui doleant,præſtant.Grauidis ſecundas
pellunt in paſſo poti.Iidem per ſe impoſiti mammarum ſuppurationes
concoquunt & aperiunt extrahúntque,& ad cicatricem perducūt. Lac deuocant
poti cum mulſo: podagras lenit eorum cinis cum melle, ita ut tertio
die ſoluantur: & pernionibus imponitur eorum fauilla cum oleo. Clauos
pedum ſanāt uermes terreni ex oleo.triti & ex paſſo epoti urinā ciunt.
Iubent & uermes terrēnos bibi ex uino aut paſſo ad comminuendos calculos.
Morbo regio reſiſtūt in aceto mulſo cum myrrha:tertianas diſcutiunt
decocti cum anſerino adipe & illiti.Multa & alia ex his remedia ſunt,pro- G
pter quæ in melle ſeruantur.

*Iuli,* ἴουλος.

1 Pyralis,&c. Pyrigona hunc uocat AElianus. 2 γῆς ἔντερα,&c. Iulos uocauit hos Numenius. 3 Corpus,hoc eſt corporis formam,opinor.

## De beſtiolis quibuſdam, quæ intra animalia aut eorum partes gignuntur. Cap. CCXXI.

*Lumbricus.* ἕλμις.

*Aſcaridæ.* ἀσκαρίδες.

*Lumbricus latus,* ἕλμις πλατεῖα.

IN excrementis adhuc intra animal contentis oriuntur lūbrici, (ἕλμινθας
Græci uocant) aliorum uermium more, qui ex putredine ortum habēt,
ex cruda ſcilicet & craſſa pituita.Tria horum genera,latum,teres, & quod
aſcarida appellatur. Sunt porro aſcaridæ paruuli quidā lumbrici, qui parte H
potiſſimum inferiore plenioris inteſtini, quæ podici proxima eſt, gignuntur,
uehementem pruritum loco afferentes:apparéntque plurimi in iumen 2
tis qui male cibum concoquunt. Sentiunt hoc malum homines præcipue
ante pubertatem: uehementioráq; medicamenta ad earum curationē deſiderant,
quàm lumbrici teretes.Ex aſcarida nihil aliud procreari poteſt:latum
autem genus ſolum inteſtino adhærens, parit ſimile cucumeris ſemini:
quo indicio medici id genus lumbrici ineſſe intelligunt. Eſt uero latū illud
genus ueluti pellicula intrinſecus inteſtina cōtegens,in corpus quoddā
uiuum permutata.Longiſſimus hic lumbricus,& qui ſæpe per tota protenditur
inteſtina.Egeritúrque nonnunquam integer,tricenum pedum, aliquando

A quando & plurium longitudine. Nonnunquam particulatim eiicitur. Di-
3 citur & κειρία & ταινία, quod faſciis inſtitiſue ſimilis ſit. Rarior hic uiſitur. At *Κειρία.*
lumbricus teres frequentior, ac proinde nulli non cognita forma eius eſt. *Ταινία.*
In ſuperioribus maxime inteſtinis gignuntur teretes adeo, ut ad uentricu- *Lumbricus*
lum ipſum nonnunquam aſcendant, & per os quandoque aut nares efferã- *teres.*
tur. In pueris multi, & frequentius quàm Aſcarides procreantur: faciliúſq; *Ἕλμις στρογγύλη.*
medicamentis amaris deiiciuntur quàm alij. In cruribus frequenter, non-
nunquam uero & in brachiorum muſculis, lateribúſque ipſis naſcuntur
uermes qui dracunculi uocantur: ſpecie terrę uermibus ſimiles, quãdoque *Dracunculus,*
magni, nonnunquam uero minores. In Æthiopia Indiáque, & quæ ſupra *Δρακόντιον.*
Ægyptum ſunt locis, frequentius hoc malum contingit. Eſtque eorum ge
neratio lumbricis uentris quos latos uocant, non diſſimilis: ſub cute nãque
B mouentur uiui, nihildum afferentes moleſtiæ: procedẽte deinde tempore,
ad alterum eius finem ſuppuratur locus, cutíſque aperitur, & dracunculi
caput exeritur: quem ſi in curando traxeris, dolor uehemẽs excitatur, præ-
ſertim ſi intra trahendum rumpatur dracunculus: quod enim relinquitur
dolores affert moleſtiſſimos. Hęc Leonides. At Soranus animal eſſe dracũ-
culum hunc negat: ſed neruoſam quandam ſubſtantiam eſſe affirmat, quæ
non mouetur, ſed motum quendam habere uidetur. Eſt uermiculus in lin-
gua canũ, qui uocatur à Græcis lytta: quo exempto infantibus catulis, nec *Lytta.*
rabidi fiunt, nec faſtidium ſentiunt. Ouem infeſtat uermiculus, qui in ipſo
diſcrimine ungulæ naſcitur, cum idem locus tubertulum habet, cuius me-
dia fere parte, canino ſimilis extat pilus, eíque ſubeſt uermiculus. Ferro cau
C tiſſime tuberculum circunſecari oportet, ne dum amputatur, etiam quod
infra eſt animal uulneremus: id enim cum ſauciatur, uenenatam ſaniẽ mit
tit, qua reſperſum uulnus inſanabile facit, ut totus pes amputandus ſit. Pi-
ſcibus (ut ſupra dictum eſt) innaſcuntur quædam minuta animalia quæ
partum expellunt. Narrant & beſtiolas quaſdã uelut lumbricos intra ſpon
gias conſiſtere atq; ali, quos & euulſis ſpongiis piſciculi ſaxatiles deuorãt.

1 Intra animal, &c. Inteſtinorum animalia uocat hæc Plinius. 2 In iumentis qui male, &c. Solent uitulis, inquit Columella, nocere lumbrici, qui fere cruditatibus naſcuntur. 3 Dicitur & κειρία & ταινία, &c. Plinius: Tineam uocat, niſi codices ſint mendoſi: pro tænia.

D

## De iis quæ carnis uiuæ humore aluntur, ut pulice, pediculo, ricino, & ſimilibus. Cap. CCXXII.

QVæ ex numero inſectorũ, non carne uiuunt, ſed carnis uiuæ humore
aluntur, ut pediculi, pulices, cimices: hęc per coitum generant ea quę
lendes uocantur, ex quibus nihil præterea naſci poteſt. ex iis e- *Lendes.*
nim neque ea quæ generarint, proueniunt, nec aliud ullum animal: ſed id *Κονίδες.*
quod ſunt, ſordes tantum perſiſtunt. Vnda maris lendes capiti deducit ini
quas, inquit Serenus. Gignuntur pediculi in uiuentium hominum capil- *Pediculus.*
lo (ueluti in capite) non in ſuperficie ubi furfures conſiſtunt, ſed in profun- *Φθείρ.*
da cute, ex humoribus quibuſdam calidioribus quidẽ, ſed qui minus acres *Φθείρ.*
1 ſint. Pediculi etiam ex ipſa carne oriuntur, quibus futuris emergũt ceu pu-

ſtulæ quædā ſine pure exiguæ, quas ſi pungas pediculi exeunt. Accidit mor E
bus hic nonnullis hominibus præ nimio corporis humore: & quidem ali-
quos hac fœditate obiiſſe proditum eſt, ut Alcmanem poetam: Pherecidē
Syrium, & Scyllam præterea dictatorem. Diodorus pediculos facere ocy-
mi cibum prodidit. Gignuntur & ex ueſtis genere pediculi: ſunt enim ouiū
quas lupus occiderit uellera, & facta ex his ueſtis, lōge quàm cætera aptio-
ra ad pediculos procreandos. In quibuſdam item morborum generibus, co

*Pediculus ferus.*
*φθεὶρ ἄγειος.*
*Pediculorum genera.*

pia naſcitur pediculorū. Genus pediculi ferum uocatū eſt, durius eò quòd
in plurimis gignitur, & corpori detrahi difficilius. Pueris pediculi in capite
magis proueniunt, uiris minus: omnino fœminæ magis quàm mares pe-
diculum ſentiunt. Quin & ex cæteris animalibus complura pediculo infe F
ſtantur, ut aues: & phaſianæ quidem ex eis intereunt, niſi ſe puluerēt. Pilos
habentium, aſinum tantum immunem hoc malo credunt: qui non pedicu
lo tantum, uerumetiam ricino immunis eſt. Boues utrunque id habent: o-
ues & capræ ricinos habent, pediculis uacant: ſuibus quoddam pediculi ge-
nus grande ac durum familiare eſt: canibus propriū eſt ricinus, qui ab eodē 2

*Cynorrhaiſtes.*
*Cynomya.*
*Ricinus.*
*κρότων.*

animali nomē cynorrhaiſtæ accepit. Eſt uero ricinus (κρότωνα Græci uocāt) 3
animal, ut inquit Plinius, fœdiſſimū, infixo ſemper ſanguini capite uiuens
atque ita intumeſcēs, unum animalium cui ſibi non ſit exitus, dehiſcítque
nimia ſacietate, alimento ipſo moriēs, cum diutius in fame uiuat: ſeptenis
ita diebus duraſſe tradunt: at in ſacietate paucioribus dehiſcere. Nunquam
in iumentis gignitur: in bubus frequens: in canibus aliquando: in quibus G
omnia: in ouibus & capris hoc ſolum. Genus unumquodque pediculi ex
corpore ipſo ſui animalis enaſcitur. Proueniunt largius pediculi mutatio- 4
ne aquarum, quibus lauare ſe ſolent ea quorum natura pediculum patitur.
In mari etiam piſces hoc malum infeſtat: uerum nō in piſcibus ipſis, ſed in
limo gignitur ſimile aſellis multipedibus, niſi quod caudam hoc ampliuſ-

*Pediculus marinus.*
*φθεὶρ θαλάσσιος.*

culam habeat. Genus pediculi marinum unum eſt ubique proueniens: ſed
maxime in foraminibus & cauernis. Quibuſdam uero piſcibus ipſis inna-
ſcuntur, quo in numero chalcis accipitur. Vocant & in mari pediculos, in-
quit Plinius, cóſque tritos inſtillari ex aceto auribus iubent. Item, rigor cer
uicis mollitur cum marinis qui pediculi uocantur, drachma una pota. Pi-

*Pulex marinus.*
*ψύλλα θαλάττιος.*

ſces uel manu caperentur dum dormiunt, niſi pediculis & pulicibus appel-
latis ſolicitarentur: nunc uero ſi ſomno dati immorentur, noctu ab innu- H
mera multitudine illarum beſtiolarum occupati abſumerentur. Gignun-
tur hæ in profundo maris tanta fœcunditate, ut etiam eſcam de piſce emo-
litam, ſi diu in imo manſerit, totam corrodant atque abſumāt. Et quidem
ſæpenumero piſcator eſcam demiſſam, glomeratis undique his beſtiolis,
perinde ut pilam recipit. Habent thunni & gladij circa canis exortum cir-

*OEſtrus.*
*οἶστρος.*
*Aſilus.*
*Pulex, ψύλλα.*

ca pinnas, ceu uermiculū quem œſtrum uocant, effigie ſcorpionis, magni-
tudine aranei. Infeſtat hoc tāto dolore, ut interdum gladius è mari exiliat:
unde fit ut ſæpenumero in nauigia incidat. Pulices minima quadam putre
dine gignuntur: ſedémq; ſui ortus, ſordes obtinent aridas. Lendes procreāt 5
oui ſpeciem referentes: crura habēt poſteriora mediis longiora, quibus ſa- 6
liunt.

A liunt. Cimices genus animalis fœtidiſſimum, & dictu quoque faſtidiendũ, ut inquit Plinius, ex uapore quodã humidiore ab animalium corporibus foris collecto gignũtur. Cimices qui in lectis naſcuntur, acri facultate præditi ſunt: & cum uino aut aceto epoti, adhærentes hirudines abigere dicuntur. Fabarum cauis incluſi proſunt, ſi ante acceſſionem ſepteni deuorentur, iis qui febre quartana laborant. Percuſſis uero ab aſpide, etiam citra fabas ſumpti: olfactu, ſtrangulationibus uuluæ concidentes reuocant. Triti & urinariæ fiſtulæ impoſiti, urinæ anguſtiam quam diſuriam dicunt, leuant. Hæc Dioſcorides. De cimicibus, inquit Galenus, prodidere nonnulli, quòd ſi ex aceto bibentur, hirudines epotas eiiciãt: nobis uero, cum eas perpetuo *Cimices.* *Κόρεις.*

B ex allij eſu abegerimus, minime opus cimicibus fuit. Quæ de cimicum natura dicuntur (ut Plinius refert) tanta authorum aſſeueratione cõmendantur, ut quanuis pudenda dictu, ea præterire fas non ſit. Hæc contra ſerpentum morſus & pręcipue aſpidũ ualere dicitur: item contra uenena omnia: argumento quòd dicunt gallinas quo die id ederint, nõ interfici ab aſpide: carnes quoque earum percuſſis plurimum prodeſſe: ex iis quæ tradunt humaniſſimũ eſt, illinere morſibus cum ſanguine teſtudinis. Item ſuffitu eorum abigere ſanguiſugas adhærentes, hauſtáſq; ab animalibus reſtinguere in potu datos. Quanquam & oculos quidam his inungunt tritis cum ſale

7 & lacte mulierum: auréſque cum melle & roſaceo ammixtis. Eos qui agreſtes ſint & in malua naſcãtur, crematos cinere permiſto roſaceo, infundunt auribus. Cætera quæ de his tradunt, uomicæ & quartanarum remedia, aliorúmque morborum: quanquam ouo, aut cera, aut faba incluſos cẽ- *Cimices agreſtes.*

C ſent deuorandos, falſa nec referenda arbitror. Lethargi tamẽ medicinæ cũ argumento adhibent, quoniam uincatur ſomnifica uis, ſeptenos in cyatho aquæ dantes, puerilibus annis quaternos. Et ſtranguriæ fiſtulæ impoſuêre: adeo nihil illa rerum omnium parens, ſine ingentibus cauſis genuit. Cimicibus aduerſatur ſcolopendra, ſuffitúque necat.

1 Carne oriuntur. Naſcuntur quoque, inquit Plinius, in ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Puſtulæ, ἴονθοι. 2 Cynorrhaiſtæ, à quibuſdam cynomyæ dicuntur, ut notat Hermolaus. 3 Κρότωνα Theodorus rediuum uocat, forſitan ex Columellæ authoritate lib. 6. Verum conſiderandum ne deprauata ſint quædam Columellæ exemplaria, rediui pro ricini habentia, uti in aliis legitur. 4 Crotones in gramine oriuntur, inquit Ariſtoteles. An idem ſit animalis genus; an corrupta ſit *Rediuus.*

D litera? 5 Sordes aridas, κόπρος ξηρά. Generantur ſordibus aridi ſoli, inquit Plinius: in quibuſdam exemplaribus Plinianis, non aridi ſoli, ſed à radiis ſolis, legitur. 6 Pulex apud Columellam in horto, pro uermiculo aut eruca quadam accipitur, herbas erodente. 7 In malua, &c. Plinius. E malua cimices infundũtur auribus cũ roſaceo. *Pulex.* *E malua cimices.*

## De blattis. Cap. CCXXIII.

HOc quoque animal inter pudenda eſt: ſed propter ammirationem naturæ priſcorúmque curam, totum in hoc loco explicãdum. Tenebra-

1 rum alumnæ blattæ ſunt, lucémque fugiunt: in balneis maxime humido uapore prognatæ. Eſt quædam pinguitudo blattæ ſi caput auellatur: hanc tritam unà cum roſaceo, auribus mire prodeſſe dicũt: ſed lanam qua inclu- *Blatta.* *Σίλφη.* *Alias, priſcorúmque curæ.*

ſcrint, poſt paulum extrahendam. Celerrime enim id pingue tranſire in a- E
nimal, fieríue uermiculum: alij binas ternáſue in oleo decoctas efficaciſſi-
me auribus mederi ſcribunt, & tritas in linteolo imponi contuſis. Blattæ
quæ in piſtrinis inueniuntur (ut ſcribit Dioſcorides) interanea trita cũ oleo
aut decocta, aurium dolores inſtillata mitigant. Galenus totum animal in
*Blatta mollis.* oleo coctum hæc efficere nonnullos affirmare prædicat. Plura earum gene
ra fecerunt: molles, quas in oleo decoctas uerrucis efficaciter illini experti
*Mylœcos.* ſunt. Alterũ genus, mylœcon appellauere, circa molas fere naſcens. Has ca 2
pite detracto attritas, lepras ſanare Muſa & Picton in exẽplis reliquerunt.
Tertium genus, & odoris tædio inuiſum, exacuta clune, cum piſſeleo ſana-
re ulcera tradunt, aliàs inſanabilia: ſtrumas, pauos, diebus XXI impoſitas, F
percuſſa, conuulſa, cacoëthe, ſcabiem, furunculóſque detractis pedibus &
pennis. Nos etiam hæc auditu faſtidimus: at Hercule Diodorus & morbo
regio & orthopnoicis reſtitiſſe tradit cum reſina & melle: humaniſſimi eo
rum, cinerem crematarum reſeruãdum ad hos uſus in cornea pyxide cen-
ſuere: aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoicis aut rheumaticis. In-
fixa utique corpori illitas extrahere cõſtat. Cunilæ tertium genus eſt quæ à
Græcis maſcula, è noſtris cunilago uocatur: manipulo eius abiecto, omnes
etiam à tota domo blattas conuenire ad eam tradunt. Eſt ſimilis uerbaſco
herba quæ ſæpe fallit pro ea capta. Hæc abiecta, blattas in ſe cõtrahit: ideó-
que Romæ blattariam uocant: & inſectorum quidem ratio talis eſt.

G

*πραβηκουείδας* 1 Blattæ. πραβηκουείδας. Blattas interpretatus eſt Theodorus. Verum eo in loco
mendoſa eſſe opinor exemplaria Græca. Neque καράβων eo in loco, neque κυράμβων
legendum cenſet Hermolaus, ſed κραμβῶν, ut ſit ſenſus πρασοκουρίδας in braſſica gigni
apertum eſt, quæ & ipſæ pennatæ ſunt. Vocantur autem praſocurides (ut ille ait) uer-
miculi porros, braſſicam, lactucáſque infeſtantes, & alia quædam olerum. 2 My-
*Mylacris.* lœcon, aliàs mylacrin.

# A DE ANIMALIVM DIFFERENTIIS LIBER X.

Continet exanguium aquatilium differentias, ſcilicet mollium, cruſtaceorũ, teſtatorum, & quę zoophyta appellantur, quę omnia à nonnullis etiam piſcium nomine uocantur.

## De his quæ mollia dicuntur. Cap. CCXXIIII.

B SEquitur natura molliũ, Græci μαλάκια & μαλακόδερμα, nos mollia appellamus animalia quę ſanguine carent, & foris carne cutéq;, ut homines, molli obducta, ſolidum intus, modo ſanguinei generis continent, quale ſepia eſt. Partes eorum quæ mollia nominamus, exteriores, pedes uulgari nomine, ſiue brachia, barbęúe aut cirri: græci πλεκτάνας dicũt: & iis adiunctum caput: tum alueus ſiue ſinus (κύτος Græci dicunt) corporis ipſius molẽ complectens, quem pinnulæ ambiunt in orbem: caput eum nonnulli minus recte appellarunt. Caput uero omnibus contra quàm cæterorum animalium inter crura. A polypo differunt cætera mollia, eo quòd alueus po-
C lyporum paruus breuiſque & crura prælonga, cæteris ediuerſo, alueus amplus & procerior, crura breuia, ita ut poteſtas nulla ſit ingrediẽdi: ſunt itaq; crura omnia in priore corporis parte, circum caput, infra oculos, circa os & dentes. Sed cum cętera animalia, quibus pedes, aut parte priore poſterioréque eos habeant, aut latere, ut ea quæ multis pedibus innituntur & ſanguine carent, hoc unum genus pedes parte, quam priorem in eo capimus, omnes continet. Pedes octoni omnibus, modo tamen diſſimili: ſepię enim atque lolligines pedes habent ſupra dentes ſenos exiguos & breuiores, eorúmque nouiſſimos duos maiores: reliquos autem octonorum duos infra dentes, omnium maximos: polypus longos obtinet, & medios quatuor ha-
D bet maximos. Promuſcides habent binas prælon̄gas & aſperas ſepiæ & lolligines, quibus ueluti anchoris innitantur, ſéque ſtabiliant, ne æſtu maris tempeſtatéque exturbentur ſaxis: utque de longinquo cibum ori admoueant: at iis polypi carent, quoniam pedes ad eundem uſum commodos habeant. In cruribus geminum habent acetabulorum ordinem, à capite in extremos uſque cirros cætera omnia præter unum polypi genus quod heledona uocant: quod unum ex mollium numero ſimplicem acetabulorum ordinem habet. Caput omnibus (ut modo diximus) inter crura continetur. Huius pars os eſt, in quo dentes duo. Lingua nullis in hoc genere data eſt: ſed pro lingua carnoſum quiddam, quo uice linguæ utuntur: quo ſcilicet uoluptatem eſculentorum diſcernant. Supra hæc oculi bini grandiuſculi:

*Mollia.* Μαλάκια. Μαλακόδερμα. *Brachia.* *Barbæ.* *Cirri.* Πλεκτάναι.

quibus diſcrimen exigua quædam præſtat cartilago continens cerebrum E
paruulum. Fiſtulam ante alueum, ſupra caput & brachia gerunt, qua mare 1
tranſmittunt, quantum ſuo admiſerint alueo quoties ore aliquid capiunt,
eámque modo in dextram partem transferunt, modo in ſiniſtram. Et hac
eadem fiſtula polypi ſuum quoque atramentum fundere aſſolent. Pinnu-


lam habent hæc omnia circundantem alueum, ut natent & ſe dirigant,
(quemadmodum piſces ſua cauda pene cartilaginata) ſed non omnia eodē
modo. Natant mollia tum pedibus ipſis tum pinnis. Quantum uero ad in-
teriora attinet, omnibus mollibus cerebrum datum eſt: quod tamen mini-
me cerebrum dicitur, niſi per proportionē. os gula excipit anguſta & lon-
ga, quam ſequitur πρόλοβος, id eſt, ingluuies ampliuſcula, non abſimilis aui-
bus: cui iungitur uentriculus tanquam abomaſum, forma clauiculæ bucci- F
norum. Inteſtinum ab eo tenue (quod craſſius tamen quàm gula eſt) partē
repetens ſuperiorem, ad locum fertur ori uicinum, ſed paulo infrà: ſunt nā-
que in hoc mollia turbinatis ſimilia. finis enim ad principia flectitur, con-
trario quàm in omnibus aliis modo, ut in deſcriptione conſpicitur. Viſce-

*Μύτις. Mutis. Θόλος. Atramentum.*

ra mollium nullis, ſed habent quam μύτιν, id eſt mutem appellant: & præ-
terea atrum quendam humorem habent ſibi peculiarem, cui nomen θόλος,
id eſt atramentum, tunica contentum membranea, quod plurimum in ſe-
pia eſt. Et hoc ſane præſidij ſalutíſque gratia poſſident: effundunt enim ſuū 2
id atramentum omnia metu perculſa, ſed præcipue ſepia. hoc enim effuſo
humore, aquam infuſcant, ſibíque nigrorem uelut ſeptū præponunt & tur
bulentiam, quaſi quo ſe abſcondant. Accreſcítque hic humor denuo poſt- G

*Mutis. Μύτις.*

quam emiſerunt, ut nunquam copia deſit atramenti. Mutis in mollium ge
nere, id eſt, quod ei parti proportionatur, quæ in ſanguineo genere cor ap-
pellatur: id membrana continetur humidū, ſub ore, & per eam gula in uen-

*Atramentū. Θόλος.*

trem pertendit, admota potius tergo. At uero atramentum infrà contine- 3
tur, tunica etiam contentum membranea: polypis quidem & lolliginibus 4
prope mutim potius poſitum, ſepiæ uero infrà ad aluum & qua inteſtinū
petere incipit ſuperiora: meatúmque ſuum eadem obuolutum habet mē-
brana qua inteſtinum: atque idem foramen emittendi atramenti excremē
tíque eſt: ea ſcilicet parte quæ fiſtula uocatur, quæ in ſpinis poſita eſt. Ha-
bere fœminas omnes in hoc genere membrum uuluale apertum eſt: mem-
branas ſcilicet in quibus oua tanquam in uulua continentur. habent enim
ouum primo indiſcretum, mox diſcretum in plura: & pariunt omnia im- H
perfecta more ouiparorum piſcium. In ſepiis & lolliginibus uulua ita arti-
culata eſt, ut bifida cernatur: at polyporum ouum ſimplex uidetur, ob uteri
formam, quæ ſpecie rotunda conglobatáque eſt. Differunt fœminæ à ma-
ribus, quòd in mare meatus quidam ſubditus gulæ à cerebro in ima aluei
pertendit, idque ipſum ad quod fertur ſpeciem mammæ imitatur: in fœmi
na duplex idem illud ſupráque poſitū habetur. utroque tamen in ſexu cor-
puſcula quædam ſubrùbra parti eiuſmodi ſubiuncta ſpectantur. Mollia fe-
re tota carnoſa & tactui cedentia ſunt: nihil enim oſſis, nihil fere terreni ha
bere diſcretum uidentur, quod dignum effatu ſit: ne tamen corpus eorum
facile

A facile pereat, naturam inter carnem & neruum obtinent. mollis enim ut caro, ſed intēdi poteſt ut neruus. Fiſſilis autem caro eorum eſt, uerum nō per directum, ſed in anfractum: cutéque omnibus intecta eſt, uti modo dictū eſt: quædam etiam ueluti capillamenta in corpore omnium habentur. Sepiæ quoque & lolligini & lollio partes duræ ac ſolidæ intus per dorſum & corporis prona continentur, quas non eodem appellant nomine: ſed quod inſertum ſepiis eſt, ſepium uocāt, quod lolliginibus & lolliis, ξίφος, id eſt, gladiolum, uti infrà explicabitur. At polypis nihil huiuſcemodi ſolidū intus, ſed circa caput cartilaginoſum quiddam eſt, quod ſeneſcētibus indureſcit. Mollia omnia eodem modo coeunt: oribus enim inuicem admotis, complexúque mutuo brachiorum libidinem explent. ſic enim coniungi neceſ-
B ſe eſt, quoniam natura exitum excrementi prope os inflectēdo adduxerit, ut antea dictum eſt. Pariunt ea ſui corporis parte, quę fiſtula dicitur, qua & coire ea nonnulli arbitrantur. Polypi in terram uerſo capite coeūt: reliqua mollium tergo, inquit Plinius, ut canes. Verno tempore pariunt, & ſepia in primis. pariunt autem oua imperfecta: quæ ut tueantur, plurimum lentoris unà cum fœtu emittunt. augentur oua omnium, & accreſcunt more uermium. Ouum habent omnia candidum, quod tempore arenidum euadit, ueluti & illud quod cruſtata edunt. Sed cum genus omne cruſtatum ſibi iuncta contineat oua, itáque foueat, polypus & ſepia & reliqua generis eiuſdem, oua quæ pepererint, abſoluta fouent. Huius generis mas ſub partu oua quæ fœmina ediderit, perſequitur ſuum ſemen aſpergens: redduntúrque
C eorum oua tanquam glutino cohęrentia, (id quod non niſi in ſepiis uiſum adhuc eſt, uerum in reliquis eiuſdē generis id fieri ratio eſt:) & quæ uitale id uirus contigerint, ex iis enaſcuntur animalcula, quemadmodum de piſcibus dictum eſt. Mollia ſenſibus prædita eſſe omnibus conſtat: iam enim ſepiæ & polypi odore eſcarum allectati capiuntur: neque eiſdem ſaporibus omnia delectantur. E genere mollium nullum eſt, quod uel uocē uel ſonum emittit naturalem. Mollia omnia carniuora ſunt, & ſola carne ueſcuntur. Lolligines nanque atque ſepiæ piſces uel maiores euincunt. Polypi conchulis maxime ueſcuntur. Præſtant mollia cum grauida ſunt, ut lolligines, ſepiæ, polypi. Duræ carnis hoc genus eſt, concoctu difficile, nonnihil ſalſedinis particeps. At ſi probe concoquatur uberius alimētum cor-
D pori præbet, ſed crudi humoris plurimum creat: ſuccúmque craſſum & tenacem. Venerem concitare mollia in cibo, prodidit Diocles, maxime uero polypos.

1 Fiſtulam, &c. Videtur Theodorus in hoc Ariſtotelis loco, atque etiam Plinius, fiſtulam hanc polypo tantum tribuere, & ſane perobſcure pronuntiat hæc Ariſtoteles: ſed longe aptius eadem in lib. de reſpiratione explicat, ubi aperte mollibus omnibus fiſtulam ante cerebrum ineſſe oſtendit. 2 Hunc humorem pro ſanguine his ineſſe ſentit Plinius. 3 Admota potius tergo, πρὸς τὰ πρανῆ μᾶλλον. 4 Continetur tunica, &c. Tunicam hanc in polypo μήκωνα uocat Athenæus. Μήκων.

## De polypo. Cap. CCXXV.

POlypus è molliū genere animal, ab aliis mollibus hoc præcipue differt, quòd eius alueus (quem caput polypi uocāt nonnulli) paruus eſt & cru- Polypus. Πολύπους.

ra prælonga:cum cæteris ediuerſo,alueus amplus eſt,crura breuia. Hæc po E
lypo,ut & aliis,octona(ſed quatuor quę in medio ſunt maxima)quibus ma 1
nuum loco pedúmque utitur. Nam duobus quæ ſupra os ſita ſunt,cibū ori 2
admouet:ultimo uero,quod & acutius & ſolum albicās eſt,& parte ſui ex-
trema bifurcatum dorſóque adnexum in coitu utitur. Polypus enim mas,
ut nonnulli affirmant,in hoc ſuo brachio,in quo duo ampliſſima habentur
acetabula,id gerit quod genitalis ſpeciem refert:quod quaſi neruo conſtat
album,porrectum ad medium uſque brachium. Promuſcide carent poly-
pi,quoniam pedes ad eundem uſum commodos habēt. Pinnulam quæ al-
ueum circundat paruam habent miniméque conſpicuam. Fiſtula his caua, 3
ut & aliis in anteriore aluei parte ſita ſupra brachia geritur. Caput polypo
quādiu uiuit prædurum eſt,& quaſi inflatum. Tangunt ac tenent brachiis
ſupinis:membranámque pedibus interiectam totā extendunt. Polypis ni- F
hil ſolidum intus,quemadmodum ſepiis ſepium eſt, ſed circa caput carti-
laginoſum quoddam eſt,quod ſeneſcentibus dureſcit. Membranam illam
μήκων. quæ atramentum polypi continet, μήκωνα uocāt quidam:quæ in polypo ſu-
pra uentriculum apud mutim ſita eſt:continet humorem in ſe nō nigrum
ut in ſepiis,ſed ſubrufum,quo,ut diximus, in metu utitur. Mas à fœmina
diſcrepat eò quòd capite eſt productiore: & quod genitale piſcatores appel
lant albidum illud ſuo in brachio continet. Veſcuntur maxime conchylio-
*Aliàs, complexu crurum.* rum carne polypi,quorum conchas complexu crinium frāgunt: quo fit ut
eorum cubilia cognoſcant qui uenantur,congerie teſtarum. Trebius quo-
que Niger prodidit,auidiſſimos eſſe concharum polypos:illas ad tactum cō
primi præcidentes brachia eorum. Inſidiantur ergo polypi apertis,impoſi- G
tóq; lapillo extra corpus,ne palpitatu eiiciatur, ita ſecuri graſſantur, extra-
húntque carnes:illæ ſe contrahunt, ſed fruſtra diſcuneatæ. Tanta ſolertia
animalium hebetiſſimis quoque eſt. Hyeme tempeſtuoſa in cauernis lati-
tat polypus,& crura ſibi ipſi erodit,ut tradit Oppianus. Ariſtoteles autem
falſo hoc à nonnullis creditū affirmat. id enim à congris euenit ei: nam cō-
gri polypos ſuperant & edunt:unde fit ut aliqui capiantur qui brachia à cō 4
gris corroſa habeant. Polypi odore eſcarum allectati capiuntur:ita enim
quandoque adhæreſcunt,ut auelli inde non poſſint,ſed truncari potius pa-
tiātur:at uero pulicaria herba admota, protinus ab odore eius reſilire dicū
tur. Fronde quoque oliuæ capitur polypus: & in terrā oliuæ deſiderio egre-
ditur. Polypis coitus cum alter capite uulgo appellato in terram uerſo ni- H
tibundóque explicat,porrigítque ſua brachia,alter ſuperuenit,paſſíſq; bra
chiis ſingulis ad ſingula ſubiacentis acetabulorum complexu mutuo adhæ
reſcit. Marem nonnulli aiunt gerere,quod genitalis ſpeciē referat uno bra-
chiorum,uti modo diximus,in quo duo ampliſſima acetabula habentur:
ídque quaſi neruo conſtare,porrectum ad medium uſque brachium con-
firmant:totúmque nari fœminæ adnecti. Hyberno tempore coit polypus,
uerno parit. Latet circiter menſes duos. Ouum edit uel in cubili ſuo,uel in
figulino,ſimile labruſcæ racemulis,aut fructui arboris populi albæ: quod
foris quidem unū,ſimplexq; incomptum & grande eſt:intus humorē can-
dicantē

A dicantem concolorem totum, atque æquabilem continẽs. Perquam fœcũdum hoc animal eſt: nam de eo quod ediderit, copia innumera prouenit. Tantáque fœcunditate pendent oua per cubile, ut collectis uas impleatur longe amplius quàm caput ſit quo continebantur. Polypus fœmina modo incubat ouis, modo in ore ſui cubilis aſſidens, brachium ſuper oua exporrectum tenet: uel ut Plinius refert, modo in cauernis ſedet, modo cauernam cancellato brachiorum implexu claudit. Polyporũ itaque ouis diebus poſt quinquaginta maxime ruptis, polypuli modo araneorum perquam multi exſerpunt, quorum natura ſigillatim nondum in omnibus membris cõſpicua eſt, quanquam forma ſatis nota apparet: ſed ob exiguitatem imbecillitatémque copia interit. Iam nonnulli adeo ſpectantur exigui, ut nulla partium conſtent diſtinctione, quanuis ad tactum moueantur. Dum fouẽt polypi oua, deterrimi efficiuntur: haud enim paſtum prodire patiuntur. Biẽnio non amplius uiuit polypus magna ex parte: ſua enim natura tabi obnoxius eſt: indicium autem ne bimatum compleãt eſſe uidetur, quòd ab ortu eorum (qui æſtate fit) ad autumnum, non facile grandem polypum uideris, cum paulo ante id tempus prægrandes ſpectentur: à partu ita ſeneſcere debilitaríque tam marem quàm fœminam ferunt, uel ut à piſciculis deuorẽtur, & facile à ſuis detrahantur cubilibus: cum antea nihil tale his uſu eueniat: tum uero paruos nouellóſque quanuis recens natos, tamen nullo eiuſmodi malo affici narrant: quinimo ualidiores eſſe quàm grandes confirmant. Polypus fatuus quidem eſt, cum ad manum hominis demiſſam accedat: ſed prudens rei familiaris, cum omnia colligat, & ſuo in domicilio recondat: cúmque conſumpſerit quantum utile ſit, abigit teſtas, & cãcrorum cruſtas, & putamina conchularum, & ſpinas piſciculorum. Sui etiam mutatione coloris uenatur piſces: trahit enim colorem ſimilem iis quibus appropinquarit ſaxis: quod idem etiam cum metuerit facit. Mirum quod de huius ingenio prodidit Ouidius: polypum hamos appetere, brachiiſq; cõplecti, non morſu: nec prius dimittere quàm eſcam circunroſerit, aut arũdine leuatum extra aquam. Trebius niger prodidit, nullum eſſe atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim cõplexu, & ſorbet acetabulis, & numeroſo ſuctu detrahit eum. In naufragos urinantéſue impetum capit: ſed ſi inuertatur elangueſcit uis: exporrigunt enim ſeſe reſupinati. Morſu non lædit polypus, ſed ſanie quadam noxia quæ è corpore eius effluit, ut prodidit Oppianus. Mollium unus polypus exit in ſiccum, graditur per aſperiora, uitat leuia. In cibo datus, uenerem cõcitat omnium mollium maxime: iurulentus aluum reddit humidam, ſi uehementer coquatur. De polypo & hæc traduntur: muriã ipſum ex ſeſe emittere, & ideo non debere addi in coquendo: ſecari arundine: ferro enim inſici uitiúmque trahere. Polyporum genera plura ſunt: unum cõſpectius & maximum: cuius generis qui prope terram degunt, maiores ſunt quàm pelagij: alterum corpore exiguo uarióque eſt, cibo ineptum: aliud quod heledonam uocãt, *Heledona.* crurum prolixitate diuerſum (crura enim habet longa) & quod unum ex mollium numero ſimplicem in brachiis acetabulorum ordinem habeat:

(The margin letters B, C and D stand beside the lines beginning "tium conſtent", "dat: ſed prudens" and "ſupinati. Morſu" respectively.)

*Boletena.* Ad hæc polypi genus eſt quod alij boletenam, alij ozolim dicũt, Plinius o- E
*Ozolis.* zænam dictam à graui capitis odore putat:ob hoc maxime murenis eã cõ-
*Ozæna.* ſectantibus, Pollux & ozęnã & oſmylian uocari tradit, polypi genus quod
*Oſmylia.* inter caput & cirros brachiáue,fiſtulam gerit,qua tetrum emittit odorem:
quod mænulas ſepioláſque uenatur,ut inquit Ariſtophanes.Duo item ui-
*Nautilus.* ſuntur genera conchis indita,quorum alterum nautilum & nauticum uo-
*Nauticus.* cant:alij ouum polypi:forma polypo ſimili.Teſta iis ut pectunculis conca-
*Ouum polypi.* ua,nec ita tamen deſtinata ut ei inhæreant.Sæpius hi iuxta terram paſcun-
tur:unde euenit ut fluctibus iactati,in aridum elidantur,teſta dilapſa nudi
capiantur,aut in terra emoriãtur. Conſtãt exiguo corpore,facie ſimili bo-
letenis:polypus hic nauticus,natura & uitę muneribus ſingularis eſt:naui-
gat enim per maris ſumma elatus de imo gurgite:effert ſe teſta inuerſa, ut
*Inter duo pri-* aſcendere poſſit facilius,& inani ſcapha enauiget:ubi uero emerſerit, con F
*ma brachia.* cham reuertit.Habet inter ſua brachia membranulam quãdam annexam
*Plinius,ut in-* ſimilem iis quæ digitis inſertæ palmipedum continentur:uerum illæ craſ-
*fra.* ſiuſculæ ſunt, hæc prætenuis eſt, & araneæ ſpeciem imitatur: hac uelificat
cum aura inſpirat: cirróſque pro gubernaculis utroque demittit latere: ſi
quid metuerit,concham protinus mari replet,atque ita demergit.De gene
ratione incrementóque eius cõchæ,nihil adhuc exploratum habemus, in-
quit Ariſtoteles:uidetur tamen non ex coitu gigni, ſed ut cæteræ conchæ
prouenire:nec uero an concha ſolutus uiuere poſſit, certum adhuc eſt. Eſt
& alius polypus, qui cochlearum more ſiliceo tegmine ita muniatur, ut
*Nautilus.* nunquam egredi ſoleat,ſuáque interdum brachia exerat.Hæc Ariſtoteles.
*Pompilus.* Nautilon Plinius ab aliis pompilon uocari tradit. Supinus hic, inquit, in G
ſumma æquorum peruenit,ita ſe paulatim ſubrigẽs,ut emiſſa omni per fi-
ſtulam aqua, uelut exoneratus ſentina, facile nauiget: poſtea duo prima
brachia retorquens,membranam inter illa miræ tenuitatis extendit: qua
uelificante in auras, cæteris ſubremigans brachiis, media cauda ut guber-
naculo ſe regit:ita uadit alto liburnicarum gaudens imagine: ſi quid pauo-
ris interueniat,hauſta ſe mergens aqua. Nauigerã ſimilitudinem & aliam
in Propontide uiſam ſibi prodit Mutianus:concham eſſe acatij modo cari-
*Nauplium.* natam,inflexa puppe,prora roſtrata:in hac condi nauplium, animal ſepiæ
ſimile ludendi ſocietate ſola:duobus hoc fieri generibus: tranquillo enim
uectorem demiſſis palmulis ferire ut remis: ſi uero flatus inuitent, eaſdem 6
in uſu gubernaculi porrigi,pandíque concharum ſinus auræ: huius uolu- H
ptatem eſſe ut ferat, illius ut regat:ſimúlque eãdem deſcendere incluſo ſi-
*χελιδών.* nu,fluctu hauſto territam uiſu forte triſti. Polypo ſimilis chelidõ eſt,id eſt, 7
*Hirundo.* hirundo,inquit Diphilus:humentibus membranis uolant in mari hirundi
*χελιδὼν θα-* nes,ut ſiccis inter tecta ueſpertilio.Volat hirundo ſane perquam ſimilis uo
*λάσσια.* lucri hirundini,ut inquit Plinius:Sublimíſque adeo uolitat cum maiorem
piſcem metuerit,ut haudquaquam mare attingat:altiúſque in uolatu ſeſe
attollit quàm miluus,non tam alte tamen quàm lolligo.Et pinnis ſtridere
ſentiuntur hirundines in uolatu:ſunt enim his pennæ latæ & longæ. Acu-
leum quoque gerit hirundo uenenoſum,inquit Oppianus: In cibo humo-

A rem corpori præbet chelidon,qui colorem reddit bonum,ſanguiníſq; excretionem mouet,ut author eſt Diphilus. At Xenocrates chelidonas uiroſo ſapore eſſe prodidit,malúmque procreare ſuccum.

1 Crura breuia,&c.Crura polypi,crines uocat nonnunquam Plinius. 2 Vltimo uero,&c.Hunc polypi pedem,ni fallor,Plinius caudā uocat.lib.9.Cauda,inquit, utitur,quæ eſt biſcula & acuta in coitu. 3 Fiſtula his,&c.Eſt polypo fiſtula in dorſo,inquit Plinius. 4 Polypos ſuperant,&c.Oppianus quoque deſcribit pugnā polypi & murenæ:& polypi,& carabi. 5 Pendent oua,&c. Pariunt oua tortili uibrata pampino,inquit Plinius,tanta fœcunditate, ut multitudinem ouorum occiſi non recipiant cauo capitis, quo prægnantes tulere. 6 Eaſdem in uſu, &c. Si non eædem ſint, at certe ſimiliter nauigare uidentur conchæ quæ ueneriæ dicuntur. De quibus Plinius:Nauigant ueneriæ,præbentéſque concauam ſui partem,& auræ opponētes,per ſumma æquorum uelificant. In nonnullis codicibus habetur, nauigant ex iis B nerites,&c. 7 Chelidon eſt,&c.Sunt qui exiſtiment chelidona,hirundinémue Ariſtoteli & Plinio piſcem ſignificare. Athenæi uero chelidona alterius eſſe generis : id quod mihi quidem nullius ueteris ſcriptoris authoritate conſtat. Præterea quo modo piſcis intelligi poteſt,ſi uolucri hirundini perquam ſimilis uolitet?ut ſcribit Plinius:Satius itaque uiſum nobis eſt hirundinē polypis coniungere,quàm piſcium generibus: maxime cum Ariſtoteles ipſe hirundinem à piſcibus ſeparare uideatur eam,quæ ſublimis uolat,& uolatu ſtridorem emittit.

*Crines.* *Veneriæ conchæ.* *Nerites.*

## De ſepia. Cap. CCXXVI.

EMollium genere ſunt & ſepia,lolligo,& lollius,quæ à polypo differūt, eo quòd eorum alueus amplus ſit,crura breuia, ita ut poteſtas nulla ſit ingrediendi. Ipſa autem inter ſe diſcrepant, quatenus lolligo longior, ſe-C pia latior eſt: lolligine uero longe grandior, qui lollius nominatur: ſed ſepias quoque aliquas in bina augeri cubita notum eſt. Sepiæ,lolligini, & lollio durum quiddam,ut diximus, ac ſolidum intus per dorſum & corporis prona continetur, quod non eodem appellant nomine: ſed quod inſertum ſepiis eſt,ſepium uocatur:quod lolliginibus id ξίφος,id eſt, gladiolum. Differunt enim qua ſepium robuſtum latúmque eſt,inter ſpinam & os mediam præ ſe ferens naturam, fungoſam intra ſe complectens & friabilem corpulentiam.Gladiolus arctior & cartilaginoſior eſt.Forma etiam diſcrepāt, pro alueorum modo quibus inſerta continentur. Sepiæ quoque lolligines & lollij peculiares binas ſortiuntur promuſcides,lōgas, aſperiuſculas, quibus capiunt & ad ora admouent cibos:iis etiam quoties tempeſtates urgēt, D ad ſaxa aliqua adhęrentes,ſe ueluti anchoris iactis ſtabiliunt.Non ſimili ut polypi modo conſtant,quoniam uim nandi tantummodo habent,cum polypi uel ingredi poſſint:habent enim pedes exiguos & breues,ſupra dentes, ſenos,eorumque duos nouiſſimos maiores:reliquos autem octonorū duos infrà,omnium maximos. Pinnula quæ alueum circundat, ſepiæ anguſta, quæ lolligini latior eſt. Inter marem & fœminā tam in lolliginum quàm
1 ſepiarum genere,hoc intereſt,quòd fœmina inteſtina continet duo ueluti mammas,quæ ſi aluo diſſecta inſpectes, facile uideris: mas omnino iis ca-
2 ret.Et præterea ſepia mas uarius magis quàm fœmina, dorſóq; atriore eſt: & partes omnes aſperiores habet quàm fœmina,& lineis interuenientibus uarias,& caudam quoque acutiorem.Mas quoque iuuantior & fortior eſt,

*Sepia, Σηπία.* *Lolligo, τευθίς.* *Lollius, τευθός.* *Sepium, Σήπιον. ξίφος. Gladiolus.*

conſtantiæque maioris. cum enim ſepia icta eſt tridente, mas fœminã adiu E
uat: fœmina mare percuſſo, fugam arripit. Fœminæ uulua ita articulata eſt, ut bifida cernatur, & propterea oua gemina apparent. Oua habet ſepia candicantia, grandini ſimilia, multa: atramentum quod uocant, ſepia plurimũ habet: quod in ſepia aliter atque in aliis, infrà continetur ad aluum, & quà inteſtinum petere incipit ſuperiora: meatúmque ſuum eadem obuolutum habet membrana qua inteſtinum: atque idem foramen emittendi atramẽti excrementíque eſt, ea ſcilicet parte quæ fiſtula uocatur, quæ in ſupinis poſita eſt, uti antea dictum eſt. Coeunt ſepiæ & lolligines ora applicantes, & brachia inter ſe complectentes natantéſque in aduerſum: narem etiam dictam in narem inſerunt. Parit fœmina ea ſui corporis parte quæ fiſtula dicitur: qua & coire eas nonnulli arbitrãtur. Fert uterum ſepia uerno tempore, & cum primis uerno tempore parit. Parit & omnibus anni tempori- F
bus, perſeuerátque in edendo ouorum numero dies quindecim. Quoties autem ediderit oua, mas è ueſtigio ſequẽs humorem fœtificum ouis ſuperinfundit: atque ita efficitur ut ſolideſcant: incedere nanque coniugatim ſolent. Parit ſepia iuxta terram fere inter algas & arundines, & ſi quid aggeſtum tale iniectum ſit, ut ſarmenta aut lapides, aut quælibet alia materiei congeries. Et quidem piſcatores de induſtria faſces ſarmentorũ diſponunt. Enititur aluum per interualla reprimens, inſpergítque atramentum interpoſita quiete, utpote cum non niſi cum labore emittat. Oua quæ ſepiæ edunt, magnitudinem myrtorum magnorum, aut acinorum uuę minorum mox intra diem decimum capiunt & nigreſcunt: emiſſo enim atramento parentis inficiuntur. Cohærent etiam inter ſe ad ſpeciẽ racemi cuncta, nec G
facile alterum detrahi ab altero poteſt: mas enim humorem quendam mucoſum mittit, cuius lentore tenaciter oua ſibi cohæreſcunt, ac creſcunt etiã ex hoc, cum primum edita candida ſint atque exigua: mox atramento perfuſa, nigra maioráque redduntur. Cum proles iam intus conſtiterit, tũ rupta oui membranula, ſepiolæ excluduntur: quæ ſi quis prole iam perfecta diſciderit oui membranam, ſtercuſculum emittunt, ſuúmque præ metu colorem immutant ex candicante in rubriuſculum. Sepiis uiuendi ſpatium breue: nam, exceptis paucis, biennium non complent. Sepias tamen nonnunquam in bina augeri cubita notum eſt. Mollium aſtutiſſima ſepia eſt. ſola hæc ſuo utitur atramento non modo cum metuit, uerum etiam abſcõ H
dendi cauſa: & cum progreſſa paululum ſe oſtenderit, redit in atramentũ: uenatur etiam ſuis illis prælongis prætenturis, non ſolum paruos piſcicu- 3
los, ſed mugiles etiam ſæpius: & maiores quoque nonnunquã euincit. Sũt qui ſepiam quoque polyporum more, colorem ſibi contrahere ſimilem loco in quo uerſatur, confirment. Morſu non lędit ſepia, ſed noxia quædam ſanies è corpore eius effluit. Sepia, inquit Diphilus, elixa, tenera efficitur, ori grata, concoctu facilis & aluum leuiter mouet. In cibo dãtur ſepiæ, cum oleo & ſale & farina decoctæ. Succum gignit ſepia, qui ſanguinẽ extenuet, & hæmorrhoidum fluxum proritet. Sepiæ coctæ atramentum, inquit Dioſcorides, ægre concoquitur, & aluum emollit. Oua ſepiæ urinam mouent, renúmq;

*Fiſtula, φυσητήρ.*

A renúmque pituitas extrahunt, ipſóſque renes purgant. Sepium quod in iis durum & teſtaceum eſt, uiribus ſimile eſt oſtrearum teſtis, ſed partium magis tenuium: exſiccat itaque & abſtergit. Quocirca collyriis ex eo formatis palpebrarum ſcabriciæ quæ ſycoſes uocantur, perfricãtur. Dentes quoque ſplendidos reddit. In alopeciis præparant cutim ſepiarum cruſtæ farina medicamentis. Oculorum tumorem rubor émque ſepiæ cortex cum lacte mulieris illitus ſedat, & per ſe ſcabricias emendat: inuertunt itaque genas id agentes, & medicamentum auferunt poſt paulum, roſaceóque inungunt, & pane impoſito mitigant nocte. Eadem cortice & nyctilopes curan
4 tur in farina trita, & ex aceto illita. Vſto ſepio utimur, inquit Galenus, ad
B uitiligines & ephelin, furfures & ſcabiem: ſali uero foſſili admixtum, ungues oculorum eliquat: uel, ut habet Dioſcorides, elotum in medicamenta oculorum additur. Contra albugines, in oculos iumẽtorum efficaciter inſufflatur: pterigia oculorum abſumit cum ſale foſſili tritum & impoſitum. Medetur lentigini cæteríſque uitiis ex oſſibus ſepiarum cinis. Idem carnes excreſcentes tollit, & humida ulcera.

1 Inteſtina duo, forſitan, internas partes duas, ἔντερα, quaſi ἐνδότερα. 2 Sepia mas uarius. Sepiarum generis mares, uarij & nigriores, inquit Plinius. 3 Venatur etiam, &c. Quibus artibus captet piſciculos ſepia, explicat Oppianus. 4 Vſto ſepio, &c. Dioſcorid. Vſtum in ſua teſta donec id quod cruſtoſum eſt abſcedat, poſtea tritum.

## De lolligine & lollio. Cap. CCXXVII.

ET nigrum niueo portans in corpore uirus
C Lolligo. E molliũ genere, ſepiæ fere ſimilis eſt: ſed diſcrepat, quòd ſepia latior eſt, uti modo diximus, lolligo longior, & toto corpore mollior quàm ſepia. Præterea gladiolus, qui in lolligine eſt arctior & cartilaginoſior eſt quàm in ſepia, quod ſepium uocari diximus. Pinnulam habet non anguſtam adeo, ſed latiorem quàm polypus aut ſepia: neque per totum alueum circumactam, ſed de medio orſam. Promuſcidem habet eam quæ in dextra parte eſt, longiorem. Bina habet uentris conceptacula, ut & alia, ſed alterum minus ingluuiem imitatur. Atramentum illud ſuum ſuprà continet apud mutim, cum ſepia infrà ad aluum habeat: idque non atrum, ſed ſubrufum potius habet. Hoc metus cauſa emittit ut polypus. Quin & me
D tus cauſa uolat lolligo, & longius altéque extra aquam ſeſe effert. Lolligines euolare ex aqua traduntur, tanta nonnunquam multitudine, ut nauigia demergant. lolligo uolitans, tempeſtatem prænũtiat. Inter lolliginem marem & fœminam hoc intereſt, quòd fœmina inteſtina continet duo ueluti mammas: quæ ſi aluo diſſecta inſpectes, facile uideris: mas omnino iis caret. Coeunt lolligines, ut de ſepiis dictum eſt: pariúntque in alto. ſola e-
1 nim ex hoc genere pelagia eſt lolligo: conſertúmque ac continuum iis ouũ quale ſepiis eſt. Et uiuendi quoque ſpatium, ut ſepiis breue: nam, exceptis paucis, bimatum non complent. Lolligo, ut Diphilo placet, concoctu facilior eſt quàm ſepia, atque ori grata. Lolligine uero longe grandior eſt, qui lollius nominatur: quippe qui uel in cubita quinque excreſcat. Facie quo-

*Lolligo, τευθίς.*

*Inteſtina, ἔντερα, uti ſupra.*

*Lollius, τευθός.*

*Τριῶν πιθαμῶν, inquit Athenæus.*

que à lolligine diſſidet: pars enim lollij quæ exit in acutum, latior eſt: pin- E
nulæ etiam circundantes illæ totum in lollio ambiunt, iunctæ perpetuæq́;,
cum in lolligine partem aliquam relinquant. Colore ſubrufo eſt: dentem
habet utrunque nigrum, & accipitris roſtro figura non diſſimilem, maioré
ſuprà, infrà minorem. Diſciſſo alueo uétriculus ſuillo ſimilis uidebitur: pe-
lagius eſt non alio modo quàm lolligo.

1 Hoc in loco πυθὸς habetur, non πυθίς in exemplaribus Græcis. 2 Lollius à lolligine an ſpecie differat, an ſolo ſexu, quod ſcilicet lollius mas ſit, lolligo fœmina, conſiderandum: uidebitur certe eadem ſpecies ex Ariſtotele tã lib. hiſtor. 4, quàm quarto de part.

## De lepore marino. Cap. CCXXVIII. F

*Lepus marin⁹. λαγὼς θαλάσσιος..*

LOlligini paruæ ſimilis eſt lepus marinus, ut Dioſcorides author eſt: ut
uero alij, ſpecie ſimilis eſt cochleæ tegmine nudatæ. animal paruum, fe
re inter lolligines aut lollios, aut certe ſepias repertum: ſępe etiam unà cum
apuis capitur, odore tetro. In noſtro mari, inquit Plinius, offa informis, co-
lore tantum lepori ſimilis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore tantũ.
Magni maris lepus (nam alterum qui in alio mari naſcitur, antè dixi, in-
quit Ælianus) ex omni parte ad terreni ſimilitudinem accedit, præter pi-
los. Nam terreſtris pili & molles ſunt, & ad tactum haudquaquam reſiſté-
tes: contra huius ſpinoſi & erecti, hũc qui tetigerit, lęditur. In ſumma aqua
natare ipſum, non in altitudinem demergi dicunt: celeri autem & cõcitata
natatione uti: ad capiendum eò difficillimum eſſe, quòd neque in rete inci- G
dit, neque ad lineæ eſcam accedit: cũ morbo afficitur, natare nequit, ſimul
& funditus expellitur atque eiicitur: quiſquis tum manum ad eum admo-
uet, niſi medicamen adhibeatur, perit: ac ſi hunc bacillo tetigerit, hoc idem
periculum ei procreatur, quod baſiliſcus baculo tactus affert. Quem lepo-
rem marinum uocant, ut prodidit Apuleius, cum ſit cætera exoſſis, XII nu
mero oſſa ad ſimilitudinem talorum ſuillorum in uentre eius connexa &
cathenata ſunt: quod ſoli illi, quod ſciam, proprium eſt. Venenum eſt aliis
in cibo datus lepus marinus, erodendóque interimit: aliis etiã uiſus. Siqui-
dem grauidæ ſi omnino aſpexerint fœminam duntaxat, confeſtim nauſea
& reduntatione ſtomachi uitium fatentur: ac deinde abortum faciũt. Re-
medio eſt mas ob id induratus ſale, ut in brachialibus habeant. Eadem res
in mari & tactu quidem nocet: ueſcitur eo unum tantum animalium, ut H
non intereat mullus piſcis, & tenereſcit tantum: & ingratior uiliórque fit.
Homines quibus in paſtu eſt, piſcem olent: hoc primo argumento uenefi-
cium id deprehenditur. Cætero moriuntur totidem diebus quot uixerit le
pus: incertíque temporis ueneficium id eſſe author eſt Licinius Macer. In
India affirmant non capi uiuentem: inuicémque ibi hominem, illi pro ue-
neno eſſe: ac uel digito omnino in mari tactum mori: eſſe autem ampliore
multo ſicut reliqua orbis eius animalia. Oleum in quo incoctus ſit mari-
nus lepus, ne pili renaſcantur efficere nonnulli prodidere. Ita Galenus. Dio
ſcorides hoc efficere leporem ipſum marinum, aut per ſeſe tritũ atque im-
poſitum,

*Diphilus prodidit, ſcarũ piſcem nonnunquam marino lepore paſci.*

A poſitum, aut cum urtica marina, prodidit. Lepus marinus, inquit Plinius, ipſe quidem uenenatus eſt: ſed cinis eius in palpebris pilos inutiles euulſos cohibet: & ad hunc uſum utiliſſimi minimi. Enterocelæ lepus illinitur tritus cum melle. In leporis marini ſanguine & felle uis pſilothri eſt: uel ſi in oleo lepus hic necetur. Sed de mollium generibus ſatis dictum iam eſt.

## De cruſtatis. Cap. CCXXIX.

CRuſtata in genere animantium exãgui ſunt, quæ cutis loco cruſtis tenuibus, duriuſculis tamen & teſtæ ſimilibus, operiuntur: intus autem *Cruſtata.* μαλακόστρακα.
1 molle carnoſúmque continent, durúmque illud eorum tegmen non tam
B fragile quàm colliſile eſt: quale cancrorum genus & locuſtarum eſt. Summa eorum genera quatuor numero ſunt. Genus unum κάραβος, id eſt, locuſta eſt: alterum, quem ἄστακον, id eſt, gammarum uocant: tertiũ genus ſquilla eſt, καρίδα appellant: quartum cancer, κάρκινον Græci dicunt. Ita Ariſtoteles: uerum aliter alij cruſtatorum genera enumerant. Plinius, Cancrorum genera (hoc etenim nomine, arbitror, pro cruſtatorum genere abutitur) carabi, aſtaci, mææ, paguri, heracleotici, leones, & alia ignobiliora. xxx nanque eorum ſpecies eſſe tradit. Galenus malacoſtraca, inquit, id eſt, cruſtata, aſtacus, pagurus, cancer, carabus, ſquilla, cammarides. Speuſippus ſimiles eſſe dixit, aſtacum, carabum, cancrum, pagurum, nympham & arcton, id eſt, urſam. Diphilus oſtracoderma uocat aſtacum, carabum, carida, id eſt, ſquillam, cancrum, leonem. Singula hæc cruſtatorum genera, inquit Ariſtoteles, in plures ſpecies diſtinguuntur, quæ non modo forma, uerum ma-
C gnitudine etiam multo inter ſe differant: alia enim magna, ália parua admodum ſunt. Genus igitur cancrarium & locuſtarium (quod καραβώδεις dicunt) ſimilia inter ſe ſunt, eò quòd utrunque brachia forcipibus denticulatis habeat, χηλὰς uocant: ſed hæc non ingrediendi cauſa habentur, ſed ut iis *Chelæ,* χηλαί.
quaſi manibus capiant & retineant: oríque quod ceperint, admoueant. Quamobrem contrà quàm pedes ea flectere ſolent: hos enim in cauum, illa in orbem flectunt & circumagunt: ſed intereſt, quòd carabi caudam habent, cancri non habent. Squillæ à cancrario genere differunt, eò quòd caudam habeant: à locuſtario uero, quòd forcipe careant, & plures habeant pedes. Cruſtatorum partes ſupinæ & quæ circa caput ſunt, ita ſe habent,
D ut ad recipiendam reddendámque aquam branchiarum ſpecie conditæ
2 ſint. Fiſtula etiam his data eſt, qua humorẽ quoq; unà cum cibo admiſſum reiiciant. Quæ uero inferiores ſunt partes, in locuſtario præſertim genere, fœminis tabellatiores ſunt, in quas & oua deponunt cum pariunt, ubi & oua ipſa ſeruantur: at cancrorum fœminæ operculum illud applicatile (quod ἐπίπτυγμα uocant) in quod oua deponunt, & quà egerunt excrementum, amplius & interioribus partibus magis hirtum quàm mares habent. Cruſtata omnia ingredi poſſunt, itaque pedes complures obtinuerunt: pedes omnibus in obliquum flectuntur, eodem quo inſectis modo: at denticulati illi forcipes, quibus ſaltem adſunt, interne flectũtur. Oculi iis omnibus duri, & apti tum intro tum foras, tum etiam in obliquum moueri: pal-

pebram uero ex iis nullum habet. Aquam omnia eius generis ore accipiũt, E quam per partes illas aſperiuſculas, quas branchiarum ſpecie conditas eſſe diximus, rurſum egerunt: quæ partes omnibus quidem inſunt: ſed locuſta plures habet. Dentes omnibus primores bini, & in ore caruncula quędam linguæ effigie conſtituta eſt: tum ſtomachus ori continuo iunctus, exiguus pro portione ſuorum corporum magnitudinis, & in cācris breuis adeo, ut protinus uenter os excipere uideatur. Hunc excipit uenter, in quo locuſtæ & cancrorum nonnulli dentes alios habent: quoniam ſuperiores illi non ſatis ſecare queant. Mox à uentre, inteſtinum ſimplex rectum, quod locuſtaceis & ſquillis rectâ in caudam finit, qua excremēta emittunt, & oua pariunt: canceris autem, qui operculum illud applicatum gerunt, in medio applicaminis ipſius: uerum iis quoque parte exteriore qua oua pariunt deſi- F nit. Habent in hoc cruſtaceo genere mares tenues genitales meatus: fœminæ uuluas membraneas ad inteſtinum, bifidas fiſſáſque hinc atque inde, in quibus gignitur ouum. Fœminis enim huius generis, locus ouis deputatus, iuxta inteſtinum omnibus eſt. Et quam μύτιν, id eſt, mutem appellant amplius parciúsue habent hęc omnia genera. Humida corpulentáque ea pars eſt: tendítque per eam mediam ſtomachus ſiue gula: eíque parti proportionatur, quæ in ſanguineo genere cor appellatur. Quæ cruſta operiuntur, etiam olfactum ſenſus habere conſtat: odore enim eſcarum allectata, nonnunquam capiuntur: nullum cruſtatum uel uocem, uel ſonum aliquem emittit naturalem. Coeunt cruſta operta, ut locuſtæ, aſtaci, & ſquillæ & huiuſmodi reliqua, more quadrupedum retro mingentium: ſcilicet ut fœmi G na caudam ſupinā exponat: mas ſuam ſuperponat & applicet. Coire ſolent ineunte uere iuxta terram: iam enim coitus omnium id genus uiſus eſt: interdum etiam cum ficus matureſcunt, coire incipiunt: cancri autem parte priore copulantur, ſua illa opercula mutua conſertione componentes: mēbrum autem quod mas in fœminam inſerat, nullū omnino habetur. Cruſtata ueluti locuſtæ cum per coitum concœperint, oua gerunt fere tribus menſibus his, Maio, Iunio, & Iulio: tum deinde ſub aluo in rugas oua deponunt, putamine duriuſculo intecta: quo in loco more uermium augentur: incrementum enim eorum oua foris recipiunt, ſicut piſcium. Fit igitur locuſtarum ouum arenidum in partes octo deductū: totúmq; quaſi ſpecies uuæ conſiſtit: fiunt autem oua maxima, non quæ iuxta meatū, ſed quæ media ſita ſunt: minima quę nouiſſima continētur. Magnitudo minimis quā- H ta granis ficuum eſt: nec meatum ipſum ullla contingunt, ſed per medium hærent cartilagineis quibuſdam appendicibus quæ per id tempus augētur, atque ouorū capaces redduntur: partus enim in iis quaſi in ſarmentis quibuſdam recipitur. Locuſtæ ad hunc pariunt modū: mox ubi ea ſui corporis parte intra diem uigeſimum maxime oua concoxerint, abigunt uniuerſa, in idémque glomerata eodem modo quo foris congeſta apparent: tum ex iis locuſtæ proueniũt, intra diem maxime decimumquintum, & ſæpe minores quàm ut digiti magnitudinem expleant, capiũtur. Excludunt igitur oua ante arcturum: abigunt iam concocta atque abſoluunt ab arcturo.

*De his plura uideas lib. 4. hiſtor. animalium Ariſtotelis.*

*Μύτις, Mutis.*

Squillæ

A Squillæ gibbæ uterum menſes circiter quatuor ferunt. Locuſtæ aſperis ſa-
xoſiſque proueniunt:aſtaci leúioribus.Neutrum genus limoſa amat.Lito-
ra potius uernis hyberníſque temporibus expetunt: conferunt ſe in altum
æſtate:uidelicet cum aliàs calorē,aliàs frigus perſequuntur. Natant omnia
ſuis caudis,celerriméque retrorſum,pinnarum caudæ adiunctarum bene-
ficio.Conduntur hyberno tempore:& locuſtæ quidem & cancri cruſta ſua
exuuntur per uer,quemadmodum angues membrana uernationis quam
ſenectutem uocāt:cum uero exuunt,mollis admodum cruſta ſubnaſcitur.
Cruſtacea omniuora ſunt:quippe quæ & lapillos & limum,& algam deuo
rent,atque etiam ſtercus(ut cancri ſaxatiles)& carnes etiam nimirum ap-
B petunt.Omnia eius generis hyeme lęduntur, autūno & uere pingueſcunt,
& plenilunio magis. Quæ cruſta intecta ſunt,tunc optima ſunt cum gra-
uida,ut in locuſtaceis & reliquis eiuſmodi patet. Duram omnino carnem
habent,ut teſtacea,& quæ concoctu difficilis ſit, multúmque nutriat, nec
facile corrumpatur.Non parū ſalſi in ſe continent ſucci: ut teſtacea, minus
tamen quàm illa:quin & caro eorum non aliter atque teſtatorum in aqua
ſi coquatur,ſuccum illum ſalſum exuit,aluúmque ſiſtit:aſſa tamē,ut Mne-
ſitheo placuit,elixis meliora ſunt.

1 Fragile, θραυστὸν,colliſile,θλαστόν. Plin. uero locuſtas cruſta fragili muniri dixit.
2 Fiſtula etiam,&c.Locus hic apud Ariſtotelem mihi quidem ſuſpectus eſt: tum quòd neque in libro De reſpiratione,ubi hæc apertius tradūtur,nec uſquā alibi (quod equidem meminerim)ullam cruſtatis attribuat fiſtulam: tum etiā uetus interpres hoc in loco nihil habet de fiſtula. Perpende lector.

C De locuſta. Cap. CCXXX.

1 CRuſta intectorum genus unum locuſta eſt,κάραβον Græci dicūt: cui ſi- *Locuſta: κάραβος.*
mile genus alterum eſt,quem aſtacum uocant.Differt is à locuſta, che *Carabus.*
larum uarietate,atque etiam quibuſdam aliis diſcriminibus,quanquā non *Aſtacus.*
multis.Locuſta omnis forcipem dextrum grandiorē ualentiorémque ha-
bet:aſtaci uero non certum,ſed alterutrum æque(ut fors tulerit)forcipē ha
bent grandiorem,tam mares quàm fœminæ. Pedes locuſtis utroque ex la- *Locuſta, Carabus.*
tere quini, ultimis illis adnumeratis, qui in forcipem exeunt denticula-
2 tum. & in his, quæ brachia chelæúe dicuntur longa ſunt, pedes uero par-
ui. Corpus totum his longum eſt, & cauda quoque, & in cauda pinnæ
D quinæ adſunt. Hac natat, & in natando illi quaſi remo innititur. Cornua
ante oculos bina,longa & aſpera,quibus alia minuta & leuiora cornicula
3 ſubiacent:corpus denique totum aculeatū habet, & aſperum. Differt mas
locuſta à fœmina:quòd fœminæ primus pes bifidus eſt,mari ſimplex. Pin-
næ etiam quæ in his parte ſupina geruntur,fœminæ,maiores,& quæ collo
proximæ ſunt minores habentur:mari omnes æque minores, nec uſquam
per diminutionē diſſimiles.Ad hæc mari in nouiſſimis cruribus uelut cal-
caria maiuſcula prominēt acuta,quæ fœmina parua habet & leuiora. Par-
tes illas quæ branchiarū ſpecies referunt,locuſtæ plures habent quàm alia.
Dētes in ore locuſtis primores bini,magni & caui, in quibus & humor cō-
tinetur.Caruncula eſt inter dentes, linguæ repręſentans effigiem, quæ &

dentibus adnectitur: & gula ante uentrem exigua eſt: ſed quam habent cõ- E
ſpicuam, ſoli in cruſtatorum genere. Mox à uentre rectum inteſtinũ, quod rectâ in candam finit, quà excrementa emittunt, & oua pariunt. Locuſtis meatus quoque à pectore pẽdens, ad excremẽti oſtium pertinet, qui fœminis pro uulua eſt: maribus pro genitalis ſeminis receptaculo ſufficit. Meatus hic ad carnis partem cauam continetur, inteſtinum uero ad deuexam, ita ut media caro interiaceat. Nulla maris meatum ac fœminæ differentia diſtinguit: quippe cum uterque tenuis ſit & albidus: & humorem intra ſe continens pallentem: uterque etiam ex pectore pendet. Maribus ſane præ fœminis propria in pectoris carne bina quædam candicantia conſtant diſcreta à cæteris partibus, colore formáque, promuſcidi ſepiarum proxima:

*Formáq; , τὴν συςάσιν, id eſt, ac ipſa ſubſtãtia.*

uerum hæc torta in uertiginem ſunt, more papaueris buccinarũ: quorum F
origo eſt ab acetabulis, quæ ſubdita partibus nouiſſimis ordinantur. Hic quoque caro eſt, ſanguineo colore rubra & tactu lento, nec ſimili carni (eſt autem locuſtæ caro copioſior quàm in cancro). Ab hoc qui in pectore eſt anfractu, alter craſſitudine lineæ loríue ſeſe porrigit: ſub quo duo quædam ſeminis genitalis cõceptacula, inteſtino annectuntur. Hæc in mare: Fœmina autem ouum rubidum parit, membrana obuolutum prætenui, uẽtri & utrique inteſtini lateri annexum, atque ad carnem uſque adhærens. Partes has habẽt interiores atque exteriores. Coeunt locuſtæ, uti modo diximus, more quadrupedum retro mingentium, ſcilicet ut fœmina caudam ſupinam exponat, mas ſuam ſuperponat & applicet. Oua gerunt fœminæ tribus menſibus his, Maio, Iunio, Iulio: tũ deinde ſub aluo in rugas deponunt, G

*Εἰς τὰ σαρκώδη μέχρι, id eſt, ad carnem uſque illã protenſum.*

quas πτύχας uocãt. Cruſta ſua exuuntur & locuſtæ & aſtaci, aut uere aut autumno poſt partum, quemadmodum angues per uer membranam quam ſenectutem uocant: non tamen ſimilis atque in anguibus exutio fit. Iam enim captæ ſunt locuſtæ mollem habentes ſuperiorem thoracis partẽ, quòd cruſta iam circunrupta detractáq; eſſet: inferiorẽ autem duram, quia nõdum eſſet diſrupta. Latent locuſtæ menſes circiter quinque. Proueniunt locuſtæ aſperis ſaxoſiſque locis, ut circa Sigeum & Athon: aſtaci leuioribus: neutrum genus limoſa amat: locuſtis omnibus uita diuturnior data eſt. Paſcuntur locuſtæ uẽnatu piſciculorum circa ſua cubilia, quæ in alto locis aſperis ſaxoſis cauernoſiſque faciũt. Piſces etiam uel maiores euincere poſ- 4
ſunt, ut murenas, ut congros: nam elabi non queunt propter cruſtæ aſperitatem. Contrà, locuſtis polypi ſuperiores euadunt: & adeo, ut ſi uel eodem H
in reti ſenſerit locuſta polypũ, præ metu emoriatur. Tardius ſuper terram reptat locuſta: incedítque ſua natura ante cum nihil metuit, demiſſis in latera cornibus: at ubi metuit fugit retro, longéque ſua cornua porrigit. Cætera in aquis natant, inquit Plinius: Locuſtæ reptantium modo fluitant: & iu pauore oblique in latera procedunt: pedéſque his dati natatus potius q̃ greſſus cauſa, ut Ariſtoteles prodidit. Dimicant inter ſe more arietum, cornibus: quæ extollentes uibrantéſque feriunt aduerſarium: unum hoc animalium niſi uinum feruenti aqua incoquatur, fluida carne non habet callum. Inter marina ſunt elephanti locuſtarum generis nigri, pedibus quaternis

*Καὶ μακρὰν ἐξακοντίζειν, id eſt, ſéq; longius eiaculatur. Plinius hæc cãcris tribuit.*

*Elephantus.*

A ternis, biſulcis. Præterea brachia duo, binis articulis, ſingulíſque forſiculis denticulatis.

1 Carabus, Aſtacus dictus eſt ab Archeſtrato, & à Diphilo γραψαῖος. 2 In cauda pinnæ, &c. Carabi, inquit Plinius, à cæteris cancris cauda diſtāt. 3 Corpus denique totum aculeatum, &c. Hinc crudele Tiberij Cæſaris facinus apud Suetonium, qui locuſta os piſcatori cuidam lacerari iuſſit. 4 Maiores euincere poſſunt, &c. Locuſtæ dimicationem cum murena depinxit Oppianus, lib. 2 De piſcibus. γραψαῖος.

De aſtaco ſiue cammaro. Cap. CCXXXI.

1 ASTacus locuſtæ ſimilis eſt, uti modo diximus: differt autem à locuſta, tum aliis quibuſdam diſcriminibus, quanquam non multis, tum chelarum brachiorúmue forma. aſtaci enim non certum, ut locuſtæ, ſed alterutrum æque, (ut ſors tulerit) forcipem habent grandiorem, tam mares quàm fœminæ. Pectus his corpúſque totum leue eſt, nō more locuſtarum aculeatum & aſperum: in pedibus tamen illis magnis, partes exteriores aculeos habent maiores. Color, quod ex toto dixerim, nitet, nigríſque maculis diſperſis, euariat. Pedes inferiores ad grandes uſque diſpoſiti octo, quorum pars ſciſſa in extremo bifurcatur, pars deſinit indiuiſa. quatuor enim bifurces ſunt, reliqui quatuor ſimplices ex toto pertendunt. Tum grandes ipſi, longe maiores, extremáque parte latiores quàm locuſtæ habentur: ſed nec hi eadem ſpecie: dexter enim extremum ſuum latum, oblongum & tenue habet, ſiniſter craſſum & rotūdum: uterque tamen ſciſſus in extremo, perinde ut maxilla tam infrà quàm ſuprà dentatus eſt: uerum dexter puſillos ſerratóſque dentes continet omnes: leuus primos, & qui extimi ſunt, ſerratos: intimos uelut maxillares, parte ſcilicet inferiore quatuor & continuos, ſuperiore autem tres non continuos: uterque tamen partem mouet ſuperiorem, ad inferiorémque deprimit adſtringítque. Bleſus item uterq; ſitu inferiore, tanquam nati ad capiendū premēdúmque. Supra uero grandes illos habentur alij duo hirtiuſculi, paulo ab ore inferiores, quos etiam in os adducit. Mox ueluti branchiæ os circundant frequentes & hirſutæ, quas aſſidue mouet: ſurculi etiam appendicéſue graciles geruntur à pedibus, qui ori proximi habentur. Dentes huic quoque duo, ut locuſtæ: ſupra quos cornua, breuiora tenuioráque quàm locuſtis. Quatuor item alia adſunt cornua, ſpecie quidem duobus illis ſimilia, ſed tenuiora & breuiora. Supra hæc oculi conſtituti ſunt, parui craſſiuſculi, non ut locuſtæ maiuſculi. Supra oculos extat deinde quaſi frons quædam acuta & aſpera, maior quàm locuſtæ. Denique facies acutior & thorax latior multo quàm locuſtæ: totúmque corpus mollius & carnoſius. Quod autem collum appellāt, (Græci τράχηλον) quinque partium foris eſt, & ſextum latius illud ſitum loco nouiſſimo habetur, tabellis cōtinuatum quinque. Interiora uero in quæ fœminæ foras pariunt, ouáque deponunt, hirtiuſcula quædam quatuor cōtinent. In ſingulis autem eorum quæ foris eſſe diximus, ſpinæ ſingulæ breues rectæque eminent. Fœminam hoc in genere nullum diſcrimen à mari diſtinguit: nam & mari & fœminæ forceps alteruter grandior more incerto eſt: parem uero utrunque, neuter habere uiſus eſt. Exuunt ſenectutem &

Aſtacus.

B

2

C

D

3

Mm

aſtaci, aut uere aut autumno, & leuioribus locis proueniunt, ut apud Hel- E
leſpontum & circa Thaſum, ſicuti locuſtæ aſperis ſaxoſiſque: neutrum ge-
*Aſtacus fluuiatilis.* nus limoſa amat. Gignuntur & in fluminibus aſtaci quidam puſilli. 4

*Gammarus.* 1 Aſtacus, &c. Ἄστακον gammarum interpretatur Theodorus. Athenæus gamma-
rum latine dici genera quædam καρίδων, id eſt, ſquillarum ſcribit. Columella quoque
*Cammarus.* & Plinius fere cammarum uocant, non gammarum. 2 λαμπρὸν ἔχει τὸ χρῶμα, con-
color in noſtra cammare lance rubes, inquit Martialis. 3 τράχηλος, id eſt, collum,
(ut uidetur) eam partem ſignificat, quam caudam ſuprà in locuſtis uocauit Ariſtote-
les, niſi forte locus hic ſit mendoſus. 4 His ſimiles eſſe tradit Ariſtoteles, beſtiolas
quaſdam, quæ in cochleis quibuſdam reperiuntur, ſed quæ præmollem habent carnē.

## De cancrorum generibus. Cap. CCXXXII.

*Cancer, καρκῖνος.* CAncris inter cruſtacea ſolis corpus rotundum eſt, & cauda deeſt: cum
locuſtis ſquilliſque oblongum corpus ſit. Pedes his omnes cum forci- F
pibus deni. Omnibus uero magna ex parte grandior ac ualidior forceps
dexter quàm læuus eſt: & ſuperiorem forcipis partem mouent, non infe-
riorem. Crura iis breuia, quia parum mouētur. Alueus totius corporis in-
diſcretus eſt: nec etiam caput diſtinctum, nec aliud quicquam. Oculi uero
omnibus, ſed aliis è latere ſupra, continuo ſub prono, amplo diſtantes diſ-
crimine: aliis in medio, breui diſcrimine, ut heracleoticis & maiis. Os ocu
*Longi, aliàs parui, μικροί.* lis ſubditum, in quo dentes duo ut locuſtis: uerum non rotundi, ſed longi:
& tegmina hos operiunt duo. Inter hæc talia interiacent quædā, qualia lo-
cuſtarum dentibus adnecti diximus. Humorem quem ore accipit, tegmi-
nibus illis depellit. Emittit uero meatibus quibuſdam ſuperioribus, qui ſta
tim ſub oculis poſiti ſunt. Quoties ergo aquā acceperit, utroque tegumen- G
to os obturat, atque ita reſpuit humorem. Gula poſt dentes breuis admo-
dum eſt, ita ut protinus uenter os accipere uideatur. uenter biſulcus gulæ
ſubiungitur: cuius ex medio, inteſtinum ſimplex & tenue procedit, quod
ſub operculo illo exteriore applicato deſinit, quod caudæ loco habetur: in
quod & fœminæ oua pariunt. Humor intus in alueo pallidus, & minuta
*Vetus interpres Non ſunt applicata ſicut maris opercula.* quædam oblonga albida continētur: ruſa etiam alia, maculis diſperſis. Dif-
fert à fœmina mas, magnitudine, craſſitudine, & applicatili illo operculo:
id enim amplius in fœmina eſt & diſtātius: & interiora habet hirtiora am-
plioráque, in quæ & oua pariat: aliàs cauda hæc in cancris minimi eſt uſus:
quandoquidem prope terram uitam agere cauernáſque ſubire ſolent, nec H
plurimum natant. Et qui ex iis pelagij ſunt, ij pedes habent longe tardiores
ad ambulādum: ſunt enim cæteris ipſi nantiores, ut maiæ, & qui heracleo-
tici appellantur. Fœminæ quoque primus pes, inquit Plinius, duplex eſt,
mari ſimplex. Ex omnibus animalibus cancrorum genus unū, non in prio-
rem mouetur partem, ſed in latus. Et cum cętera animalia ducibus binis pe
dibus incedunt, cancer unus quaternis regi ſolitus eſt. Cum cætera cruſta-
cea auerſa coeant, cancri parte priore copulantur, ſua opercula loculoſa il-
la rugoſáque mutua conſertione componentes. Latent cancri quinis men
ſibus, & cruſta ſua ueris principio exuuntur, quemadmodum locuſtæ: mol
liores quidem perſpicue, ſed etiam duriores exuere aiunt, ut maias: & tunc
quidem

A quidem præ teneritate non ſatis ambulare poſſunt. Oſtrea uenatur cancer,
1 iniectóque inter teſtas lapillo, exedit. Cancrorum genus multiplex, nec fa
cile enumerandum: maximum quas maias appellãt. Durior his cruſta eſt, *Maia*, μαῖα.
& crura exiliora: oculíque paruo diſtant interuallo, ſicuti in heracleoticis.
Secundum magnitudinis locum paguri occupant. Qui heracleotici uocã- *Pagurus.*
tur, cruſta quoque firmiore muniuntur ut maiæ: & oculos habent paruo
diſtantes interuallo, ſed crura illis breuiora ſunt quàm maiis. Aliud genus
2 eſt fluuiatilium cancrorum: cæteri minutiores, & nullis pene nominibus *Cancer fluuiatilis.*
annotati. Genus cancrorum in litoribus Phœnice fert, tantæ uelocitatis ut
3 uix conſequi ſit: unde ἱππεῖς, id eſt, equites illos appellarunt: iis nihil fere in- ἱππεῖς.
tus propter inopiam pabuli. Genus item aliud eſt, quod magnitudine can- *Equites cãcri.*
B crum non excedit, facie aſtacis ſimile. Edulium graue cancer eſt, & ægre *Cancer.*
concoquitur: contra ſerpentium ictus medetur. Cancri fluuiatiles triti cru *Cancri fluuiatiles.*
di potíque ex aſinino lacte remedio ſunt contra ſerpentiũ phalangiorúm-
que morſus & ſcorpionum ictus. Elixi & cũ ſuo iure in cibo ſumpti phthi-
ſicis tabidíſque proſunt, & iis qui leporem marinum hauſerint. Nihil æque
aduerſari ſerpentibus aiũt q̃ cãcros: ſuéſque percuſſas, hoc pabulo mederi.
Rupta cõuulſa cãcri fluuiatiles triti in aſinino lacte maxime ſanãt: triti ue-
ro cũ ocymo atq; admoti, ſcorpiones necãt. In cataplaſmatis modũ impoſi
ti aculeos infixos extrahunt. Cancrorũ fluuiatiliũ ſuccus cũ farina ordeacea
auriũ uulneribus efficaciſſime prodeſt. Exuſtorũ cancrorũ fluuiatiliũ cinis
C non aliter atque echinorum cochlearúmque exſiccandi facultate pollet.
Subſtantiæ autem proprietate, mirũ quàm canis rabidi morſibus prodeſt,
& ſolus, & multo magis cum gentiana & thure, ut ſit thuris pars una, gen-
tianæ quinque, cineris cancrorum decem. Bibendum hoc medicamẽtum
dant, alij quotidie diebus quadraginta, cochlearij magni menſura, aut (ſi
non ſtatim detur, ſed aliquot poſt dies quàm uulnus acceperint) duorum
cochleariorum aquæ admiſtũ. Alij cineris duo cochlearia, uno radicis gen
tianæ adiecto, triduo cum uino exhibent. Cinis hic cum decocto melle, pe-
dum ſedíſque rimas, perniones & carcinomata mitigat. Aduerſus canis
morſum minime ualere marinos cãcros alij prodidere: at Dioſcorides ma-
rinos eadem omnia poſſe, uerum minus efficaces eſſe prædicat: utuntur &
cancrorum cinere ad dẽtium dolores: & ad lepras cum oleo Andreas uſus
D illo eſt. Quem cancellum & καρκίνιον appellant, principio ex terra limóque *Cancellus.*
conſiſtit: mox conchulas ingreditur uacuas: ubi cum excreuerit, tranſit in καρκίνιον.
concham ampliorem, uidelicet aut nerites, aut turbinis, aut alicuius ſimi-
lis: ſæpe etiam paruam buccinam ſubit: ingreſſúſque ampliorem illam, ge-
rit pari modo, & uiuit in domicilio capaciore: rurſúſque excreſcens, aliam
petit ampliorem. Specie ſimilis locuſtaceis eſt, naſcíque ſeorſum per ſe ſo-
litus: uerum quòd teſtam deinde petit, uitámque in ea traducit, hinc ſimi-
lis teſta contectis animalibus eſt: quapropter is in ancipiti eſſe, genúſq; ſibi
uendicare utrunque uidetur: forma tamen, quod ſimplicius dixerim, ſimi-
lis araneis eſt, niſi quòd partem capiti & pectori ſubditam, ampliorẽ quàm
aranei habet. Cornicula duo rufa tenuia gerit, quibus oculi totidem ſubia-

cét:qui nunquam intro recedant,ut cancrorum,neque claudantur,ſed ſem E
per eminentes appareant. Os ſub his eſt,quod uelut capillamentis quibuſ-
dam pluribus circundatur. His pedes ſubiūcti duo bifurces, quibus cibum
ori admouent: bini item utrique adhærent lateri, & tertius paruus. Quod
ſub thorace eſt,molle totum eſt:quod diſſecto pallidū intus cernitur. Mea-
tus unus ab ore ad uentrem pergit:foramen excremēti perſpici nullum po-
teſt.Pedes ac thorax duritiem præ ſe ferunt, ſed minus quàm cancri: nexu
nullo adhæret teſtæ purpurarum modo & buccinarum, ſed abſolutus li-
*Pinnother.* bérque uagatur.Pinnothera hunc uocat Plinius,Pinnother,inquit,uocatur
minimus ex omni cancrorum genere, ideo opportunus iniuriæ. Huic ſo-
lertia eſt inanium oſtrearum teſtis ſe condere: & cum accreuerit, migrare
in capaciores. Genus cācelli diuerſum eſt,quod in nerite degit,ab eo quod
in turbine:oblongior enim eſt qui in turbine uiuit:qui uero in nerite,cæte- F
ra quidem illi non abſimilis:ſed dextrum bifurcatum pedem, paruum ha-
bet,& læuum grandiuſculum,& ingredi eodem ipſo grandiore potiſſimū
ſolet.Hic nunquam in turbine hoſpitatur, ſed in neritis tantum. Sunt in-
ter cochleas quæ intra ſe beſtiolas habent ſimiles aſtacis puſillis, qui uel in
flumine gignuntur:ſed ea differentia,ut præmollem intra ſuam teſtam ca-
*Cancelli.* runculam habeant. Cancelli,qui perquàm exigui inter piſciculos reperiū-
*Μικροὶ καρκί-νοι.* tur,pedes nouiſſimos latiuſculos habēt,ut ad nandum utiles ſint, quaſi pro
*Pinnophylax.* pinnulis aut remis pedes haberentur. Inter ſpongiarum cubilia beſtiola gi
*Squilla parua.* gnitur aranei ſimilis, quæ pinnophylax dicitur, & ſquilla parua. hæc con- 4
cham ingreſſa,aperiendo claudendóque piſciculos capit: aperit autem an-
tequam ingrediantur, claudit & contrahit cum ingreſſi ſunt. Naſcuntur G
& in nonnullis teſta operti generis cancelli,colore albido, corpore admo-
dum parui: & plurimi quidem in mitulis,qui in alto gurgite degunt: mox
*Pinnother. πιννότηρ. πιννοθήρης. πιννότηρ. Pinnoter.* in pinnis,quos pinnotheras uocant:quinetiam in pectūculis atque oſtreis:
uerum nullum conſpicuum capiunt incrementum.Piſcatores cancros eiuſ
modi naſci confirmant unà cum illis quorum teſtam inhabitant, & ex eo-
dem quaſi ſeminio gigni. Et in pinna quidem carni eius ita adnaſcitur, ut
ueluti carneam quandam radicem in eam demittere uideatur.

1 Oſtrea uenatur. Cancri aſtutia in oſtreis exedendis deſcribitur ab Oppiano.
2 Fluuiatilium cancrorum. Viuunt cancri,inquit Galenus, in utroque humore,
*Hippoe.* marino ſcilicet & dulci. 3 ἱππεῖς,&c. Hippoe uocantur,inquit Plinius.Curſores cā H
*Curſores cācri.* cri,uti alij referunt, quòd longe latéque uagantur, modo circum litora errant, modo
*Σκίλλαρον,uel σκιλλάριον. καρίδιον.* longius proficiſcuntur. 4 Eundem hunc pinnophylacem Ariſtoteles, σκίλλαρον
quoque uel σκιλλάριον uocauit,& καρίδιον. Theodorus pro utroque ſquillam paruam
reddidit,Plinium ſecutus.Hæc apertius infrà explicantur in pinna.

## De ſquillarum generibus, & cammaro, leone & arcto.

## Cap. CCXXXIII.

*Squilla, καρὶς* SQuillas(quas καρίδας Græci uocant)à cācrario genere differre modo di- 1
ximus,eò quòd corpus his longum ſit,& caudam habeant: à locuſtario
uero,quòd forcipe careant,& plures habeant pedes. Quę tamē ex mari ue-
niunt,

A niunt in Gangem ſquillę, forcipes maximas & tangẽtibus aſperas habent: quæ uero in Indum aſcendunt, leues aiunt habere ſpinas, & forcipibus carere. Squillas ouum clauiculáſque intra ſe ſimilem in modum habere cum locuſtis certum eſt: inteſtinúmque his ſicuti & locuſtis & aſtacis recta in caudam finit, quà excrementa emittunt, & oua pariunt. Squillæ colorem mutant: uere enim nigreſcunt, poſt uer albedinem ſuam recipiunt: Indicæ ſquillæ locuſtis maiores ſunt. Squillarũ plura ſunt genera: gibbæ, quas Græ
2 ci κύφας uocant, crangones. Et paruum genus earum quæ maiores nũquam *Squilla parua.*
3 effici poſſunt. Gibbæ parte prona ſimiles ſunt locuſtarum: ſupina uero par- *Gibbæ, κύφαι.*
te, tabellæ (πλάκας uocãt) his nullæ. Quinos utrinque pedes capiti proximos habent acutiores, & ad uentrem utrinque alios, quorum extrema latiuſcu-
B la ſunt. Squillis etiam gibbis cauda & pinnæ quaternæ: quarũ quod in medio eſt, ſpinoſum eſt, & acutius quàm quod in crãgone reperitur. eſt enim latius in crangone. Squillæ gibbæ uterum circiter menſes quatuor ferunt. Crangones contrà quàm gibbæ, primos habent utrinque quaternos: tum *Crangones,* deinde ternos habent utrinque paruos. Reliqua corporis pars (quæ maior *κράγγονες.* eſt) pedibus caret. Crangonis quoque lateri caudæ utrinque pinnæ adnexæ ſunt: quarum quod medium eſt, ſicuti & in gibbis, ſpinoſum eſt: uerum in crangone latius, in gibbis acutius eſt. Caridon quoque, hoc eſt, ſquillarum
4 generis eſt cãmarus (ut author eſt Athenæus) eóque nomine uocatur à La- *Cammarus,*
5 tinis. E cruſtatorum genere & leo eſt, aſtaco minor: cuius brachia cãcris ſi- *κάμμαρος.*
milia ſunt, reliqua pars locuſtæ. Leonem marinum Ælianus ſcribit locuſtæ *Leo.*
C ſpeciem ſimilitudinémque gerere: ſed corporis tenuitate & gracilitate ha- *Leo marinus.*
bitus maiori eſſe: brachiaque habere tum maxima, tum cancris ſimilia: cœ *λέων.*
ruleo colore eſſe: & ſubnigris maculis diſtingui. Iis quas nomine urſæ ar- *Arctos.*
ctos appellant, idem pariendi tempus natura ſtatuit, quod locuſtis: quocir- *Vrſa.*
ca per hyemem & uere priuſquam oua excludant, cibo laudãtur. Cum excluſerint deterrimæ fiunt. Quæ cruſta operiuntur, ita ſe habent Reliquum iam eſt, ut de teſtatis diſſeramus.

1 Squillas, &c. Scyllam Plinius, ni fallor, hanc uocauit, lib. 32. 2 κράγγονες Theo- *Scylla.*
dorus crangines uocat. 3 Gibbæ, &c. Vetus interpres. Genus quod dicitur gibbo- *Crangines.*
ſum, habet XII. pedes, in utraque parte ſex pedes: & pedes qui ſunt uerſus caput, ſunt acuti ualde: & extrema aliorum pedum qui ſunt in uentre, ſunt lata: & uentres eorum *Cãmarus ma-*
D aſſimilantur uentri carabi. 4 Cammarum marinum dixit Plinius. Columella in- *rinus.*
ter animalia (ut uidetur parui incrementi) cammaros numerauit. Gammaros alij uo- *Gammarus.*
cant. (ut Theodorus pro aſtaco gammarum reddit) Iuuenalis:

Si tibi dimidio conſtrictus gammarus ouo
Ponitur.

Martialis lib. 12 in Candidum:

Immodici tibi flaua tegunt chryſendeta mulli:
Concolor in noſtra gammare lance rubes.

Hic uero apparet ignobile eſſe gãmarum, ſiue cammarum, & uulgi cibum. 5 Leo eſt aſtaco minor. In Athenæi exemplaribus habetur μείζων ἐστὶν ὁ λέων τοῦ ἀστακοῦ: quo in loco equidem coniicio legendum eſſe μείων pro μείζων: itaque (minor) reddidi: atq; hãc meam opinionem confirmat, & quod nobis tradidit ex Æliano Gillius. Plinius leo- *Leo.*
nem inter cruſtacea nobiliora numerauit.

De teſtaceis. Cap. CCXXXIIII. E

*Teſtatum. Teſtaceum.* ὀστρακόδερμον ὀστρακηρόν. ὄστρεον. ὄστρειον. *Oſtreum. Concha. Conchilium. Turbinatum.* Στρομβώδης.

TEſtata ea ſunt quibus pars carnea intus eſt, nihil durum intra ſe habẽs, ſolida foris, teſtæ aut lapidi ſimilis, quale genus concharum & oſtrearum eſt. Huius generis aut nullum in terra gignitur, aut omnino pauca, ut limacum genus, & ſi quid eiuſmodi aliud ſit, ſed rarum: at in mari ſimilíq; humore multa & uaria gignuntur. Hæc inter ſe numeroſa diſcrepant differentia tum teſtę, tum carnis ratione: aliis enim in hoc genere nulla eſt caro, ut echinis: aliis eſt, ſed quæ penitus incluſa nec ulla ex parte conſpecta eſt, excepto capite, ut limacibus, purpuris, buccinis, & reliquis turbinatis. Sunt uero túrbinati generis (quod στρομβοειδῆς dicunt) alia quidem in anfractum intorta, ut buccina: alia in globum tantum circumacta, ut echinorum genera: nerites quoque teſtam habet rotundam. Cæterorum quædã duplici cõſtant ualuula, quædam ſimplici: ut genus alterum δίθυρον aut biualue: alterũ F uniualue uel μονόθυρον poſſit nuncupari. Biualue appello, quod gemina teſta clauditur: uniualue quod teſta ſingulari cõtinetur: cuius altera pars detecta carnem oſtẽdit, ut lepas. Biualuis generis pars cluſilis eſt & reſeratilis, ut pectunculi & mitili: eiuſmodi nanque omnia, parte altera ligata, altera ſoluta conſtant, ut & concludi poſſint & aperiri. Alia binis quidem concluſa ualuulis ſunt, uerum utroque latere connexa, ut ungues ſiue digiti. Sũt & quæ teſta tota occultentur, ita ut nulla ex parte carnem detectã habeant, ut quæ tethya ſiue uertibula appellamus. Ipſarum etiam teſtarũ magna uarietas: nam alia leues habent teſtas, ut ungues, mitili & concharum quędam, quas alij galadas appellant: alia ſcabras, ut oſtreæ pinnæ, & conchæ nonnullæ & buccina. Atque horum quædam etiam pectinatim diuiſas ſtriatáſue: ut pe G ctunculi & conchæ quædam: alia non ita ſtriatas, ut pinna, & concharum nonnullæ. Craſſitudine quoque differunt & tenuitate tum totius, tum partis, uelut labrorum: aliis enim labra tenuia, ut mitilis: aliis craſſa, ut oſtreis. Item alia modo quodam ſe mouẽt, ut omne quidem turbinatorum genus mouetur & ſerpit: & pectines, quos & uolare nonnulli aiunt: alia ita natura immobili ſunt, ut nunquam ſedem in qua hærent ſponte ipſa mutare ualeant, ut pinna. Et quæ ex teſtaceis loco mouentur, eo tantummodo mouẽtur quo pedeſtria aliqua pedibus mutilata moueri dicimus, & parũ admodum progrediuntur: ſed uelut ſtabilia & hærentia mobilia ſunt: ut progredientia uero, ſtare uidentur atque adhærere. ſunt enim animalia ueluti mãca deprauatáque. Commune teſtacei generis omnibus eſt, ut teſta intus ęqualis læuíſque ſit. Et caro biualuis & uniualuis generis ita teſtæ adhæret, ut niſi per uim nequeat detrahi: at turbinati laxior cõtinetur & abſolutior. Cui generi peculiare eſt, ut teſtæ ea pars quæ à capite remotiſſima habetur in anfractum clauiculámue torqueatur. Mouentur eadem omnia parte dextra, non ad clauiculam, ſed in aduerſum. Operculum etiam eadem iam inde ab ortu naturæ omnia fere gerũt. Eſt autem hoc cruſta quædam prætenuis, qua tanquam operculo quodam congenito, carni patulæ appoſito, ſeſe quaſi concludendo tuentur, ne facile offendantur ab iis quæ extrinſecus incidant. Teſtatorũ corpus quàm pauciſſimis conſtat ex partibus: ſunt enim

*Biualue,* δίθυρον. *Vniualue.* μονόθυρον.

*Detectam,* γυμνόν.

*Turbinata.*

H

A enim omnia aut immobilia, aut parum omnino motus adepta, ut modo diximus: quæ autẽ mobiliora ſunt, hæc plures habeant partes, neceſſe eſt. partes exteriores huius animalium generis differentiis iis uariantur. Interiorũ natura ſimilis quodammodo in omnibus eſt, maximéque turbinatis. Differunt enim inter ſe magnitudine, & quæ exceſſu conſtant affectibus: nec uero multum diſſident uniualue & biualue genus, quãquam longe ab immobilibus diſcrepent, quod latius poſtea patebit. Natura ergo turbinatorũ fere ſimilis conſtat, nec niſi magnitudine uariat, ut modo dixi: aliis enim partes maiores atque euidẽtiores, aliis minores obſcurioréſque ſunt. Quo enim maiora ſunt quæcunque teſtatorum genera, eò partium conſpectum *Turbinata.*
B præbent euidentiorem. Ad hæc diſcrimen illud duritiæ, molliciæ, cæterarúmque generis eiuſdem affectionum. Turbinatorum omnium caro penitus teſtę incluſa eſt, nec ulla fere ex parte conſpecta, excepto capite. Hanc primo extimóque in ore teſtæ, maxima quidem ex parte, omnia toroſiuſculam habent, alia magis, alia minus. Caput eius ex medio partis prominulum extat & cornicula duo, quæ pro magnitudine animantis plus minus capiunt incrementi: in maioribus enim magna, in minutis uero animalibus admodum parua conſpiciuntur. Exerunt caput more omnia eodem, idémque per metum retrahunt intro. Eſt illis & os: nonnullis etiam dentes, ut cochleis, breues, acuti, duri & tenues. Promuſcidas item gerunt modo muſcarum: quod quidem mẽbrum partim linguæ effigiem præ ſe fert, & partim aculei. Venter os protinus excipit, ſimilis auium ingluuici, habéntque infra uentrem duo quædam albida firma, & toroſa, mammis ſimi
C lia, cuiuſmodi uel in ſepiis eſſe aduertimus, ſed hæc toroſiora ſunt. Meatus à uentre duplicatus longus porrigit ſe uſque ad id, quod papauer appellatur, quod μήκωνα Græci uocant, quod fundo cõmiſſum eſt. Hæc ergo in purpuris & buccinis & κόχλοις, id eſt, umbilicis ſunt conſpicua, & in clauicula teſtæ continentur, ſicuti & in reliquis turbinatis omnibus. Eſt autem μήκων, id eſt papauer, quaſi excrementitium quoddam membrana contentũ magna ſui parte in omnibus teſtaceis generibus, quod uel eſculẽtum eſſe præcipue ſentitur, quãquam in quibuſdam echinis cibo minime idoneum eſt. Meatum illum excipit inteſtinum illi continuum ſimpléxque ex toto uſq; ad exitum: eſtq; eius initium circa anfractum papaueris, quo etiam latius *Papauer. Μήκων.*
D eſt: hinc ſurſum uerſus replicans, carnoſam illam partem repetit, finítq; ad caput, unde eiicitur excrementum ex meatu quodam ori uicino, quod in omnibus perſpicitur turbinatis tam aquaticis quàm terreſtribus. Mẽbrana in grandiuſculis umbilicis ſub uentre, gulæ illi ſiue meatui attexitur continua, per quem meatus prolixior albicans, colore ſimilis ſuperioribus illis mammillaribus caruncul is tendit. habet etiam inciſuras, quales in ouo locuſtarum habentur: uerum hoc albidum, illud rubidum eſt: nullus exitus huic, nec foramen ullum patet, ſed prætenui membrana cõtinetur, cauum quoddam anguſtum in ſe habens. Tendunt ab inteſtino ad imum nigricãtia quædam aſpera atque cõtinua, qualia uel in teſtudine uiſuntur, ſed minus nigra. Cæteræ quoque cochleæ umbilicíue hæc habent eadem: ſed quó

minores, & minutiora: & in iis ipſis alia explanatius, alia obſcurius, ut di- E
ctum eſt. *Vniualuia.* *Biualuia.* Vniualue autem & biualue genus, partim iis ſimile eſt, partim di uerſum. caput enim & cornicula & os obtinent, atque etiam quod linguæ ſpeciem gerat: uerum hæc in minutioribus ſenſum præ ſua exiguitate effugiunt: nonnulla etiã in exanimatis, aut non mouentibus percipi nequeunt. Papauer illud omnia habent, ſed non loco eodem, nec par, nec ex ęquo manifeſtum: ſed uniualuia ſuo fundo, ut patellę: biualuia quà mutuo teſtarum complexu nodóue ligantur. Quibuſdam etiam quaſi capillamentis, in extremis oris, hæc omnia circundantur. *Ouum.* Quod autem ouum uocatur tempore quo gigni ſolet, altero tantum latere, dextro ſcilicet, biualuia habent: altero latere oſtium excrementi cõtinent. Sed errore ouum hoc uocitatur, quippe quod nihil ad generationem conferat, ſed tale ſit quale eſt pingue F
in ſanguineo genere cum uiget, & quod bona animalis nutritione alimoniáque proueniat: quamobrem ſapore per id tempus præſtant, cibóque lau dantur, ſcilicet uere & autumno. Laborant enim teſtata omnia per frigus & æſtum, atque exuperantiam temporis ferre nequeunt. Eſt autem ouum hoc in teſtatis, quibus datum id à natura eſt, carni ipſi intumeſcẽs, nullum habens ad eius exitum foramen, ſicuti albidum illud in umbilicis: id enim illis ſimile intelligimus. Sed huiuſmodi partes (ut dixi) cum conſpicuæ in magnis habeantur, in paruis tamen aut nullo pacto aut uix ſentiuntur. Quamobrem in magnis pectunculis præcipue patent. Oſtium excrementi cæteris quidem à latere eſt: at uero patellæ feræ parte ima teſtæ excernitur, quà foramen in teſta habetur. Et uniualuia quidẽ atque biualuia ita ſe ha- G
bere cernuntur. In uniuerſum autẽ, nullum ex teſtaceis eſt, quod capite careat: cæteræ corporis partes nomine uacant, præter linguam, quæ omnibus etiam ineſt. *Cordis proportionale.* Caput omnia teſtata infrà habent plantarum modo: ut quæ cibum de imo capiunt, ut plantę radicibus ſuis hauriunt. In teſtatis omnibus id etiam eſt quod cordi proportionetur, eodem modo quo & in cruſtatis & mollibus, quod mutis uocatur, ſed minus patet: attamen in medio quærendum hoc eſt, aut ſcilicet inter partes quæ cibum recipiũt, & quà excrementum emittunt, ſi fixa degunt: aut inter dexteram partem & ſiniſtram, ſi inceſſilia ſunt. Quæ ſiliceo tegmine operiũtur omnia, quibus ſaltem ingrediendi facultas eſt, olfactum guſtúmque habere conſtat argumento eſcarum: accedunt enim ad eſcam à longe, utpote odorantes. Senſus item ſa porum iis ineſſe hac eadem ratione patet. ſapore enim rerum earundem H
quæque delectantur, ad quas ueniunt odoribus inuitata. De uiſu & auditu, quanquam nihil certi manifeſtíq; habemus, inquit Ariſtoteles: ungues ta men ad ſtrepitũ ſe ſubtrahere, inferiúſque ſubſidere cernũtur, quoties ferramentum ſentiunt admoueri: pectines quoque admoto digito dehiſcunt, mox comprimunt ſe ut cernentes. Neritas item qui capiunt, non aduerſo flatu, ſed ſecundo adeunt, quoties eſca perſequuntur: nec uoce ulla, ſed ſilẽtio agunt, utpote cum & olfaciant & audiãt: nec fieri poſſe aiunt, quin ſubterfugiant, ſi uox proferatur. Hæc Ariſtoteles. In marinis oſtreis, inquit Plinius, auditum eſſe non eſt ueriſimile. ſed ad ſonum mergere ſolent: ideo &

ſilentium

A ſilentium in mari piſcantibus. Vniuerſum autem teſtatorum genus, plantæ ſimile reſpectu gradientium animalium eſt. Sexus diſcrimen in iis quæ teſta integuntur nullum omnino perſpicuum eſt. Et plurima quidem non coire apertum eſt: ſed an ulla coeant & per coitum generent, incertum eſt: ſed quemadmodum in genere ſtirpium, aliæ fructum ferunt, aliæ ſterilem ſortiuntur naturam: ita etiam in his quod quidẽ pariat & generet, eſt: quod autem maris fungatur officio, deeſt. Vnum ſaltem ex his genus cochlearũ coire perſpectum eſt: ſed an ortus earum per coitum ſit necne, nõdum exploratum ſatis habetur. Eſt ſane totum hoc animalium genus modo quodam inter animalia & plantas ambiguum, & uelut in ambobus conſtitutũ
B generibus: munere neutrius fungitur. Nam ut planta, ſexu maris & fœminæ caret, nec in altero generat: & ut animal, nullum ex ſe fructũ affert modo plantæ: ſed conſiſtunt & generantur ex terrena & humida quadam concretione. E limo nanque & materia putreſcente, ſponte naturæ oriuntur prope dixerim omnia: diuerſa tamen pro limi differentia: nam in cœnoſo, oſtreis origo conſiſtit, conchæ, chamæ: ungues & pectines locis arenoſis ſui ortus initia capiunt. Rimis cauerníſque ſaxorum tethya generantur & glandes, & quæ per ſumma adhærent, ut patellæ & natices. locis enim naſcuntur hæc uariis, ut alia uadis, alia gurgite, alia duris locis atque aſperis, alia arenoſis. Omnia uero id genus celeri incremento augentur. Quæ ex iis fauificare ſolent (qualia ſunt, inquit Plinius, quæ durioris teſtæ ſunt, ut murices, purpuræ) non alio modo quàm cætera teſtis incluſa generantur: uerum melius atque uberius quoties præexiſtent aliqua quæ eiuſdem ſunt
C generis. Condunt enim aliqua, ut purpuræ uerno tempore eundem in locum ſeſe colligentes, quam μελικήραν aut fauaginem uocant, quæ uelut fauus eſt apum: uerum non ita elegans, ſed quaſi è putaminibus cicerum alborum multa inter ſe compoſita, ſtruem unam ſua cohæſione coagmentarint. Nullum iis patet foramen, neque ex his purpuræ cęteráue teſtacea ena-
2 ſcuntur: ſed coagmentatio illa fauo ſimilis tanquam purgamentum iis eſt. emittunt enim, cum ſuos ordiuntur fauos, mucorem quẽdam (ſaliuarium lentorem uocat Plinius) ex quo putamina illa coagmentata conſiſtunt. Hæc ergo rupta diffuſáque omnia, humorem quem cõtinebant, in terram demittunt: mox eo quo effuderint, loco gignuntur animalcula teſtacea, ut
D purpurulæ, exordio admodum exiguo. Buccina quoque & mituli fauificare ſolent. Itaque ne hæc quidem quæ inter teſtacea fauos ſaliuant, alio modo quàm cætera generantur: ſed ſponte naturæ omnia è limo materiáque putreſcente. Quod ad generationem pertinet, res ita habet. Aluntur autẽ quæ ex iis immota manent humore dulci & potulento, qui per ſpiſſa trãſmittitur. Quæ autem mobilia eadémque carne ueſcẽtia ſunt, iis uictus ex piſciculis eſt, ut purpuris: alia uero iis quæ in mari pullulant, ueſcuntur. Latent teſtata omnia, ut in mari purpura, buccinum, omnéque id genus, uerùm non eodem modo, ſed abſolutorum latibulum euidentius eſt: condun tur enim receſſu: aliqua uero leuiore quodam tegmine ſuperimpoſito deliteſcunt, ut limaces. At earum quæ adhærent, non eſt tam manifeſta latita-

*In cœnoſo, ἐν τῷ βορβορώδει.*

Μελικάρα.

*Fauago.*

tio. Quæ uero latent, non eodem tempore omnia latent, ſed limaces hye- E
me, purpura & buccinæ canis exortu dies circiter triginta conduntur. Pe-
ctines etiam tempore eodem: ſed eorum plurima ſane latent, & algore ur-
gente & æſtu. Teſtaceo generi anni pluuij proſunt, præterquam purpuris:
cæteris ſqualor incommodus eſt. nam & minora redduntur & deteriora.
Conducunt autem iis imbres, propterea quòd mare dilutius redditur: ſed
frigus facit profecto, ne uel in Pōto uel in fluuiis gigni poſſint, exceptis bi-
foribus paucis. Genus nāque uniualue potiſſimum rigore induratur & in-
terit. Iam uero & lunari poteſtate oſtrearum conchiliorúmque & concha-
rum omnium corpora augeri & rurſus minui conſtat. In mari rubro teſta-
ta omnia mira quadam magnitudine augentur. Quæ teſta intecta ſunt o- F
mnia, ut pectines, tunc optima ſunt cum grauida: ſed quanquam teſta inte
cta grauida dicimus, tamen nullum eorum, uel coitum uel partū uidemus.
uerno tamen tempore & autumno, ut dictum eſt, habere cernūtur ea quæ
oua appellant, exceptis echinis qui cibo idonei ſunt. Caro non æque o-
mnium eſculenta eſt: & excrementum quod papauer uocatur, quibuſ-
dam cibo idoneum, quibuſdam non idoneum eſt. Modice collui debent
omnia teſtacea in cibis, quia ſaporis gratia perit. Teſtaceis omnibus com-
mune hoc eſt, ut ſalſum quendam in ſua carne ſuccum habeant, quo al-
uum citare nata ſunt: id quod unicuique magis minúsue datum eſt. Quæ
enim dura carne cōſtant, minus hoc habent quàm oſtreæ, quæ ſane omniū
molliſſimam habent carnem: paruæ uero chamæ, ſphondili, ſolenes, pur- G
puræ buccinæque & alia id genus, duram. Itaque oſtreæ minus quidem nu
triunt, & aluum facilius mouent: quæ autem duriora ſunt, uberius alūt, &
difficilius concoquuntur. Purpuræ buccinæq; duriore ſunt carne, ſuccúm-
que efficiunt craſſiorem: ſed caro in aliis, præſertim in oſtreis humidior te-
naciórque eſt. Præterea quæ duram habent carnem, ut concoctu difficilia,
ita corruptioni minus obnoxia ſunt. Qua quidem ratione ſæpius ea exhi-
bere ſolemus iis, quibus ex malorum ſuccorum copia cibus in uentre cor-
rumpitur: ſiue eò ex iecinore adfluant, ſeu in ipſius uentriculi tunicis conti
neatur. Dantur autem, inquit Galenus, iis quibus cibus in uentre corrum-
pitur, in optima aqua bis térue decocta, ita ut cū ſalſa prior iam ſentiatur,
in aliam quæ pura ſit transferatur: ex iis quæ duram carnem habēt, ſuccus
procreatur quem crudum uocāt, ſicuti quæ mollem pituitoſus. Quemad-
modum uero ea quæ ſuccum illum ſalſum exuerunt, carnem habent corru H
ptioni repugnantem, & quæ aluum ſiſtat, ita ſi (cum ſale & garo condi-
ta fuerint) eorum ebiberis iuſculū, uenter quidem abunde mouebitur, cor-
pus uero nihil fere ſentiet alimenti. at caro ipſa ſolidior, & difficilius con-
coquitur, & crudum craſſúmque ac frigidum gignit ſuccum: maximáque
ex parte lentum ac pituitoſum: quamobrē ſenibus maxime incōmoda eſt
oſtrearum, & teſtatorum omnium caro. Mneſitheus Athenienſis de teſta-
tis hęc prodidit, Oſtrea, chamę & mituli cæteráque id genus, carnē habent,
quæ ob ſalſum quem in ſe continent ſuccum, ægre concoquitur: &, ſi cru-
da edantur, aluū cient. Quòd ſi concoquantur, uel in quouis humore, ma-
gnam.

A gnam ſalſuginis partem in eo relinquunt: quo fit ut eorum iuſcula aluum turbent:caro uero ipſa,ſalſi illius ſucci iam expers, minime uentrē perturbet.Quòd ſi probe aſſentur conchę,maxime tum ſalſæ euadūt, ut quæ ſuccum iam habeant ab igne ueluti ſuccēſum,& prope dixerim abſumptum. Ad aluum urinámue ciendam cæteris præſtant mituli, oſtreæ, pectunculi & chamæ,ut author eſt Diocles Cariſtius.

1 Sed errore ouum hic uocitatur,&c. Xenocrates humorem album uocat & lacteum:Plinius etiā lac,ut de oſtreis,quòd circa initia æſtatis ſint multo lacte prægnātia. 2 Emittunt enim,&c.Et nuper, inquit Plinius,cōpertum in oſtreariis humorem iis fœtificum lactis modo effluere. *Lacteus humor.* *Lac.*

B

## De turbinatis. Cap. CCXXXV.

SVnt teſtacei generis,ut nuper diximus,alia turbinata,alia biualuia,alia unialuia.Turbinato generi hoc fere peculiare eſt,ut teſtæ ea pars quæ à capite remotiſſima habetur in anfractum torqueatur. Mouentur eadem omnia parte dextra,nō ad clauiculam,ſed in aduerſum. Operculum etiam eadem iam inde ab ortu naturæ omnia fere gerunt:naturáque omniū,maxima quidem ex parte,in eorum partibus ſimilis conſtat: nec niſi magnitudine uariat,ut modo diximus. Turbinati generis alia in anfractū intorta, ut cochlearum genera:alia in globum circumacta,ut echinorum genera. *Turbinatum.* *στρομβοειδής.* *στρομβώδης.*

## De cochleis. Cap. CCXXXVI.

TVrbinati generis cochlea eſt,& in anfractum intorta cochlearum o-
1 mnium caro teſtis penitus incluſa continetur,nec ulla ex parte conſpi *Cochlea.*
C cua eſt,excepto capite.Quòd ſi teſtam detraxeris hebeteſcit cochlea atque *κοχλίας.* expirat.Exerunt ſe domicilio,bináque ceu cornua prætendūt contrahúntque:oculis carent,ideo corniculis prætentant iter.Caput in iis modo quodam equinam ſpeciē præ ſe fert.Os habent & dentes acutos,duros, breues: indicio eſt à minimis earum deroſas uites.Ex teſtatis,unum cochlearū genus coire perſpectum eſt:ſed an ortus earum per coitum ſit necne, nōdum ſatis exploratum habemus. cochleæ pariter omnes, autumno & uere ſua oua habere uiſuntur.Varia ſunt cochlearum genera : ſunt oblongæ quibus *κόχλος.*
2 tubę loco utuntur tibicines:(echinophoros uocāt aliqui,aut eclinophoros) Sunt & rotundæ in oleario uſu,quibus ſcilicet oleum effunditur, & πεντα-
3 δάκτυλοι,& quibus clauicula in acutiſſimum acumen intorquetur : iterum *Echinophori,uel Eclinophori.*
D ſunt aquatiles,ſunt & terreſtres. Aquatilium aliæ marinæ ſunt, ſtomacho utiliores:aliæ fluuiatiles,quæ uirus habent.In terra gignitur cochlea terreſtris,in teſtaceo genere pene ſola,quæ & limax dicitur. Sūt ex cochlearum generibus quæ aceratæ uocantur, latæ, multifariámque naſcentes: ſunt enim & è terreſtribus quędā,quæ latæ & minutę paſſim inueniuntur.Sunt etiam cochleæ quædam nudæ,in Africa maxime: & paſſim quoque ober- *Cochleæ rotūdæ* *πεντεδάκτυλοι.* *Cochlea terreſtris.* *Limax.* *κοχλίας χερσαῖος.* *κοχλίας.*
4 rantes minutæ quædam longęque & candidæ.Sunt & quos ſeſilos uocant, aut ſeſelitas,genus ſyluestre uepribus frutetíſque cohęrens, & quaſi agglutinatum.Preterea ſunt in Liguriæ alpibus quę πωμαλίαι ab operculo illo ſuo appellantur, quo ueluti tegmine ſuperimpoſito latent (quanq̃ omnes etiā limaces leuiore quodā tegmine ſibi ſuperimpoſito, hyeme latent.) Genus *Aceratæ.* *Cochleæ latæ.* *Cochlea nuda.* *Cochlea cādida.* *Longa.* *Seſeli, Seſelitæ.* *πωματίαι.*

hoc minus uulgare eſt. Adhærēt operculo eiuſmodi teſtę ſe operiētes, obru E
tę terra ſemper. Hæ circa maritimas tantum alpes quondā effoſſæ, cœpere
iā eruí & in Veliterno. In Balnearibus inſulis cauaticæ appellatæ (quoniā
in ſpeluncis naſcuntur) non prorepunt è cauis terræ, neque herba uiuunt,
ſed uuæ modo inter ſe cohærent. Cochlearum aliæ aliis præſtant: marinæ
ſtomacho utiles ſunt, & facile aluo excernuntur. Fluuiatiles & albæ uirus
habent: terreſtres uero ſtomacho utiles ſunt. In his autē laudatiſſimæ ſunt
Sardonicæ. Aphricanæ, & in his Solitanæ, Aſtipaleicæ, & quæ in Chio gi-
gnūtur: & Siculę, modicæ, quoniā magnitudo duras facit & ſine ſucco. Ba-
learicæ quoque quas cauaticas uocari diximus: & quæ in Liguriæ alpibus
pomatiæ. Laudatæ & ex inſulis Caprearum. Syluestres autem, quas ſeſilos
appellauimus, & uentrē & ſtomachum turbant: uomitiones excitant, & al- F
uum ſoluunt. Illyricis magnitudo præcipua eſt, Aphricanis fœcūditas, So-
litanis nobilitas, albæ in Reatino agro naſcuntur. Strabo cochleas prædicat 5
Linuſias. Cochleę quoque altiles ganeam impleuere: quę in eam magnitu-
dinem perductæ ſunt, ut octoginta quadrantes caperent ſingularum cali-
ces: author eſt M. Varro. Cochleæ craſſum procreāt ſuccum: ſúntque duræ
& concoctu difficiles. Quæ rotundæ ſunt, earum grandiores, carnoſæ ſunt,
uirúſque habent, & choleram gignunt: at minores nonnullis in uſu cibario
ſunt cum aceto mulſo cōditæ rutáque uiridi & pipere. At uero qui eclino-
phori aut echinophori dicuntur, pētadactylíque, & quibus in acumen cla
uicula intorquetur, graciliore quidem ſunt carne, ſed ſaturitatem citius q̃
aliæ pariunt, ſtomachóq; innatant. In cochleis marinis omnibus, quod col- G
lum uocatur ſuauius eſt: ſúntque, ſi cum terreſtribus conferantur, leues, fra
giles, boníque ſucci, nec facile corrumpūtur. Terreſtres uero cochleæ (quas
limaces appellauimus) ſicuti & aliæ, duram habent carnem, cōcoctioni re-
nitentem: quæ tamen ſi recte concoquatur, uberrime alit, & meatus exi-
guos obſtruit: qua de cauſa cum aceto & laſere ad eſum cōdiri ſolent. Suc-
cus etiam ipſis ineſt, ut & aliis teſtatis, qui uentrem citet: qui ſi coquendo
eximatur, reliqua caro aluum ſiſtet, egregiéq; alit, & ſtomacho idonea eſt. 6
Et cochlearū cibus, inquit Plinius, ſtomacho medetur: in aqua eas ſubfer-
ueſieri intacto corpore earum oportet: mox in pruna torreri nihilo addito,
atque ita è uino garóque ſumi, præcipue Africanas. Nuper hoc cōpertum
plurimis prodeſſe. Id quoque obſeruant, ut numero impari ſumant: uirus
tamen earum grauitatem halitus facit. proſunt & ſanguinem excreātibus H
dempta teſta tritæ, in aquæ potu: aſperitatem faucium & diſtillationes le-
niunt cochleæ. Coqui debent in lacte: demptóque tantum terreno cōteri,
& in paſſo dari potui. Cochleæ crudæ tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tri-
bus ſi ſorbeantur, tuſſim ſedāt. Et cochleę in cibos iis quos linquit animus,
aut quorum alienatur mens: aut quibus uertigines ſunt, ex paſſi cyathis tri
bus ſingulæ contritæ cum ſua teſta & calefactæ in potu datæ diebus pluri-
mum nouem. Aliqui ſingulas primo die dedêre: ſequenti binas, tertio ter-
nas, quarto duas, quinto unā: ſic & ſuſpiria emendant & uomicas. Cochleæ
uiuæ corpus & pręſertim Africanæ, cum aceto deuoratum ſtomachi dolo-
res

*Cauaticæ cochleæ.*

*Quo pacto cochleas præparare oporteat, docet Plinius lib. 30.*

A res mitigat:trita unà cum teſta uino & myrrha,ſi exiguũ inde bibatur,colli ueſicæq́ue cruciatus ſanat. Et cochleæ nudæ (de quibus diximus) in Africa maxime inueniuntur,utiliſſimæ dyſentericis. quinæ combuſtæ cum denarij pondere dimidij acatiæ,éxque eo cinere dantur cochlearia bina in uino myrtite aut quolibet auſtero, cũ pari modo calidæ. Cochleas bibi iubent exemptas teſtis tritáſque treis in uini cyathis:ſequenti die duas, tertia die unam,ut ſtillicidia urinæ emendent: teſtarum uero inanium cinerem, ad calculos pellendos. Cochleæ in cibo ſumptæ accelerant partum: item conceptum impoſitæ cum croco. Eædem ex amilo & tragacantho illitæ profluuia ſiſtunt. Proſunt & purgationibus ſumptæ in cibo: & uuluam auerſam corrigunt cum medulla ceruina, ita ut uni cochleæ denarij pondus adda-
B tur & cyperi. Inflationes quoque uuluarum diſcutiunt exemptæ teſtis, tritæq́ue cum roſaceo:ad hoc Aſtipaleicæ maxime eligũtur: alio modo Africanæ binæ cũ fœno Græco, quod tribus digitis capiatur,additis mellis cochlearibus quatuor illinuntur, aluo prius irino ſucco perunctæ. Sũt & minutæ longæq́ue candidæ cochleæ paſſim oberrãtes: eæ areſactæ ſole in tegulis, tuſæq; in farina,miſcẽtur lomento æquis portionibus:candoréq; & leuorem corpori afferunt. Scabendi deſideria tollunt minutæ & latę cũ polenta. Pręcipiũt & cochlee crudę carnẽ tritam bibere ex aqua calida in tuſſi cruenta. Quartanis cochleæ fluuiatiles mederi dicuntur in cibo recentes. Quidam ob id adſeruant ſale,ut dent tritas in potu. Ictibus ſcorpionũ carnes fluuiatilium cochlearum reſiſtunt crudæ uel coctę: quidam ob id ſalſas
C quoque adſeruant:imponunt & ipſis plagis. Cochlearum terreſtrium triũ caro quamoptime trita adiectis uini nigri cyathis tribus, hepaticis bibenda datur calida:quam uim à totius ſubſtantiæ proprietate habere eas docet Galenus:in febribus tamen cũ aqua calida. Capitis doloribus remedio ſunt cochlearum,quæ nudæ inueniuntur nondum peractæ,ablata capita,ex his duritia lapidea exempta(eſt autem ea calculi latitudine): quæ alligantur & minutæ illinuntur fronti tritæ. Item limacis inter duas orbitas inuentæ oſſiculum per aurem cum ebore traiectum, uel in pellicula agnina adalligatum,idem præſtat:quod remedium pluribus ſempérque prodeſt. Inueniũtur in corniculis cochlearum harenaceæ duritiæ: eæ dentitionẽ facilẽ pręſtant adalligatæ. Limacis quoque lapillum ſiue oſſiculum quod inuenitur
D in dorſo adalligatum dentitioni prodeſſe confirmãt. Cochleæ quæ ſunt in uſu cibi cum myrrha aut turris polline auriũ dolores ſanant. Item minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle:è naribus fluentem ſanguinem ſiſtunt cochleæ contritæ fronti illitæ. Et recentia uulnera conglutinãt tuſæ & impoſitæ, & nomas ſiſtũt. Arũdines & tela, quæq́ue alia extrahenda ſunt corpori, cochleæ ex iis quæ gregatim folia ſectantur contuſæ impoſitæq; cũ teſtis: & eæ quæ manduntur exemptæ teſtis. Cochleæ unà cum teſtis tritæ aqua intercute laborantibus, toti uentri, in arthriticis autem, articulis ipſis imponũtur, quouſque ſponte decidant: ægre nanque diuelli poterunt. Deſiccant admodum, etiam ſi in alto craſſus lentúſque inſederit humor. Quapropter idem agẽdum quoque in iis quæ ex ictu orti ſunt tu-

*Tritæ ex aceto, inquit Dioſcorides.*

moribus,etiam ſi ægre diſſolui patiantur,& aurium cõtuſionibus. Carnes E
earum aut ſole aut cum thure & myrrha illitæ,cum uulnera alia,tum maxi
me quæ in neruis,etiam ſi cum contuſione euenerint, conglutinant. Co-
κοχλίου μύξα. chlearum humor qui μύξα,id eſt,mucus uocatur,uel ſola abſque carne unà
cum thure,aloë,& myrrha,uel horum uno quopiã,uel omnibus ſimul uſq;
ad cerati conſiſtentiam,medicamentum fit,quod tenaciter adhæret, auri-
úmque tumores quibus mucoſus humor ineſt,efficaciter exſiccat: frontíq;
*Mucus.* impoſitus oculorum fluxiones ſiſtit.ubi uero muci copiã colligere uoles,
Μύξα. cochlearum carnem ſtilo pungito:ita nanque humoris plurimũ emittunt,
præſertim ſi nuper captæ fuerint.Idem humor palpebrarum pilos aggluti-
nat. Teſtem ſi deſcenderit cochlearum ſpuma illini uolunt. Cochleæ uſtæ F
uehementer exſiccantis,& modice calfacientis ſunt facultatis. Dyſenteriæ
mirifice proſunt,ubi locus nondum putredinem ſenſerit : quatuor ſcilicet
partibus cineris,adiecta piperis albi parte una, & duabus gallarum. Tollit
ex facie uitia cochlearum quæ latæ & minutæ paſſim inueniuntur,cũ mel-
le cinis.Et omnium quidem cochlearum cinis,inquit Plinius,ſpiſſat,calfa-
cit ſinectica ui : & ideo cauſticis commiſcetur,pſoríſque & lepris & lenti-
gini illinitur.Teſtæ cochlearũ omnium,ut author eſt Dioſcorides, crema-
tæ excalfaciendi & urendi facultatem habent : purgant lepras, uitiligines,
dentéſque,oculorum cicatrices emendant,& uitia cutis in facie (ἐφήλιδας uo-
cant)albugines,ac uiſus hebetudines,ſi unà cum carne ſua uſtæ tritæque il-
Στρόμβος. linantur. Strombos turbinéſue ſunt,qui modo aquatiles cochleas, modo 7
*Turbo.* marinas uocent.Strombi,inquit Oribaſius,duri ſunt,concoctúque diffici-
les:& quo maiores,eò duriores euadunt. Cũ ſinapi eduntur,& ex aceto: at G
uero ſtrombi in aceto putrefacti, lethargicos excitãt odore. Proſunt & car
diacis:ſtrombi quoque carnes tritæ & in mulſi tribus heminis, pari modo
aquæ,aut ſi febres ſunt ex aqua mulſa datæ proficiunt. 8

Κόχλος. 1 Κόχλους & κοχλίας,Theodorus nõnunquam umbilicos uertit:quaſi ſit umbilicus
*Vmbilicus.* genus quoddam teſtaceum aliud à cochleis:uti ſentit etiã Maſſarius.uerum quòd um-
bilicus,quem Theodorus pro κοχλία dixit lib.5 hiſtor.animaliũ, idẽ ſit quod cochlea,
uidetur ex Atheneo.lib.2.Sed de κόχλῳ & κοχλία infra pluribus agetur. 2 Cochleæ,
*Pẽtadactyles.* &c.Theodorus κοχλίας hoc in loco umbilicos uertit. 3 πενταδάκτυλοι,uel pentada-
*Melicẽbales,* ctyles.His adduntur à Plinio meliceimbales,uel melitembales. 4 Sunt & quos ſe-
*uel Melitem-* ſilos. &c.Hæ forſitan ſunt de quibus Plinius lib.30.Cochleæ ex his quæ gregatim fo-
*bales.* lia ſectantur. 5 Linuſiæ,ab agro cui nomen Lino eſt iuxta Pityuntem.Hæc Hermo- H
laus. 6 Qui ſi coquendo,&c.Quonammodo coqui debeat cochlea condiríq;,do-
cent Galenus & Oribaſius. 7 Strombos turbinéſue,&c. Cancellus qui turbinem
ſubit,inquit Ariſtoteles,oblongior eſt: τοῖς ἐν τοῖς στρόμβοις. Strombum alium eſſe à co-
chlea,uel ex Plinio manifeſtum eſt lib.32:Theodorus turbinem interpretatur. 8
Κόχλος. Confunduntur apud Græcos,uel ipſum Ariſtotelem,κόχλος & κοχλίας: fere tamẽ Ari-
Κοχλίας. ſtoteli κόχλος umbilicum,id eſt,cochleam marinam ſignificat : κοχλίας uero terreſtrem
*Vmbilicus.* cochleam.Κόχλος nonnunquam etiam generale eſt, ut Pauſanias in Laconicis: κόχλους
ad purpuræ tincturam maxime idoneos ferunt Laconicæ maritima. Eſt apud Ariſto-
Κοκκάλιον. telem & κοκκάλιον:& Athenæum κόκκαλον (niſi in alterutro codicum inſit menda) co-
κόκκαλον. chleæ genus,& ut uidetur terreſtre genus teſtaceum,à limace diuerſum. Abrotone, ut
*Abrotone.* Hermolao placet,limacis genus eſt:quanquã ſunt qui locuſtam putent item qui apẽ,
*Limax.* alij qui piratã in eo uocabulo intelligant.Limacem Heſiodus φερέοικον uocauit, quaſi
domiportã

A domiportam dixeris. In ſympoſiis etiam proponi ſolitam quæſtionem ludicram (γρῖφον uocant) de limace ſcribit Athenæus, ὑλογενὴς, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος. Ad cuius exemplum, ut uult Hermolaus, Cicero limacē ita finit, Terrigenā, herbigradā, domiportam, ſanguine caſſam. Teucer uero ita, Animal ſine pedibus, ſine ſpinis, ſine oſſibus, cruſtatum

1 De muricum generibus, ut purpura, buccino, & reliquis.
Cap. CCXXXVII.

Concha turbinati generis purpura eſt, canaliculatim è teſta procurrit illi roſtrum, & canaliculi latus introrſus tabulatū ſeu lęue eſt, quà pro- *Purpura. πορφύρα. Aliàs, caniculatim, & cuniculi.*
2 feratur lingua: prętercà clauata eſt ad turbinem uſque, aculeis in orbem ſeptenis fere. Totidem autem in teſta clauiculæ reperiuntur orbes quot ha-
B bet purpura annos. Lingua purpuræ (quam promuſcidem uocant) digito longior, firma & toroſa eſt, duritia tanta ut tum conchulas, tum etiam ſui generis teſtas perforare poſſit, qua & paſcitur. Florem illum ſuum tingendis expetitum ueſtibus, inter papauer dictum & collū in candida uena continet, ſupra eam partem quam uentrem appellant, in quibuſdam nigrum, in nonnullis rubidum: tingit hic preſſus cum extrahitur, & inficit manum. Quod ouum uocatur, ſemper habet purpura. Genera earum plura, pabulo & ſolo diſcreta. Lutenſe putri limo, & algenſe enutritum alga, uiliſſimū: utriſque melius Tenienſe in Tenei maris ora collectum. Eſt & quod calculoſum uocatur, & dialutenſe aliud. Et nonnullæ magnitudine augentur inſigni, ut quæ ad Sigeum & Lectron Idæ promōtoria gignuntur. Ad Car- *Aliàs, tabulatum.* *Purpurarum genera.*
C teiam inueniri traduntur & purpuræ & buccinæ δεκακότυλοι, id eſt, quarum teſtæ decem cotularum ſunt capaces: aliæ paruæ ſunt, ut quas Euripus fert & Caria. Pelagiæ magnę ſcabræque ſunt, paruæ ad litora & oras reperiuntur. Partes item aquiloniæ nigras, auſtrinæ rubras magna ex parte ferunt. Capiuntur, inquit Ariſtoteles, tempore uerno cum fauos extruunt: caniculæ tempore fere nullæ capiuntur: non enim tantiſper paſcuntur, ſed ſe abſcondunt & latent circiter triginta dies. Plinius capi eas poſt canis ortum, aut ante uernum tempus utiliſſimum cenſuit: quoniam cum fœtificauere fluxos habent ſuccos. Fauificantes uerno tempore generant hyeme abeūte, eo quo diximus modo. celeri deinde incremento augentur, quippe quæ anno perfici poſſunt: uiuunt purpuræ annos circiter ſex, uel cum plurimū *Pelagiæ, αἱ δ' ἐν τοῖς κόλποις.*
D ſeptem: incrementum earum patet per orbes. Totidem enim, ut modo diximus, in teſta clauiculæ reperiuntur orbes, quot habent purpuræ annos. Purpurarum caro, ſicuti & cæterorum teſtatorum, dura eſt: ac proinde iis exhiberi ſolet, quibus ex malorum ſuccorum copia cibus in uētriculo corrumpitur. Et harum quidem & buccinarum caro durior eſt quàm aliorū, ſuccúmque gignit craſſiorem, minus tamen glutinoſum tenacémque: ſed in earum partibus diſcrimen eſt. Quod collum nanque appellatur, præ duritie dentibus ægre conficitur, concoquitúrque difficulter, nec facile corrūpitur: parciorémque ſuccum generat & ſtomacho gratum eſt. Partes uero inferiores, & quæ μήκωνες, id eſt, papauera uocantur, molles ſunt ac facilius *Purpuræ maiores duræ ſunt, inquit Xenocrates.*
1 quàm colla conficiuntur: aluum mouent, & urinam ſudoréſque ac ſaliuam

cient. Harum frequentior uſus choleram gignit. Proprium his atque ſolenibus hoc contingit, ut eorum iuſculum cum coquũtur, craſſius reddatur. Purpuræ teſta cremata exſiccandi uim poſſidet, dentes abſtergit, carnem excreſcentem reprimit, ulceribus malignis conuenit: & ulceribus quoque putridis ſi cum aceto aut poſca aut uino mulſo aut oxymelite imponatur. Purpurarum opercula in oleo cocta capillorum defluuium ſiſtit: cum aceto epota lienis tumorem comprimit: ſuffocationes quæ ab utero oriuntur, ſuffitu prohibet, ſecundáſque eiicit. Buccinum concha etiam turbinata & in anfractum intorta eſt, ſed quàm purpura minor (unde & à quibuſdã filius purpuræ dicitur) ad ſimilitudinem eius buccini quo ſonus editur: unde & cauſa nomini, rotunditate oris in margine inciſa. Teſta illi non eſt aculeis clauata quemadmodum purpuræ, ſed ſcabra tamen. Et totidem etiã in clauiculæ teſta reperientur orbes, quot habet buccinum annos. Promuſcidem ſiue linguam habet, ut purpura, firmam & toroſam, qua paſcitur, qua etiam teſtas perforare poteſt. Quod in eo ouum uocatur, ſemper continet, ſed aliàs maius, aliàs minus. Ad muricatum purpureúmue colorem etiam ut purpura exquiritur, ſed buccinum per ſe damnatur, quoniã phucum, id eſt, rubidi coloris ſplendorem, remittit. Buccinis etiam idem modus gignendi qui purpuris, tempúſque idem eſt: iis nanque & fauificare in more eſt, & uere generantur hyeme abeunte. Latitant etiam canis exortu circiter triginta dies: non niſi petris adhæret buccinum, circáque ſcopulos legitur. Buccina lunæ incremento fiunt pleniora: æſtate uero gracileſcunt. alendi facultate purpuræ ſimile buccinum eſt, uerum durius eſt. Quod in his collum uocatur, aluum mouet, difficilius concoquitur: ſtomacho idoneum eſt, nec facile corrumpitur & mediocriter alit. Ex ſinapi conditur in cibum, aut aceto, ſucco cyrenaico, aut pipere. Totum uero buccinum ſi unà cum papauere uocato coquitur, ſiſtit potius aluum & ſitim facit. Quod papauer appellatur ac parte inferiore reperitur, mollius eſt, & facile corrũpitur. Oleum in quo decoctum fuerit uiuum buccinum, dolores ſedat auribus infuſum. Buccinorum teſta cremata non aliter atque purpurarum, exſiccat egregie, & ut mordacitatis omnis expers, ulceribus malignis prodeſt, & putridis quoque cum aceto aut uino mulſo, aut oxymelite. Eadem purpuris præſtant concremata buccina (inquit Dioſcorides) ſed uehementius urunt. Si quis teſtam ſale plenam fictili crudo comburat, dentifricio conuenit, ambuſtis utiliter illinitur, ubi ſolui medicamentum minime oportet: nam poſtea quàm ulcus cicatricem duxerit, ſponte ſua decidet. Muricum etiam generis ſunt, quæ uocant Græci colycia: alij corychia uel coryphia, turbinata æque, ſed minora multo, & oris halitum cuſtodientia. Congenerum omnium, quęcũque ſcilicet turbinati ſunt generis ſuauiſſima iudicãtur coryphia. Súntque & ori & ſtomacho grata, aluúmque & urinam cient, atque oris bonum reddunt odorem. Copioſius alunt iurulenta, aſſa uero dura ſentiuntur. Horum papauer buccinorum more aluum ſtringit potius.

*Buccinum. Κῆρυξ. Murex. Purpuræ filius.*

*Suſpecta hoc in loco uidẽtur Oribaſij exemplaria.*

*Colycia. Corychia. Coryphia.*

*Murex.*

1 De muricum. Murex & ſi unam ſpeciem ſignificet, ſcilicet buccinum, generale tamen

A tamen eſt, ut rectè admonet Hermolaus, ſicuti & conchylium: purpuram enim comprehendit murex & alia, ut infrà uidebitur. Muricum cinis, inquit Plinius, dentifriciũ eſt. Muricum uel conchyliorum teſtæ cinis maculas in facie mulierũ purgat cũ melle illitus, cutémque erugat, extendítque ſeptenis diebus illitus, ita ut octauo, candido ouorum foueantur. 2 Eſt & apud Athenęum ἡδυπορφύρα, ſed alia à purpura, uel ſaltem genus quoddam à purpura diuerſum. 3 Buccinum & buccina etiam dicitur inſtrumentum illud quo ſonus editur: cuius formam præclare deſcripſit Ouidius, *Conchylium.* *Ἡδυπορφύρα.* *Buccina.*

-Caua buccina ſumitur illi Tortilis, in latum quæ turbine creſcit ab imo.

## De ſtrabelo & nerite. Cap. CCXXXVIII.

1 STrabelus concha eſt purpurę & buccino ſimilis, cuius teſta idonea notatur, ut ex ea ſonus edatur. E turbinatorum genere nerites ſiue natex *Στράβηλος.* *Ἀστράβηλος.* *Nerites.* *Natex.*
B eſt magnitudine exigua: teſtam habet læuem, amplam, rotũdam: forma il-
2 li buccinis proxima eſt, papauere tamen non nigro, ut illa, ſed rubro. Teſtæ *Νηρείτης.*
3 adnexum corpus medium eius firmiter eſt. Paſcuntur natices mari trãquillo, abſolutæ ſaxis: at quoties flatus urgent, ſaxis adhæreſcũt more lepadum & aporrhaidum, ac cæterorum generis eiuſdem: nec ſine tegmine dimoto adhærent, quod uelut operimentum ſibi poſſident. Et modus hic idem eſt purpuris, buccinis & omnibus generis eiuſdem. In ſaxis ad imam maris ſedem adhæreſcens naſcitur nerites: & eò maris ubi ſordium uacuitas eſt & tranquillitas, uiget. Olfaciunt natices & audiũt, adeo ut fieri nõ poſſe aiũt, quin ſubterfugiant piſcatores ſi uox proferatur. Concha eſt, quam Mutianus muricem eſſe arbitratur, latiorem purpura, neque aſpero, neque rotun *Murex.*
C do ore, neque in angulos prodeunte roſtro, ſed ſimplice, concha utroque latere ſeſe colligente: quibus inhærentibus plenam uẽtis ſtetiſſe nauim portantem nuntios à Periandro, ut caſtrarentur nobiles pueri, concháſq; quæ
4 id præſtiterunt, apud Gnidiorum Venerem coli. Porro de conchis quæ uene- *Conchæ uene-*
5 riæ dicuntur, ita refert Plinius, Nauigant ueneriæ, præbentéſque concauam ſui partem & auræ opponentes, per ſumma æquorum uelificant. *riæ.*

1 An idem ſit ſtrabelus cum echinophoro, uel echinophoro cochlea? de quo ſuprà inter cochleas. 2 Nerites ſiue natex. Νηρείτης καὶ ἀνηρείτης, καὶ ἀνάρτης apud Athenæum, ut opinor. 3 Rotundam. Rotundiorem eſſe nerites teſtam quàm ſit turbinis, hinc apparet: oblongiorem enim formam recipit cancellus ille cõcharum: hoſpes à turbinis teſtæ forma, qui turbinem ſubit quàm qui neritem. 4 Periandri hiſto- *Ἀνηρείτης.* *Ἀνάρτης.* *Turbo.*
D ria quonam modo nobiles Corcyrenſium pueros Sardas miſerit exſecandos, habetur apud Herodotum lib. 3. 5 Nauigant ueneriæ, &c. In nonnullis codicibus habetur nauigant nerites, &c. *Nerites.*

## De echinis. Cap. CCXXXIX.

ECHinus teſtaceorum omniũ maxime à natura munitus eſt: quippe cui teſta (quam habet in globum circumactam) undique ſpinis frequentibus circumuallata celetur: id quod ſoli inter teſtata peculiare eſt: atque hoc item peculiare echinis eſt, ut nullam intus carnem contineant: ſed uice carnis nigra quædam circum ab ore fuſim ſparguntur, nomine adhuc nullo appellata. Quod caput echini appellant & os, uerſum in terram eſt: quod *Ἐχῖνος.*
1 uero ad excrementi exitum deputatum eſt, id ſuprà habetur. Dentes quini

echinis omnibus ſunt, inquit Ariſtoteles, caui intrinſecus, inter quos ca- E
runcula quædam interiacens, linguæ officio fungitur. Mox iungitur gula,
deinde uenter in partes quinque diſtinctus: perinde ac ſi plures uentres eſ-
ſent, plenus excrementi: cuius meatus omnes in exitu excrementi coeunt,
quà teſta perforata eſt. uentri autem ſubdita ſunt quæ oua appellant, mem

*Plinius: Oua omniū amara, quina numero*

brana quadam obducta, eodem in omnibus impari quinario numero. Sūt
uero omnibus oua, ſed nonnullis exigua nec cibo apta. Echinorum nigra il
la quæ parte ſuperiore ad dentium originem pendent, & amara ſunt, nec
eſculenta. Genera echinorum plura ſunt: primum quod cibo idoneum eſt,
in quo quæ oua appellant, magna eſculentáque ſemper cōſiſtunt, & in ma 2
iore corpore & in minore: nam nouelli adhuc paruíq; pleniuſculi illis con
ſtant, & maxime pleniluniis diebúſque tepidis redduntur pleniores. Secun 3

*Spatagi.*
*Briſſi, Βρίσσοι.*
*Echinometra, Ἐχινομήτρις.*

dum ac tertium ſpatagi & briſſi, quę genera pelagia ſunt, raráque inuentu. F
Ad hæc quæ echinometra appellatur, magnitudine omnes ſuperat. Echi-
nometræ appellātur, inquit Plinius, quorum ſpinæ longiſſimæ, calices mi-
nimi. Genus item aliud eſt minutum, pelagicum, ſpinis grandibus, longis,
prædurı́ſque modo pene lapidis, gigni in alto gurgite ſolitum, quo nonnul

*Echini cādidi.*

li ad diſtillationes urinæ medicamento utuntur. Circa Toronem echini na
ſcuntur cādidi & teſta & ſpina & ouo, augeri forma productiore ſoliti: ſpi-
na his parua nec rigida, ſed mollior. Nigra autem illa ori proxima plura, &
ad foramen exterius coeuntia habentur, ſed diſiuncta inter ſeſe. Echini o-
mnes ſpinis loco pedum utuntur: his enim nitibundi mouentur, ſedémque
permutant. Omnibus autē ingredi eſt in orbem uolui: itáque detritis ſem-
per aculeis inueniuntur. Mouentur agilius & frequētius qui ſunt cibo ido G
nei: cuius rei argumētum quòd ſemper algæ aliquid ſuis ſpinis implexum
gerant. Tradunt ſęuitiam maris præſagire echinos, correptíſque operiri la-
pillis, mobilitatem pondere ſtabilientes ſeſéque ſaburrantes: nolunt enim
uolutatione ſpinas atterere. Quod ubi uidere nautici, ſtatim pluribus an-
choris nauigia infrenant. Ex echinis alij rufi ſunt, alij flaui: ſunt & aliis colo
ribus echini, ſed ij cæteris præſtāt. Inter teſtacea omnia quibus facultas in-
grediendi eſt, olfactum echini minime habere uidentur. Stomacho uen-

*Quonā modo parentur condiantúrque ad eſum, docet Galenus.*

tríque idoneus eſt echinus, boníque ſucci, & urinam ciet. Exiguum corpo-
ri præſtat alimētum, neque plane craſſum neque tenuem, ſed mediocrem.
Contra dorycnium echini maxime proſunt, & iis qui ſuccum carpathi bi- H
berint, præcipue eius iure ſumpto. Echini cum ſpinis ſuis contuſi calculos
ſanant: modus ſingulis hemina bibitur donec proſit: & aliàs in cibis ad hoc
proficiunt. Totum echini corpus uſtum, cinerem facit extergentis digerē-
tíſque facultatis, quo nonnulli ad excreſcentem in ulceribus carnem, & ad
ſordida ulcera ſunt uſi. Echini teſtam crematam hæc efficere prodit Dio-
ſcorides. Cutem in alopeciis replet echini unà cum carnibus ſuis crema-
ti cinis.

*Echini ouarij*
*Spatangæ.*
*Patangæ.*

1. Dentes quini. Echinis quinos eſſe dentes, unde intelligi potuerit, miror, inquit Plinius. 2 Oua appellant, &c. Ouarios echinos hos uocat Hermolaus. 3 Spatagi briſſi. Spatangas aut patangas, Hermolaus dicit.

De

A De balano. Cap. CCXL. *Balanus.*

1 BAlanus aut glans nomē habet à ſimilitudine glandium quercinarum. Βάλανος.
E genere eſt teſtatorum immobilium: teſta leui. olfactū nullum habe- *Glans.*
re cernitur. Naſcuntur balani circa rimas cauernáſque ſaxorum. Carnem habent duram: in cibo laudantur præcipue qui iis naſcuntur locis ubi marinæ admiſcetur fluuiatilis aqua, ſaxis adhærentes: ſunt nanque ij dulces & habitiores plenioréſque: copioſum præbent ſuccū, quo & abunde nutriunt aluúmque mouent: ori ſtomachóque grati: teneriorem habent carnem, & urinam ciunt. Decoctum quoque eorum aluum ciet epotum: quæ uero ſaxis non adhæreſcunt, acres ſunt & medicamentoſi, magíſq; aluum perturbant, ſed urinam minus citāt. *Habitiores plenioréſque, εὐτραφέστεροι.*
B bant, ſed urinam minus citāt. Hæc Xenocrates: Athenæus uero, A locis, inquit, diſcrimina ſortiti ſunt balani: quandoquidem in Ægypto optimi gignuntur & ſuauiſſimi: tenelli, oríque ac uentriculo grati: qui & ſuccum & alimentum præſtant copioſum, urinam atque aluum mouent: in aliis uero locis ſapore inueniuntur magis ſalſo.

1 Balanus, &c. Sphōdylus apud Galenum & Columellam: Plinius uero tāquam diuerſa animalia enumerat. Eſt apud Paulū cōdylos concharum genus, forſitā idem. *Sphondylus. Condylos.*

De uniualuibus, ut de lepade & aure marina. Cap. CCXLI.

1 EX uniualuium genere lepas ſiue patella eſt, eorum ſcilicet quæ ſimplici λεπάς.
ualuula conſtant: ſingulari enim teſta cōtinetur lepas, & ea quidē læui: λεπὰς ἀγρία.
altera uero eius pars ſuperficiei detecta carnem oſtentat. Saxis teſta in dor-
C ſum data adhæret: fitque alieno ſepto quodammodo biualuis, ut eo modo ſe concludendo tueatur. Os habet, & poſt os uentrem eſſe in hoc etiam genere patet: & illa præterea quæ oua uocantur: quod etiam papauer appellatur, in imo continetur. Excrementum quoque eius parte ima teſtæ excernitur, qua foramē in teſta habetur. Gignitur lepas circa cauernas rimáſque ſaxorum. Et quāuis ſaxis adhærendo uiuat, ſaxis tamen quandoque etiam abſolui, in paſtúmque ferri ſolet, alióque tranſire. Magna quidem ex parte, paruulæ gignuntur lepades: quæ tamen nonnunquam oſtrearum magnitudinem æquant: maxime autem in Indico mari: ut & alia omnia inueniun-
2 tur. Carnem habet lepas duram, concoctu difficilem, paucíque ſucci: elixę,
D condimento redduntur gratiores. Eiuſdē generis cum lepade & aporrhais Ἀπορραΐς.
3 eſt: & more lepadum ſaxis adhæret. Quæ ὦτια, id eſt, auriculæ dicuntur, ſa- ὦτια. ὠτάρια.
4 xis adhærent. Hæc neque palato neque ſtomacho grata ſunt: frixa tamen eduntur: neque enim aliter placebunt: nutrimenti plurimum exhibēt, nec facile excernūtur. Circa Pharum inſulam Alexandriæ uicinam multa pro-
5 ueniunt: in Illyrico uero & ſinu Ionico gignuntur magna. Sūt & pholades φολάς.
apud Athenæum, quæ & nutriunt plurimum: ſed uirus olent, prauíque ſucci ſunt. *Patella. Patella fera.*

1 Ariſtoteles λεπάδα & λεπάδα ἄγριον appellat, & ὗς θαλάττιον. Theodorus patellam, patellam feram & aurem marinam. 2 Concoctu difficile, &c. Εὐκατέργαστοι, in Athenæo, id eſt, concoctu faciles, ſed forſitan menda eſt in exēplaribus, 3 Aporrhais, &c. Theodorus muricem interpretatur. 4 Quæ ὦτια, &c. Vti Antigonus Cariſtius ὗς θαλάττιον. *Auris marina. Murex.*

οὖς ἀφροδί-της. tradidit, οὖς ἀφροδίτης uocatur Æolice. 5 Videntur & φολάδες apud Athenæum ex E eodem eſſe genere cum his.

De biualuibus, & primò de oſtreis. Cap. CCXLII.

ὄστριον. λιμόστριον. ὀστρέον. *Oſtreum.* *Oſtrea.*

E Biualuium genere oſtrea eſt, teſtà illi aſpera ſcabráque craſſioribus labris. 1 Quod ouum uocatur, non ſemper, ſed uere habent oſtreæ: mox enim tempore procedente, minuitur: demúmque totum prope aboletur: in cœnoſo maxime limo gignuntur. Gaudent dulcibus aquis, & ubi plurimi influunt amnes: ideo pelagia parua & rara ſunt. gignũtur tamen in petroſis carentibúſque dulcium aquarum aduentu. Gignuntur etiam quandoq; & in fluuijs & paludibus ſtagnantibúsue locis. uerum optima ſunt oſtrea marina, quæ prope paludem aut fluuium naſcuntur: maiora enim fiunt & dulciora, melioríſque ſucci. Quę uero ad litus aut inter ſaxa gignuntur ubi F deeſt limi aut aquæ dulcis copia, parua ſunt, dura, & guſtu amara atq; mordacia, ideóque neque in cibo grata. Grandeſcunt ſyderis quidem ratione maxime, ut diximus: ſed priuatim circa initia æſtatis, inquit Plinius, multo lacte prægnantia, atque ubi ſol penetrat in uada. Hæc uidetur cauſa quare minora in quibuſdam locis reperiuntur: opacitas enim prohibet incremẽtum: & in triſtitia minus appetunt cibos. Vere, inquit Athenæus, & circa æſtatis initia optima ſunt plenáque & tumentia: atque unà cum dulcedine quadam marinũ referũt ſaporẽ: ſtomacho quoq; grata ſunt. Variant coloribus: rufa in Hiſpania, fuſca in Illyrico, nigra & carne & teſta in Circeiis. Præcipua uero habentur in quacunque gente, ſpiſſa & ſaliua ſua lubrica: craſſitudine potius ſpectanda quàm latitudine: neque in luto capta neque G in arenoſis, ſed ſolido uado: ſpondylo breui atque non carnoſo, nec fibris lacinioſo, ac tota in aluo. Addũt peritiores notam, ambiente purpureo crine fibras: eóque argumento generoſa interpretantur calliblephara appellantes. Gaudent & peregrinatione, transferríque in ignotas aquas: ſic Brũduſina in Auerno compaſta, & ſuum retinere ſuccũ, & à Lucrino adoptare creduntur. Hæc ſint dicta de corpore. Diſcrimen etiam oſtreorum fecere nationes & litora, ſicuti & in aliorum aquatiliũ generibus: ut & oſtrea alibi atque aliubi meliora inuenirentur. 6 Sergius orata Lucrina nobilitabat oſtrea, qui eorum uiuaria primus omnium inuenit, cum nondum Britannica ſeruiebãt litora. At Mutianus Cyzicena, maiora Lucrinis: dulciora Britannicis: pleniora Lucenſibus, teneriora Iſtricis: candidiora Circeienſibus: ſed his neque dulciora neque teneriora eſſe ulla, author eſt. In Indico mari H Alexandri rerum authores, pedalia inueniri prodidere. Necnon inter nos quidam tridacna appellauit: tantæ magnitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda eſſent. Eſt oſtrei quoddam genus, quod pictoribus uſui eſt: craſſitudine plurimum excedit, & florem illum, non intra teſtam, ſed foris habet: comperiri id genus locis Cariæ potiſſimum ſolet. Oſtreorũ dos in medicina in hoc loco tota dicetur: nec poteſt uideri ſatis dictum de his, cum palma menſarum diu iam tribuatur illis. Oſtrea teſtatorum omnium molliſſimam habent carnem, ſed glutinoſam, ſtomacho idonea ſunt, minus nutriunt, magíſque aluum cient. Et cum cætera omnia elixa dantur aut aſſa,

*Calliblephara.*

*Tridacna.*

oſtrea

A oſtrea uel cruda mandi ſolent: quidam in ſartagine frixis utuntur. Contra leporis marini uenena oſtrea aduerſantur. Oſtrearum teſtæ crematæ uires habent buccinarum ſimiles, niſi quòd minus craſſarum ſunt partium. Faciei ſordes abſtergunt, ſplendidos reddunt dentes. Elotæ, humida ulcera cauáque replent, atque ad cicatricem ducunt: excreſcentem in ulceribus carnem reprimunt. Stomachnm, inquit Plinius, unice reficiunt oſtrea, faſtidiis medētur, molliunt aluum leniter. Eadem cocta cum mulſo, tenaſmo qui ſine ulceratione ſit, liberant: ueſicarum ulcera quoque repurgant: in conchis ſuis cocta, uti clauſa uenerint, mire diſtillationibus proſunt. Teſtæ oſtreorum cinis uuam ſedat, & tonſillas admixto melle. Eodem mo- *Aliàs, urinæ diſtillationib.*
B do parotidas, pauos, mammarúmque duritias, capitum ulcera ex aqua, cutémque mulierum extendit. Inſpergitur & ambuſtis: & dentifricio placet. Pruritibus quoque & eruptionibus pituitæ ex aceto medetur. Crudę ſi tundantur ſtrumas ſanant, & perniones pedum.

1 Oſtrea, &c. ὄστρεον etiam quandoq; dicitur: quanquam ὄστρεον fere generale eſt omnia complectens quæ teſta integuntur, ut ſatis explicat Galenus 11. lib. de ſimplic. medic. Et ὄστρειον quoque nonnunquam æque generale eſt ad omnia teſtata. Aliquando uero ea ſola comprehendit, quæ ſua natura immobilia ſunt.

## De chamis ſeu conchis. Cap. CCXLIII.

1 Concharum ſiue chamarum genera, chame trachæa, id eſt aſpera: chame leios, id eſt lęuis. Glycymerides, uel, ut alij uolunt, glycyamerides, & pelorides, biualues ſunt, & generis uarietate inter ſe diſtantes, & figuræ 2 rotunditate. Chame trachæa (quæ & à nonnullis glycymarides dicitur) ab C aliis generibus differt, quòd non ſolum aſpera ſcabráque ſit eius teſta, ſed ſtriata & quaſi uirgulas quaſdam prominentes habens per teſtæ longitudinem extenſas. Caro illi intus maris ſalſuginem ſapore refert, & duriuſcula eſt: &, ut Iceſius tradit, mali ſucci, parúmque nutrit, & facile excernitur: ut 3 uero Diphilus, ſtomacho grata eſt. Ab hac differt chameleios, quod teſtam habet lęuiorem, latiorem & pellucidam: carnémque intus ſuauiorem, quæ concoctu facilis eſt, boníque ſucci, uberius alit, ſtomachóq; grata eſt. Huic ſuauitate præfertur glycymarides: uerū à peloride uincitur. Pelorides reliquas magnitudine ſuperant, ſed glycimarides maiores ſunt quàm pelorides. Glycymarides carnem habent duram, quæ non parum alimenti præ- *Χάμη. Κόγχη. Κόγχος. Chame. Concha. Χήμη τραχεῖα. Κόγχη τραχεῖα. Χημίον μικρὸν. Χημηλεῖα. Glycymarides Chamæ glycymerides. Pelorides, Πελωρίδες.*
D ſtat: & trachæas ſucci bonitate ſuperant, ſed peloridibus inferiores ſunt: urinam magis cient glycymarides quàm pelorides. Emolliunt aluum pelorides. Diſcrimen his etiam ex loco eſt, (quanquam chamæ omnes locis arenoſis ſui ortus initia capiunt:) quæ enim in Dicearchia ſiue Puteolis, aut Lucrino lacu, aut circa Alexandriam naſcuntur in paludibus, optimæ ſunt. Quæ uero ſupra Diolcum & Pharon atque Pontem, quo Pharos Alexandriæ iungitur, oblongæ ſunt glandium quercinarum inſtar, & hirtæ ſimiliter atque fagorum glandes quos echinos uocant, & candidiores, carnéque intus duriore pariter & acriore. Chemas, ſunt qui ita diuidunt, ut alia cha- 4 me trachæa dicatur, alia baſilica regiáue, quæ & pelorides dicitur. Quæ baſilicæ à nonnullis dicuntur, ab aliis peloriæ, inquit Diphilus, copioſum cre- *Chamæ pelorides. Χημή. Χήμη βασιλική. Pelorides. Peloriæ.*

ant alimentum, (præcipue quæ grandiores ſunt) bonúmque gignunt ſuc- E
*Chame.* cum, & ſtomacho gratæ ſunt, nec facile excernuntur. Chamæ cum coquũtur, duriores euadunt, & ſuaues ſi rite condiantur. Chamarum, inquit Dioſcorides, in exigua aqua coctarum ius aluum ciet, id cum uino aſſumitur.

*Κόρυκος. χρεῖος. Γαλάδες. Concha.* 1 Chame, &c. χήμη, forſitan dicta ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι. 2 Chame trachæa. Macedones hanc κόρυκον, Attici uero χρεῖον dixere. 3 Ab hac differt chameleios, &c. Has, ni fallor, Ariſtoteles galadas uocauit, concham ſcilicet læui teſta, an uero ſui generis concha ſit? 4 πελωρίδες ἀπὸ τοῦ πελώρου. 5 Conchæ nomen unam ſpeciem ſignificat, nempe chamen, ut apud Ariſtotelem lib. 4 hiſtor. animalium: ſed & priuatim chamen trachæam, ut lib. 5. & apud Oribaſium lib. 2. Plinius conchas appellauit, non quæ teſta adeo fragili clauduntur atque cochleæ, pectines, digiti: ſed quæ firmiore, ut purpuræ, buccina, pinna. Concha & quibuſdam non minus generale eſt quàm oſtreum: continet enim omnia quæcunque teſta intecta ſunt. Nonnunquam etiam pro F teſta ipſa accipitur, ut Columella in horto, Implicitus conchæ limax: & Cicero libro ſecundo de natura deor. de pinna, Duabus patula conchis: &, comprimit conchas. 5

## De mitulis ſiue muſculis & tellinis. Cap. CCXLIIII.

*Mitulus. Muſculus. Μῦς, ὁ μύαξ.* MItulus qui & muſculus è teſtaceorum biualuium genere eſt teſtas habens cluſiles & reſeratiles, lęuéſque, labris tenuibus. Connectuntur 1 inter ſe mituli, fauificant & aceruantur muricum modo: naſcuntur enim more ceparum, ut minores ſubinde oriantur iuxta principium. Viuunt in algoſis, gratiſſimi autumno, & ubi multa dulcis aqua miſcetur mari: ob id Epheſij, & qui in Ægypto inueniuntur, laudatiſſimi. Procedente hyeme, amaritudinem trahunt, colorémque rubrum. Iuba in iis uoluminibus quæ G ſcripſit ad C. Cæſarem Auguſti filium de Arabia, tradit mitulos marinos ternas heminas capere. Muſculorum duæ ſunt ſpecies: maiores qui ſalem 2 uirúſque reſipiunt: ideóque guſtui ingrati. Duri item ſunt & concoctioni 3 renitentes, ſanguinem procreant craſſum, & pituitæ multum: & ſuccum denique non adeo probum. Copioſe alunt, uentrémque & urinam cient. Hi ſi aſſentur ſitim uehementem excitant: ſi uero elixentur, & acrioribus quibuſdam, ut ſinapi naſturtióue condiantur, nõ adeo uirus reſipiunt. Minores, rotundi magis ſunt, & externis teſtarum partibus hirti, tenuiori- 4 búſque teſtis, carne & molliore & dulciore, boníque ſucci: uerum minus a- 5 lunt & urinam cient magis. Ora mandentium atque fauces acri mordacitate uexant, gulam arteriámque exaſperant: tuſſim quoque ſiccam & rau- H cedinem efficiunt, uocémque obtundunt. Deteriores ſunt qui in locis arenoſis, aut inter teſtas figlinas gignũtur, iis qui in algoſis proueniunt. Myaces, inquit Dioſcorides, id eſt, mituli laudatiſſimi in Ponto: caro eorum ad 6 canis morſus utiliſſime imponitur. Crematis eundem buccinis effectum præbent: priuatímque plumbi in morem eloti, oculorum medicamentis cum melle utiles ſunt: palpebrarum nanque craſſitudinem & albugines, cæteráque quæ oculorum claritati officiunt, exterunt. Atque in aliis partibus ſordida ulcera capitíſque puſtulas ſanant. Qui circa Epheſum gignuntur μύες, id eſt mituli, inquit Athenęus, pectunculis meliores ſunt: chamis tamẽ inferiores: urinam magis quàm aluum citant. Myacum ius, inquit Plinius, traditur

*Hæc Plinius non uniſpeciei, ſed myacum, id eſt, mitulorum generi tribuit.*

A traditur aluum & ueſicas exinanire, interanea diſtringere, omnia adaperi-
re, renes purgare, ſanguinem adipémque minuere: itaque utiliſſimi ſunt
hydropicis, mulierum purgationibus, morbo regio, articulari, inflationi-
bus: item prodeſſe felli, pituitæque pulmonis iocineris ſplenísque uitiis,
rheumatiſmis. Fauces tantum uexant, uocéſque obtundunt. ulcera quæ ſer
pant aut ſint purganda ſanãt: item carcinomata. Cremati autem ut muri-
ces, & morſus canum hominúmque cũ melle, lepras, lentigines: cinis eo-
rum potus emendat caligines. Gingiuarum & dentium uitia, eruptiones
7 pituitæ, & contra doricnium aut opocarpathon antidoti uicem obtinent.
Tellinem à Romanis mitulum etiam uocari exiſtimauere nonnulli. Telli- *τελλίνη.*
B nę circa Canopum inſulam in Canopico oſtio ſitam frequentes ſunt: & lo- *Μίτυλος.*
cis arenoſis gignuntur, & in litoribus quæ ſæpe fluctibus agitantur. Quarũ *Ξιφύδριον.*
quæ tenuiores exilioréſque ſunt, baſilicas, hoc eſt, regias appellant. Quæ ue *Baſilicæ tel-*
ro fluuiatiles, ut quæ in Ægypto & Nili ſuperioribus partibus gignuntur, *linæ.*
maiores ſunt & ſucci pleniores dulcioréſque. In uere optimæ ſunt tellinæ.
8 Recentes bonam faciunt aluum, ſed præcipue ius earum: ſalſas uero telli-
nas uſtas, adeo urentem efficere cinerem ferunt, ut ſi cum cedria mixtus
inſtilletur, auulſos palpebrarum pilos renaſci non patiatur.

1 Connectuntur inter ſe mituli, &c. Mituli, inquit Plinius, ſpõte naturæ in areno-
ſis proueniunt. 2 Muſculorũ ſpecies. Plinius ita: Degenerant myaces in duas ſpe-
cies. 3 Hos Plinius mitulos, Oribaſius myacas, Athenæus *μύας σκιλλώδεις* uocat, *Μύες σκιλλώ-*
& *μύας* in genere maſculino, 4 Minores, &c. Hos Plinius myiſcas, Oribaſius & *δεις.*
Athenæus, *μύας* in genere fœmineo appellant. 5 Molliore, ita Oribaſius, & Athe- *Μῦς. ὁ.*
C næus. Plinius uero duriore carne eſſe ſcribit. 6 Hæc Plinius alteri myacum ge- *Myiſca,*
neri tribuit, nempe priori & quod maius diximus, mitulos uocat Plinius. 7 Tel- *Μῦς, ἡ.*
linem, &c. Romæ circunferri narrat Hermolaus puſillas quaſdam cõchulas: quas qui *Mitulus.*
uendunt, tellinas prædicant, uulgaribus cõchis minores & leuiores, candidáſque nec
ſtriatas: quas Veneti piſcatores à capparis ſimilitudine capparoculas appellant. 8
Quæ Dioſcorides tellinis, eadem Plinius pectunculis attribuit: nec quicquam περὶ
κτενῶν, id eſt, de pectunculis apud Dioſcoridem habetur.

## De pinna. Cap. CCXLV.

PInna concharum generis eſt, duabus grandibus patula conchis, ſcabris, *Pinna, πίννη.*
nec tamen ſtriatis, labris tenuibus: nunquam ſine comite eſt, ſed cuſto-
dem intra ſe continet, aut ſquillam paruam, aut cancelllum, pinnotherem
D uocant & pinnophylacem: quo quidem cuſtode priuata, perit breui tem-
pore: neque enim abſque mutua opera uiuere poſſunt. Pandit ſe pinna, lu-
minibus orbum corpus intus minutis piſcibus præbens. Aſſultant illi pro-
tinus: & ubi licentia audacia creuit, implent eam: hoc tempus ſpeculatus
index, morſu leui ſignificat: tum admonita ſquillæ morſu pinna, compri-
mit conchas, & quicquid incluſit, exanimat, partémque ſocio tribuit. Na-
1 ſcitur pinna in limoſis arenoſiſque locis ex byſſo, id eſt, uillo ſiue lana qua-
dam pinnali, ſubrecta, ſemper radice innititur, neque ſedem unquam mu-
tare ſolet, neque euulſa uiuere poteſt. Quod ouum uocatur, ſemper habet,
ſed aliàs maius, aliàs minus. Pinnæ copioſum præbent alimentum: uerum
ægre & concoquuntur & digerũtur: urinam cient. Pinnæ optimæ ſunt te-

*Limoſis herboſiſq; τεναγωδῶν.* nellæ, plenæ carnoſæ'ue, quæ in limoſis herboſiſque uadis gignuntur: & u- E
bi mari dulcis aqua miſcetur, & locis tranquillis ac uento carentibus: te-
neriores enim hic naſcuntur, quàm ubi fluctibus agitantur. Grandioribus
paruæ: & quæ uere & æſtate capiuntur, aliis præſtant: ſunt enim & ſuauio-
res & pleniores. Quæ magnitudine media ſunt, carnem quidem habent
mollem, candidam ac dulcem: collum autem durum concoctu difficilem,
corruptioníque renitentem: collo nanque corpus reliquum facilius cor-
rumpitur. Elixis aſſæ duriores euadunt, præſertim ſi uino fuerint aſperſæ.
Earum autem caro quæ in uino & aceto maceratæ ſunt, mollior eſt, ſed fla-
*Concha margaritifera.* tus generat. Pinnam eſſe concham illam celebrem in qua gignuntur mar
garitæ nonnulli prodidere. Theophraſtus in eo libro qui de lapidibus in-
ſcribitur, non pinnam, ſed pinnæ ſimilem eſſe prodidit. Androſthenes ue- F
*Berberi, βέρβερι.* ro, prorſus aliam, quæ apud Indos berberi dicitur. Hæc pectunculo forma
ſimilis eſt, ſed neque ſtriata ut pectunculus, neque ita aſpera: neque duas ue
luti auriculas habet, quemadmodum pectunculus, ſed unicam. Chares Mi
tylenęus, oſtreo ſimilem concham eſſe prodit, ſed oblongã & craſſam, car-
ne intus ampla, candida & odorata. In noſtro mari, inquit Plinius, reperiri
ſolebant margaritæ: crebrius circa Boſphorum Thracium, rufę ac paruę in
conchis quas myas appellant. at in Acarnania quæ uocatur, pinna gignit.
Quo apparet nõ uno genere conchæ naſci: nam & Iuba tradit Arabicis cõ-
cham eſſe ſimilem pectini inſecto, hirſutã echinorum modo: ipſum unio-
nem in carne ipſa eſſe grandini ſimilem. Indicus maxime has mittit oca- 2
nus. In Britãnia quoque paruas atque decolores naſci certum eſt. Præcipue G
autem laudantur circa Arabiam in Perſico ſinu maris rubri.

1 Ex biſſo. ita legit Theodorus apud Ariſtotelem. ſicuti etiam noſtra habẽt exem-
plaria Græca. uerum Athenæus, ἐκ τοῦ βυθοῦ haber, id eſt, ex profundo. 2 Quo pa
cto in concha & generetur, & incrementum capiat margarita, uariæ ſunt authorũ ſen
tentiæ, ut uidere eſt apud Plinium & Athenæum & Solinum.

## De pectunculo. Cap. CCXLVI.

*Pectunculus. Pecten. κτεὶς* PEctunculus teſtacei generis biualuis eſt, teſtas habens fragiliores, ſca-
bras, & quaſi uirgulis quibuſdam ſtriatas. & reſeratiles, ut quæ altero
latere nodo ligantur. Binas in teſtis ueluti auriculas habet. Id quod ouum
uocatur, non ſemper, ſed uere continet: mox tempore procedente minui-
tur: demúmque totum aboletur. Pectunculi inueniuntur & nigricantes, & H
albi, & rufi. Nigricantes alij præferunt, ut cãdidos alij: ſed ſqualore trahunt
rufum colorem: & locis quibuſdam etiam defecerunt propter ſiccitates. lo
cis arenoſis ſui ortus initia capiunt: celeri incremento augẽtur: quippe qui 6
anno perfici poſſint. Latent aliquandiu in arena. Latent fere & circa canis
ortum, & magnis frigoribus: pectines admoto digito dehiſcunt, mox com
primunt ut cernentes. De ferramento quo capiuntur ſæpe exiliunt, ita ut
uolare uideantur. Plinius, extra aquam, inquit, uolitant ſagittæ modo. Qui
candidi ſunt atque lati, dulciores habẽtur: ſed candidi: duri: rufi, uiroſi: ua-
rij, mediocres ſunt. Hæc Xenocrates: Sed candidi molliores ſunt Diphilo
authore: neque uiroſum quippiam habent, & aluum citant. Ex nigris autẽ
& rufis

A & rufis maiores,atque uerni ſapore ſunt iucundo.Pectunculi omnes facile
concoquũtur,ſtomachóq; & uentri grati ſunt, ſi cimino & pipere condiã-
tur.Pectunculi eò præſtantiores ſunt quo maiores,teſtáque magis cõcaua,
& colore nigriores.Vere optimi ſunt & æſtate: atque his potiſſimum tem
poribus augentur plenioréſque fiunt:ſed pro lunari poteſtate maxime. Cæ
teris præſtant & magnitudine & ſucci probitate,quę Mitylenæ capiuntur.
Numeroſos fert Pontus,ſed exiles,& qui non temere in magnitudinẽ cre-
ſcunt.Pectunculi alimentum uberius corpori exhibent quàm chamæ: ſed
ſuccum & deteriorem procreant,& qui non tam facilẽ aluum faciat. Con
coctionem facilius admittunt quàm oſtreæ.Sapore ſunt dulciore:at nimiã
B illam dulcedinem per cocturam exuunt. Aluum magis mouent iurulenti
aſſis:& quo magis aſſentur,eò minus ſucci cõgeniti erit reliquum, minúſ-
que aluum tentabunt:ſi in ſuis teſtis aſſentur, magis nutrient. Pectunculi
in cibo urinam cient: & ea quæ circa ueſicam ſunt, ulcera uel ſordida iu-
uant,etiam ſi eſcaram contraxerint. Purgatur ueſica,inquit Plinius, pecti-
num cibo.Pectunculi ſalſi triti cum cedria pilos in palpebris inutiles euul-
ſos cohibent.

De dactylis ſiue unguibus,& pernis. Cap. CCXLVII.

Concharum è genere ſunt dactyli unguéſue ab humanorum unguium *Dactylus.*
ſimilitudine appellati. binis clauditur unguis ualuibus leuibus, fragi- δάκτυλος.
libúſque,uerum utroque latere connexis.Exigua corporis parte extat:reli- ὄνυξ. *Vnguis.*
C quo autem toto corpore,perinde ac in cubili occulitur.Ad ſtrepitũ ſe ſub- Σωλήν.
trahit,inferiúſque ſubſidit,quoties ferramẽtum ſentiat. Permanet immo-
bilis in locis arenoſis,nulla innixus radice:qui ſi è teſta euellatur,uiuere ne-
quit.Ex his mares alij donacas, alij aulos uocant:fœminas onychas, mares *Donax.*
liuidas quaſdam ceu uirgas in teſta cõtinent, colorémque habent cæleſtẽ. *Aulos.* ὄνυξ.
Dulciores fœminę ſunt,& unicolores:urinam mares mouẽt,calculoſos iu-
uant,& quicunque aliàs difficulter urinã reddunt. Dactylis natura, inquit
Plinius,in tenebris remoto lumine alio fulgore clarere: & quãto magis hu
morem habeant,lucere etiam in ore mandentium:lucere in manibus, atq;
etiam in ſolo atque ueſte decidentibus guttis.proprium hoc ſolenibus atq;
purpuris eſt,quòd cũ in iuſculo coquuntur,id craſſius reddant.Copioſum,
D ſed malum ſuccum procreant ſolenes & glutinoſum . Innocui maxime ſi
cum ſale edantur & aceto nam cum oleo & ſale deteriores ſunt. Quo grã-
1 diores eò præſtantiores ſunt,uigent æſtate maxime. Conchę longę carnes, *Conchæ longæ.*
inquit Plinius,ex mulſo potæ cũ aquæ pari modo iocineris doloribus pro-
ſunt:aut ſi febres ſint,ex aqua mulſa.Pernæ concharum generis circa Pon- *Perna.*
tias inſulas frequentiſſimæ.Stant ueluti ſuillo crure longo in arena defixæ,
hiantéſque quà limpitudo eſt,pedali non minus ſpatio uenantur . Dentes
in circuitu marginum habẽt pectinatim ſpiſſatos,intus pro ſpondylo grã-
dis caro eſt.Teſtatorum genera hæc traduntur.

1 Conchæ longæ carnes,&c.Digitos,ut ego ſane arbitror,conchas longas uoca-
uit Plinius.

## De zoophytis, & primo de tethyis uertibulíſue. Cap. CCXLVIII. E

*Zoophyta.* SVnt animalia quædã excluſa omnino iis quæ in genera diuiſimus: quæ
ſcilicet ancipiti natura ſunt: neque enim in iis perfectũ animal eſt, neq;
planta. Quæ enim holothuria uocantur atque pulmones & plura eiuſmo-
di, alia in mari, parum à plantis differunt ſua ipſa abſolutione: uiuunt enim
*τήθυον.* ſine ullo manifeſto ſenſu perinde ac plantæ abſolutæ. In his tethya parum 1
*τῆθος.* ſua natura à plantis differunt, ut uideantur plantæ quæpiam marinæ, aut
*Tethos.* *Tethyon.* fungi. propius tamen ad animalium naturam accedunt quàm ſpongia. In
*Tethea.* hoc certe cum plantis conuenit: quia non niſi adhærendo uiuit. ſed cum a-
liquid habeat carnis, ſenſum aliquem habere uideri poteſt: ſed olfactum ta F
men minime habere cernitur. Inter teſtata, tethya peculiarem ſortita ſunt
naturam: his enim ſolis corpus totum tegumento includitur, nequaquam 2
ſtriato, ſed lęui: cuius durities inter teſtam & coriũ eſt, adeo ut modo præ-
duri bubuli tergoris ſecetur. Adhæret id genus ſaxis ſua teſta: duóque ſepo-
ſita inter ſe foramina exigua admodum habet, & uiſum uix patientia, qui-
bus humorem cibo accommodatum accipit: & quantum humoris rema-
neat, reddit: alterum ſcilicet & quaſi os ſit, alterum uero ueluti excrementi
oſtium: excrementum enim in eo nullum ſpectatur manifeſtum, quale in
cæteris oſtreis uel echineum, uel quod appellant papauer cõtinetur: ſed ne-
que quod ouum appellatur, in eo ullo tempore minuitur aperte aut auge-
tur. Diſſecto, primum membrana carnoſum ambiens partem oſtenditur,
qua uertibuli caro ipſa continetur, nulli è cæteris ſimilis, in omnibus tamẽ
ſui generis eadem. Adhæret caro hæc utroque ex latete membranæ circũ- G
danti & corio: & qua adhæret, arctius utranque in partem eſt tethyon, ui-
delicet ad meatus illos duos, quorũ alter craſſior, alter tenuior eſt. Cauum
intus utrinque exiguo quodam interueniente continuo, in quo uitæ prin-
cipiũ continetur: humórq; in altero cauo conſiſtere ſolitus eſt. Tota corpo
ris eorum natura carnoſa eſt. nam pars alia quę uel inſtrumentalis uel ſen-
ſualis ſit, nulla omnino percipitur: color tethyis aut pallidus aut rubidus
eſt. Tangentium manus qualitate quadam ita afficiuntur, ut uix elui poſ-
ſit. Generantur in rimis aut cauernis ſaxorum, maxime uero in cœno, &
litoribus quæ phyco algáue marina abundent. Inueniũtur & in muſco ma 3
rino, aut aliis in herbis foliíſue marinis. Præſtantiſſima in Smyrna Aſię: in H
Ægypto nulla inueniuntur. plurimum dant alimenti, renibus proſunt
& ſtomachicis, tenaſmúmque patientibus atque iſchiadicis. Lateris dolo- 4
res leniunt tethya ſimilia oſtreæ in cibo ſumpta: torminibus & inflationi-
bus ſuccurrunt: cachecticis quorum corpus macie conficitur, tethya utilia
ſunt cum ruta ac melle.

*Vertibulum.* *Callus.* 1 In his tethya, &c. Theodorus modo uertibulum uertit, modo callus. 2 Hęc (ut zoophyta alia) inter teſtacea numerat Ariſtoteles, non quòd teſta includuntur ſilicea: ſed (ut equidem arbitror) quia minimum habent & ſenſus & motus, quemadmodum teſtata. Præterea nihil duri intra ſe continent, quod aut oſſeum aut cartilagineum ſit, ſed mollia penitus ſunt: ortúſq; ſui initia à limo ſolo habent ut teſtacea: ideóque teſtatis natura ſimilima. Et quidem Plinius tethya oſtreæ ſimilia dixit. 3 In-

A ueniuntur & in muſco marino,&c. Inueniuntur tethya,inquit Plinius,in foliis marinis ſugentia,fungorum uerius generis quàm piſcium. 4 Tenaſmúmque patientibus,&c. Eadem & tenaſmum diſſoluunt,renúmque uitia,inquit Plinius.

## De holothurio,ſtella,& pulmone marino. Cap. CCXLIX.

1 QVæ holothuria uocantur,non ut tethya adhærendo, ſed abſoluta uiuunt:mouere tamen ſe nequeunt,ſicuti nec oſtrea.uiuunt quidē ſine ullo ſenſu,perinde ut plantæ abſolutæ (ut epipetron): ut eadem fere ſit natura quæ fruticibus,à quibus parum differunt,ſua ſcilicet abſolutione. Quę ſtella uocatur,neque animal perfectum,neque planta,ſed ambigit atque ancipiti eſt natura,quemadmodum & urtica. Forma eius ſtel-
B lis quæ pinguntur,ſimilis eſt. Parua admodum caro eſt illi intus,extra du-
2 riore callo. Conchas aggreſſa eas exugit, omnémq; cibum ſtatim peragit: adeóque natura calida eſt,inquit Ariſtoteles,ut omnia in mari cōtacta decoquat & adurat. Draconis marini ſcorpionúmque ictus carnibus earum impoſitis:item araneorum morſus ſanantur.In ſumma, contra omnia uenena uel potu uel ictu uel morſu noxia, ſuccus earum ex iure decoctarum
3 efficaciſſimus habetur. Inter hæc & pulmo naturam habet pene fruticis: ſponte enim prouenit,uiuítque abſque ullo ſenſu: non tamen adhærendo, ſed abſolutus,perinde ac planta abſoluta.Pulmo marinus recens, tritus atque illitus,podagris pernionibúſque auxiliatur: aiúntque pulmonem marinum decoctum in aqua calculoſis prodeſſe epotum.Pulmonis marini cinis adalligatus egregie mulierum profluuia purgat.

*Holothuria.* *Stella, Ἀστήρ.* *Pulmo.* πνεύμων. πνεύμων θαλάττιος. *Pulmo marinus.*

C 1 Quæ holothuria,&c. Tubera uocat Theodorus. 2 Conchas aggreſſa eas exugit. Quānā utatur aſtutia in exugendis oſtreis, legas apud Oppianum. 3 Inter hæc,&c. Halipleumon,ni fallor,eſt apud Plinium lib. 32.

*Tubera.* *Halipleumon.*

## De urtica. Cap. CCL.

VRtica item ancipiti natura eſt,ambigens & plantæ & animali. Nulla huic teſta,ſed corpus omni ex parte carnem præ ſe fert: urtica etenim ipſa quaſi interna oſtrearum caro eſſe uidetur.Sentit & manum admotam corripit adhæreſcítq;, perinde ac polypus ſuis brachiis.Atque dum admoueri ſibi manum ſentit,colorem mutat, inquit Plinius, & contrahitur.Os medio in corpore cōtinet:hoc in maioribus urticis euidētius eſt: & de ſaxo
D quaſi de teſta uiuit: & ſi forte in eam inciderint piſciculi, eos excipit, retinétque:atque in hunc modū deuorat quæcunque nacta eſt eſculenta. Hæc Ariſtoteles. Plinius, Contrahit urtica ſe,inquit, quammaxime rigens, ac prænatante piſciculo frondē ſuam ſpargit: (carnoſæ nanque frondis his natura)complecténſque deuorat:aliàs marcenti ſimilis, & iactari ſe paſſa algæ uice, contactos piſces attritúque petræ ſcalpentes pruritum inuadit. Excrementum nullum in urtica eſſe conſpicitur:ſed in hac re ſimilis ſtirpibus eſt.Maiores tamen meatum,ut oſtreæ,quo excrementum ſecedat, tenuem ſcilicet fiſtulam habēt parte ſuperiore.urtica enim ipſa,uti modo diximus, quaſi interna oſtrearum caro eſſe uidetur:ſaxo uero utitur perinde ut teſta: ſaxo enim adhærere more nōnullorum teſta intectorum ſolet urtica: & ta-

*Vrtica, Ἀκαλήφη. κνίδη.*

*Locus hic Ariſtotelis mihi quidem ſuſpectus eſt:neque ſane uetus interpres cū exēplaribus noſtris Græcis cōuenit.*

men quoties libeat abſolui, abſolutúmque uagari quoddam urticarum ge- E nus notatum eſt, quod & echinos & pectunculos in quos offenderit, corro dit. Quæ enim in cauis ſinuoſisque adhærent, nunquam à ſaxis abſoluuntur: quæ uero in ſaxorum planis marginibus uiuunt, abſolutæ ſedibus uagantur. Duplex genus percipitur urticarum: alterum corpore paruo, quod cibo aptum eſt: alterum maiuſculo duróq;, quale circa Euboiæ Chalcidem gigni ſcimus. Sunt omnes hybernis menſibus carne conſtante atque rigidiuſcula: quamobrem per id tempus capiuntur, cibóque idoneę ſunt. At æſtate deteriores fiunt: præmadent enim & marcent, ut ſi tetigeris, facile diſcerpantur atque diſpereant. Denique nulla tantiſper euelli integra poteſt: ac æſtus impatientia, ſaxa ſubire interius ſolent. Vrticis idem gignendi mo F dus eſt, atque iis quæ teſta includuntur. Mordent urticæ non ore, ſed tactu totius corporis: uis enim in his pruritu mordax, eadémque quæ terreſtris urticæ. Vrtica (ut author eſt Diphilus) & uentri & ſtomacho grata eſt, aluum atque urinam ciet, parciúſque nutrit: ut uero Xenocrates tradit, urticæ guſtui ſuaues, ſed ſtomacho admodum ingratæ ſunt. Aſſæ elixis ad aluũ mouendam magis idoneæ: quæ lapillis adhærent, urinam magis cient: quę paſſo aut uino mulſo condiuntur, facile concoquuntur, aluúmque mouẽt: quæ autem coquuntur in paſſo unà cum oleo, lubricum quidem illud retinent, aluúmque cient: ſed uentrem replent, & difficulter in uentriculo con ficiuntur. Vrticam marinam in uino potam calculoſis prodeſſe aiunt. In oleo coquuntur urticæ: quo ne pili renaſcuntur, nonnulli ſunt uſi.

### De ſpongia. Cap. CCLI. G

*Spongia. σπόγγος.*

SPongia nullam habet carnem, ſed ſimilis omnino plantis eſt: præſertim cum adhærendo tantum uiuere poſſit, abſoluta uero minime. At paruũ aliquod diſcrimen eſt. Spongia nanque ſenſum aliquem habere creditur, argumento quòd multo difficilius abſtrahuntur, niſi clanculum agatur, ut aiunt. Præterea ad auulſoris acceſſum contrahũtur, ita ut euelli difficile ſit: quod idem etiam faciunt quoties flatus tempeſtáſque urget. Plinius, Spongiam, inquit, animal eſſe docuimus, cruore petris inhærente. Aliqui narrãt & auditu regi eas, contrahíque ad ſonum, exprimentes abundantiam humoris, nec auelli petris poſſe, ideo abſcindi & ſaniem emittere. Quin & eas quæ ab aquilone ſint genitæ præferunt cæteris: nec uſquam diutius durare H ſpiritum medici affirmant: ſic & prodeſſe corporibus, quia noſtrũ ſuo miſceant: & ideo magis recẽtes magíſque humidas, ſed minus in calida aqua, minúſque unctas, aut unctis corporibus impoſitas: & ſpiſſas minus adhæreſcere. Oppianus quoque tradit, à ſpongiis euulſis diſtillare ſaniem, quæ ſi ſpongiatoris forte naribus adhæreat, ſępiſſime hominem ſuffocat. In ſaxorum rimis & cauernis oriuntur ſpongiæ, non aliter atque ea quæ teſtis intecta ſunt. Aluntur conchis, piſce, limo. Et uiuere ſpongias eſca manifeſto conchæ in his repertæ oſtendunt: & aperiẽdo claudendóque piſciculos capit ſpongia. aperit autem antequam ingrediantur: claudit & contrahit cũ ingreſſi ſunt. Adhærẽt nec parte una nec toto: (interſunt enim fiſtulæ quæ-

dam

A dam inanes) ſed pluribus paſſim particulis hæſitāt, & quaſi membrana extenta ſubeſſe radicibus earum uidetur. Superne autem cæteri meatus concreti propemodum latent. At uero inferne quaterni aut quini patent, per quas paſci exiſtimantur. Color illotis uiuíſque nigricans eſt: candidæ autē *Quonammodo candidi fiāt*
cura fiunt. Spongiarum tria genera accipimus: ſunt nanque aliæ raræ, aliæ *docent Plinius*
ſpiſſæ, aliæ quas nominant achilleas. In genere illo ſpiſſo quæ prædurę ſunt *& Dioſcorides.*
atque aſperæ, hirci nomine tragi nuncupantur: minus ſpiſſum & mollius
manos. Tertium quod achilleum uocatur tenuiſſimum & ſpiſſiſſimum & τράγος,
2 ualidiſſimum eſt. Genus hoc inuentu perquàm rarum eſt. Ex hoc penicilli. *Tragus,*
3 Molliſſimum uero genus ſpongiarum penicilli. Trogus author eſt penicil- Μανός.
los molliſſimos circa Lyciam naſci in alto, unde ablatæ ſunt ſpongiæ. Si e- *Manos.*
B nim euenerit forte ut ſpongia cum euellitur, abrumpatur: reſiduo item na- *Achillea ſpōgia.*
ſcitur & completur. Magnitudine ampliſſima ſunt ſolutæ illæ & raræ ſpō- *Penicillus.*
giæ: ſed molliſſimæ ſpiſſæ & tenuiſſimæ, quæ ſcilicet altis tranquillíſque naſcuntur gurgitibus: flatus enim ac tempeſtates, ſpongias quoque ut cætera altilia, reddunt duriores, & incremētum impediunt. Genus item aliud eſt, quod nomē aplyſias inde accepit, quòd elui non poſſit: habet hoc amplio- *Aplyſia.*
res illos meatus, ſed reliquo corpore denſum eſt: nihilo tamē denſius quàm
quæ ante numerauimus genera, quanquam lentius eſt, & ex toto pulmoni τὸ σῶμ' ὅλον
ſimilis: peſſimum omnium hoc genus eſt. Senſum id genus habere diúque πλευμονῶδες.
uiuere inter omnes præcipue conuenit: cognoſci præ cæteris ſpongiis eò facile poteſt documento, quòd cum illæ albicent, limo inter lauandum ſubſi
C dente, id ſemper nigrorem oſtendit. Quidam ſpongias ita diſtinguunt, alias ex his mares exiſtimauere tenui fiſtula ſpiſſioréſque: quarum quæ duriores ſunt, tragos appellant: alias fœminas, maioribus fiſtulis ac perpetuis. *Tragus.*
Medici inſcitia quadam ad duo nomina eas redegere: Africanas, quarum firmius ſit robur: Rhodiacáſque, ad fouendum molliores. Nunc autē molliſſimæ circa muros Antiphelli urbis reperiuntur. Spongia noua non ſicut lana aut linamentum materia duntaxat eſt, qua applicantur medicamenta ad irrigationes idonea, ſed & manifeſte deſiccat, uulneráque enæma conglutinat (ſi noua ſit, & maris odorem adhuc referat) ſi eam cum aqua aut uino aut poſca pro corporis ratione imponas. Quòd ſi uetus ſit, & maris odorem amiſerit, non æque deſiccat: immo inutilē eſſe ſentit Dioſcorides.
D Molliſſimum genus earum penicilli oculorum tumores leuant ex mulſo impoſiti: item abſtergendæ lippitudini utiliſſimi. Imponūtur ſpongiæ ipſæ epiphoris ex poſca: ex aceto calido ad capitis dolores. De cętero recētes diſcutiunt, molliunt, mitigant: ueteres conglutinant uulnera, inquit Plinius. Vſus earum ad abſtergenda, fouenda, operiēda à fotu dum aliud imponatur: ulcera quoque humida & ſenilia impoſitæ ſiccant. Fracturæ & uulnera ſpongiis utiliſſime fouentur: ſanguis rapitur in ſecando, ut curatio perſpici poſſit. Et ipſæ uulnerum inflammationibus imponuntur, nunc ſiccæ, nunc ex aceto inſperſæ, nunc è uino, nunc ex aqua frigida: ex aqua uero cæleſti impoſitæ, ſecta recentia non patiuntur intumeſcere. Imponuntur & integris partibus, ſed fluxione occulta laborantibus quæ diſcutienda ſit: &

iis, quæ apoſtemata uocãt, melle decocto perũctis. Item articulis aliàs ace- E
to ſalſo madidæ, aliàs è poſca, in uulnerũ curatione & ſuccidæ lanæ uicem
implent. Differẽtia hæc, quòd lanæ emolliunt, ſpongiæ coercent, rapiũtq;
uitia ulcerum. Circunligantur & hydropicis ſiccæ, uel ex aqua tepida po-
ſcáue. Imponuntur & iis morbis quos uaporari oporteat, feruenti ex aqua
perfuſæ expreſſæque inter duas tabulas. Sic & impoſitæ ſtomacho proſunt,
& in febri contra nimios ardores. Sed ſpleneticis è poſca, ignibus ſacris ex
aceto: imponi oportet ſic, ut ſanas quoque partes ſpatioſe operiãt. Liuorem
ab ictu recentem ex aqua ſalſa calida ſæpius mutata tollunt: teſtium tumo
rem dolorémq; ex poſca. Songia uſta acris eſt, uímq; habet digerẽdi. Cum
bitumine aut pice cremata, ſanguinis eruptiones in uulneribus cohibet,
præſertim ſi feruens apponatur. Aliqui raras tantũ ad hoc cum pice urunt: F
& oculorum cauſa comburuntur in cruda olla figulini operis, plurimum
proficiente eo cinere contra ſcabricias genarum excreſcẽtésque carnes, &
quicquid opus ſit ibi deſtringere, ſpiſſare, explere: utilius in eo uſu lauare
cinerem.

1 Quod multo difficilius, &c. Quanta cum difficultate, quantóque periculo colliguntur ſpongiæ: & quibus modis auelluntur, oſtendit Oppianus lib. 5 de piſcibus. 2 Tenuiſſimum, λεπτόταζιν: fortaſſe (minimum) uerti potuiſſet: quanquam Plinius tenue etiam dixit, uel intelligitur tenuiſſimũ, id eſt, tenuibus fiſtulis, ut legitur apud Dioſcoridem λεπτότρητον. 3 Ex hoc penicilli. Ex hoc ſpongiarum genere fiebant penicilli uulnerarij, quibus ſcilicet uulnera ulceráue ſtipabant abſtergebántque, ut clariſſime explicat Plautus in Rudente, Ego iam te hic itidem, quaſi penicillus nouus exugere ſolet, ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi eſt. G

## Epilogus ſeu caput CCLII.

PRæter hæc quæ diximus animalia, ſunt purgamenta aliqua relatu indi
gna, & algis potius annumeranda quàm animalibus. Chryſippus quo-
*Phryganion.* que philoſophus tradidit phryganion adalligatum remedio eſſe quarta-
nis: quod eſſet animal, nec ipſe deſcripſit, nec nos inuenimus qui nouiſſet.
*Herpes.* Herpes quoque animal à Græcis uocatur quo præcipue ſanantur quæcũq;
*Protegeuſtæ.* ſerpunt. Protogeuſtę animalia ſunt Indica, quæ guſtũ habẽt acutiſſimum.
τειχοβρῶτες. τειχοβρῶτες animalculum quod ſetas uillóſue concutiat. Hæc duntaxat no-
*Sirulugus.* minauere authores ſicuti & ſirulugũ, quod nec quale eſſet animal, nec ubi
naſceretur, tradiderunt. Et Euphorion in commentariis ſcriptum reliquit, H
*Neades.* in Samo beſtias olim fuiſſe feras maxima magnitudine nomine neades,
quarum ſola uoce terra diſcederet: earum oſſa maxima, uel ſua ætate exti-
tiſſe. Sunt etiam in mari nonnulla animalia effigie inſolenti & ſui generis:
quæ quoniam inuentu rara ſint, conſtitui in genus non poſſunt. Iam enim
piſcatores uidiſſe ſe retulerunt quædam trabunculis proxima, pullo colo-
re, tereti figura, pari ex toto craſſamento. Item alia ſcutorum effigie, colore
rubeo, pinnulis crebris. Ad hæc alia quæ genitale uiri imitarentur, tum ſpe 1
cie, tum magnitudine, ſed pinnis ſubnexis binis loco teſtium. In magnis e-
tiam imbribus multa apparent animalium genera, quę ante uel nunquam
uel raro uiſa fuerint. His igitur mihi ſatis admonuiſſe ſaltẽ uideor, quæ de
animalium

Animalium differentiis ab Ariſtotele, Dioſcoride, Plinio, Galeno, aliiſque ueterum multis ſunt dicta. neque enim omnia in hunc librum transferenda cenſui, quæ ab illis accuratiſſime ſunt ſcripta. Tantum uero de ſingulis ſolum dixi, quantum legenteis ad antiquorum euoluenda ſcripta, niſi ſint omnino rudes aut auerſi, excitet: ac quo facilius cum his uerſentur, auxiliū præſt et

1 Ad hæc alia quæ genitale. Eſt piſcis nomen, inquit Hermolaus, ædoeon, quod & nos genitale nuncupamus marinum, à nonnullis haleſurion græce dictum. Quanquam haleſurion ſunt qui pro callyonimo piſce capiunt. Ἀιδοῖον quoque θαλάσσιον, κολυβδαίναν uocauit Epicharmus, ut Nicander tradidit. *AEdoeon.* Ἀιδοῖον θαλάσσιον. *Genitale marinum.* *Haleſurion.* Κολυβδαίνα.

τέλος σὺν θεῷ.

IMPRIMEBAT MICHAEL
Vaſcoſanus Lutetiæ Pariſiorum,
Ann. M. D. LI.

# ANIMALIVM, QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR NOMENCLATVRAE ET INDEX.

Ἀβλεννής 148.h
Ἀβραμίς 162.c
Abrotone 211.h
Ἀκαλήφη 218.c
Ἀκανθίας 146.d
Acanthis 126.f
Ἀκανθυλλίς 126.h
Ἀκανθοφάγα 106.h
Acari 193.h
Acarna 160.c
Acarne ibidem
Accipenſer 120.f.121.d.151.d.c.154.h.155.b.c
Accipiter 120.f.g.121.a.b.d.e.f
Accipiter Ægyptius 120.g
Accipiter Æthiopicus 121.c
Accerataæ cochleæ 79.h
Achainæ ceruæ 79.h
Acharnas 160.d
Ἀχάρνης ibidem
Ἄχαρνος 159.h
Acharnus ibidem
Acheta 190.c
Ἀχέτης ibidem
Achillæa ſpongia 219.a
Aciæ 193.c
Ἄκμων 62.d
Ἀκοντίας 101.b.102.h
Ἀκρίς 190.g
Aculeatus 148 h
Acus 148.h
Addax 99.b
Ἀδελφοί 6.c
Ἀδωνίς 158.c
Adũcæ aues γαμψώνυχα 107.b
Ædoeon piſcis 220.a
Ægythus 126.g
Ægolios 122.f
Ἀεισκῶπες 122.g
Æmys 91.d.92.e
Æſalo 120.h
Æſalon ibidem
αἰδοῖον θαλάσσιον 220.a
αἰγωλιός 136.g
αἰγοκέφαλος 118.d
αἰγοθήλης 118.d.g
αἰγυπιός 120.b
αἰγίθαλος 127.d
Ἄλουρος 68.c
Ἀιμύς 92.c
Ἀινίδιον 151.c
Ἄιξ quadrupes 79.d
Ἄιξ auis 118.d
Ἀιολία 157.h
Αἴολος 151.h
Ἀσκῶπες 122.g
Αἶθος 1.d
Αἴθυια 129.h
Æthya ibidem
Æthnæus piſcis 191.g
ἀετός auis 118.h.119.h
ἀετός piſcis 45.h
ἀηδών 127.f
Agaſæus 61.a
Ἄγνος 154.c
Agnus ibidem
Agnus quadrupes 77.g
ἀγνωΐδια 165.h
Agriophaga 183.e
Agrippa 40.a
ἀγρώστης 187.d
Alabes 170.b
ἀλάβης ibidem
Alauda 117.c
Albardeola 130.h
Alba Ardeola ibidem
Albicilla 119.d
Albicula 129.b
Alburnus 169.g
Alces 86.h.87.a
ἀλκυών 128.d
Alec 162.g
Alecula 163.c
Alex 163.c.166.d
ἀλέκτωρ 111.h
ἀλεκτωρίς 109.g.112.a
ἀλεκτρυών 111.h
ἀλεκτρυαίνα ibidem
ἁλιπλεύμων 218.c
Alopecides canes 59.h
ἀλωπεκίας 146.d.g
ἀλώπηξ quadrupes 66.h
ἀλώπηξ piſcis 146.g.148.d
ἀλώπηξ volucris 71.g
Aloſa 162.d.c.f
ἀλφηστής 155.a
ἀλφηστικός ibidem
Altinæ uaccæ 72.b
Aluco 122.f
Ἄμα 12.f
Ἀμία 167.b
Ammoatis 100.b
ἀμμοδύτης 100.d
ἀμπελίς 128.a
ἀμπελιών ibidem
ἀμπέλων 128.a
ἀμφισβαῖνα 102.d.&e
Amphiſbæna ibidem
Anas 133.f
Anatum genera ibidem
Anates Ponticæ ibidem
Anatoria aquila 119.e
ἄναιμα ζῶα 12.a.b.34.e.173.h
ἀνάρτης 213.c
ἀνέλυτρα 175.e
ἀνηρήτης 213.c
Anguis 95.h.103.a
Anguis Thebanus 96.a
Anguis Æſculapius 101.h
Anguilla 148.b
Anguillæ Macedonicæ 148.f
Animal 1.b.e
Anſer 132.c
Antacæus 169.b
ἀντακαῖος 168.h
Anthias 154.c
Anthiarum ſpecies ibidem
Anthracides 163.c
Anthredon 183.a.144.g
ἀνθρήνη 184.c
ἀνθρωπόγλωττος 125.f
Anthus 123.b
ἁπαλόδερμοι 142.c
Aper quadrupes 84.g
Aper piſcis 163.f
ἀφρῖτις 161.d.g
ἀφρός ibidem
ἀφύη 162.a
ἀφύη φαληρική 161.f
ἀφύδιον 162.a
Apiaſter 117.e
Apica ouis 76.f
Apis 177.g
Aplua 162.a
Aplyſia 219.b
Apodes 123.h

Apolectus 165.a
Apolectum ibidem
ἀπεῤῥαίς 214.d
Aprica ouis 76.f
Apteros 191.a
Apua 161.d.h.162.a
Apua Phalerica 162.d
Aquatilia 25.g.h.26.a
Aquila auis 118.h
Aquila piſcis 145.h
Aquila Iouis 120.a
Aquila pulla 119.h
Aquila fuluia 119.f
ἀράχνης 186.d
ἀράχνης λειμώνιος 186.h
Araneus 186.d.187.a
Aaranea ibidem
Araneus pratenſis 188.a
Araneus lautus 186.e
Araneus marinus 187.b
Araneus muſcarius 177.e
Araneus lanuginoſus 187.d
Arbor belua marina 173.a
Arborarius picus 125.c
Arborum cauator ibidem
Archanus 159.h.160.d
ἄρκτος quadrupes 83.per tot.
ἄρκτος cruſtatus 233 h
ἀρκτόμυς 69 f.g.h
ἀρκτοσύς 69.h
Ardea 130.f.g
Ardeola ibidem
Ardeola candida 130.h
Ardeola alba ibidem
Ardeola pigra ibidem
Argathilis 123.g
Arguta cicada 190 g
Aries quadrupes 77.g
Aries marinus 173.b
Ariſta 164.f
ἄρνις 77.g
ἀρνευτή 165.c
ἀρουραῖος μῦς 68.g
ἄρπαξ lupus 62.c
ἄῤῥην 23 a
Arthredo 184 g
Aſcaridæ inteſtinorũ uermes 195.h
ἀσκαρίδες ibidem
Aſcaridæ uermiculi 189.f
ἀσκαρίδες ibidem
Aſcalabus 94 g
Aſcalabotes 95 a
Aſcalopas 117.c
Aſcalopax ibidem
Aſcalaphus 122.e
Aſellus minor 87.h
Aſellus doſſuarius 88.g
Aſellus piſcis 155.g.h.156.a
Aſellus multipes 188.h
Aſellus locuſta 190.h
Aſilus auis 127.h
Aſilus inſectum 189.e.196.h
Aſilus in thynno 164.c.196.h
Aſilus marinus ibidem
Aſinus vulgaris 88.g
Aſinus degener ibidem
Aſinus admiſſarius 87.h
Aſinus ſylueſtris 88.c.e
Aſinus Indicus ibidem.d.e
Aſini marini 173.c
Aſio 115.g.122.d.123.a
Aſiortion 188.c
Aſiracus 191.c
ἀσπάλαξ 71.d
Aſpargus 170.c
Aſpis 98.g
Aſpis Chelidonia 99.a
Aſpis Cherſæa ibidem
Aſpis ptyas ibidem
Aſtacus 205.a
Aſtacus fluuiatilis ibidem.e
ἀστήρ 218.a
Aſter ibidem
Aſterias ſtellaris 121.a
Aſterias ardea 130.h
Aſterius piſcis 146.h
ἀστεία βαλίς 144.e
Aſterion 187.e
Aſtomi homines 50.e
Aſtortion 188.c
Aſtrabelus 213.a
ἀστράβηλος ibidem
Aſturcones 86.e
Atherine 162.f
ἀθερίνη 161.g
Atrapilla 127.d
Attaces 191.c
Attagena 117.b
Attagen ibidem
ἀτταγήν ibidem
ἀττάγα ibidem
ἀτταγᾶς ibidem
ἀτταγάς ibidem
Attagenus piſcis 170.d
Attelabos 191.c
Attilus 169.c
Aues carniuoræ 106.h
Aues volaces 108.a
Aues graues ibidem
Aues nocturnæ 122.b
Aues Seleucides 134.e
Aues Diomedeæ 133.c
Aues Herciniæ 134.d
Aues Mennonides ibidem.e
Aues Caſpiæ 135.a
Aues nouæ 118.b
Aues fidipedes 109.a
Aues digitatæ ibidem
Auis ὄρνις 103.c
Auis rarda 105.e
Auis Scythica 139.e
Aulos 217.c
Aulopios 155.a
Aulopos 154.h
αὐλωπός ibidem
Aurata 156.f
Aureliæ 176.h.193.a
Aureus lupus 62.a
Auris marina 214.d
Auriuinctis 126.g
ἀυξίδες 163.h
Auxuuiæ 164.h
Auxiracæus 191.c
Axis 71.g

B

Bacchus 155.g.156.a
Βάκχος 155.h.159.c
βαδίζοντα 96.f
βαιός 118.d
Bæus ibidem
βαιών 161.c
βάγχος 150.c
Balagri 169.h
Balanus 214.a
βάλανος ibidem
Balearicæ grues 131.d
Balena 172.f.g.h
Balerus 169 h
Banchus 150.c
Barbata auis 120.e
Barbus 169.f
Bardones 89.c
βαρῖνος 169.h
βασιλεὺς auis 127.h.128.d
βασιλίσκος auis 127.b
Baſiliſcus auis ibidem
Baſiliſcus piſcis 170.c
Baſiliſcus ſerpens 101.c
Baſilicæ tellinæ 216.b
βάτις auis 127.h
βάτις piſcis 145.h

βάτος piſcis 145.h
βάτραχος 92.f.145.c
βάτραχος λιμναῖος 92.h
βάτραχος ἕλειος 93.b
βάτραχος πηλαματιαῖος 92.h
βάτραχος ἁλίας 145.e
βδέλλα 149.d
βεβράδες 162.b
βεβραδῶνες ibidem
βελέννος 161.c
βελόνη 148.h
Belone ibidem
βεμβράδες 162.b
βέμβυξ 184.h
Bembyx ibidem
Bæon 161.c
βέρβερι 216.f
Beſtiolæ in igne genitæ 195.c
Bæus 118.d
Biſontes 74.h
Biſtones 75.c
Biſulca animalia 53.e
Biualuia 207.f
Blatta 197.d
Blatta mollis ibidem.e
Blemmyes 50.d
βλέννος 161.c
βλέννος ibidem
βλεψίας 160.d
Boa 102.c
βόαξ 163.b.g
Boca ibidem.b
Bocas ibidem
Bœtus 170.a
βοίτης ibidem
Bogpyrus 170.c
Boletena 200.e
βομβύκιον 184.h
Bombylis 185.a
Bombylius 184.g
βομβύλιος ibidem
Bombyx 184.h.185.a
Bombyx altera 193.e
Bombilius 184.g
Bombilis ibidem
Bombyx ibidem
Bonnaſus 52.e.74.e
βόνασος ibidem
βόωψ 163.b
βωρίδια 161.h
Bos piſcis 145.g
Bos quadrupes 72.c
Bos ſylueſtris 74.f
Boues lucæ 57.g

Bos unicornis 72.d
Bos tricornis ibidem
Bos Ægyptius ibidem.e
Bos Æonius ibidem.d
Bos Aonius 88.g
Bos Apennineus 72.h
Bos Campanus ibidem
Bos Caricus ibidem
Bos Epiroticus 72.g
Bos Erythæus 75.c
Bos Herciniæ ſyluæ 72.d
Bos Indicus 88.g
Bos Lybicus 72.d
Bos Mœoticus ibidem
Bos ὀπισθόνομος ibidem.f
Bos pelleus 72.e
Bos Phrygius ibidem
Bos Phœnicus ibidem.g
Bos Pœonius 72.f
Bos Scyticus 72.c
Bos Syriacus ibidem
Bos Trogloditicus 75.c
Boſcas 133.g
Boſchides ibidem.h
βόστρυχος 193.f
βότις 145.h
βούβαλος 80.g
βουβαλίς ibidem
βούγλωσσος 50.d
βουνοί 69.d
βουπρήστης 192.f
βούς 72.c
βουφάγος 130.d
βῶξ 163.b
Box ibidem
Brenthus 129.e
βρίγκος 170.c
Brinthus 134.b
βρύσσοι 113.f.173.f
Brucus 191.c
Bubo 122.d.e.f
Bubalus 80.g.h
Bubalis 95.d
Buccina 213.a
Buccinum ibidem
Bufo 93.g
Bugloſſus 150.d.151.b
Bunga 130.d
Bupreſtis 192.f
Buteo 120.h
Byas 130.d
Byturus 194.b

C.

Cacabis 106.e
Cæci ſerpentes 103.b
Cæciliæ ſerpentes ibidem
Calamitæ ranæ 93.f
Calidris 129.b
Callarias 155.g
Callibios 167.e
Calliblephara 214.g
Callichthys 154.e
Callionymos ibidem
καλλιώνυμος ibidem
Callitriches 58.f
Callus 217.h
Camelus 81.h
κάμηλος ibidem
Camelopardalis 82.e
Cammarus marinus 205.e
Cammarus 205.e.206.b.
207.b.c.d.
κάμμαρος 207.b
κάμπη 7.d.193.a
Cancer 203.b.205.f.206.a
Cancer fluuiatilis 206.a.b
Cancri curſores 206.h
Cancellus ibidem.d
κανθηλοσβέστης 193.c
Caniceps 58.f
Canicula piſcis 146.d
Canicula Galeus ibidem
Canis pinguis 146.h
Canis marinus ibidem.h
Canis Carcharias 146.e
Canis quadrupes 60.a
Canis uillaticus ibidem
Canis paſtoralis ibidem.a.c
Canis pecuarius 60.a.e
Canis domeſticus 59.h
Canis uenaticus 59.h.60.d.e
Canis alopecis 59.g
Canis acarnan. 60.f
Canis acyrus 60.g
Canis Ætolicus ibidem
Canis Athamanicus ibidem
Canis Arcadicus 59.g
Canis Britannicus ibidem
Canis caſtorius ibidem
Canis fluuiatilis 70.g
Canis gelonus 60.f
Canis Hircanus 60.g
Canis Indicus ibidem
Canis Laconicus 59.g
Canis leucrarius 61.h
Canis Lycaon 60.f

Canis Medus 60..f
Canis Melitenſis 61.e
Canis Meliteus ibidem
Canis Menelais 59.f
Canis Moloſsicus 19.f.61.e
Canis Petronius 59.f.60.g.h
Canis Perſes 60.f
Canis Phereus ibidem
Canis Salentinus 59.f
Canis Seres 60.f
Canis Sicamber 60.h
Canis Tuſcus 61.a
Canis Vmber 60.g
Canterii 85.g
Cantharis 192.b
Cantharus piſcis 154.a
Cantharus inſectum 192.b
κάνθαρος 154.a.191.h
Capella quadrupes 78.e
Capella auis 118.d
Caper 78.e
Capito 160.c.d.169.f
Capra 77.h
Capræ ſylueſtres 79.a
Capræ feræ ibidem
Capreæ ibidem.b
Capreoli 79.d
Capriceps 118.d
Caprimulgus ibidem
Capriſcus 157.b
κάπρος quadrupes 84.g
κάπρος ἰνυάλιος 83.h
κάπρος piſcis 163.f
Capus 109.g.110.e
Carabus ſcarabeus 192.a
Carabus cruſtatus 204.c
καρχαρόδοντα 52.b
Carcharias 146.e
καρκῖνος 205.f
καρκίνιον 206.d
καρκίνοι μικροί 205.f
Carduelis 126.g
Carduelus ibidem
καρίδιον 206.h
Carinus 169.h
καρίς 203.b.206.h
Carniuora 106.h.28.b
καρποφάγα 107.a
καρποφαγοῦντα ibidem
Cartaſonos 71.h
Carulus 129.d
Caſtor 70.a
Caſtorides canes 59.g
Caſtorii ibidem
Caſtorides marinæ 173.c
Caſpiæ aues 135.a
Cataracta 133.c
Catarracta 130.c
καταῤῥάκτης ibidem
Catoblepa 72.a
Catreus 135.b
Catus ſylueſtris 68.e
Cauaticæ cochleæ 210.e
Cauſos ſerpens 100.b
καυλίνη 160.h
Cebus 58.g
κῆβος ibidem
Cæci ſerpentes 102.g
Cæciliæ ſerpentes ibidem
κειρία 196.a
Cela 135.c
Celphus 59.d
κελβύς 126.c
Cemas 81.a.b
κήμας ibidem
κημάς ibidem
Cenchris ſerpens 101.a
κέγχρις ibidem
Cenchrias 100.d
Cenchris auis 121.c
Cenchrine 101.a
Cenchrites ibidem.b
Cenchramus 116.d
Centipes 188.e
Centipeda 188.d.g
Centrine ſerpens 100.b
Centrine piſcis 146.e
Centris 100.b
Cephalus 159.b.f.g.h.160.d
Cephalus fluuiatilis 160.c
Cephalus trãſlitoranus 159.h
Cephalus περαῖος ibidem
Cephalus φεραῖος ibidem
Cephalinus 160.d
κεφαλοκρούστης 188.c
κηφλώ 178.c
Cephus 58.d.g
Cepphus 129.f
κέπφος ibidem
Cepus 58.g
κῆπος ibidem
Ceramides 133.a
Ceraſtis ſerpens 100.b
κεράστη ibidem
Ceraſtes vermiculus 194.a
Cerchnes 126.e
Cercio 135.c
Cercopithecus 58.d
κερκώπη 190.f
Cercrias 100.d
Cercuros 147.c
Cercyros ibidem
κερδώ 67.a
Ceris 155.a
κηρίς ibidem
κήρυξ 212.e
Cerrhus 163.c
Certhia 126.d
Certhius ibidem
κερθιός ibidem
Ceruus 79.c
Ceruus palmatus 81.a
Ceruæ Achainæ 79.h
Cerylus 128.f
κήρυλος ibidem
κείρυλος ibidem
Ceſtra 149.a
κεστρεύς 159.b.c
Cetacei piſces 142.d
κητώδεις ἰχθύες ibidem
Cete 171.b
Cetus ibidem
κῆτος ibidem
Ceuæ 72.h
Ceyx 128.g
Chalceus 162.f..g.170.h
Chalcis quadrupes 94.e
Chalcis auis 121.a
Chalcis piſcis 162.e.f
Chame 215.b
Chame leios ibidem
Chame glycyamerides 215.c
Chame pelorides ibidem.d
Chameleo 95.c
χαμαιλέων ibidem
χάμψης 90.d
χάννη 157.e
χάννος ibidem
Chaonides canes 63.a
Charax 153.g
Charadrius 129.f
χαραδριός ibidem
Chartilaginea 143.d
Chartilaginata ibidem
Chartilaginei piſces plani 144.d
Chaus 62.h
χαύνη 157.e
χαυλιόδοντα 52.h
χειρογρύλλιος 69.g
χελιδὼν auis 123.b
χελιδὼν piſcis 152.g

χελιδὼν polypo ſimilis 200.h
χελιδὼν θαλάσσια ibidem
Chelidonia lepus 67.h
Chelidonias piſcis 165.b
χελώνη 91.d
χελώνη ποταμία 92.d
χελώνη θαλάσσια 91.c
χελώνη χερσαῖα ibidem.h
χελώνη ὀρεινή 92.f
Chelonophagi 50.d
χελών 159.b
Chelydrus 98.d
χήμη 215.d
χήμη τραχεῖα ibidem.c
χήμη λεία ibidem
χήμη βασιλική 215.d
χημίον μικρόν ibidem.c
χήνιον 117.f
χὴν 132.c
χηναλώπηξ 132.h
Chenalopex ibidem
Chenerotes 133.e
Cherſine 91.h
Cherſydrus 97.g
χίμαρος 79.e
χίμαιρα ibidem.d
Chirogryllus 69.g
χλορεύς 128.a
Chloreus 115.c
χλωρεὶς 127.g
Chlorion 118.f
χλωρογαύρα 94.b
χοιροπίθηκος 58.c.g
χοῖρος 84.f
χοῖρος ποτάμειος 163.f
Chordus 75.g
Chremes 154.b
χρέμης ibidem
χρέμψ ibidem
Chremps ibidem
Chromys 153.h
Chryſaetos 119.h
χρυσαλλίδες 176.g
Chryſeos lupus 62.c
Chryſeos piſcis 156.h
χρυσομήτρης 126.g
χρύσοφρυς 156.f
χρυσοῖ ἰχθύες 139.f
Cibotis 161.h
κιβώτις ibidem
Cicada 190.a
Cicadaſtra ibidem.d
Cicada muta ibidem.e
Cicada ſurcularia 190.d
Cicada frumentaria ibidē.e
Cicada Auenaria ibidem.f
Cicada marina ibidem
κίχλη auis 117.h
κίχλη piſcis 157.a
κιχήλη 117.h
Cicindelæ 193.f
Ciconia 131.g
Ciconia montana 119.g
Cicuma 123.b
Cimices 197.a
Cimices agreſtes ibidem.b
Cimices è malua ibidem.d
Cinclus 129.c
Cinereus Tetragnatus 187.e
Cinnamomus 134.h
Cinnamolgus ibidem
Cinnamulgus ibidem
κίρκος 62.c.120.h
Circus quadrupes 62.c
Circus auis 120.h
Cirrus 193.f
Cis 195.b
κὶς ibidem
κίθαρα 150.g
κιθάρους ibidem
κιθαρεὶς ibidem
κίθαρος ibidem
Citharus ibidem
κίττα 125.g
Ciuiles animantes 26.h
Claderinchus 128.c
Clamatoria auis 135.e
Clangus 119.e
Claria 170.c
Clerus 181.b
κλῆρος ibidem
Cluina auis 135.e
Clupea 162.d
Clypea ibidem
κνίδη 218.c
κνιποφάγα 107.a
κνιπολόγος 126.d.185.c
κνίψ 189.h
Cobio 160.h
Cobius ibidem
κωβιός ibidem
Cobio fluuiatilis ibidem
κωβίδιον 160.d
κωβιδάριον ibidem
κωβίτης ibidem
Coccyx auis 121.f
Coccyx piſcis 151.f
κοκκάλιον 211.h
κόκκαλον ibidem
Cochlea 152.f
κοχλίας 211.g.h
κόχλος ibidem
Cochlea terreſtris 210.d
κοχλίας χερσαῖος ibidem
Cochleæ latæ ibidem
Cochleæ cauaticæ ibidem.c
Cochleæ ποματίαι ibidem.d
Cochlea nuda ibidem
Cochlea candida ibidem
Cochlea longa ibidem
Cæruleus auis 118.f
Cæruleus uermis 149.g
Cæruleus phalangij genus 187.f
Colaris 122.f
Coleos 126.c
κολεός ibidem
Colias 166.h.167.a
κολίας ibidem
κολιός 126.c
κόλλιξ 161.h
κολοιός 124.h.125.b
Colloſtrati infantes 51.f
κωλώτης 94.g.95.a
Colota ibidem
Colos 81.d
κόλος ibidem
Coluber 98.d
Colubra ibidem
Columbus 113.b
Columba ibidem
Columbarum genera 114.b
Columba agreſtis 113.c
Columba ſaxatilis ibidem
Columba domeſtica ibidem
Collurio 118.e
κολλυρίων ibidem
κολυβδαίνα 220.a
Colycia 212.h
Colymbis 133.g
Colymbus ibidem
Concha 215.b.c
κόγχη ibidem.b
κόγχη τραχεῖα ibidem.c
κόγχος ibidem.b
Conchæ longæ 217.d
Conchæ uenereæ 201.a. 213.c
Concha margaritifera 216.f
Conchylium 207.c.213.a
Condylos 214.b
Conger 148.f

κονίδες 196.d
κώνωψ 189.g
κώνωπες exiguæ 195.d
Cophias 103.b
Cophion 192.h
κώψ 122.g
κορακίας 124.h
Coracinus 157.b.158.b
κορακίδια 161.h
κόραξ auis 124.c
κόραξ piſcis 158.b
κόραξος ibidem
Cordus 75.g
Cordulus 158.e
Cordula 163.h
Cordyla ibidem
κόρδυλος 158.e
κορδύλη ibidem
κόρεις cimices 197.a
κόρεις piſcis 151.a
Cornix 124.f
Cornix fuſca ibidem.g
Cornix marina 130.a.134.a
Cornops 191.f
Cornuta 173.c
κορώνη 124.f
κορώνη θαλάσσιος 124.a.134.f
Coruus 124.c
Coruus aquaticus 134.a
Coruus marinus ibidem
Coruulus piſcis 158.c
κώρυκος 215.e
κορύδαλος 117.c
κορυδαλίς ibidem
κόρυδος ibidem
κορύφαινα 165.c
Coryphia 212.h
Corythia ibidem
Coſſes 193.h
Coſsi ibidem
κόσσυφος auis 118.b.c
κόσσυφος piſcis 157.a
κῶθος 160.h.161.c.170.b
κώθων 161.c
κόττοι 170.b
Cottus ibidem
κόττυφος auis 118.b.c
κόττυφος piſcis 157.a
Coturnix 161.b.c
κουλεόπτερα 175.e.191.g
κούνικλος 67.c
κούειλος 158.f
Crabrones 183.e
κραγγόνες 207.b
Crangines ibidem
κρανοκολάπτης 187.g
κρεῖος teſtaceus 215.e
Cremys 154.b
Crex 130.e
κριός aries marinus 173.f
κριός quadrupes . 77.g
Crocodilus 90.d
κροκόδειλος ibidem
Crocodilus terreſtris ibidē.h
Crocuta 63.f
κροκοῦττα ibidem
κρότων 196.f
Cruſtata 203.a
Cruſtacea ibidem
κτείς 216.g
Cuculus auis 105.e.121.f.g.122.a
Cuculus piſcis 152.f
Cucumis 170.h
Culex 189.d
Culex paluſtris ibidem.h
Culex Mulio 186.g.189.h
Culex uuarius 190.a
Culex ficarius 189.h
Culicilega 126.d
Cuniculus 67.e
Curculio 194.g
Curſiones 140.f.173.f
Curſores ibidem
Curſores cancri 206.h
Curuca 127.g
κύαμος 188.h
κυανός auis 118.f
κυανός phalangium 187.e
κυάνεος ibidem
κυβεῖαι 165.e
Cychramus 116.d
Cycnia aquila 120.d
Cycnus 133.b
κύκνος ibidem
Cygnus ibidem
κυμαίνοντα 22.f
Cymindis 121.a
Cynchramus 116.d
Cynedus 155.a
κλωιγίσκα lupi 62.b
Cynocephalus homo 50.d.58.c
Cynogloſſus 150.c
Cynomya 196.f
Cynoproſopos 50.d
Cynops 170.c
Cynopus ibidem
Cynorrhaiſtes 196.f
Cynoſdexia 170.c
κυνοσβάτα 163.a.b
κυνός βάτα ibidem
κύων quadrupes 58.g
κύων piſcis 146.d
κύων καρχαρίας ibidem.e
κύων γαλεός ibidem.f
Cyperinus 169.g
κύφαι piſces 153.c
κύφαι ſquillæ 207.a
Cyprianus 169.g
Cyprinus ibidem
Cypſelli 123.h
Cyrogrillus 69.h
Cytheria 151.a

D

Dacnades 134.h
Dactylus 217.b
Δάκτυλος 217.b
Dama 79.b
δαμάλη 75.b
δαμαλίς ibidem
δάσκιλλος 160.e
Daſquillus ibidem
Daſypus 67.b
δασυκέρκος ibidem.a
δειρίτης 127.b
Delcanus 167.e
Delichnus 170.c
Delici 84.f
Delphin 171.f
Delphinus ibidem
Delphis ibidem
Diarium 193.d
Dicerus 135.c
Dicæus ibidem
διδακτυλοῦς 159.c
Dilichnus 170.c
Diomedeæ aues 133.c
Dipſas 100.a
δισχιδῆ 53.e
Dyſderi 187.f
δυσδερί ibidem
δίθυρα 207.f
Donax 217.c
Dorcades Lybicæ 81.b
Dorcalis 80.h
Dorcas ibidem
Darcus ibidem
Dorx ibidem
Draco ſerpens 101.g
δράκων ibidem
δρακαινίς ibidem

Dracæna 101.g
Draco marinus ibidem
Draco uerus ibidem
Draco Epidaurius ibidem
Dracunculus piſcis 158.g
Dracunculus uermis 196.a
δρακόντιον ibidem
Drepanis 123.g
Dromades quadrupes 82.f
Dromadarij ibidem
δρομάδες 140.e.173.e
Dromades ibidem
Dromones 173.a.e
Dryinus 98.d
δρυοκολάπτης 125.c. 126.b
δρυόφυτης ranæ 93.f
Dryophytes ibidem
Dryphytes ranæ ibidem
Duces apum 177.g

E

Eale 81.g
Echeneis 149.b
ἐχενεΐς ibidem
Echeineæ ceruæ 81.a
Echenatis mus 69.c
ἐχίδνα 59.d
ἔχις 99.d
ἐχῖνες 69.d
ἐχῖνος quadrupes 54.b
ἐχῖνος χερσαῖος 66.e
ἐχῖνος teſtaceus 213.d
Echini ouarij ibidem.h
Echini candidi ibidem.f
Echinometra ibidem
ἐχινομήτρις ibidem
Echinophori 210.c.d
Ectinophori ibidem
ἡδυπορφύρα 213.a
ἔγχελυς 148.b
ἔγχελις ibidem
ἐγγρασίλοχος 161.f
ἐγγραῦλις ibidem.h
Ægolios 122.f
εἰλκτικά 2.c
Elacarena 167.f.g
Elacatenæ ibidem
ἠλακατῆνες ibidem
ἔλαφος 79.e
Elaps ſerpens 102.f
Elaps piſcis 155.b
ἐλαιός 127.e
Elea 128.d
ἐλέα ibidem
Eleginus 170.d
ἐλειός 69.d
ἐλεοβάτραχος 93.b
Eleos ibidem
Elephas 56.f
Elephantus ibidem
Elephantus marinus monſtrum 173.b
Elephantus cruſtatus 204.h
Eleotris 170.c
Ellops piſcis 154.g
ἑλμίς 195.g
ἑλμίς πλατεῖα ibidem.h
ἑλμίς στρογγύλη 196.a
Elops ſerpens 102.f
Elops piſcis 154.g
ἡμεροκοῖτος ibidem.e
ἡμίνηρος 158.b
ἡμίονος 88.g
ἐμπίς 189.f
ἐμύς 92.c.f
Eucraſilochus 161.f
Encraulus 162.b
Engraulis 161.h
Enhydris ſerpens 98.a
Enhydrus quadrupes 70.g
ἐνυδρὶς quadrupes ibidem.f
ἔνυδρα ζῶα 25.g
ἔντομα 175.a
ἐπαμφοτερίζοντα 25.g
ἥπατος 153.b
Ephemerum 193.d
ἐπιλαΐς 127.h
ἠπίολος 193.d
Epitrageæ 138.f
Epodes 151.a
Epops 134.b
Epſetus 161.g
ἔψητος ibidem
Equicernus 81.h
Equiſelis muſca 165.c. 189.c
Equites cancri 206.a
Equus 84.h
Equus ſylueſtris 81.f
Equi feri 87.g
Equi Celtiberiæ ibidem.e
Equi Lybici 86.e
Equi Mæotici ibidem
Equus Indicus ibidem
Equus generoſus 86.a
Equus uulgaris ibidem
Equus Mularis ibidem
Equus fluuiatilis 81.f
Equus marinus 173.c
Erica 162.g
Erinaceus 66.e
Erinaceus terreſtris ibidem
ἔριφος 79.d
Erithrotaon 115.e
Eritimus 162.d
ἐρωδιός 130.g
ἐρωδιὸς λευκός ibidem
ἑρπετά 97.f
ἑρπηστικά ibidem
ἕρποντα ibidem
Eruca 193.a.b.c
Erucæ olerum ibidem.c
Erucæ Tithymali ibidem
Erythacus 127.g
Erythinus 152.g
Erythrinus ibidem
Erythrinus fluuiatilis ibidē
ἐρυθροί oues 76.c
Eſalo 120.h
Eſalon ibidem
ἔσχαρος 151.a
Eſos 169.c
Eſox ibidem
Etelis 170.d
Æthya 129.h
Exanguia animalia 173.h. 174.g
Exocœtus 158.c
ἐξώκοιτος ibidem
εὐωπός 154.e
εὐρύκερος 80.g

F

Faba 188.h
Faber 160.g
Falcula 123.g
Fario 170.b
Farris vermiculi 194.h
Feles 68.c
Fiber 70.a
Ficedula 127.e
Fidipedes 109.g
Florus 128.b
Flutæ 148.a
Fœmina 23.a.25.d.e
Forda 72.d
Formica 185.a
Formicæ quadrupedes 64.a
Formicæ Indicæ ibidem
Formicæ Herculaneæ 185.c
Formicæ equites ibidem
Fringilla 127.c

Fringillago 127.d
Fringillarius 121.c
Frugilega 125.a
Fuca 157.c
Fucus 178.c
Fucus veſparum 183.g
Fulica 129.f
Fulix ibidem.f
Fullo piſcis 170.a
Fullo ſcarabeus 192.b
Fuluia aquila 119.f
Fur 178.f
Fuſanci piſces 139.f
Fuſca cornix 124.g

G

γάδος 155.h
γαλάδες 215.e
Galba 194.c
γαλῆ quadrupes 68.a
γαλῆ piſcis 146.a
γαλῆ ἀγρία 68.e
γαλῆ κατοικίδιος ibidem.a
γαλεός 146.b.167.h
γαλεὸς λεῖος 146.h
Galeus leuis ibidem
γαλεὸς κύων ibidem.f
Galeus canicula ibidem
Galeorum genera 146.c.d
γαλεώς 167.h
Galeotes 94.g.95.a
γαλεώδης 146.b
γαλεώνυμος ibidem
Galerita 117.c
Galeruca 192.a
γαλεξίας 147.a
Galexias ibidem
Galgulus 126.g
γαλλεείδης 155.h
Gallinaceus 109.g
Gallus ibidem
Gallus gallinaceus ibidem
Galli Tanagrici 110.f
Gallinacei Indici 113.a
Gallinacei Rhodii 110.f
Galli Chalcidici ibidem
Galli Medici ibidem
Galli Melici ibidem
Gallina 109.g
Gallinarum genera ibidem
Gallina cohortalis ibidem
Gallina uillatica ibidem
Gallina ruſtica 112.c
Gallina Africana ibidem
Gallina Numidica ibidem
Gallinæ fœcundæ 110.f
Gallinæ Hadrianæ ibidem
Galliuago 117.g
Gammarus 205.e
γαμψώνυχα 104.b
Ganzę 132.f
Gantæ ibidem
Garus 166.c
Gauia 129.f
γελαρείη 155.h.156.c
γονεάτις 152.b
γονδάτις 151.h
Genitale marinum 220.a
γερανός 131.c
Gerres 163.d
Gerini 93.g
γῆς ἔντερα 195.d
Gibbæ ſquillæ 207.a
Gibbæ piſces 206.a
Ginnus 89.a
Gladius piſcis 169.a
Glanis 168.d
Glanius 169.b
Glanus 63.a
Glans 214.a.219.a
Glauciſcus 156.e
Glaucium 133.g
γλαυκίον ibidem
Glaucus 156.c
γλαυκῶδις 122.a
γλαύξ ibidem.b
Glis 69.d
Glottis 130.f
γλωττίς ibidem
Glycyamarides 215.c
Glycymarides ibidem
γλυκυμαρίδες ibidem
Glympicus 61.a
γναφεύς 170.b
Gnaphalus 135.d
γνήσιος ἀετός 119.h
γνωτίδια 165.h
Gobio 160.g.h
Gobius ibidem
Gobio fluuiatilis ibidem.h
Gobio ſaxatilis 161.c
Gobius ſpinoſus ibidem.a
Gobionaria 162.a
γόγγρος 148.f
Gonger ibidem
Gorgon 77.f
γοργών ibidem
Gortinenſis ouis 72.e
Gouyus 160.h
Gracculus auis 124.h
Gracculus piſcis 158.c.g
Græcum pecus 76.d
γραῖαι 98.f
γραφαῖος 205.a
Griphes 135.e
γρύψ ibidem
Gromphæna 131.f
Grus ibidem.f
Grus marinus 168.a
Gryllus piſcis 148.f
Gryllus inſectum 191.d
Gurgulio 195.b
γυπαετός 119.g
γύψ ibidem
Gyrini 92.g

H

Hadrianæ gallinæ 110.f
Hæmatopus 131.b
Hæmorrhus 100.f
Hemorrhois ibidem
Halcedo 128.d
Halcyon ibidem
Halcyone ibidem
Halecula 162.f.g
Halecula riualis ibidem.g
Haleſurion 155.b.220.a
Haliætus 119.g
Haliæetus ibidem
Halipleumon 218.c
Hamia 167.b
Hammodytes 100.d
Harpa 129.f
Halacatenes 167.g
Heladona 200.d
Helops 154.g
Hellops ibidem
Hemerobion 193.d
Hemerocætos 154.f
Hemineros 158.b
Hepatus 153.a
Hepiolus 181.b.193.c
Hercineæ aues 134.d
Herculaneæ formicæ 185.c
Herinaceus 66.e
Herodius 130.g
Herpes 219.g
Hiaticola 129.f
Hiatula 157.e
Himantopus 131.c
Hinnus 89.b.c
Hinnulus ibidem.b
Hinus 89.c

Hinnularia 119.d
Hippagros 81.f
Hippardium ibidem.e
Hippilaphus ibidem
Hippidium 165.d
Hippocampus 192.g
Hippoë 206.h
Hippopotamus 85.h
Hippurus 165.c
Hippus ibidem.d
Hircus quadrupes 78.e
Hircus piſcis 123.b
Hirudo 149.d
Hirudines rufæ ibidem.f
Hirundo auis 123.c
Hirundo ruſtica ibidem.f
Hirundo agreſtis ibidem
Hirundo ſyluestris ibidem
Hirundo riparia ibidem
Hirundo marina 200.h
Hirundo piſcis 152.g
Hirundo polypo ſimilis 201.b
Hiſtrix 66.d
Holothuria 218.a
Homo 34.a.44.f.45.d.f.48.a
Homo marinus 173.e
Horda 72.d
Horion 131.e
Hyęna quadrupes 63.a
Hyæna piſcis 163.g
Hyæna monſtrum marinum 173.c
Hybris 121.f
Hycca 153.d
Hydra 98.a.f
Hydrus marinus 97.g
Hydrus 98.c
Hypnale 99.c
Hyſtrix 66.d

I

Iaculus 101.b
Ibis 132.a
Ibyces 79.a
Ichneumo quadrupes 70.f.g
Ichneumo ueſpa 184.b
ἰχθύς 136.e
ἰχθύες χυτοί 139.f
ἰχθύες κητώδεις 142.d
ἰχθύες ἁπαλόσαρκοι ibidem.c
ἰχθύες μαλακόσαρκοι ibidem
ἰχθύες σκληρόσαρκοι ibidem
ἰχθύες φωνοῦντες 163.c
ἰχθύες τμητοί 168.a
ἰχθυοκόλλα ibidem.c
Ictinus quadrupes 62.d
Ictus γατῖνος auis 121.c
Iecorinus 153.b
Ieiunus mugil 159.c
ἱέραξ auis 110.f
ἱέραξ piſcis 152.g
ἱερὸς ἰχθύς 155.h
Ignaria 115.c
ἰλιάς 118.a
ἴλλας ibidem
Iliacus Turdus ibidem
εἰλητικά 2.c
Immuſſulus 120.d
Incendiaria auis 135.d
ἰνδικὸς ὄνος 88.d
Inſecta 175.a
Inteſtina terræ 195.b
Inteſtinorũ animalia 195.g.h
ἴουλος 188.d.195.c
ἰουλίς 157.a
Iulis ibidem
Ioniſcus 156.h
Iopes 170.d
ἴορκες 81.a
Iouis aquila 120.a
ἱππεῖς cancri 206.a
ἱππίδιον 165.d
ἵππος 84.h
ἱππομύρμηκες 185.c
Ips 194.b.195.b
Iulus 189.a.195.g
ἰουλός ibidem
Iunco 129.b
Iuuencus 72.c
Iuuenca ibidem
Ix 195.b
Iynx 127.e

L

Labeo 160.c
Labrus ibidem
λάβραξ 155.c
Lacertus piſcis 167.b
Lacertus quadrupes 93.h.94.a
Lacerta quadrupes ibidem
Lacertæ uirides 94.a
Lacertæ, ferrugineas maculas habentes ibidem.b
Lacerta Chalcidica 94.f
Ladanum 78.b
Lædus 126.c
Laërtæ 185.d
λαγείδεις 67.h
λαγίδια χωρίχα ibidem
λαγωδίας 115.f
Lagopus 116.d.e.f
Lagopus altera ibidem
λαγοφόνος aquila 119.f
λαγός 67.b
λαγώς ibidem
λαγὼς θαλάσσιος 202.f
Laliſiones 88.d
Lamia 145.h.146.e
λάμια 146.b
Lampyrides 193.f
Lamyrus 170.d
Langa 62.h
Languria ibidem
Larus 129.e
λάρος ibidem
Latax 70.f
λαθιπορφύρα 131.c
λάτος 168.g
Latus ibidem
Laurices 76.f
Leæna 64.b
λεβιάς 153.b
λεβιάς 167.g
Lædus 126.g
λειόβατις 144.e
λεῖος accipiter 121.a
λεῖος γαλεός 146.h
Leudes 196.d
Leo 63.g.101.a.172.c
λέων ibidem
Leo quadrupes 64.e
Leo ſerpens 101.a
Leo cruſtatus 207.b
Leo belua marina 206.c.207.c
Leantophoni 64.h
λεπάς 214.b
λεπὰς ἀγρία ibidem
Lepidion 170 d
Lepidotus ibidem.b
Leporaria aquila 119.f
λεπτινὸς λεβιανός 167.c
Lepus 55.c.67.b.c.g
Lepus marinus 202.f.g
λευκερωδιός 130.h
λευκίσκος 160.b
Leuciſcus ibidem
Leucomenides 163.c
Leucrocula 81.d
Leucrocola ibidem
Leuis accipiter 121.a

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Leuis muſtelus, uel Galeus 146. | | Lytra | 70.h | Mendeſius | 170.d |
| | | M | | Mergus | 130.a |
| Leuiraia | 144.e | Machlis | 86.a | Mergus marinus | ibidem |
| Libella | 149.b | Maia | 206.a | Merops | 117.e |
| Liberides | 67.h | Μαῖα | ibidem | Merula auis | 118.b.c |
| λιβυός | 162.e | Maiales | 83.f | Merula altera | ibidem |
| Lignipcrdis | 193.f | Mæna | 162.h | Merula piſcis | 157.a |
| Ligurinus | 126.h | Μαινίς | ibidem | Μήρυξ | 151.g |
| Limax | 210 d.211.h | Mæotes | 170.c | Metachoerus | 157.a |
| Limoſa | 163.h | Μαλάκια | 189.b | Μετάχοιρον | ibidem |
| λιμώστριον | 214.e | Μαλακόδερμα | ibidem | Metagon | 61.c |
| Lingulaca | 151.f | μαλακόστρακα | 203.a | Μητέρες μελισσῶν | 177.d |
| Liparis | 170.d | μαλακόσαρκοι ἰχθύες | 142.a.c | Metys | 170.d |
| Liuia | 114.c | Μαλακοκρανεύς | 118.f | μίδα | 194.g |
| Locuſta inſectum | 190.g | Malleolus | 150.c | Miliaria auis | 106.c |
| Locuſta marina | 204.c | Malthe | 146.a | Millepeda | 188.d |
| Lolligo | 201.b | μάλθη | ibidem | Millepes | ibidem.e |
| Lollius | 201.b.202.d | μανός | 219.a | Miluago | 152.g |
| Lucanus | 192.b.h | Manos ſpongia | ibidem | Miluus | 121.c |
| Lucerna | 152.g | Mantichorus | 71.g | Miluus auis | ibidem |
| Lucius | 169.f | Margaritifera concha | 216.g | Miluus piſcis | 152.g |
| Lumbrici terreſtres | 195.g | Marinus piſcis | 170.d | Mitulus | 215.f.216.c |
| Lumbrici inteſtinorũ | ibidẽ | Mario | 169.a | μίτυλος | 216.b |
| Lumbricus teres | 196.a | Mars | 68.c | Mollia | 198.b |
| Lumbricus latus | 195.h | Martes | ibidem | Molliceps | 118.f |
| Luna piſcis | 170.e | Maſtace | 191.c | Moluris | 191.c |
| Lupus auis | 125.a | Matres apum | 177.h | Molurus | 102.a |
| Lupus araneus | 186.e | Matrix ueſparum | 183.g | Monapos | 74.f |
| Lupus phalãgij genus | 187.b | Matrix auis | ibidem | Monedula auis | 124.a |
| Lupus piſcis | 155.c.d | Μάξινος | 155.h | Monedula piſcis | 167.f |
| Lupus lanatus | 155.c.156.b | Mæa | 206.a | Monoceros | 71.h |
| Lupus uarius | 155.f.156.b | Μήκων piſcis | 199.d.f | Μονόχροα | 2.a |
| Lupus maculoſus | ibidem | Μελαναίετος | 119.f | Μονοπεῖρα lupi | 62.b |
| Lupus ἐπιστιγμένος | ibidem | Melancoryphus | 127.d.c | Μονόθυρα | 207.f |
| Lupus forouilienſis | 155.f | Melanderinus | 157.h | Monticola | 127.d |
| Lupus quadrupes | 62.a | Melandrys | 165.a.d | Montisfringila | ibidem.c |
| Lupus ceruarius | ibidem.f | Melanthini | 133.a | Μώνυχα | 84.h |
| Lupus canarius | ibidem.h | Melanurus ſerpens | 100.d | Mordella | 193.c |
| Lupi piſcatores | ibidem.b | Melanurus piſcis | 152.e. 157.g | Mormur | 156.b |
| Luſcinia | 127.f | | | Mormylos | ibidem |
| Lutaria pelamis | 163.h | Meleagrides | 112.d.e | Mormyros | ibidem |
| Lutea | 128.a | Meles | 68.c | Mormyres | ibidem |
| Luteola | 127.g | Melænaetos | 119.f | Morphnos | 119.f |
| Luteus auis | 115.c.128.a | Melicambales | 211.g | Morphnus | ibidem |
| Lutra | 70.b.f | Melichloron | 185.h | Morphna | ibidem |
| Lutris | ibidem.f | Meliſſa | 177.g | Μόσχος | 72.c.75.b |
| Lycaon lupus | 62.f | Μέλισσα | ibidem | Muco piſcis | 160.d |
| Lycaon canis | 60.f | Melitembales | 211.g | Mugil | 159.b |
| λύκος | 62.a.125.a.186.e. 187.h | Melolonthe | 192.a | Mugilis | ibidem |
| | | Μηλολόνθη | ibidem | Mugil ieiunus | ibidem.c |
| λύγξ | 62.f | Μεμβράδες | 161.f.162.a | Mugil fluuiatilis | ibidem.d |
| Lynx | ibidem | Membrades | ibidem | Mula | 88.g.89.c |
| λύρα | 163.d | Memnonides | 134.a | Mula Syriaca | 89.b |
| Lytra | 196.b | Memnonides aues | ibidem | Mulæ Africanæ | ibidem.a |

Mulæ Cappadoces ibidem
Mulio culex 189.d
Mullus 151.h.152.d
Mullus lutarius 152.b
Multifida 53.e
Multipeda 188.d.g
Mulus 88.g
Mulus Indicus 89.c
Muræna 147.e
Muræna fluuiatilis 148.b
Murex 212.e.h.213.b.214.d
Murinus 150.a
Murus 147.f
Mus piſcis 157.b
Mus marinus 92.c
Mus aquatilis ibidem
Mus quadrupes 68.e
Mus ſylueſtris ibidem.g
Mus agreſtis ibidem
Mus Niloticus 68.h
Mus Alpinus 69.c
Mus Ægyptius ibidem
Mus Ponticus ibidem
Mus Africanus ibidem.d
Mus Indicus 70.h
Mus Araneus 69.e
Muſca 189.a
Muſculus marinus 149.d
Muſculus piſcis 149.d.172.f
Muſculus teſtatus 215.f
Muſculus quadrupes 68.h
Muſimone 77.f
Muſimon ibidem
Muſtela piſcis 147.b
Muſtela marina ibidem.c
Muſtela quadrupes 68.a
Muſtela domeſtica ibidem
Muſtela vulgaris ibidem
Muſtela ſylueſtris ibidem
Muſtela ruſtica 68.c
Muſtelus 147.c
Muſtelus leuis 146.h
μῦα 189.a
μύαγρος 103.a
μύαξ 215.f
μυγαλῆ 69.f
Myiſca 216.c
μύλακρις 197.g
Myloccos 197.c
Myllus 166.g
Mylus ibidem
μύοψ 189.c
μύοξος 69.d
μύραινα 147.c
μύρηξ 151.g
Myrinus 150.a
μυειόπους 189.a
Myrma 156.b
μύρμηξ inſectum 185.b
μύρμηκες quadrupedes 64.a
μυρμήκιον 188.c
Myrmecion ibidem
Myro piſcis 98.c
μῦρος 147.f
μῦς quadrupes 68.f
μύς piſcis 157.b
μύς ὁ teſtatus 215.f
μύς ἡ teſtata 216.c
μύες σκιλλώδεις ibidem.b
μυστικῆτος 149.d
Myſtus 170.d
Myſthus ibidem
μύξινος 159.c
μύξος ibidem.d

N

Nabis 82.e
ναυώδης 46.c
νάρκη 145.a
Narica 162.b
Natex 213.b
Natrix 97.g
Nauplium 200.g
Naûticus ibidem.e.f
Nautilus ibidem
Neades 209.h
νέβρος 81.a
νεβροφόνος 119.d
Nechdalus 185.a
Nereides 173.d
Neritis 201.b.213.a.d
νηρίτη 213.b
νῆσσα 133.f
νῆσσαι ἄγριάδες 133.h
νῆστις 159.c
νῆττα 133.f
νηττοφόνος 119.e
νεύειος 146.f
Niſus 120.e
Nitedulæ 193.f
Noctua auis 122.b
Noctua piſcis 155.b
νομάς περιστερά 114.c
Nouacula 150.a
νυκτερὶς uolucris 71.e
νυκτερὶς piſcis 154.f
Nycticorax 115.g.122.g

O

ὀκνός 130.h
Oculata 158.b
Odynolion 149.c
Oenanthe 127.d
Oenas 114.b
οἰνάς ibidem.h
ὀΐς 75.d
οἶστρος 189.e.h
Oeſtrus muſca ibidem
Oeſtrus inter apes 181.a
189.e
οἶστρος in Thinnis 164.c.
196.h
οἶστρος marinus ibidem
ὁλκὰς 186.e
ὁλόχροα 2.b
ὀλολυγών 124.a
ὁλόπτερα 175.h
Olor 133.a
Onager 88.c
ὄναγρος ibidem
ὄναγρος ἄγριος ibidem
ὀνίας 151.f
ὀνίσκος piſcis 155.g.h
ὀνίσκος multipes 188,g.h
Onocentaurus 72.a
ὄνος multipes 188.h
ὄνοι πολύποδες ibidem
ὄνος quadrupes 87.d
ὄνος ἰνδικὸς 88.d
ὄνος piſcis 155.g.h
ὄνος locuſta 191.c
Onocrotalus 133.b.c
ὄνυξ 217.b.c
ὠοτόκα 98.e
ὀφίδιον ibidem.f
ὀφιόκτενα 188.d
Ophiogenes 50.g
Ophiomachus 191.c
Ophion 81.d
ὄφις 95.h.97.f.103.a
ὄφις θαλάσσιος 98.c
Opſophagi piſces 170.d
Orata 156.h
Orca 172.g
Orchys 176.h
Orcynes 165.c
Orcynos 163.h.165.a
ὀρεύς 88.g.89.a
ὀρφνός 127.d
ὀρφπελάργος 119.g
ὀρεινὴ χελώνη 92.f
Oripe 195.d

| | |
|---|---|
| ὀρειταί | 195.d |
| ὄρνις | 103.c.104.d |
| Oropſizes | 127.c |
| ὀροσπίζης | ibidem |
| ὀρφακίνη | 153.h |
| Orphas | 154.b |
| Orphus | 153.h |
| ὄρφος | ibidem |
| ὀρφώς | ibidem |
| ὀρφνός | ibidem |
| Orſodacne | 193.c |
| Orthragoriſcus | 163.e |
| ὀρτύγιον | 117.f |
| ὀρτυγομήτρης | 130.c.f |
| Ortygometra | ibidem |
| ὄρτυξ | 116.a |
| Oryx quadrupes | 79.b |
| Oryx marinũ animal | 172.h |
| Oſſifraga | 120.a |
| Oſſifragus | ibidem |
| Oſmilia | 200.e |
| Oſſophagi | 170.d |
| ὀστρακηρόν | 207.c |
| ὀστρακόδερμον | ibidem |
| Oſtrea | 214.c |
| ὄστρεον | 207.e.214.c |
| ὄστριον | ibidem |
| Oſtreum | ibidem |
| ὠτάρια | 214.d |
| ὦτια | ibidem |
| ὄτις | 115.e.f |
| ὦτις | ibidem.e.g |
| ὦτυς | ibidem |
| ὦτος | ibidem.f |
| Otus | ibidem |
| Ouipera animalia | 89.c |
| Ouis | 75.d |
| Oues ἐρυθροί | 82.f |
| Oues erythri | ibidem |
| Ouis tecta | 76.d |
| Ouis Colonica | ibidem |
| Ouis villatica | ibidem |
| Ouis Tarentina | ibidem |
| Ouis mollis | ibidem |
| Ouis hirta uel hirſuta | ibidẽ |
| Ouis aprica | ibidem.f |
| Ouis apica | ibidem |
| Ouis fera | 77.e.82.f |
| Ouifera | 82.f. |
| Ouis bortinenſis | 77.e |
| Ouis Arabica | ibidem.f |
| Ouis marina | 173.f |
| Ouum Polypi | 200.c |
| Oxyrinchus | 168.b.170.b |
| ὀυεία | 133.h |
| οὖς ἀφροδίτης | 214.e |
| οὖς θαλάττιον | ibidem.d |
| οὖτις | 115.g |
| Ozæna | 200.e |
| Ozolis | ibidem |
| **P** | |
| Pagrus | 153.a |
| Pagrus fluuiatilis | ibidem |
| Pagus | ibidem |
| Pagurus | 209.a |
| Palmipedes | 132.c |
| Palumbarius accipiter | 121.a |
| Palumbes | 114.b.d |
| Palumbus | ibidem |
| Palumbus torquatus | ibidẽ.h |
| πάμφαγα | 1.h.107.a |
| Panthera | 65.c |
| Panthera marina | 173.c |
| πανθήρ | 63.h |
| Papauer piſcis | 170.d |
| Papilio | 176.h.193.b |
| Para | 127.d |
| Parcus | 117.h |
| Parcnus | 119.e |
| πάρδαλις quadrupes | 65.d |
| πάρδαλις marina | 173.c |
| Pardalus auis | 118.g |
| Pardus | 65.f |
| Pareas | 102.f |
| Pareus | ibidem |
| Parias | ibidem |
| Parnops | 191.f |
| Parous | 108.f |
| παρόνας | 102.f |
| Pariias | ibidem |
| Parus auis | 127.d |
| Parus piſcis | 170.d |
| Paſſer auis | 126.h |
| Paſſer piſcis | 150.d |
| Paſtinaca | 144.g |
| Patange | 213.h |
| Patella | 214.d |
| Patella fera | ibidem |
| πατταλία | 79.e |
| Pauo auis | 112.f |
| Pauus auis | ibidem |
| Pauo piſcis | 170.g |
| Pecten | 216.g |
| Pectunculus | ibidem |
| Pecus Græcum | 76.d |
| Pecus marinum | 173.c |
| Pediculus | 196.d |
| Pediculus ferus | ibidem.c |
| Pediculorum genera | 196.f |
| Pediculus piſcis | 152.f |
| Pediculus marinus | 196.g |
| Pediculus terræ | 192.b |
| Pelagii piſces | 168.a |
| Pelamis | 164.c.165.b |
| πήλαμυς | 163.h |
| Pelamis lutoſa | ibidem |
| Pelamis limaria | ibidem |
| Pelargus | 131.g |
| πελαργός | ibidem |
| πελεκῶν | ibidem.f |
| πελειάς | 114.c.115.a |
| Pelias auis | ibidem |
| Pelias ſerpens | 102.f |
| Pella | 130.h |
| Pellos | ibidem |
| πέλλος | ibidem |
| Pelorides | 215.b.c |
| πελωρίδες | ibidem |
| πέλτης | 157.h |
| πεμφρηδών | 184.g |
| Penelops | 133.e |
| πηνέλοψ | ibidem |
| πηνία | 193.c |
| Penicillus | 219.b |
| πενταδάκτυλοι | 211.g |
| Pentadactyles | ibidem |
| Perca | 157.c |
| πέρκη | ibidem |
| περκίς | ibidem |
| Percis | ibidem |
| Perca fluuiatilis. | ibidem.d |
| Percnopterus | 119.f |
| πέρκος | 121.a |
| Perdix | 116.a.b.e.g |
| Perdix altera | ibidem.g |
| Perdix ruſtica | 117.a |
| περιστερά | 113.c |
| περιστερός | ibidem |
| περιστερὰ κατοικίδιος | ibidem |
| περιστερὰ νομάς | ibidem |
| Perna | 217.d |
| Pernes | 211.a |
| Perſeus piſcis | 155.g |
| Petrei piſces | 141.h |
| πεζὰ ζῶα | 25 g |
| φαβότυπος | 121.a |
| φάγρος | 153.a |
| Phagrus | ibidem |
| Phagrus fluuiatilis &.170.c | ibidem |
| Phagorius | ibidem |
| Phalacrocorax | 134.a |

φάλαινα belua marina 172.f
φάλαινα papilio 193.c
Phalangium 186.d
φαλάγγιον ibidem
Phalangius ibidem
Phalanx ibidem
Phalangiorũ genera 187.d.g
Phalangia leguminũ ibidẽ.f
Phalaris 133.h
φάλκων 121.e
Phaleris 133.h
Phalerica 161.f
φαληρικὴ ἀφύη ibidem
Phanger 153.a
φάψ 114.d
Phaſcades 133.g
Phaſiana 115.d
Phaſianus ibidem
Phaſianicus ibidem
φασσοφόνος 121.a
φάττα 114.d
Phattage 91.d
φήνη 120.a
Philomela 127.f
φίνις 120.a
Phocæna 172.d
Phœnicopterus 129.b
Phœnix 134.f
φοῖνιξ ibidem
Phœnix piſcis 166.b
φοινίκουρος 127.g
Phoix 129.e
φολάς 214.d
φολιδωτά 16.h
Pholis 160.d
φωλίς ibidem
φώρ 178.f
Phoxinus 169.h
Phryganion 219.g
φρυνολόχος 121.a
φρύνη λιμναῖος 93.g
φρῦνος ibidem.c.d
φρῦνος κωφός ibidem.e
φρῦνος θερσόμενος ibidem.h
φρῦνος θερόεις ibidem
φθείρ 196.d
φθείρ ἄγριος ibidem
φθείρ θαλάσσιος ibidem.g
Phuca 157.g
Phycen ibidem
φυκίω ibidem
Phycis ibidem
φύκις ibidem
Phycus ibidem
Phyca 170.d
Phyſa piſcis ibidem.c.f
Phyſeter 172.h
φυσητήρ ibidem
Phyſſulus piſcis 171.a
φύσαλος cete 173.a
Phytharus 170.d
Pica 125.g
Pici,id eſt Gryphes 136.b
Picus martius 125.b.126.b
Picus arborarites 125.c
Pinna 216.c
πίννη ibidem
πιννοφύλαξ ibidem.d.f
Pinnoter 206.g
πιννοτήρ ibidem
Pĩnoter Plinij 206.e.g.216.d
πιννότηρ Ariſtotelis ibidem.g
πιννοτήρης ibidem
Piphex 121.d
Pipo 126.d
πίπρα ibidem
Piſcis 136.e
Piſcis ſacer 155.a
Piſces pelagij 168.a
Piſces ſaxatiles 141.h
Piſces πετραῖοι ibidem
Piſces fuſanei 139.f
Piſces curſores 140.f
Piſces curſiones ibidem
Piſces molles 142.a
Piſces μαλακόστρακοι ibidem
Piſces duri ibidem
Piſces σκληρόστρακοι ibidem
Piſces cetacei ibidem.d
Piſces longi 147.d.e
Piſces plani 150.d
Piſces foſsiles 170.e
Piſces uocales 163.e
Piſces lethales 171.a
Piſcis candidus 155.a
Piſcis λευκός ibidem
Piſtrix 172.h
πίθηκος 57.h
Pityocampe. 192.f
Plancus 119.e
Plangus ibidem
Platalea 131.f
Plataniſta 169.d
πλάταξ 157.h
Platea 131.f
Platiſtacos 155.h.166.g
Platiurus 186.f
Platyceros 80.g
Pleſti 162.b
Plotæ 148.a
πλῶτις 160.c
πνεύμων 218.b
πνεύμων θαλάσσιος ibidem
Pœphagus 86.h
ποικίλα ζῶα 2.a
ποικιλίαι piſces 163.e
ποικιλίς auis 126.f
ποικίλος piſcis 146.h
πολιτικὰ ζῶα 27.h
πολίχροα ζῶα 2.b
Polypus 199.d
πολύπους ibidem
Polypi ouum 20.e
πολυσχιδῆ ζῶα 53.e
πωμάτιαι cochleæ 210.d
Pomilio 46.c
Pompilias 164.e.200.g
Porca 83.b
Porcus quadrupes 84.f
Porcus piſcis 163.e
Porcus marinus ibidem
Porcus fluuiatilis ibidem.g
πόρδαλις 65.d
πορευτικὰ ζῶα 1.b
Pornops 191.f
πορφύρα 212.a
Porphyrio 131.a
πορφυρίων ibidem
πορφυρεῖς ibidem.c
Porphyrus 101.f
πόρπις 75.b
ποτάμιος χοῖρος 163.g
πρασοκουρίδες 197.g
πρημάδαι 165.c
πρημνάδαι ibidem
πριονάδες ibidem.e
πρέσβυς 128.c
Preſter 100.a
πρηστήρ ibidem.b
πρῆστις 172.h
πριμαδίαι 164.b
πρίστης 172.h
Priſtes ibidem
πρόβατον quadrupes 75.d
πρόβατον marinum 173.f
Prohibitoria auis 135.e
Protogeuſtæ 219.g
πρώξ 81.a
ψαμμαθίς 163.f

| | |
|---|---|
| ψαμμῖτις | 163.f |
| ψάρα | 118.e |
| ψάρος | ibidem |
| ψήν | 189.h |
| ψῆττα | 150.d.f |
| ψίττα | 150.d |
| Pſittace | 125.f |
| ψιττάκη | ibidem |
| Pſittacus | ibidem |
| ψιττακός | ibidem |
| ψιττώδεις ἰχθεῖς | 150.e.d |
| ψώρα | 193.c |
| ψόρος | 158.c |
| ψύχη | 195.b |
| ψύχος | 158.b |
| ψύλλα pulex | 196.h |
| ψύλλα araneus | 186.d |
| ψύλλα θαλάσσιος | 196.h |
| ψύλων | 170.a |
| πτιλωά ὄνομα | 175.a |
| πτώξ | 67.b |
| πτερήρων | ibidem.a |
| Ptyas | 99.a |
| Ptynx | 121.b |
| Pulex | 197.d |
| Pulex araneus | 186.d |
| Pulex uermiculus | 197.d |
| Pulex marinus | 196.g |
| Pulla aquila | 119.f |
| Pulmo | 218.b |
| Pulmo marinus | ibidem |
| Purpura | 212.a |
| Purpuræ filius | ibidem.e |
| Pygargus quadrupes | 79.b |
| Pygargus auis | 119.d |
| πυγολαμπίδες | 193.f |
| Pyralis | 195.c |
| Pyrauſta | ibidem |
| Pyrauta | 181.b |
| πυραύτης | ibidem |
| πυργίτης paſſer | 127.h |
| πυργίτης columbus | 114.c |
| πυρίας | 127.e |
| πυριλαμπίδες | 193.f |
| Pyrrhocorax | 125.b |
| πυῤῥοῦλος | 128.a |
| **Q** | |
| Quadrupedes uiuiperæ | 23.h |
| Quadrupedes ouiperæ | 90.c.d |
| Querquædulæ | 133.h |
| **R** | |
| Raia | 144.d |
| Raia ſtellata | ibidem.e |
| Rana | 92.f |
| ῥάμφος | 103.e |
| Rana fluuiatilis | ibidem.g |
| Rana aquatica | ibidem |
| Rana lutaria | ibidem.h |
| Rana paluſtris | 93.c |
| Rana rubeta | ibidem.d |
| Rana muta | ibidem.f |
| Rana uiridis | ibidem |
| Rana leuis | ibidem.g |
| Rana Dryphytes | 93.f |
| Rana Diopetes | ibidem |
| Rana Calamite | ibidem |
| Rana ex arbore uociferans | ibidem |
| Rana piſcatrix | 145.e |
| Rana marina | ibidem |
| Rana uermis | 194.c |
| Redinus | 127.c |
| Reges apum | 177.h |
| Regulus | 127.h |
| Remora | 149.b.c |
| Rex auium | 128.c |
| Rex | ibidem.d |
| Rhacinus | 170.d |
| Rhagion | 187.e.g |
| Rhamphos | 103.d |
| Rhaphis | 148.h |
| Rhaphius | 62.h |
| Rhedo | 169.e |
| Rhiades | 150.b |
| Rhina | 144.e.f |
| ῥίνη | ibidem.f |
| Rhyntaces | 134.f |
| Rhinobatos | 144.g |
| Rhinoceros | 75.a |
| Rhizes | ibidem.b |
| ῥίζας | ibidem |
| Rhombus | 150.d.e |
| Ricinus | 196.f |
| Riparia | 123.g |
| Riparia altera | ibidem |
| Roſtrum | 103.e |
| Rota capra | 79.a |
| Rota marinum monſtrum | 173.a |
| ῥώξ | 188.c |
| Rubecula | 127.g |
| Rubellio | 152.h |
| Rubeo | ibidem |
| Ruber | ibidem |
| Rubeta | 93.d |
| Rubeta muta | ibidem |
| Rubetarius accipiter | 121.e |
| Rubetra | 127.h |
| Rubicilla | 128.a |
| Ruminalis | 151.h |
| Rupex | 129.f |
| Rupicupra | 79.h |
| Ruſtica perdix | 117.a |
| Ruſticula | ibidem |
| Ruticilla | 128.a |
| **S** | |
| Sacer ſerpens | 102.g |
| σακῶται ἄρνις | 77.g |
| Sacer piſcis | 155.a |
| Sacres | 84.g |
| Sagittarius piſcis | 159.a |
| Salamandra | 97.a |
| Salar | 169.e |
| Salmo | ibidem.d |
| Salpa | 160.e |
| Salpe | ibidem |
| σάλπη | ibidem |
| σάλπης | ibidem |
| Salpyga | 186.g |
| Salpuga | 185.d |
| Salus auis | 126.g |
| Sanguiſuga | 149.d |
| Sangualis | 120.c |
| Saperdes | 158.a |
| σαρκοφάγα | 77.h.26.c |
| Sarda | 162.b.163.h.164.e |
| Sardena | 162.g |
| σαρδήνη | ibidem |
| Sardinæ | ibidem.b.g |
| Sardinia | 162.e |
| Sardinus | ibidem.g |
| Sargiacus | 153.c |
| Sarginus | 152.f |
| σάργος | 159.b |
| Sargo | 160.d |
| Sargus | 152.d.e |
| Sario | 169.g |
| Satherium | 70.a |
| Satheron | ibidem |
| Satyrium | ibidem |
| Satyri ex hominum genere | 50.c |
| Satyrus ſimia | 58.e |
| Saxatiles piſces | 141.h |
| σαῦρα | 93.h |
| σαῦρα χαλκιδική | 94.e |
| σαυρίς | 167.g |
| σαῦρος quadrupes | 93.h |

σκῦρος piſcis 157.a.166.f.167.f
σκάφρος 163.g
Scarabeus piſcis 154.b
Scarabeus inſectum 191.h
Scarabeorum inſectorum genera ibidem
Scarabeus uiridis 192.a
Scarabeus pilularius ibidẽ.h
Scarabeus rutilus ibidem.b
Scarabeus longipes ibidem.f
Scarabeus in Eriphia herba ibidem.b
Scarus 151.d
Scaurus ibidem.g
Scepanus 170.d
Scepinus ibidem
σχιζόποδα 109.g
Schœniclos 129.b
σκιαδεύς 156.d
σκιαδής ibidem
σκιαθίς ibidem
Sciæna ibidem
σκίγκος 91.b
σκιλλάριον 206.h
σκίλλαρον ibidem
Scincus 91.a.b
Scirris 170.d
Sclerocephalon 187.h
σκληροκέφαλον ibidem
σκνιπολόγος 185.e
σκνιποφάγα 107.a
σκνίψ 185.e
Scolecium 187.h
σκωλήκιον ibidem
σκωληκοφάγα 106.h
σκῶληξ 24.a
σκώληκες uermiculorum genus quoddam 194.d
Scolopax 117.c.g
Scolopendra 188.d.e
Scolopendra marina ibidẽ.f
σκολοπίδες 169.d
Scombrus 166.h
Scomber 166.h.167.a
Scops 122.f
σκώψ ibidem
Scopes perennes ibidem g
Scarodyla 163.g
Scordyla ibidem.h
σκορδύλη ibidem
Scordula ibidem
Scorpæna 159.a
Scorpides ibidem
Scorpio 185.f
σκορπιός ibidem
Scorpius ibidem
Scorpius terreſtris ibidem
σκορπιός χερσαῖος ibidem
Scorpio piſcis 158.h
Scorpius piſcis ibidem
Scorpius marinus ibidem
σκορπιός θαλάσσιος ibidem
Scrofa 84.g
σκύλιον 146.d.f
Scylla auis 134.f
Sylla piſcis 146.e
Scylla cruſtata 207.c
σκύμνος 146.f
σκύμνιον ibidem.d.f
Scytale ſerpens 102.c.e
Scytale Chalcidica ibidem.d
Scytale piſcis 147.c
Scythica auis 134.e
Scyurus 66.h
σεισοπυγίς 126.a
σειρήν 184.g
σελάχια 143.e
σελάχη ibidem
Seleucides aues 134.e
Sempaſiones 123.a
σηπηδών 128.c
Sepia 201.b
σηπία ibidem
Seps quadrupes 94.e.g
σήψ ibidem
Seps ſerpens 100.h
Seps multipes 188.d.e
Serpens 95.g.97.f
Serpens biceps 98.f
Serpens marinus ibidem.c
Serpens ſacer 102.g
Serpens alatus ibidem.h
Serpens in ſilphio ibidem
Serpentes Indici 101.e
Serpentes cæci 103.b
Serphus 185.e
σέρφος ibidem
Serra marina 173.a
σής 194.c.195.b
Seſeli 210.d
Seſelitæ ibidem
Seſerinus 160.g
Siena 156.d
Silenus 50.c
σίλφη 197.d
Siluia 127.g
Silurus 168.c.g
Simia 57.h.118.c
Simiarum uulgus 57 h
Simia porcaria 58.g
Simia Cynocephalo ſimilis ibidem.e
Simia marina 58.f
Simus 170.c
σίπτη 126.c
Siren 184.g
Sirenis ibidem
Sirenes 135.h
Sirulugus 219.g
Sis 195.b
Sittace 125.f
σίττη 126.c
Smarydes 63.a
Smyrus 150.a
Solea 151.b
Solen 217.c
σωλήν ibidem
Solidipedes 84.h
Solifuga 185.d
Solifuga in leguminibus ibidem.e
Solipedes 84.h
Solipuga 186.g
Solpuga ibidem
Solus 79.c
Sorex 68.g
σοῦβος 77.ē
Spargus 150.b
Sparus 156.f
Sparulus ibidem
σπάταγγοι 213.f
Spatangi ibidem
Spatiurrus 102.e
Spermatologos 125.a
Spermologos ibidem
σφῆκες 183.e
σφηκεῖον 187.f
Sphenecus 159.c
σφηνεύς ibidem
σφὴξ ἰχνεύμων 184.f
Sphingium 58.e
Sphinx ibidem
Sphondylus 214.b
σφόνδυλος ibidem
Sphondyle 102.h
Sphyræna 149.a
Spinax 146.d.h
σπινίδιον 126.h
σπίνος ibidem

| | |
|---|---|
| Spinturnix | 135.d |
| Spinus | 126.h |
| Spiza | 127.c |
| σπιζίας | ibidem.d |
| Spizites | ibidem |
| Spondylus | 214.b |
| Spondyle | 102.h |
| Spongia | 218.g |
| Spongia Achillea | 219.a |
| σπόγγος | 219.g |
| Spuma piſcis | 161.d |
| Spuria | 162.g |
| Squalus | 146.a.147.c |
| Squatina | 144.e |
| Squatinoraia | ibidem.g |
| Squaraia | ibidem |
| Squilla | 203.b.206.g |
| Squilla parua | 206.a.f |
| στεγανόποδα | 133.c |
| Stella | 118.a |
| Stellaris ardea | 130.h |
| Stellaris aquila | 119.h |
| Stellaris accipiter | 121.a |
| Stellaris piſcis | 146.h |
| Stellio | 94.f |
| Stellio tranſmarina | 95.a |
| Stimphalides | 135.f |
| στράβηλος | 213.a |
| στρακίων | 170.c |
| Strepſicerotes | 79.b |
| στρίγξ | 135.g |
| Strix | ibidem |
| στρομαπύς | 160.g |
| στρόμβος | 211.f |
| στρομβοειδής | 27.c.210.b |
| στρομβώδης | 210.b |
| στρούθιον | 127.h |
| στρουθὸς auis | 126.h.136.c |
| στρουθὸς piſcis | 151.b |
| στρουθὸς ὀλυβικός | 136.c |
| Struthio Africus | ibidem |
| Struthio camelus | ibidem.b |
| Strutho camelus | ibidem |
| Struthio | ibidem.c |
| Struthius | ibidem |
| Struthopodes | 50.e |
| Sturnus | 118.e |
| Subaquila | 118.e |
| Subis | 135.e |
| Subin | ibidem |
| Subulones | 79.c |
| Subus | 77.e |
| Subutio | 121.a |
| Sudis | 149.a |
| Superæ | 193.c |
| Sus | 82.g.84.f |
| Sus fera | 83.h |
| Sus piſcis | 167.f.g |
| Sus marinus | 163.f |
| σύναγρος | 83.h.84.g |
| συκαλίς | 127.e |
| Syluia | ibidem.g |
| Synagris | 153.g |
| Synodon | ibidem.f |
| Synodontis | 165.e |
| συνοδοὺς | 153.f |
| Synodous | ibidem |
| Syrnia | 136.b |
| Syroplodix | 116.h |
| **T** | |
| Tabanus | 189.e |
| Tænia piſcis | 150.g |
| Tænia uermis | 196.a |
| ταγηνάριον | 117.c |
| Talpa | 70.h |
| ταώς | 112.f |
| ταῶς | ibidem |
| τάων | ibidem |
| Tarandus | 81.c |
| Tarda auis | 115.e |
| ταρτησία | 147.f |
| ταρτήσιον | ibidem |
| τατύρας | 115.d |
| Taura | 72.d |
| Taurus quadrupes | 72.d. 73.h |
| Taurus Æthiopicus | 74.e 75.a |
| Taurus Indicus | 75.c |
| Taurus auis | 128.b |
| Taurus marinus | 173.c |
| Taurus ſcarabeus | 192.a.b |
| ταυλωπίας | 170.d |
| ταῦρος | 72.d |
| Telline | 216.a |
| Tenthredo | 184.e |
| τενθρηδών | ibidem |
| Teragus auis | 158. |
| Teragus piſcis | 158.f.170.d |
| Teredo uermiculus | 194.c.d |
| τενθρηδών | ibidem |
| τενθρηδόνες alucorum | 181.b.c |
| Teredines | ibidem |
| Teredo crabroni ſimilis | 184.g |
| Terraneola | 117.h |
| Terreſtria animalia | 25.g |
| Teſtacea | 207.e |
| Teſtata | ibidem |
| Teſtudo | 91.d |
| Teſtudo marina | ibidem.e |
| Teſtudo lutaria | 92.b |
| Teſtudo fluuiatilis | ibidem.c |
| Teſtudo terreſtris | 91.g |
| Teſtudines albæ | 92.f |
| Teſtudines aureæ | ibidem |
| Teſtudines mõtanæ | ibidem |
| Teſtudines ὀρειναί | ibidem |
| Teſtudines Indicæ | 91.f |
| Teſtudines cornigeræ | ibidẽ |
| Tetartos | 115.d |
| Tethea | 217.e |
| Tethos | ibidem |
| τῆθος | ibidem |
| τήθυον | ibidem |
| Tethyon | ibidem |
| Tetracon | 115.h |
| Tetragon | ibidem |
| Tetragnathus | 187.e |
| Tetragnathius | ibidem |
| Tetrahon | ibidem |
| Tetrapelyrides | 191.f |
| Tetrax | 115.d |
| Tetrax altera | ibidem |
| Tetrix | ibidem |
| τεττιγομήτρα | 190.d |
| Tettigonia | ibidem |
| τεττιγόνια | ibidem.d.e |
| Tettigoniæ | ibidem.d |
| τέττιξ | ibidem.a |
| τευθίς | 201.b.202.c |
| τευθὸς | 201.c.202.d |
| Thatis | 170.d |
| Theſſa | 162.f |
| Thetta | ibidem |
| Thieldones | 68.d |
| Thos | 62.d |
| θώς | ibidem |
| Thranis | 167.h |
| θρανίς | ibidem |
| Traſſa | 162.f |
| Thratta | ibidem |
| Traupis | 126.g |
| Threſſa | 162.c |
| θρῆσσα | ibidem |
| Thrips | 194.c.195.b |
| θρίψ | 194.f |
| Thriſſa | 162.c |

θρίσσα 162.c
Thunnus 163.g.h.164.e
θύλη 23.a
θυννή 165.c
Thymalus 170.a
Thymus ibidem
Thynnis 163.h.170.a
Thynnus ibidem
θύτης 163.g
Tigris 64.h
Tillo 169.h
Tilos 188.e.g
τίλος ibidem
Tinea 169.f
Tinea 194.c.e
Tinea lanaria ibidem.f
Tinea lignaria ibidem.c
Tinea alueorum 181.c
Tinea agreſtis 193.b
Tinea uermis 196.a
Tinea ταινία 196.a
Tinnunculus 121.b
Tiphle 170.c
Tirſio 172.c
τίθασσος 114.d
τμητοὶ ἰχθύες 168.a
Tomus Thurianus 167.h
Torpedo 145.a
Torquilla 125.c.126.a
Torſio 172.e
πρεσβυτὴρ 62.b
Trachurus 166.f
Tragelaphus 81.c
τράγος quadrupes 78.e
τράγος 219.a.c.g
Tragus ſpongia ibidem
Tragus piſcis 158.d.e.162.h
Tragopa 135.c
Tragopanades ibidem
τριχὰς 117.h
Trichæus 161.f
Thrichias ibidem
Trichiades 165.c
Trichides 161.f.162.a
τριχοβρῶτες 77.h
Tridacna 214.h
τρίγλη 151.h
τριγλίς 151.h.153.c
Triglites 161.g
τριγόλα 152.f
Tringa 129.c
Triorchis 120.g
Tricomium 165.d
Triton piſcis ibidem.b
Triton monſtrum marinum 173.e
Trochylus auis 128.c
Trochus 63.g
Trocta 156.c.167.d
Troglodytes 127.d
τρωγλῦται ibidem
Trogon 122.c
Troxallis 191.d
Truones 133.e
τρυγὼν auis 115.a
τρύγων piſcis 144.g
Trixalis 191.d
Tubera 218.c
Turbinata 210.b
Turbo auis 125.e.126.a
Turbo teſtatus 211.g.213.c
Turdus piſcis 142.a.157.a
Turdus auis 117.h
Turdus pilaris 118.a
Turdus Iliacus ibidem
Turpæna 170.d
Turſio 172.c
Turtur 114.c.115.a
τυλὰς 118.a
Tympanus 124.g
Typhle 170.c
Typhline 102.g
Typhlopes ibidem
Tyrannus 127.c

V

Vacca 72.d.73.d
Vaccæ Altinæ ibidem.h
Vaginipennia 175.c.191.g
Valeria 119.f
Varia auicula 126.f
Variæ picæ 125.h
Variæ quadrupedes 65.f
Velia 128.d
Venatica auis 118.d
Venatrix ibidem
Veneriæ conchæ 201.a.213.c
Vermis 24.a
Vermes rubri 194.a
Vermiculi farris ibidem.h
Vermiculi pomorũ ibidem
Vermiculus cocci 195.a
Vermiculi graminis ibidem
Vermes in niue ibidem.c
Vermes terreni ibidem.d
Verres 83.f.84.g
Vertibulum 217.h
Verticillus 103.b
Verticillum ibidem
Vertraha 60.h
Veruex 77.g
Veſpa 183.f
Veſpa fera ibidem
Veſpa mitior ibidem
Veſpa annua 184.f
Veſparum dux 113.g
Veſparum fuci ibidem
Veſpertilio 71.e.f
Veſpertiliones Arabicæ ibidem
Vinago 114.h
Vipera 99.d
Vipiones 131.f
Vireo 118.f
Virio ibidem
Vitiflora 127.d
Vitta 151.c
Vitula 72.c.75.b
Vitulus ibidem
Vitulus marinus 70.h.71.a
Viuerra 67.h.68.e
Viuipera 23.h
Vlula 122.f
Vmbilicus 211.g.h
Vmbra 156.c
Vmbra fluuiatilis ibidem.d
Vmbra marina ibidem.e
Vmbri 77.f
Vncungues 104.b
Vnguis 217.c
Vuiualuia 207.f.208.e
Voca 163.b
Volucra 194.b
Vopiſcus 48.d
Vpupa 134.b
Vrax 115.d
Vranoſcopos 154.e
Vrena 170.d
Vri 74.h
Vria 133.h
Vrinatrix ibidem.g
Vrſa quadrupes 65.h
Vrſa cruſtata 207.c
Vrſus 65.h
Vrtica 218.c
Vua piſcis 170.d
Vulpanſer 132.h
Vulpecula uolucris 71.g
Vulpecula piſcis 146.g
Vulpecula marina ibidem

Vulpes quadrupes 66.h
Vultur 120.a.b

X

Xanthias 165.b
Xilophthoros 193.f
Xiphias 167.g
ξιφίας ibidem
ξιφύδριον 216.b

Y

ὕαινα quadrupes 63.a
ὕαινα piſcis 163.g
ὑαινίς ibidem
ὕβρις 121.e.f
ὕκκη 153.d
ὑπαιετός 120.e
ὑπέρα 193.c
ὑπολαΐς 127.h
ὑποτριόρχις 121.a
ὗς quadrupes 82.g.84.g
ὗς ἀγρία 83.h
ὗς piſcis 163.f
ὗς piſcis 157.f
ὗς θαλάσσιος ibidem

Z

Zegeries 69.d
Zeus 160.g
Zigmis 94.e
ζωοφαγοῦντα 26.c
Zoophyta 217.e
ζωοτόκα 23.h
Zorx 80.g
Zygæna 149.b

FINIS.

# PARTIVM ANIMALIVM, NECNON aliorum quorundam, ex quibus conſtituuntur eorum animalium differentiæ, Index.

*A*


*Abdomen* 5.f.6.b.c.84.c
*Abomaſum* 19.h
ἄκανθα *oſſiū* 14.c
ἄκανθα *piſcium* 138.d
ἀκάνθιον *ibidem*
*Acetabulum* 5.h.6.d.15.d
*Acetabula in matrice* 38.f
*Acetabulorū geminus in animantibus mollibus uſus* 198.d
ἄκνισις 6.e
ἀκή 4.g
ἀκόνη *ibidem*
ἄκουσμα *ibidem*
ἀκουστικὸς πόρος 4.g.8.e
ἀκουστικὸν νεῦρον 8.e
ἄκρα χεὶρ 7.a
ἀκρώμιον 14.e
ἀκρώμια 5.h
ἀκρομφάλιον 6.b
ἀκροποσθία 6.c
ἀκροπόσθιον *ibidem*
*Aculeus* 175.e.177.h.185.b.191.g.200.h
ἄδηλος αἰσθήσει διαπνοή 20.f
*Aden* 18.f
ἀδὴν *ibidem*
ἀδενώδεις παραστάτας 18.h
*Adeps* 18.h.19.a.38.a.40.e.74.b
ἀγκὼν 7.h.15.h
ἀγκύλη 7.d
ἀγκυροειδὲς ὀστοῦν 14.c
ἀγγεῖον σπερματικὸν 36.h
ἄγασος 6.f
ἀγράστης 137.d
αἰδοῖον *ibidem*.c
αἷμα 12.f
αἵματος ἐκκριτικὴ 152.a
αἰθαλοειδὲς 187.h
*Ala* 5.f.6.b
*Ala auium* 103.h
*Alæ ſerpentum* 102.h
*Albugo* 4.f
*Albugineus humor* 9.f
*Alcyonium* 128.h
*Alex* 163.c.166.d
ἀλλαντοειδὴς *membrana* 18.b
ἅλμη 166.e
ἀλώπεκες 6.e
ἅλως 4.f
*Aluus* 11.g.46.f
ἀμαρυγαί 4.f
ἀμυντῆρες 79.f
ἄμνιος *membrana* 18.b
ἀμορυγαί 4.f
ἀμφιβληστροειδὴς *mēbrana* 8.d.h
ἀναφαλαντίασις 47.i
ἀναπνοή 27.c
*Anciæ* 74.f
ἄνδηρον 7.b
*Anguinum* 97.b
*Anguium* *ibidem*
*Antennæ* 175.d
ἀνθέλιξ 4.h
ἀνθερεὼν 4.b.5.a
ἀντιάδες 5.a
ἀντικάρδιον 6.b
ἀντίχειρ 7.a
ἀντικνήμιον *ibidem*.d
ἀντιλόβιον 4.g
ἀντίφραξις *ibidem*
ἡ ἄνω κοιλία 11.g
*Aorta* 10.c.12.b
ἁπαλόδερμα 142.c
ἀπέριττα 31.e
*Apex* 32.d
ἀπευθυσμένον 11.g
*Aphareus* 164.a
ἀφαρεύς *ibidem*
*Aphrogala* 42.f.44.b
ἔφυσα 30.h
ἀπονευρώσεις 13.a.b
ἀποφυάς 36.g
ἀποφύσεις *oſſium* 16.a
*Aqualiculus* 5.f.6.c
*Aqueus oculi humor* 9.f
ἀραχνοειδὴς *tunica* 8.h
*Aranea* 186.d
ἄρχος 6.d.11.g
ἁρμοί 5.b
ἄῤῥην 23.a
*Arteria* 5.c.d
*Arteria aſpera* *ibidem*
ἀρτηρία τραχεῖα *ibidem*
ἄρθρον τὸ κατ᾽ ὦμον 14.e
*Articulus digiti* 7.a
*Aruncus* 78.a
*Aſpera arteria* 5.c.d.9.h
ἀστακός 4.g
ἀστράγαλοι 7.d.15.f.16.c.53.f
ἀθέρα 164.a
*Atlantion* 16.a
*Atlas uertebra* 14.b
*Atra bilis* 20.f
*Atramentum in mollibus* 198.g
*Auricula* 3.h.4.g
*Auriculæ cordis* 10.d
*Auriculæ* 11.a
*Axungia* 84.d
ἀξούγγιον *ibidem*
αὐχὴν 5.d
αὐχὴν ὑστέρας 11.f
αὐχὴν μήτρας *ibidem*.h
αὐγοκύλικα ὠά 109.f
αὐλός *in cetis* 171.b

*B*

Βάλανος 6.c
*Barbæ in mollibus* 198.b
βάσις 7.d
*Bilis* 20.f.140.h
*Bilis atra* 20.f
*Biuertices* 3.f
βλέφαρα 4.e
βλεφαρίδες *ibidem*
βλέννα 20.d
βόθρια 14.a
βουβὼν 6.d
βούτυρον 20.a
*Brachiale* 6.f
βραχίων *ibidem*.h
*Brachium* 6.h.7.a
*Brachia mollium* 198.b
βράγχια 137.a
*Branchiæ* *ibidem*
βρέγμα 4.e

βρέγμα ibidem
βρόγχος 5.d
βρόγχου κεφαλή ibidem
Butyrum 43.a.f.19.f.20.a

C

κακόχυμα 30.e
κακοστόμαχα ibidem.g
Cæcum foramen 8.e
Cæcum inteſtinum 11.c
καλίκρεας 11.e
Calua 3.f.4.e.13.c.16.a
Caluaria 4.e.13.c.16.a
Caluitium 47.a
Calx 7.c.d
καμάρα 4.b
καμπή 7.d
Canini dentes 4.c.33.a.85.a
Canities 47.a
κανθός 4.f
Caput 3.f.4.e.32.c.45.a
Caput fœmoris 16.b
καρδία 11.a
καρδίας κεφαλή 10.c
Caro 18.c
καρπός 6.f.g.7.a.15.c
Caſeus 19.f.20.a.42.h
Caſeus Baynticus 43.c
Caſeus βαθύς ibidem
Caſeus βιθύς 43.d.44.c
Caſeus Bithynius 43.e
Caſeus mollis 44.c
Caſeus muſteus 43.e
Caſeus uiridis 43.e.44.c
Caſtoreum 70.b
Caſtorium ibidem
καστόρειον ibidem
κατακλεῖδες 6.a
τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον 14.e
ἡ κάτω κοιλία 11.g
καυλός 6.c
καυλὸς ὑστέρας 11.h
καυστικά 32.a
κεκρύφαλον 54.b
Cellæ fauorum 179.d
Cælum oris 5.a
κενὰ θώρακος 10.b
κενεών 6.c
κέντρον 175.e
κεφαλή 4.e
κεφαλὴ μηροῦ 16.b
κεφαλιώνη 4.c
κεφαλῆς κύτος 16.a
Cera 183 b
κέρατα 16.e.36.f
κεραῖαι 175.d
κεραῖαι matricis 11.f.36.f
κέρατα matricis 36.f
κερατοειδὴς tunica 9.d
κερκίς 15.a.16.c
Cerebellum 8.c
Cerebrum ibidem.b
κήρινθος 170.g
Cerinthus ibidem
κηρίον 179.c
κηρός 183.b
Ceruix 5.c.d.34.e
Ceruix extima 5.d
Ceruix uteri 11.f
κήτημα 165.d
χαίτη 54.e.77.f
χάλαζαι in ouo 105.e
Chartilago 16.c
Chartilago naſi 4.h
χαυλιόδοντες 52.h
χείλη 4.h
χηλαί 16.a.53.e.203.c
Chelæ 16.e.203.c
χελιῶνες 5.a
Chelidonius lapis 123.d
χελώνιον 5.h
χήραμοι 4.c
χιτών 17.e
χολάς 6.c
Cholago 5.f.6.c
χολή 11.a.20.f
χολὴ μέλαινα 20.f
χονδράκανθα 138.d
χόνδρος 4.h
χόνδρος ῥινός ibidem
χοροειδὴς μῆνιγξ 8.b.9.a
χόριον membrana 18.a.c
χοροειδὴς membrana 17.d
Cilia 3.g.4.f
κίων 4.h.5.b
κιονίς 5.b
Cirri 36.f.198.b
κίτταροι 179.d
κλητωρίς 6.d
κλεῖδες 5.h.6.a
Clidium 165.d
κλόνις 6.e
Clunes 6.a.d.c
Coagulum 19.h.20.a.43.h
Coccyx os 14.c
Cochleæ mucor 211.e
κοχλίου μύξα ibidem
κωδεία 4 e
Cælum oris 5.a
κόγχη 4.h.7.d
κογχίον 3.h
κόγχοι 4.f
κόγχος 4.e.7.d
κοῖλα ὀμμάτων 4.a
κοῖλον χειρός 7.b
κοῖλον ποδός ibidem.d
κοιλία 6.b.11.g
κοιλία ἡ ἄνω 11.g
κοιλία ἡ κάτω ibidem
κοιλίαι cerebri 8.f
Coitus 23.b.c
κοκλιῶνες 37.d
Coles 5.h.6.d
Colis ibidem
Colliquamentum 20.e
Collum 5.b.d.h.33.d
κῶλον 6.h.7.b
κῶλον inteſtinum 11.d
Coloſtra 73.d
Coloſtrum 19.g.87.g
κόλπος 36.a
Columella 4.e.5.d
Columellares dentes 85.a
Columbarium 113.d
κώλυμα 6.h
Commagenum 132.h
Commoſis 179.d.180.d
κόνδυλος 7.a
κονίδες 196.d
Comiſalos 151.e
κώννυσις 179.c
κώνυσις ibidem
Conuexum iecinoris 10.f
κωπία 14.h
κόπρος 20.f
Cor 10.b.11.a.36.g
κορακοειδὴς ὀστοῦ 14.f
κόρη 4.f
Cornea tunica 9.d
Cornicula ignaua 145.d
Cornua 16.e.32.d.52.d
Corona capitis 3.f
Corona oculi 9.c
κορῶναι 6.h.14.b.15.b
κόρραι 4.h
κορρίζει 20.d
κόρσαι 4.h
Cortex 16.h
κορυφή 3.g.4.e.14.c
κορωνά 15.b
Coſtæ 6.b.16.b
κοσταί 165.d
κοτύλαι 6.h

κοτύλη *manus pars* 7.b
κοτύλη *cruris pars* 15.d
κοτυληδών 6.d.16.b.c
*Coxa* 5.h.6.d.16.b
*Coxarum os* 15.d
*Coxendices* 16.b
κρανίον 4.e.16.a
κρατῆρες 5.b.46.c
κράτος 7.b
*Crea* 7.c.d
*Crines polyporum* 201.a
κλείσις 14.d
*Crocodilea* 90.h
κρόταφοι 4 f.h
κροταφῖται *ſuturæ* 13.g
*Crus* 7.b.c
κρύσος 78.a
κρυμνοί 6.d
*Cryſtallinus humor* 8.h
κρυσταλλοειδής ibidem
κτείς 6.d
κτένες *dentes* 5.b
κτένες *manus pars* 7.b
*Cubitus* 6.f.7.a.15.a.16.b
*Cunnus* 6.d
*Cuticula* 17.c
*Cutis* 16.g.17.a
κύαρ 4.g
*Cybium* 164.g.165 h
κύβιον ibidem
*Cybiorum genera* 164.g
κυβοειδὴς *in aure* 3.h
κυβοειδὴς *os* 15.g
κύβος 14.a.16.a
κυνοδέσμιον 5.g
κυνόδοντες 4.c..33.a
κυνόσουρα *oua* 106.g
*Cynoſphaſtum* 146.e
κυψέλη 4.g
κυψέλη *excrementum* 20.f
κυψελίς ibidem
κυρτά *brachiorum* 8.a
κυρτοειδὴς *in aure* 3.h
κυρτόν *iecinoris* 11.a
κύστις 11.g.18.c

D

Δακτύλιος 6.d.11.g
δάκτυλοι 7.a
δάκτυλοι ποδός ibidem.e
δειρή 5.d
δελφύς 6.c.11.h
*Dentes* 4.c.5.b.52.a
*Dentes canini* 33.a.85.a
*Dentes exerti* 33.a
*Dentium acies* 4.d
δέρμα 16.h.17.c
δερματώδης μῆνιγξ 8.c.17.d
*Deſtillatio* 20.d
*Dextrum* 70.g
διάλεκτος 27.c
διαφορητικά 31.h
διάφραγμα 11.a
διάφραγμα ῥινός 4.h
διαφράττουσαι *dictæ mēbranæ* 17.f
διαπνοή ἄδηλος τῇ αἰσθήσει 20.f.
διαζωστὴρ *uertebra* 14.b
διχαστῆρες 5.b
δικόρυφοι 3.g
δίδυμοι 6 c
*Digiti* 7.a.15.c
*Digiti pedis* 7.c
*Dorſum* 5.h.6.d.14.a

E

ἥβη 6.c
ἥβης ὀστοῦν 16.b
*Ebur* 56.g
*Echinos* 54.b
ἐχῖνος ibidem
ἐχινίσκος 4.g
*Echion* 100.a
ἔκφυας 36.g
ἐγκανθίδες 4.f
ἐγκέφαλος 8.b
*Elacatenæ* 167.e.g
ἠλακατῆνες ibidem
*Elephantinum ſalſamētum* 163.f
ἐλεφάντινον τάριχος ibidem
ἕλικες *inteſtinorum* 11.b
ἕλιξ *in aure* 4.h
ἔλυτρα ibidem.f
ἔλυτρον 175.d
ἤνυστρον 54.d
ἔνουλα 5.b
ἔντερα 11.g
ἔντερον λεπτὸν ἢ ἁπλοῦν ibidem
ἐντοσθίδια 10.b
ἐνσφυχώματα 4.f
ἠών 4.f
ἧπαρ 11.a
ἡπατίτης *uena* 12.b
ἐφήβαιον 6.c
ἐφεκτικὰ γαστρός 31.a
ἐφέδρανα 6.d.e
ἐπικανθίδες 4.f
ἐπιδερίς 6.d
ἐπιδερμίς 17.c
ἐπιγάστριον 6.b
ἐπιγλωττίς 5.a.g.h.33.c
ἐπιγονίς 7.d
ἐπιγουνίς ibidem
ἐπιγονατίς 7.d.16.c
ἐπιμελίς 7.d
ἐπινωτιαῖοι σπόνδυλοι 16.d
ἐπιπήχυ 6.f
ἐπίπλοον 11.d
ἐπίπλουν 17 h
ἐπίπλους 18 b
ἐπίσειον 6.c
ἐπίσιον ibidem
ἐπωμίς 5.d.6.a
ἐπομφάλιον 6.b
ἔριον 16.h.77.a
*Erithace* 179.f.g
ἐριθάκη ibidem
ἠθμός 4 h
ἦτρον 6.c
*Exceſſus oſsium* 14.c
*Excrementum* 20.b.f
εὔχυμα 30.d
εὔπεπτα ibidem.g
εὔφθαρτα 31.a
εὐστόμαχα 30.f

F

*Facies* 3.g.4.e
*Faciei oſſa* 13.g
*Fauago* 209.c
*Fauces* 4.b.5.a
*Fauus* 179.c.180.d
*Fel* 11.a.35.d
*Fibræ* 4.g.12 f.13.b
*Fibra auriculæ* 4.a
*Fibræ iecoris* 10.g
*Fibula* 16.c
*Fiſtula* 26.a.171.b.201.e
*Fiſtula ſpiritalis* 9 h
*Fœmina* 15.e.23.a
*Fœmen* 7.b.d.16.b
*Fœmur* ibidem
*Frons* 3.g.4.e
*Fuligo ex butyro* 43.h

G

| | |
|---|---|
| γαγγαμών | 6.b |
| γάλα | 20.a |
| γαμφύλη | 4.h |
| γαργαρεών | 5.b |
| *Garus* | 166.c.e |
| *Garum* | ibidem |
| *Garum ſociorum* | ibidem.c |
| γαστήρ | 6.b |
| γαστροκνημία | 7.d |
| γελασῖνοι *dentes* | 5.b |
| *Genæ* | 4.b.f |
| *Genitura* | 20.a |
| *Genitale* | 7.h.11.e.53.b |
| *Genu* | 7.b.d |
| *Genuini dentes* | 5.b.47.d |
| γένυον | 4.h |
| γῆρας | 22.c |
| γεῦσις | 4.c.5.a |
| *Gibber* | 6.f.h |
| *Gibbum iecoris* | 10.f |
| *Gingiuæ* | 4.c.5 b |
| *Gladiolus in lolligine* | 201.c |
| *Gladius in xiphia* | 167 h.169.a |
| *Glans* | 5.f.6.c |
| γλήνη | 4.g |
| γληνοειδὴς *ſinus* | 14 b |
| γλίσχρα | 31.b |
| *Glocientes gallinæ* | 110.b |
| γλῶσσα | 5.a |
| γλῶσσα λάρυγγος | 9.h |
| γλῶττα | 5.a |
| γλωττίς | 9.h |
| γλουτός | 6.d.e.15.e |
| *Glutinum* | 17.b |
| γνάπει | 4.h |
| γνήσιαι *coſtæ* | 16.b |
| γόμφιοι *dentes* | 5.b |
| γονή | 36.d |
| γόνυ | 7.d |
| γραῖα | 6.b |
| *Gula* | 5.c.d.9.h.10.a |
| *Guttur* | 4.b.5.a |
| *Gurgulio* | 9.h |
| γύης | 6.e.14.a |
| γυναικεῖος κόλπος | 11.h |

H

| | |
|---|---|
| *Halcyonium* | 128.h |
| *Halcyoneum* | ibidem.g |
| *Hippace* | 43.f.86.f |
| *Horæa ſalſamenta* | 165.h |
| *Horæum mel* | 181.h |
| *Humeri* | 5.h.6.e.f.h.14.f.16.f |
| *Humeri articulus* | 14.e |
| *Humerus* | ibidem |
| *Hypochondrium* | 5.f |

I

| | |
|---|---|
| *Ichthyocolla* | 168 c |
| ἰχώρ | 12.f.148.c |
| ἱδρώς | 12.f.20.f |
| *Iecur* | 10.e.11.a.35.b |
| *Iecur bipartitum* | 10.f |
| *Ieiunum inteſtinum* | 11.c |
| ἱερὰ σύριγξ | 14.d |
| ἱερὸν ὀστοῦν | ibidem.b |
| ἰγνύη | 7.d |
| *Ilia* | 5.f.6.c |
| *Ilium oſſa* | 15.d |
| *Index digitus* | 6.g.7.a |
| ἶνες | 12.f.13.b |
| ἰνίον | 4 e |
| *Ingluuies* | 104.f |
| *Inguen* | 5.h.6.d |
| *Internodium* | 7.a.15.c |
| *Interſeptum narium* | 4.a |
| *Inteſtina* | 11.g |
| *Inteſtinum tenuius* | ibidem |
| *Inteſtinum plenius* | ibidem |
| *Inteſtinum rectum* | ibidem |
| ἶρις | 4.f |
| ἶρις *oculi* | 9.b |
| *Iris oculi* | ibidem |
| ἰσχία | 6.d.16.b.45.h |
| ἰσχίον *os* | 15.d |
| ἰσθμός | 5.a |
| *Iuba* | 54.e.77.f |
| *Iugale os* | 16.a |
| *Iuguli* | 5.e |
| *Iugulum* | 5.e.h.6.a.14.e |
| ἰξύς | 6.e |

L

| | |
|---|---|
| λαβδοειδὴς *ſutura* | 13.g |
| *Labra* | 4.b.h |
| *Lac* | 20.a.51.a.56.c |
| *Lac in teſtatis* | 210.a |
| *Lacertus* | 6.f.h |
| *Lacteus humor in teſtatis* | 210.a |
| *Lactes* | 11.d.g.18.a.b.25.h |
| λαγών | 6.c |
| λαγῶνος ὀστᾶ | 16.b |
| λαιμός | 5.d |
| *Lana* | 16.h.77.a |
| *Langurium* | 62.h |
| *Lapis Chelidonius* | 123.d |
| *Larynx* | 5.c.d.9.h |
| λάρυγξ | 5.d.9.h |
| ληχηνεῖον | 8.f |
| *Lendes* | 196.d |
| λωός | 4.h |
| λωόν | 8.f |
| λεπτύνοντα | 31.b |
| λευκανία | 5.a.d |
| λιχανός | 7.a |
| *Lien* | 10.e.11.a |
| *Ligamenta* | 12 h.13.a |
| *Ligula* | 4.c.5.a |
| *Lingua* | 4.c.5.a.8.a |
| *Lingua minor* | 5.a.9.h |
| *Lingua laringis* | 9.h |
| *Lingula* | ibidem |
| λοβὸς *auriculæ pars* | 4.g |
| λοβοὶ ἥπατος | 10.g |
| *Loci* | 5.g.6.c.11.f.h |
| *Loculamenta fauorum* | 179.d |
| *Loculi* | ibidem |
| *Locutio* | 27.a.c |
| λογάς | 4.f |
| λόγιον | 5.a |
| λοφάδια | 14.b |
| λόφια | 14.b.45.e |
| *Lumbi* | 6.a.e |
| *Luſcioſi* | 45.c |
| *Luteum oui* | 105.e |
| *Lyncurium* | 62.g |

M

| | |
|---|---|
| μαλακόστρακα | 142.c |
| μαλακτικά | 31.h |
| *Malæ* | 4.b.h |
| *Malleolus* | 7.d.15.f.16.c |
| μαλθακαὶ *coſtæ* | 16.b |
| *Mamma* | 5.e.6.b.33.e |
| *Mammarum glandulæ* | 18.g |
| *Mandibula* | 4.b.h |
| *Manus* | 6.f.7.a |
| *Mas* | 23.a.27.h |
| μασχάλη | 6.b |
| μασχαλιστήρ | 14.b |
| μάσταξ | 5.a |
| μαστός | 6.b |
| *Matrix* | 5.g.6.c.d |
| *Maxilla* | 4.b.h |
| *Maxillares dentes* | 4.d |

Maxillæ ſuperioris oſſa 13.h
Maxillæ inferioris oſſa ibidem
Meatus auditorius 4.g
μήκων in polypis 199.d.f
μήκων in teſtatis 208.c
Medius digitus 6.g.7.a
Medium inteſtinum 11.g.
18.c
Medulla 19.d.40.b
μέγας δάκτυλος 7.a
Mel 181.d
Mel candidum 179.a
Mel anthinum 181.h
Mel horæum ibidem
Mel ſylueſtre 182.a
Mel ericeum ibidem
Mel mænomenon 181.g
Mellis optimi notæ 182.c
μῆλα 4.h.5.b
Melandrya 165.d
μελάνδρυα ibidem
μελάνδριαι ibidem
Melca 44.b.c
μέλι 181.d
μελίκηρα 209.c
Melligo 180.d
μέλος 3.c
Membrana 17.c
Membrana coſtas ſuccingens
ibidem.f
Membranæ cerebrum continen-
tes ibidem.d
Membrum 3.c
μῆνιγξ σκληρά 8.b.17.d
μήνιγγες cerebri 8.b.17.d
Mentum 4.b.h
μέρος 3.c
μῆρες 16.b
μηρός 7.d
μεσεραῖον 11.g.18.c
μεσεντέριον ibidem
μεσόκρανον 4.e
μεσομήρια 7.d
μεσομφάλιον 6.b
μεσόφρυον 3.g
μετακάρπιον 6.g.7.a
μετάφρενον 5.h
μετώπιον 4.e
μέτωπον ibidem
μῆτρα 6.c.d.11.f
Mileſium halſionium 128.b
Minimus digitus 6.g
μίτυς 179.e
Mola 7.c
Molares dentes 4.d.5.b
μονόστεον caluaria 13.f
μόρια 3.c
Mucro cordis 10.c
Mucus 20.d
Mucus cochlearum 211.e
Muria 166.e.g
Muries ibidem
Muſcerdæ 69.b
Muſculi 18.d
Muſtax 4.b
Mutis in exanguibus 174.h
Mutis in cruſtatis 203.f
μυκτῆρες 4.a.h
μυελός 19.d
μῦες 18.d
μυλακρίς 7.d
μύλαι 5.b
μύλη 7.d.16.c
μύωπες 45.b
μύρτων 6.d
μυρτοχειλίδες ibidem
μύσταξ 4.b.5.a
μύτις in exanguibus 174.b
μῦτις in mollibus 198.f
μῦτις in cruſtratis 203.f
μύξαι 4.h
μύξα cochlearum 211.e


N


Nares 4.a.h.45.c.52.a
Naſus 4.a.h
Naſi ſpina ibidem.h
Nates 5.h.6.a.d.e
νειαίρη 11.g
νεφρίτης uertebra 14.b
νεφροί 11.a
Neruus 13.a
Neruorum paria ſeptem 8.c
Neruorum συζυγίαι ibidem
Nerui optici 8.d
Nerui molles 8.d.12.h
Nerui duri ibidem
Neruus auditorius 8.e
νύσις 159.c
νεῦρον 13.a
νεῦρον ἀκουστικόν 8.e
νευροχονδρώδης σύνδεσμος 16.c
Nigrum oculi 3.h
Nodus 6.g.7.a
Notæ per quas fit motus in anima-
libus 22.e.g
νωτιαῖος μυελός 19.d
νῶτος 6.d
Nympha 180.g
νύμφη 6.d


O


ὀβελιαῖος ſutura 13.g
Occipitium 4.e
Occiput 3.f.4.e
ὀχετεύματα 4.h
ὀχεύς 6.c
Oculus 3.d.8.a
ὀδόντες 5.b
ὀδοντοειδεῖς oſsium proceſſus
14.b
ὀδοὺς uertebra ibidem
οἰσοφάγος 5.d
Oeſypus 77.c
Oeſypum ibidem
οἴσυπος ibidem
ὠλέκρανον 6.h.15.b
ὠλένη 7.a.16.b
ὀλκές 6.a
Ololigo 92.f
ὀλολιγών ibidem
Omaſum 19.h.54.b
Omentum 11.d.17.g.18.b
ὄμματα 4.f
ὁμοιομερῆ 3.b
ὠμοπλάται 5.h.6.e.16.b
ὦμος 6.d.e.h
ὠμοτάριχες 164.h
ὄνυχες 16.e
ὠόν 24.a
ὠοτόκα 23.h.89.e
ὀφρύς 4.f
ὀφρύων κεφαλαί 3.g
ὀφρύων ὄνεροι ibidem
ὀφθαλμός 4.f
ὁπλαί 16.e
ὀψίγονοι dentes 5.d.5.b.46.c
ὡραῖα ſalſamenta 165.h
ὀρχοί 4.f
ὀρροπύγιον 14.c.104.b
ὀῤῥός 6.c.20.a
ὄρος pedis pars 7.e
Os στόμα 4.b.5.a
Os ὀστοῦν 13.c.52.a
Os cordis 10.d
Os ſacrum 6.a.14.a.b
Os latum 14.a

ὀσχέα 6.c
ὄσχεος ibidem
ὄσχεον ibidem
ὀσφύς 6.e.14.a
Oſtium uteri 11.f
ὀστοῦν 13.c
ὀστοῦν ἱερόν 14.b
Ouum 24.a
Oua hyponemia 105.g
Oua ſubuentanea ibidem
Oua οὔρια 106.g
Oua urina 105.g
Oua κυνόσουρα 106.g
Oua canicularia ibidem
Oua zephyria 105.h
Oua ἁπαλά 109.f
Oua mollia ibidem
Oua τρομητά 108.g
Oua tremula ibidem
Oua ῥοφητά ibidem
Oua ſorbilia ibidem
Oua αὐγοκόνλικα ibidem
Oua ταγηνιστά ibidem
Oua frixa ibidem
Oua πνικτά ibidem
Oua ἔξεφθα ibidem
Oua ſchiſta 105.e
Oui candidum 105.e.109.c
Oui luteum 105.e
Ouum in teſtatis 208.e
οὐράναι 10.h
οὐρανίσκος 5.a
οὐρανός ibidem
οὐρητῆρες 10.h.11.e
οὐρήθρα 5.g
οὖρος 20.f
οὖς 4.g
Oxygala 42 e
ὀξυκνής 4.h

P

Ῥαχεῖα ὑμήν 17.d
Ῥάγωμα 31.b
Ῥάσκειας 11.e
Palatum 4.b.5.a
Palea in auibus 112.e
Palma 6.f.7.a
Palpebra 3.g.4.f
Papauer in teſtatis 208.c
Papauerculum 49.a
Papilla 5.e.6.b
παραμέσος digitus 6.g
παραμήρια 7.d
παραπήχιον 16.b
παρασφαγίς 6.b
παραστάτης ος 16.c
παραστάται κιρσοειδεῖς 36.d
παράσουροι coſtæ 16.b
παρίσθμια 5 a
παρωτίαι 4.f
Pars pedis ſuprema 7.e
Pars pedis infima ibidem
Pars prior ibidem
Partes 3.b.c
Particulæ ibidem
Pars tota ibidem
Pars integra ibidem
Partes ſimplices ibidem.b
Partes primæ ibidem
Partes incompoſitæ ibidem
Partes ſimilares ibidem
Partes ſimilares molles 11.h
Partes ſimilares ſolidæ 12.a
Partes diſſimilares 3.c
Partes organicæ ibidem.b
Partes inſtrumentales ibidem
Partes officiales ibidem
Patella 7.c.d.15.e.16.c
πῆχυς 7.a.16.b
Pecten 15.d.16.b
Pectus 5.e.6.b
Pectuſculum 5.e
πέδιον 7.d.f.15.h
πεδίου oſſa 15.h
Pedis digiti 7.c.15.h
Pedis concauum 7.d
Pedis partes, Supra in Pars pedis ibidem
πηγαί 4.f
Penis 5.f.6.c
Penna 16.h.104.c
Perflatus ſenſum latens 20.e f
περικάρδιον 17.g
περικάρδιος ὑμήν ibidem
περικράνιον ibidem
περίδρομος 4.e
περίναιον 5.g.6 c
περίνεος 6.d
περιστερεών 113.d
περιστεροτροφεῖον ibidem
περιτόναιον 17.e
περιτόναιος ὑμήν ibidem
περιτόναιος χιτών ibidem
περιτόναιον σκέπασμα ibidem
περιτοναίου κορυφή 18.b
Peritonæi uertex 17.g.18.b
Peritonæi principium ibidem
περίττωμα 20.f
περιττωματικά 31.d
περόνη 16.c
Perſpiratio ſenſum latens 20.e.f
Pes 7.c.d
πεσσοί 4.f
φάλαγξ 7.a
φαλακρότης 47.a
φλέγμα 20.f
φλέψ 12.f
φολίς 16.h
φωνή 27.c
φῶς 5.e
φραγμός 4.d
φρένες 11.a
φυσητὴρ fiſtula 201.a
φυσῶδη 30.h
Picatus cereus 179.d
Pilare malum 49.c
Pilorum generatio 20.f
Pilorum differentiæ 37.g
Pilus 16.h.51.h
πισσόκαρος 179.d
Piſſocerus ibidem.e
Pituita 20.d
Pituita gallinarum 111.b
πλάκες 35.f
Planta 7.c.e
πλάται 16.b
πλεκτάναι 11.f.36.f.198.b
πλεύμων 11.a
πλευραί 6.b.16.b
πλευρῖται uertebræ 14.b
πνεύμων 11.a
Podex 5.h.6.d
πώγων in auibus 112.e
πολιότης 47.a
Pollex 6.g 7.a
Pollicis oſſa 15.c
πολύμορφον 13.g
πολυόστεον 7.f
Poples 7.c.d
πόροι 8.d.20.e
πόρος σπερματικός 36.h
Poſterior pars pedis 7.e
πούς 7.d.e
Præcordia 5.f.10.e.11.a.61.f
Præputium 5.g.6.c
Proboſcis 56.f
προκάρδιον 5.e.6.b
προκάρπιον 7.a.b
Proceſſus oſſium 14.c

προκοὺς 6.d.11.g
προκνήμιον 74.f
προγάστωρ 6.b
πρόλοβος 104.f
Promuſcis 56.f
προστήχιον 16.b
Propolis 179.e.183.d
προστηθίς 7.e
ψόαι 6.e
Pubes 5.f.6.c
Pudenda ibidem
Pulmo 10.c.11.a
πυγαί 6.d
πύλωρος 11.b
πυοποιητικά 31.b
πυρηνοειδεῖς proceſſus 14.b
πυελιάστης 42.f
πυελιάτης ibidem
πυθμὴν καρδίας 10.c
πυτία 20.a

R

ῥάχις 6.e.14.a.e
ῥάχις ῥινός 4.h
ῥάχις ſcoptulorum 14.e f
ῥαγοειδὴς tunica 9.e
ῥαντῆρες 4.f
ῥάμφος 4.e.16.e.32.f.103.e
ῥαφή 16.a
ῥαφίς ibidem
Retiformis membrana 8.d
Renes 10.g.11.a
ῥῖνος ῥάχις 4.h
ῥίς 4.h.32.f
ῥιθάκη 179 g
Roſtrum 16.f.103.e
Rugæ 3.g
ῥύγχος 4.e.16.f.32.f.34.e. 52.a.103.e
ῥυπτικά 32.a

S

Salina 20.e.f.51.a
Salſamentum 165.f
Salſamenta horæa ibidem.h
Salſura ibidem.f
Σανδαράχη 179.f
Sanguis 12.d.f.36.h.37.a.b
Sanies 12.e.f
Sardæ 165.h
Sardica ſalſamenta ibidem
σὰρξ 18.c
σκάφος 4.g
σκάφιον 4.e
σκαφοειδὴς 15.g.h
Scapulæ 5.h.6.f.h.38.b
Scapularum oſſa lata 14.d
σκέλος 7.d
σκηνία 4.f
Schadon 180.f
Schiſton 42.f
σχιστὸν γάλα ibidem
σκιταλίδες 15.c
σκληρὰ ὑμὴν 17.d
σκληρόδερμα 142.b
Scoptula 5.h.14.d.16.a
Scoptula operta 6.e
Scoptuli ceruix ibidem
Scortum 5.g.6.c
Scrotum ibidem
σκυταλίς 15.c
Sebum 18.h.19.a
Secundæ membranæ 18.a
σημεῖα per quæ fit animalium motus 22.g
Senectus ibidem.c
Sepium 201.b.c
σήπιον ibidem
Septum 10.e
Septum tranſuerſum 10.b.e.35.b
Septum marium 4.h
Serotini dentes ibidem.d
Serum 19.f.20.a.42.h
σησαμοειδῆ oſſa 16.a
Seuum 18.h
Sexitana ſalſamenta 165.g.h. 167.f
σιαγών 4.h
σίαλος 20.f
Sibilus 27.c
σίελος 20.f
σιμὸν iecinoris 11.a
Sinciput 3 f.4.e.13.f
Sinus cordis 10.d
Sinus matricis 36 f
σωλήν 14.d
Sonus ψόφος 27.c
σωφρονιστῆρες 4.d
σπέρμα 20.b
σφαιρεῖον 4.h
σφηκωνεῖς 184.a
σφηνοειδὴς os 13.h
σφιγκτήρ 11.d g
σφυρά 16.c
Spina 6.e.14.a.16.a
Spina dorſi ibidem
Spina os 13.e
Spina piſcium 138.d
Spina ſcoptulorum 14.e.f
Spinalis medulla 19.d
Spinnula piſcium 138.d
Spiratio 27.c
σπλάγχνα 11.a
σπλήν ibidem
σπόνδυλος 14.a
Squama 16.h
σταφυλή 5.b
στέαρ 19.a
στῆμα 6.c
στεφάνη 4.b.11.g
στεφανιαῖος ſutura 13.g
Stercus 20.c.f.51.h
στερεαὶ coſtæ 16.b
στερνίτιδες ibidem
στέρνον 6.b.14.f.g
στητήνιον 5.e
στῆθος 6.b
στῆθος χειρός 7.b
στῆθος ποδός ibidem.e
στολίδες 3.g
στόμα 5.a
στόμα τῆς ὑστέρας 11.h
στόμαχος 5.a
Stomachus ibidem
στραγγαλίδες 49.c
στροφεῖς 16.a
στρόφιγγες ibidem
στυλίς 4.h
στυλοειδὴς proceſſus 15.b
Sudor 12.f.20.e.f.41.a
Sumen 6.c.84.c.g
Supercilia 3.g.4.f
Superciliorum caudæ 3.g
Sura 7.c.d
Sura os 15.e.16.c
Sutura 16.a
συκάζον 56.b
συμπεπτικά 31.h
σύνδεσμος 13.a
σύντηγμα 20.f
σύριγμος 27.d
σύριγγες arteriæ 10.a

T

Talus 7.d.15.f.16.c.53.f
τάριχος ὁ 165.f
τάριχος τό ibidem
ταρσός 3.h.4.f
ταρσοῦ; manus pars 7.b
ταρσὸς pedis pars ibidem.d.e
Tarſi oſſa 4.f
ταυροκόλλα 74.d

*Taurocolla* ibidem
ταῦρος 6.c
τίλμα 7.e
*Tempora* 4.a e.b
*Tendines* 12.b.13.a.b
*Tendones* 13.b
τένων 5.d.13.b
*Teſtes* 5.g.6.c.11.f.25.d.36.a.53.c
τίφωρον 15.g
θήλη 6.b
θῆλυ 23.a
θέναρ 7.a.b
θόλος *in mollibus* 198.f.g
*Thorax* 5.e.6.a
θορός 20.b.138.b
θρίξ 16.b
*Thurianum ſalſamentum* 165.b
θύμος 6.a
θυμός 18.b
*Thynnæum ſalſamentum* 165.b
*Thynnium ſalſamentum* ibidem
θυειδὴς *in fauis apum* 179.d
*Tibia* 7.c.d.15.e.16.c
τιτθίον 6.b
τιτθὸς ibidem
τομεῖς *dentes* 4.c.5.b
*Tomus Thurianus* 167.b
*Tonſillæ* 4.c.5.a.b
*Torcular* 8.f
τραχεῖα ἀρτηρία 5.d
τράχηλος ibidem
τράχηλος ὑστέρας 11.b
τραχύτητες *oſsium* 16.a
τράμις 6.c
*Tranſpiratio ſenſum latens* 20.f
τριχία 49.c
τροχαντῆρες 15.e
*Tubercula oſsium* 16.a
*Tunica* 17.e
τύλοι 3.g
τύλωμα 7.e
τυφλὸς πόρος 8.e
τυφλὸν ἔντερον 11.g
τυρός 42.b

V

*Vas ſeminarium* 36.b
*Vellera* 77.g
*Velumina* ibidem
*Vena* 12.b.f
*Vena caua* 12.b
*Vena* ἡπατίτης ibidem
*Vena iecoraria* ibidem
*Venarum ortus & diuiſio* 12.b
*Venarum nomine etiam arterias appellari* ibidem
*Venenum anguium* 67.a
*Venter* 5.f.6.b.35.e.53.c
*Venter imus* 6.c
*Ventriculus* 11.b.g
*Ventriculi os* ibidem
*Ventriculi cerebri* 8.g
*Ventriculi cordis* 11.a
*Vertebra* 14.a
*Vertebræ colli* 16.a
*Veſica* 11.b.g.18.c
*Veſicæ ceruix* 11.b
*Veſica maior* 18.a
*Veſica minor* ibidem
*Veſica bilem continens* ibidem
*Veſpetum* 184.a
*Veſtigium* 7.e
*Vetula* 6.b
*Viſcera* 10.b.11.a
*Vitellus oui* 105.e
*Vitreus humor oculi* 9.a
*Vlna* 6.b
*Vmbilicus* 5.f.6.b.38.e
*Vmbilicus in piſcibus* 139.b
*Vnguis* 6.g
*Vngula* 16.e
*Vox* 27.c
*Vrina oua* 106.f
*Vropygium* 104.b
*Vterus* 5.f.g.6.c.d.11.f.b.36.d
*Vua* 4.e.5.b
*Vulua* 5.f.6.c.b.11.f
*Vulua eiectitia* 84.b
*Vulua porcaria* ibidem

X

*Xylocolla* 74.d
ξίφος *in lolligine* 167.b.199.a.201.c
ξιφοειδὴς *in xyphia* 6.b.14.g
ξυστήρ 3.b

Y

Ὑαλοειδὴς *oculi humor* 9.a
ὑμένες 18.b
ὑμὴν περιόστειος 17.d
ὑοειδὴς *os* 16.c
ὑπακτικὰ γαστρός 31.a
ὑπῆναι 4.b
ὑποζωκὼς ὑμήν 17.e
ὑποχόνδριον 6.b
ὑποδεὶς 5.c.d
ὑπογλωσσίς 4.c
ὑπογλουτὶς 6.d
ὑπόστημα 5.g.6.c
ὑποθέναρ 7.a
ὑστέρα 6.c.11.b

Z

Ζυγοειδὴς 16.a
ζύγωμα ibidem

*Fol.1.pag.2.in margine uerſiculo 8.lege* ἰδιότροφα. *f.2.uerſ.6.malitioſe. uerſ.22. hirudines. ibi. in marg. uer.4.* ὁλόχροα. *fol.2.b.li.8.cibi.l.13. aliæ. l.23. præterea in aquatiliū genere quæ. fol.4.b.l.2.una uocatur.li.9.* ἴγχος. *li.11.* μεσόφρυον *etiā* μετώπιον *dixere.li.16.* ἐντερίχωματα. *li.49. uocantur* ἧπτι. *fol 5.li.8.* πλῆκτρον. γνάθοις. *& l.20.* τομεῖς *.i.dentes.l.22.* σταφυλή. *li.31.larynx. fol.5.b.li.6.* κλεῖδος. *li.13.ſub alis. fol.6.li.26.* κενεών. *li.44.* ἕδρα. *li.49.* κοτυληδών. *ibi.b.lin.29* παράμεσος. *fol.7.li.47.interior à.fo.10.li.25.carnoſum. fo.11.li.34.At. pa.2.li.10.peruium. lin.34.* κοιλός. *fo.12.lin.16.ſanguinis.lin.23.quam. pag.2.lin.21.paſsim. fo.13.* πολυμόρφον. *in marg.li.33.* ζυγοειδὴς. *fol.14.lin.19.* μασχαλιστήρ. *li.33.eas.p.2.li.28.recuruatæ.f.15.b. li.9.per. fo.16.li.23.ex rectis. fo.17.li.39.* παχεῖα. *pag.2.lin.40.* ἐπίπλοον. *fo.18.li.27.femine. fo.20.li.3.Caſeus,* τυρός. *lin.31.atrum. fo.21.li.11.eaſdem.pa.2.li.36 calore. fo.22.li.19.lacertos. fo.24.lin.5.fœminam.pag.2.li.21.* ἰχνεύμονες. *fo.25.b.li.10. ſanguinis .fo..26.b.33.præcinctu.lin.39.uultures. fo.28.li.8.imitantur. fo.30.li.23.caro. fo.31.li.13.pectunculi. fo.40.li.21.craſſum.fo.43 li.21.ſucci. fo.41.li.7.pauos. fo.52.li.1.pauos.fo.80.li.2.Serpentibus. fo.83.li 20.grandinem. fo.93.li.40.* δρυόφυτις, *alias* δρυόφυτας. *fo.98.li.17.abdidit. fo.100.li.28.illice. fo.102.li.4.magnitudines.li.31.ad uaſtitatē. fo.115.lin.9.in marg.* τρυγών. *fo.118.li.41.ſegnior. fo.123.lin.40.dele longius. fol. 126.li.41.officiis.fo.134.li.43.potantium. fo.140.li.17.uocantur. fo.149.li 34.Trebius Niger.fo.166.li.36.Clazomenen.fo.167.li.2.optimos.li.21. hamiæ. fo.170.li.17.Gobio. fo.175.li.25.præcinctu.li.31.32.eadem acrius pungunt. fo.179.li.24.quo fauos. fo.183.li.17.hoc,& ſi. fo.187 li.1.agreſtis uocatur.lin.ulti.ſolis. fo.189.li.36.caprificos. fo.191. in marg.* κουλεόπτερα. *fo.192.li.23.canna ſente. fo.193.li.1.Coo. fo.194.li.27.tenſum ad proportionem.fo.195.li.21.ſi ueſtiarius.fo.196.li.3.Alcmæonem.fo.197.li.18.à noſtris.fo.203.li.20 olfactus ſenſu.fo.205.li.1.ſubiacent. fo.210.li. 7.ouum hoc.pag.2.li.3.in balearibus inſulis. fo.211.li.1.coli. fo.217.li.22.carnoſum. fo.219.li.10.Spongia uſta.*

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES
3 9088 01348 6972